



Del Collegio de la Comp.<sup>ta</sup> de Ibs de Granada *Q. S. A.*

R/7385

COMMENTARIA  
IN GENESIM ANTO-

nio Honcala Ianguensi Theologiae Do-


ctore Abulensis Ecclesiae Canonico à contionibus autore, in  
publicam vtilitatem auspice Deo, & Illustrissimo ac  
Reuerendissimo Domino D. Ioanne Marti-  
nio Siliceo Archiepiscopo Tole-  
tano æditioni eius suppe-  
tias ferente.



Compluti,

In officina Ioannis Brocarij.

1555.




2 400 40 *Italia* MADE IN SPAIN


*Del Collegio de la Comp. de B. de Granada* *RS.*  
*R/7385*

COMMENTARIA  
IN GENESIM ANTO-  
nio Honcala Ianguensi Theologiae Do-  
ctore Abulensis Ecclesiae Canonico à contionibus autore, in  
publicam vtilitatem auspice Deo, & Illustrissimo ac  
Reuerendissimo Domino D. Ioanne Marti-  
nio Siliceo Archiepiscopo Tole-  
tano aeditioni eius suppe-  
tias ferente.

GRANADA  
BIBLIOTECARIA  
FORNOSA



Compluti,  
In officina Ioannis Brocarij.  
1555.





ILLVSTRISSIMO, S I.

MVLQVE REVERENDISSIMO PRINCI-

PI DOMINO D. IOANNI SILICEO ARCHIE-

piscopo Toletano Hispaniarum primati, Doctissimo

in physicis, ac theologicis Magistro dig-

nissimo, Antonius Hon-

cala. S. P.



NON DVBIUM, PRESVL DIG-  
NISSIME, REM MIHI ADITV FORE  
perdifficilem, & meis humeris lōgè superio-  
rē: si tentarem stilo persequi fœlicissimū am-  
plitudinis tuæ in domo paterna, id est, honest-  
tissima, Christiana q; pietate lōgè insigni na-  
talem: si præclarā indolem, qua præditus, ma-  
iora multò, q̄ pro ea etate quisquā sperare pos-  
set, haud obscure de te promittebas. Quæ qui-  
dem omnia, cum annorum accessione simul adulta, & indies etiā atq;  
etiam aucta eū te fecerunt: qui Parisijs, hoc est, in florētissima totius or-  
bis academia inter eximios philosophiæ professores nobilissimus habe-  
reris. Quippe qui non minus differendi acrimonia, q̄ ingenij acumine  
vigebas. Et, quod potissimū est, ea vitæ probitate pollebas: vt non tantū  
ingenuis artibus, sed probatissimis quoq; moribus nobilem iuuētutem  
imbueres. Vnde meritò vsuuenit, vt is vbiq; prædicareris, quē Salmant-  
icensis academia ipsa quoq; toto terrarū orbe florentissima ad se accer-  
feret: vt illam Chrysippeam subtiliter disceptandi artē, in eam viua vo-  
ce, scriptoq; trāsferres. Quò, vbi peruenisti, bone Deus, quāto omnium  
applausu exceptus, quanta expectatione susceptus fuisti: quā cōcordi  
totius scholastici senatus voto vni tibi in primis cōmissum est: vt egre-  
gios adolefcētes ad secretiora illa philosophiæ arcana introduceres? Nec  
defuisti, vir optime, illi magnæ de præstantia tua expectationi. A deo e-  
nim negotium sapientiæ tuæ creditū strenue gessisti, tot discipulos bre-  
uissimo tēporis curriculo consumatos philosophos reddidisti: vt vacāte  
olim quadam Cathedra ex earū numero, quæ in Salmāticensibus scho-  
lis præcipuè habentur, eius candidatū dignissimū egeris: omniūq; calcu-  
lis voti compos euaseris. Quid, q̄, quemadmodū è Parisiorū vniuersita-  
te ad Salmanticensem me teste, & administro, haud ingestus, sed roga-  
tus aduenisti: ita collegiū illud vbiq; gentiū insigne, quod Salmantica  
sub sancti Bartholomæi tutela Sacris literarū militat, te nihil molientē,

## Epistola

ob maximam virtutū tuarū claritatē, suorum studiorū sociū spē sua delēgit? Cui nimirū parē gratiā, gloriāq; maximis præstatiæ tuæ profectibus prorsus retulisti. Siquidē illic temet teipso semper maiore faciēns adeo plene Theologiā, idest, diuinarū rerū rationē perculluisti: vt, alijs cōpetitoribus p̄termisissis, ad illā Canonicā præbendā, quæ in Cauriensī ecclesia doctōri Theologo adscripta est, optimo iure p̄motus fueris. Et, quāuis huiusmodi proueniēs ab scholasticis agonibus prærogatio nonnullis alijs viris studiosis possit esse cōmunis: nescio quibus verbis explicē, qualiter ea fuerit præstatię tuæ peculiaris. Enimvero plura sunt alia, quę prōculdubio sūmas vitæ, & naturæ, & diuinæ gratię dotes declarāt: nēpe innata quędā, & præstātissimo viro digna grauitas, & admirabilis omnium virtutū cōcentus. Nā quis, obsecro, nostro Silicēo iustitiæ colentior? Quē ille vnquā vel minimo dicto, vel facto lēserit? Cui ille nō fuit præsidio, ne ab alijs ei noceretur? Nō est huius tēporis enarrare, quos iniquis litibus diuexatos, tū summa autoritate, tū maximis impēsis iuuerit. Animi autē cōstantia in persequēdis rectē institutis sanē mirifica. Mens autē, vt infirmarū rerū abiectrix: ita sublimiū, seruata tamē Christiana modestia, cōsectatrix. vt quantū in suis intra modū se cōtinet: tantū in his, quæ Dei dono possidere se nouit, in eius gloriā seipsum, nō tā efferat, q̄ exerat. Quę autē certamina, vel intrinseca, vel extrinseca dēmonis artibus ei illata fortiter, & fœliciter vicerit, ipse nouerit, qui ea gessit: & si non oīa lateāt eos quibus cū viro præstātissimo familiarior cōuictus fuit, quę im præsentiarū data opera p̄mittimus. Deniq; talibus virtutū incrementis promouit, tāta diuinæ cuiusdā sapientiæ gratia præstitit, tā insigni in Deū & homines pietate claruit: vt dignus & idoneus haberetur, cui vni inter tot viros, quibus exultat Hispania, sapiētia, virtuteq; p̄stantes Carolus imperator magnanimus & prudentissimus hæros Philippū vnicū filiū sibi dilectissimū, puerū tāta cura dignū, optimis artibus instituentū, probatissimisq; moribus imbuendū ex circūspectissimo totius Regij senatus cōsensu cōmiserit. Nec ille in obeūdo tā splēdido munere sibi defuit. Sed acerrimē intelligēs, & exactissimē expēdens, quantū onus suis humeris esset impositū, summa animi alacritate illud ferendū suscepit. Quis enim fando explicet, quo studio rē tantā aggressus elaborarit: vt studiosissimū eū redderet, qui totius orbis principatū gesturus esset? quāta cura laudatissimis artibus eū imbuerit, qui summa sapientia rerū humanarū habenas moderaturus esset? qua demū sanctitate ad verā pietatē penitus amplectendā induxerit eū, qui Christianæ religionis esset, tū partes tutaturus, tum fines promoturus? Sed quid opus est verbis, vbi res & amplissimę & clarissimæ per se clamāt? Nā, obsecro, vnde Cæsareo principi tā bene culta indoles, vnde tā insignis supra etatē grauitas, vnde tanta,

## Nuncupatoria.

de tāta, tāq; cōspicua summarū virtutū incrementa, vnde tandē in adolescentē senilis quædā, & admirāda in rebus gerēdis sapiētia, eadēq; summa autoritate prædita? Nōne ea omnia autore Deo ab egregio p̄ceptore teneris auribus instillata libēter accepit, ac perdidicit? Nō dubiū, quin duce Deo commodissimus magister discipulo maxime docili summopere curarit indere eā animi alacritatē, quā Alexandro Aristoteles: eā amplitudinē, quā Traiano Plutarchus: eāq; maiestatē, atq; p̄clarā, & peramabilem in Deū, & homines pietatē, quā Constantino illi Magno Lactantius Firmianus. Fœlix præceptor, cui tātus discipulus, fœlix & discipulus, cui tālis præceptor, fœlicissimus & terrarū orbis, cui princeps adeo studiosē, adeo magnificē, adeo piē educatus cōtigit. Illud itē summa admiratione dignū, q̄, cū hic noster tā arduo negotio adamussim gerēdo esset addictissimus: haud minus diligenter, & circumspectē reliqua omnia studiosissimi viri munia obibat. nā & horis succisuis Diuinæ sapientię vacabat: & præstando, tum suis, tū alienis officio nusquā deerat: & in subueniendis pauperibus, si quis alius nostra etate, q̄ sollicitē intēdebat, tā liberaliter prospiciebat. Deniq; hæc vniuersa minime nos ad gratiā locutos fuisse, testis est locupletissimus Hispanus orbis, in cuius conspectu gesta sunt: testis est & Imperatorius exercit⁹, quē aduerso numine in Lybiam traiectū improbis procellis, vastisq; fluctibus vexatū, tractūq; , & in nouā tandē Carthaginē propitio summo rerū moderatore appulsum benignē admodū excepit: abunde aluit: pecunijs iuuit: magnificē fouit: atq; piētissimē recreauit. testis & grauiissimus, ac inclytus Imperator: qui apprime cognoscens huius tanti viri p̄stantiā, & amplissimā ad res magnas gerēdas vim, tū vt ei gratiā pro meritis referret, tū vt Christi ouibus cōsuleret, Ecclesiæ Carthaginēsi ipsum præficiendū curauit. Quid creatus Episcopus? nō dubiū, quin alta mēte cōsyderās, maximū honorē onere grauiissimo affectū esse, & intelligēs cū Apostolo episcopale munus optimū quidē esse, & Ecclesię Christi pernecessariū, at verò operosissimū, atq; vt pro dignitate gestū Deo optimo ac maximo acceptissimū, ita negligēter, aut ignaue administratū esse gerēti maxime detrimētosum: vario curarū æstu fluctuabat. hinc em̄ virū p̄standū principi officiū retinebat: illinc pastoralis sollicitudo stimulat. Quid agis vir optime: num manes, ne principis gratiā offendas? An abis, vt quāprimum tuis ouibus prospicias? A beo, inquis, quia is est meus Princeps, qui profectiōnem meā boni cōsulat, & breuissimi tēporis iacturæ magnū spiritus emolumentū facile præferat: & vt iā hinc reliquos ecclesiarū p̄latos moneat, è sentētia sua fore, si cuncti earū præsides inter oues à Deo sibi cōmissas agāt, quādiu eos aliò vrgētius nō auocet officiū. Abijsti tandē præsul meritissime, vt rebus ecclesiasticis, prout tēpus ferebat, bene cōpositis, tan-

## Epistola

tum alumnū repeteres: eiusque eruditioni extremā manū imponeres: quā iā dudū, quāuis primā ageret adolescentiā, decreto tamē paterno deducēda vxore meditabat. Deniq; in celebrādis tanti principis nuptijs haud simpliciter, vt quiuis alius, interfuisti: sed etiā vt faustissimus quidā pronubus præsuisi. atq; omnia, quæ ad rē præsentiē attinebāt, adeo sapiēter & magnifice exhibuisti: vt nihil eorū amplitudo tua prætermiserit, quæ & hominē sapientissimum, & pientissimum præfulem, & virum magnificentissimum decent. Porro vbi Cæsareis rebus colophonem addidisti, optime præsul, haud vtiq; (quod pleriq; alij faciūt) oues præstatię tuæ diuinitus creditas alijs, nescio quibus, substitutis, aut pascēdas, aut curā das, ne dicā detondendas tradidisti: verū oblatā amplitudini tuę occasionē vehementer arripiens, mox à Principalibus nuptijs ad oues tuas te cōtulisti. vt eas tuis oculis inspiceres, manibus attrectares, viua voce doceres, medicamētis spiritualibus foueres, probis exēplis inuitares, pijsq; operibus, ac monitis ad veram pietatem plenē colēdam incitares, & inflammāres. Id quod facis tu quidem sapientissimē, præsul dignissime: videlicet, vt cum Gentium Doctore veraciter loqui possis: Vnum autē, quę retro sunt obliuiscens, ad ea quæ sunt priora extendēs meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Et quid aliud faceres vir prudentissime: cum eò te in primis benignissimus rerum parens vocet: eò gratia diuina, quæ in te hucusq; vacua nō fuit: eò probatissima vitæ antea actæ ratio: eò cunctorum mortalium oculi in te vnum coniecti. expectant enim ab amplitudine tua, idq; certissima ratione inducti, vt, qui ante initum præsulatum spectatissima egregiæ virtutis exempla passim edideris, in eo gerendo multò potiora, atq; ampliora agminatim ædas. Quæ omnia proculdubio amplitudo tua præstantissima adeo exactē præstitit, adeo excellēter auxit, adeo ad summam perduxit: vt meritò dignus habitus fueris, qui ad summum Toletani Archiepiscopatus apicem, id est, ad totius Hispaniæ primatum, te nihil tale moliente, totius orbis Christiani cōsensu, atq; arrisu, interp̄te Carolo imperatore semper Augusto promotus sis. Id quod iure oēs mortales probāt, laudant, cantāt. Nemo enim est, qui te penitus norit: qui non modò tantę dignitati parem, sed superiorem quoq; existimet, speretq;: sibiq; de te promittat multò iam maiora, quàm antea: vt qui magna ante Carthaginensem præsulatum præstiteris, maioraq; in eo gerendo gesseris, maxima in Toletano Archiepiscopatu administrādo sis gesturus: tantas præstantissimi, atq; consultissimi animi vires amplitudo tua ostentat. nec dubio quin illa rē ipsa firmet. Si quidem nouit sapiētia tua, pro negotiorum gerendorum magnitudine, tum extare, tum auge ri præclara excellentium virorum gesta: nec quemquā nostrum hęc vi-

tam

## Nuncupatoria.

tam degentium tantum spiritu profecisse, quin adiutore Deo pedem ulterius promouere possit. Cæterum, quia nec priora illa, quę de tuorum meritorum ratione attigimus, adulatoria mente retulimus (nouimus enim, quàm obturatas adulementis aures grauitas tua gerat,) nec posteriorem hanc veluti admonitionem intulimus, quasi ea is indigeret, cuius vita alijs est sobriè, & piè, & iustè viuendi norma: sed, vt, quod plerique scriptores faciūt, illius dotes stilo perstrinximus, cui opus nostrum, quale quale illud sit, dedicandum putauimus: ad rem ipsam, cuius gratia tantis prælocuti sumus, tandem accedamus oportet. Constat enim mihi, pater clementissime, Sapientiam tuam esse memorem illarum notitiam Salmanticensium: in quibus adhibito nobis Magistro Paulo Coronelo viro in Sacris literis satis erudito, piaq; mente adornato, acri studio ac circumspēctissima tractatione Genesios librum in cōmune excutiendum duxeris. id quod, te duce, ac moderatore adeo foeliciter successit: vt multa notatu digna, & quæ ad Sacrarum literarum intelligētiam plurimum facerent, communi consilio, expensaq; valde rei cuiusq; ratione ex quibusdam externis scriptoribus excerpta fuerint. At quoniā præstantia tua aliò tendebat, id nobis oneris imponendum voluisti: quo ea quæ breuiter, strictimq; annotata fuerāt, latiùs tractata, & in certum quendam ordinem redacta suis quęq; locis accommodarentur. Paruimus deniq; amplitudinis tuæ iussioni, non tam ingenio freti, quàm vt inferuimus ei, cui non obtemperasse, ingens piaculum censebamus. Rem itaq; pro voto aggressi sumus: quam, vbi agere cœpimus, latiùs se aperiente materia, ita eam locupletauimus, vt pro annotationibus in legitimos totius Genesios commentarios euaserit. Quos amplitudini tuę non tam afferimus, quàm reddimus: vt eos tanquam liberos quosdam tuos agnoscas, & admittas, euoluas, & excutias: & tanquam honorarius quidam Censor, si quid in eis erratum offenderis, corrigas: si quid obscurum, illustres: si quid humile, attollas: si quid ambiguū, definias. Sic enim fiet, vt exactissimo insignis Sapiētiæ tuæ penicillo adornati, summaq; tuæ Dignationis auroitate præmuniti, audeant, si iusseris, in lucē prodire. Vale præsulum decus, & ornatissima gemma.

\* 4

✱ In laudem

• In laudem Ioannis Martinez Silicæi Archiepiscopi Tol-  
tani, quod librum de opificio mundi suis sumptibus ex-  
cudendum curauerit, Carmen Autoris nomine à Magi-  
stro Francisco Gomezio, Collega theologo apud Com-  
plutenses, compositum.

**M** V sarum pater, Hispanorum maxime præsul,  
Qui Silicis nomen tollis in astra prior,  
Quem virtus, Pallasq; ad summos vexit honores,  
Atque orbis Petrus cui sacra sceptræ dabit,  
Ecce ago, quas possum, si non quas debeo grates:  
Quod mea scripta adas sumptibus ipse tuis.  
Quid dixi mea? sunt tuâ, vel communia vtriq;  
Ad Tormin quondam panximus illa simul.  
O Mæcenates si sæcula nostra tulissent  
Tales: quàm diues Pagina sacra foret.  
Quàm facile sensa abstrusa, atq; arcana paterent:  
Heretici caderent quàm male, quàmq; breui.  
Interea multos seruet Deus optimus annos  
Te, simili illustres quò pietate fidem.

• In laudem eiusdem Archiepiscopi per eundem. •

**O** Natura latens nullis sat cognita sæclis,  
O natura sagax, quis tua, teq; tener?  
Quis credat silicem rutilos dare posse pyropos?  
Quis putet à silice hoc vinci Helyconis aquas?  
Sponte tua, non ferro excussus, magnifico ardes  
Igne Dei, musas dum Silicæ iuuas.  
Quid referam varias artes? quamq; integra mens sit  
In sene? quanta ex te Pieris vnda fluat?  
Discite iam Physici rerum miracula: frigus  
Sunt simul & calor: hic vnus vtrumq; capit.  
Flagrat amore silex, manat doctumq; liquorem.  
Quid natura noui est? Est tua rupta fides.

Ad

• Ad Lectorem. •



**A** Nna illa nobilis prophetissa, Samuelis item nobilis propheta parës; i. R. e. a.  
Spiritu sancto afflata, diuinum & nobile carmen aduersus insolē-  
tes cecinit: in quo illos ab inani iactatione his coërcet: Nolite mul-  
tiplicare loqui sublimia gloriâtes: recedat vetera de ore vestro: quia  
Deus scientiarum Dominus est: & ipsi preparantur cogitationes.

His nãq; verbis sapiētissima femina eorū reprimat arrogantiam, qui nimium sibi placen-  
tes rerū sublimium scientiam sibi vendicant: & in sapiētia sua gloriâtes, verbosa loqua-  
citate, de his, quæ prorsus ignorat, grãdi supercilio pronuntiat. quorū improba arro-  
gantia, & importuna magniloquentia proculdubio intolerandū quendā veteris ho-  
minis tumorē, non aut amplectendā inuouati spiritus æquabilitatē resonat. Hos igitur  
sancta prophetis iubet, modeste de se sentire, modicis verbis vti: & abiecta procul  
antiquitatis iactantia, cordis munditiam querere: spiritus inuouationē expetere: &  
cū Psalmista Deū precari dicendo: Cor mundū crea in me Deus: & spiritū rectum  
in noua in visceribus meis: quia Deus scientiarū Dominus est. Ille enim solus, qui per  
se est, per se viuuit, per se intelligit, ac sapit, est ille scientiarū Dominus: qui rerum om-  
niū cognitionem habet. Quæ, cum in ipso vna sit & simplex, in alijs miris modis sese  
multiplicat, cum & in angelorū & hominū mentes seipsam benignè diffundit. nam  
teste Sapiente Transfert se in animas sanctas: & amicos Dei, & prophetas facit: &  
idcirco illi preparantur cogitationes. Et quomodo illi scientiarū Domino humanæ  
cogitationes disponuntur? Nimirū mentis modestia, piū affectus studio, pergrataq; be-  
neficiorū agnitione. Mentis, inquam, modestia: vt nec homo de se altum sapiat, nec  
persuadeat sibi ea scire, quæ maxime ignorat. Pio affectu, vt vehementi voto omni-  
modam rerū diuinarū, quæ ignorantur, ab ipso superno doctore cognitionē sibi do-  
nari expetat, & assiduis precibus oret: cum habeat exploratissimū, neminē fieri pos-  
se sapientē, nisi docēte eo, à quo omnis sapientia est. Gratitude demū, vt vni illi ac-  
ceptū referat, quicquid illud fuerit, quod siue de rebus humanis, siue diuinis cognitū,  
perspectūq; habuerit. Deniq; cum primū talibus affectionibus humana mens præpa-  
rata fuerit: iam est apta, & idonea: vt copiosis diuinæ sapientiæ splendoribus illustre-  
tur. Quorsum hæc tā lōgo repetita principio? Eo proculdubio candidè lector, quò no-  
ueris, certissimumq; habeas: nos quidē, ni fallimur, quàm vehementi ducimur studio  
sciendi sacratissima mysteria, quæ in Sacris literis cōtinentur: tā nihil humana præ-  
sumptionis inde nobis arrogare. Sed sanā illarū intelligentiã ab vno solo scientiarum  
Domino Deo habendã summissa mente vehementissimè appetere, & cōstantissime  
expectare. Idq; animante nos Iacobo apostolo, ac dicēte: Si quis desiderat sapientiã,  
postulet eã à Domino: qui dat omnibus affluēter, & nō improperat. Vniuersis pro-  
culdubio mortalibus clemētissimus mūdi moderator, piè tamen, & perseuerāter pe-  
tētib; cōcedit affluentem illā rerū spiritualiū scientiã, qua indigēt: vt ad supernam  
gratiam

Psalm. 51.

Sap. 7.

Eccl. 1.

Iacob. 1.



## Epistola ad lectorem.

gratiam obtinendā preparētur, & ad consequendā aeternā beatitudinē idonei efficiantur. Enimvero, haud omnes eisdē Spiritus sancti muneribus implet: nec aequali gratia sua plenitudine perficit: nec eodē modo docet. verū alios dedit prophetas, alios apostolos, alios euāgelistas, alios doctores: ut tanquam à montibus aeternis oriētē primo sole diuinū lumē excipiētibus, inde in valles, & in inferiores Ecclesia sancta partes, suprema illa sempiterna sapientia illustrationes mirifico quodā ordine deriuentur. Quare nobiscū, qui ab illis sublimioribus montibus, ac amplioribus donis procul subsistimus, praclare actū esse putamus: si nos per benignus rerū parēs idoneos illorū principalium, sanctorūq; doctorū discipulos fecerit. Nāq; ex quo per aetate, & disciplinā sapere cœpimus: nostri semper instituti fuit, Canonicis scripturis summā fidem adhibere: Ecclesiasticis decretis prorsus acquiescere: probatissimorūq; doctorū explanationes, atq; sentētiās piē colere: vehemēter amplecti: cōstanterq; tenere. Exploratū enim nobis est, atq; indubitātū, Christū nostrū, qui per prophetas, & apostolos, & euāgelistas, imō & per seipsum viua voce locutus, Sanctas scripturas, in quibus caelestia sacramēta recōduntur, humano generi tradidit: dedisse quoq; idoneos doctores, qui mysteria in eis latētia piē scrutarētur: inuēta recte intelligerēt: & intellecta absq; vllō errore alios docerent. Hos igitur, tanquā certissimos verā, sanāq; spiritalis intelligentiā duces, pia, sedulaq; mēte secuti, Cōmentaria quādā in Genesios mūdane libri cōposuimus. Caterū, quāuis idē summi autores, quos in hoc opere struēdo sequimur, saepe varias eiusdē loci iuxta literā expositiones adhibuerint: nos tamē eam frequētius potissimū ad scribendā delegimus, quā simplicior esset: & ab ipsa litera facie minus recederet. Quod fecimus: tū, quia instituti nostri semper erat, in primis sensum, quē literariū vocāt, persequi: licet pleraq; iuxta spiritalē intelligentiā nobis essent explicāda: tum, ne cōgesta in vnu, eundēq; locū diuersarū opinionū dēsitate, simplicē lectore ab vtilissima huius operis lectione procul deterreremus. Nam, quia iuxta Rom. 1. Paulū Sapiētibus & insipientibus debitores sumus, tale hoc in libro exponendo stili temperamentum apposimus: ut eius lectio obuia esset, ac exposita doctis pariter, & indoctis: lectoremq; sua ipsius facilitate alliceret potius, q̄ auerteret: secumq; retineret: & à se nullo modo repelleret. Illud praeterea piū, candidumq; lectore exortum velimus: ne, aut impiū, aut superuacaneū, aut fastidiosum cēseat: si non paucis in locis Latinā lectionē ad originales linguas reuocamus: id quod proculdubio viri pietissimi iuxta ac doctissimi facere solitant: nec nō pontificijs decretis sancitū esse constat. Adde, q̄ ad eliciendū cognatū Sacrae scripturae sensum id plurimū iuuat. Et reuera memini disertissimū virū, pariter & sanctissimū Hieronymū sex simul interpretationes quodā in loco in vnu contulisse: ut ad verā, atq; germanā prophetae intelligentiā perueniret. Quid? q̄ id ipsum nonnunquā ad cōfutandos, tum facilius, tum potētius, & Iudeos, & haereticos infestissimos Christiani dogmatis aduersarios oppido valet: quod quidem legentibus res ipsa luce clariū indicat. Deniq; nequaquam id affectatē facimus: sed tantū in quibus locis structura ipsa peregrinae linguae opem petit. id quod & ipse egregius interpres Hieronymus in Annotationibus super Genesim

## Epistola ad Lectorem.

sim plerunq; factitar: vel, ut Septuaginta corrigat: vel communem interpretationem explicet, tueatur, & à librorum erroribus asserat. Postremo, si quis quærat, cur è tam multis Sacrarum scripturarum libris hunc potissimum nobis exponendum optauerimus: hanc ei reddimus voti nostri rationem. q̄ cum ad scribendū animū appulimus, iam ferme primam senectam ageremus: & animaduersa vitæ humanæ breuitate, non remanente nobis opportuno, æquabiliq; tempore ad cunctā Sacrae scripturam stilo percurrendam, illā eius partem elegimus: in cuius commentarijs tractarentur, nō solū ea, quæ ad prima mūdi exordia; sed etiā ea, quæ ad scripta legis, & euāgelicæ gratia tēpora pertinerent. ut quemadmodū in hoc libro, sub quo lex naturalis viguit, quādā legis veteris praludia aguntur, & gratia euangelica Patriarcharum gestis praeformatur: ita & hæc commentaria illarum trium legum concentū cōplecterentur: & cōmonstrarent, quomodo ab vna in aliam de fide in fidem vsq; ad Christū peruentum est. Accommodauimus praeterea locis opportunis quasdam regulas: quæ non tantum facerent ad ea, quæ tunc tractabantur intelligenda, sed etiā ad quæcūq; alia eisdem similia per Sacros codices passim dispersa facilius percipienda, non parū iuuarent: ut sint demū hæc Commentaria, velut commoda quādā introductoria ad reliqua posteriora Sanctarū scripturarum volumina facilius euoluenda, & cū minori negotio percipiēda. Hic tandē liber, quē duce Deo exponendū aggredimur, apud Hebræos בְּרֵאשִׁית Beresith appellatur: id est, à primo scripturae verbo nūcupatur. Est enim mos Hebræis voluminibus ex librorū principijs nomina imponere. Græcis autem liber Genesis vocatur: quia in eo de cæli, & terræ generatione agitur. licet in ipsius decursu alia multa sequantur, quæ ad vniuersi constitutionem minime faciant. sicut & euangelium secundum Matthæum, Liber generationis Iesu Christi inscribitur: esto, q̄ in narrationis euangelicæ serie pleraq; cōscribantur, quæ ad Christi generationem nihil attineant. Enimvero congruentissimè vterq; liber de generatione prænotatur: quoniam, sicut Moses inducit primum hominem, qui est forma futuri, de terra virgine conditum, qui terrenos in vitam transitoriam generaret: sic & euangelista Matthæus inducit secundum hominem, scilicet Christum, de matre virgine genitum, qui generaret filios cælestes in vitam aeternam. In hoc igitur libro sub historiae veritate rerum futurarum figura ducitur. In Lege prope infinitis, & iudiciorum, & caeremoniarum, & gestorum, & oraculorum formis earum vmbra describitur. In Euangelio deniq; earundem veritas: & complementum per Christum fiunt, & manifestissimè declarantur: id quod expositorius sermo dilucidabit. Vale candido lector: & quæ tua est pietas, Honcala tui postremi inter Christi Iesu seruos opus, vel certe studium, laboremq; probato: & eorum quæ castigatione digna duxeris amice nos admoneto. cum eo enim ages, qui, sicut errare nollit, sic & errores suos emendari maxime velit. Vale.

Ad

Ad peritissimum, omnibusq; numeris absolutif-  
 simum virum Antoniū Honcalam Ianguen-  
 sem Doctorem celeberrimum Abuleñ. Eccle-  
 siæ decus, ac ornamentum Francisci de Var-  
 gas Caroli Quinti Cæsaris à sacris Tumultua-  
 rium, ac pene extemporale.

**O** *Bmutuit quondam peregrino in vertice Moses:  
 Ceperat & balbo tardiùs ore loqui.  
 Forsitan & claram facies metuenda loquellam  
 Abstulerat, viso lingua reuincta Deo est.  
 Quòd si non vari vates germane fuisses,  
 Nec quicquam pharijs quod loqueretur erat.  
 Tu quoq; cornigerum facis hunc Honcala loquentem,  
 Et duce te nobis gratius ecce sonat.  
 Amranidem omnipotens Centri dedit, attamen orbi,  
 Te vatem virtus ingeniosa facit.  
 Nec tantum captæ referas modò murmura lingua,  
 Peruia sed vatis penitiora patent.  
 Scilicet id dubium? mens est sibi nota videntis:  
 Magna modo, magnis iam meliora dabit.  
 Accipe nunc Genesim, cunctarum exordia rerum:  
 Quæq; sub antiquo delituere chao.  
 Omnia discernit, diffinit, disserit altè:  
 Omnia, quæ in Sacris sunt tibi recta notis.  
 Hebraea Græcis iungit, Chaldaea Latinis  
 Quadruplicis lingua culmina solus habens.  
 Doctum opus, excellens, eloquens, sublime, disertum,  
 Musarum arcanis dogmata pressa choris.  
 Quid moror? exiguum est quicquid mea carmina laudis,  
 Concinnant, meritis inferiora tuis.  
 Perpetuus vita candor, sine crimine mores,  
 Et labor illustris viribus ingenij.  
 Hæc, Honcala, tuum celebrant per secula nomen,  
 Veraq; perpetua symbola laudis habent.  
 Quòd si fata tuis seruant promissa camænis,  
 Non poteris, quamuis iam moriari, mori.*

## EL REY.



Or quanto por parte de vos el doctor Honcala, Canonigo dela y-  
 glesia catredal dela ciudad de Auila: nos fue fecha relaciõ que auia-  
 des compuesto vn libro intitulado Commentaria in Genesim, el  
 qual se presento en nuestro cõsejo, ynos fue suplicado. A catãdo ser  
 obra muy vtil y prouechosa os dießemos licencia y facultad, para q̃  
 vos solo, o quien vño poder ouiere pudießedes imprimir y vender  
 el dicho libro, o como la nuestra merced fueße. Lo qual visto por  
 los del nuestro conßejo fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en  
 la dicha razõ. Y nos tuuimos lo por bien, y por la presente por os hazer bien y merced  
 os damos licencia y facultad, para que vos o quien vuestro poder vuiere podays impri-  
 mir y veder por tiempo de diez Años primeros siguientes, que se cuenten desde el dia  
 dela data desta mi cedula en adelante el dicho libro. A razon de vn ducado cada volumẽ  
 de libro y no mas. Y mandamos que ninguna otra persona lo pueda imprimir ni ven-  
 der sin tener el dicho vuestro poder como dicho es. So pena que pierda la impressiõ  
 que anfi hiziere y vendiere, y los moldes y aparejos, y mas incurra en pena de diez mil  
 marauedis para la nuestra camara, y mãdamos al nuestro Iusticia mayor, y a los del nuef-  
 tro conßejo Presidentes y Oydores delas nuestras Audiencias, Alcaldes, y Alguaziles de  
 la nuestra casa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Asistente, Gouer-  
 nadores y otras justicias y juezes qualesquier, de todas las ciudades villas y lugares de-  
 los nuestros reynos y señorios, y a cada vno dellos en su juridiciõ, que guardẽ y cum-  
 plan, y hagan guardar y cõplir esta nuestra cedula y licencia y lo en ella contenido. Cõ-  
 tãto q̃ cõ el dicho tratado vaya impressa esta mi cedula, y contra lo en ella cõtenido no  
 cõsientã yr ni passar. So pena dela nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuef-  
 tra camara a cada vno que lo cõtrario hiziere. Fecha en Valladolid a treynta y vn dias  
 del mes de Agosto de mil y quinientos y cinquenta y cinco Años.

La Princesa.

Por mandado de su Magestad, su alteza en su nombre  
 Francisco de Ledesma.

# INDEX COPIOSVS IN- signium sentētiarum, atque germanarum expositionum, quæ in hisce ad Genesim Commentarijs continen- tur, per eorum autorem, quanta maxima potuit diligentia, ad pub- licam vtilitatem editus, & in literarum ordinem redactus.



Ab ex officio præfer-  
tur fratri Cain. fol.  
42. col. 4.  
Abel vanitas interpre-  
tatur. fol. 42. col. 2.  
Abelis & Christi col-  
latio. fol. 42. col. 3.  
Abimelech iniustum licet non iniuste fe-  
cit: tollendo Saram. fol. 138. col. 1. & 2.  
Abir nominis literatura & mystica signi-  
ficantia. fol. 297. col. 3.  
Abire dicitur Deus à nobis cum cessat lo-  
qui, aut operari. fol. 121. col. 4.  
Abyssus est incompenetrabilis profundi-  
tas aquarum. fol. 298. col. 1.  
Abyssus modo incompenetrabile aquarū  
molem, modo earum receptaculum si-  
gnificat. fol. 5. col. 3.  
Abyssus magna est mare oceanum. fol. 65.  
col. 1.  
Ablactatio epulo celebrabatur. fol. 142.  
col. 3.  
Abraham Pater multitudinis gentium. fo-  
lio. 117. col. 1.  
Cum Abraham rex Gerare pactum init.  
fol. 145. col. 2.  
Abraham non peccauit, tacens Sarai esse  
uxorem suam & manifestans esse sororē.  
fol. 89. col. 4.  
Abraham obtulisse filium neci, Deus tri-  
bus modis fecit credibile. fol. 150. col. 2.  
Abrahæ Deus loquens promisit Ismaelis  
gentem, non addendo magnam quod  
addidit Angelus loquens matri eius A-  
gar. fol. 144. col. 3.  
Abrahæ ortus quoto fuit Anno à diluui-  
o. fol. 83. col. 3. & 4.  
Abrahæ duplex discessus à Mesopotamia.  
fol. 84. col. 2.  
Abrahæ nominis interpretatio. fol. 117. col. 2.  
Abrahæ affectus totus in Christum tende-  
bat. fol. 101. col. 3.  
Abscondi se Deo peccatores perturbati fal-  
so opinantur. fol. 46. col. 2. & 3.

Abscondit Ioseph prudentissime crimen  
fraternum. fol. 268. col. 3. & 4.  
Accedendi tria genera. fol. 128. col. 3.  
Accinctus dicitur expeditus ad pugnam.  
fol. 234. col. 2. & 3. & fol. 296. col. 3.  
Accusatrix conscientia post delectationē  
peccantem cruciat. fol. 258. col. 1.  
Accusatio præueniēs veniam obtinet. fo.  
250. col. 1.  
Accusato satis esse debet innocentia suā  
manifestare. fol. 248. col. 1.  
Acrisia pro auidencia. fol. 132. col. 1.  
Adam nunc primum hominem, nunc spe-  
ciē & vtrunq; sexū significat. fol. 51. col. 2.  
Adam vere pœnituit. fol. 34. col. 1.  
Adam nomen ad peccatum referri. fol. 56.  
col. 2.  
Adam prophetasse. fol. 29. col. 1.  
Adiuuorium viri multis de causis dicitur  
fœmina. fol. 27. col. 1.  
Adæ secundi cum primo collatio. fol. 41.  
col. 3.  
Adiuuans proximum Adiuuator à Deo.  
fol. 141. col. 3.  
Adiuuat Deus mirifice nō inerres, sed stu-  
diosos. fol. 61. col. 3.  
Adorantur & homines sed non quomo-  
do Deus. fol. 154. col. 4.  
Adorantur & honorantur licite principes  
vt homines non vt Deus. Ipse. fol. 216.  
col. 1.  
Adorauit Ioseph non sceptrum Ioseph,  
sed ipsum Deum, versus ad caput lectu-  
li. fol. 284. col. 2.  
Adulatorem inter & verum laudatorem  
discrimen. fol. 267. col. 3.  
Adulterii vindex Deus est. fol. 90. col. 3.  
Adulterii grauitas exponitur. fol. 243. col. 3.  
Adulter est in suam uxorem ardentior a-  
mator. fol. 190. col. 4.  
Adulterium luxuriæ atque iniustitiæ ma-  
litiā continet. fol. 139. col. 1.  
Adulterium fuit Thamar coitus cum so-  
cero. fol. 240. col. 4. & c.  
Adul-



## Index.

- Adulterium apud Ægyptios grauius erat quam homicidium, sicut apud Persas seuius puniebatur furtum quam adulterium. fo. 89. co. 3.
- Adulterium etiam Barbari detestantur. fo. 90. co. 3.
- Ædificata mulier potius quàm constructa dicitur ex costa, tribus de causis. fol. 28. co. 3. & 4.
- Ægyptiorum prauis mores, & duplex seruitus, explicantur. fo. 281. co. 2.
- Ægyptus dicitur Hebraice Mizraim, id est tenebræ, quibus Dei verbum illuxit. fo. 241. colum. 3.
- Ætas hominis tribus articulis distinguitur. fo. 153. co. 3.
- Ætas hominum eadem ferè manet post diluuium. fo. 304. co. 3.
- Æternum pro diuturno tempore poni solet. fo. 41. col. 1.
- A facie Dei egredi est Deum auersari & de pietate eius desperare. folio. 47. colum. 2.
- Affectus humani tribuuntur Deo Metaphoricè ac presignanter quòd homo futurus erat. fo. 57. co. 4.
- Affectus Abrahæ sibi inuicem contrarii. fo. 148. co. 2.
- Affectus germani signa. folio. 216. colum. 2.
- Affectus quàm sit violentus & tener. fo. 264. co. 1.
- Affectibus tanguntur etiam perfecti. fol. 107. co. 1.
- Affectio fraterna elicit in Ioseph. fo. 258. co. 3. & c.
- Afflictio Agar triplex. fo. 114. co. 2.
- Agar interpretatur peregrinatio siue peregrina. fo. 111. co. 1.
- Ager cœlestis fide, spe, & charitate emendatus. fo. 218. co. 3.
- Agit Deus cum iniustis iustorum gratia, fo. 204. co. 3.
- Agnis centum, latine legimus, vbi legendum esset, centum minis, id est, libris argenteis. fo. 212. co. 3.
- Agriculturarum calamitas. fo. 282. co. 2.
- Agrorum tan fertilitas, quàm sterilitas Deo est attribuenda. folio. 281. colum. 4.
- Alacritas Abrahæ in exequendo domini mandatum. fo. 148. co. 1.
- Alacritas Abrahæ commendatur. fo. 124. colum. 3.
- Alacritas Patriarchæ Iacob & Apostoli Pauli conferuntur. fo. 188. co. 3.
- Alacritate mentis alacre redditur defectu corpus. fo. 284. co. 4.
- Alienos Deos Iacob fecit strudi à familia sua. fo. 223. co. 3.
- Alimenta qualia fuerunt in arca. fol. 62. colum. 3.
- Alimentorum œconomia. fo. 177. co. 1.
- Alma virgo abscondita. fo. 161. co. 4.
- Allegoria vtique pulchra interpretatur disidium Iacob & Laban de Christo, & ecclesia contra diabolum & mundum. fo. 209. co. 1. & 2.
- Alligat Christus credentem sibi retinetque volentem. fo. 293. co. 4.
- Altare piè Domino erexit Abraham. fol. 95. col. 2.
- Altare veluti pius & gratus frequenter erigebat Abraham. fo. 88. co. 4.
- Altare tribus de causis erexit Domino Abraham. fo. 146. co. 4.
- Altare soli Deo ædificandum. fo. 69. colum. 2.
- Alternis suos exercet Deus exemplo Ioseph. fo. 245. co. 4.
- Amalech, à quo Amalechita. fo. 228. co. 3. & fo. 96. co. 3.
- Amans facile diuturnum, laborem breuè putat, vt tandem refruatur amata. fol. 199. co. 4.
- Amendatio excusat œconomum Ioseph. fo. 263. co. 1.
- Amœnitas Paradisi arborumque eius. fo. 24. colum. 3.
- Ambulare cum Deo quid sit tresque Patriarchæ ambulasse cum Deo traduntur. fo. 52. co. 2. & 3.
- Ammon nominis interpretatio. fo. 137. colum. 2.
- Ambulare coram Deo est Hebrais Deo placere. fo. 116. co. 1.
- Amor coniugalis est quoque moderadus. fo. 190. co. 4. & c.
- Amor impotens, ac violentus Sychem erga Dinam describitur. folio. 219. colum. 3.
- Amor visu concipitur & nutritur. fo. 243. colum. 3.
- Amor affectus est maxime improbus. fo. 221. co. 1.
- Amorrhæus & Chananæus generaliter interdum significant quemlibet habitatorem terræ promissionis. foli. 289. colum. 1. & 2.
- Ana inuenit aquas calidas vel burdones aut

## Index.

- anemulos. fo. 229. co. 2.
- Ancillæ etiam Angelus apparuit. fo. 113. colum. 2.
- Angeli comitabantur Iacob cui ingrediēti Chananæam alii occurrerunt. fo. 209. colum. 3.
- Angeli mali turbant suos familiares, boni latificant. fo. 214. co. 2.
- Angeli per modeste dignitatem suam tacent vt Dei excellentiam extollant. fo. 214. co. 1. & 2.
- Angeli tres, Michael, Gabriel, & Raphael. fo. 223. co. 2.
- Angelos inter cætera creatos fuisse. fo. 20. colum. 1.
- Anima pro voluntate. fo. 155. co. 1.
- Anima pro toto homine. fo. 99. co. 4.
- Anima pro animali. fo. 14. co. 4.
- Anima pro intimo affectu ponitur. fol. 178. co. 2.
- Anima pro vita interdum ponitur. fol. 234. co. 1.
- Anima cur pro vita ponatur ac perinde pro viuente explicatur. folio. 276. colum. 4.
- Anima vnica in homine. fo. 23. co. 3.
- Animalia minutissima vel actu vel potentia ab initio fuisse creata. folio. 14. colum. 4.
- Animalia non omnia intrauerunt archam. fo. 62. co. 2.
- Animam hominis à Deo creatam. fo. 23. colum. 2. & fo. 42. co. 1.
- Animas fecisse Abraham est ad cultum diuinum eas adduxisse. folio. 87. colum. 2.
- Animalia creata fuisse à Deo non temere edita. fo. 63. co. 4.
- Annus, vnde dicitur tam Hebraice quàm Græcè quàm Latine. folio. 12. co. 1. & 2.
- Anni duplex partitio. fo. 70. co. 4.
- Anni quos viuebant primi homines solares erant & duodecim mensibus constant. fo. 15. colum. 4.
- Annus solaris Christum & duodecim Apostolos significat. fo. 68. co. 4.
- Anni iustorum vitales. folio. 153. colum. 3.
- Annus duplex solaris & lunaris. fo. 12. colum. 2.
- Anni vitæ Abraham Isaac & Iacob conferuntur. fo. 279. colum. 4.
- Annis sex mille duraturum tantum mundum Iudæi temerè definiunt. fo. 18. co. 3. & 4.
- Aposiopsis. fo. 198. co. 1.
- Apparet aliquando Angelus, aliquando Deus, & multifariam vterque inducitur loquens. fo. 122. co. 4.
- Apparet Angelus iustis clare, obscure tamen iniustis. fo. 204. co. 2.
- Apparet cum Deus nō videtur eius essentia. fo. 115. co. 3.
- Apparet Deus iustis frequenter sicut Iacob. fo. 224. co. 1.
- Apparet perfectis Deus multipliciter. fo. 171. co. 3.
- Apparet Deus multo aliter quàm demones. fo. 88. co. 3.
- Apparet Deus interdum iustis, etiam non vocatus. fo. 122. co. 3.
- Apparitiones attemperauit Deus humanæ infirmitati. fo. 214. co. 4.
- Apparitio Angelica, cum sit piis & perfectis, est referenda vt examinetur an ex Deo sit. fo. 115. co. 2.
- Appetitus in homine subest rationi. fol. 44. co. 3.
- Approbatum aliquando votum, vbi factum improbatum. fo. 265. co. 3.
- Aqua spiritalis, quibus deest, siti pereunt. fo. 143. co. 4.
- Aquas super cœlestes non defluxisse in diluuium sanior videtur sententia. fo. 65. co. 2. & 3.
- Aquas veras super cœlos esse. fol. 9. colum. 2.
- Aquæ abundantia. fo. 187. co. 4.
- Aquæ diuina potestate in vnum locum congregatæ, in eodem continentur. fo. 10. col. 1.
- Aquæ sacra faciebant Ægyptii propter Nilum eorum agros inundantem. fo. 83. colum. 2.
- Aran Hebraice Charan Græci dicunt Carhan. fo. 84. co. 2.
- Aran filius Tare mortuus est ante Patrem. fo. 83. col. 4.
- Arrabo pignus est. fo. 239. co. 3.
- Arbor scientiæ boni & mali dicta est propter experimentum. folio. 24. co. 3. & 4.
- Arbores non omnes fuisse delatas diluuiō. fo. 68. co. 1.
- Arbe interpretatur quatuor, & est nomen ciuitatis. folio. 95. colum. 1. & folio. 154. colum. 1.
- Arborum insitio licita est ac mystica. fo. 11. co. 2.

## Index.

Arca residet in vertice Gordej montis apud Carduenos populos Armeniæ. fo. 67. co. 2.  
 Arca animalia non omnia intrauerunt sed pleraque Dei instinctu ducta. fol. 62. co. 2.  
 Arcanum seruare interest cuiuslibet principis. fol. 258. co. 4.  
 Arcus & gladius prouerbialiter pro panoplia ponebatur. fo. 289. co. 2.  
 Arcus & gladius Iacob erant iustitia eius in homines & pietas in Deum. ibidem.  
 Arcus patris celestis filius est. folio. 74. co. 1.  
 Arcus celestis licet naturalis sit in signum tamen positus est à Deo. folio. 73. colum. 1.  
 Aries pro Isaac immolatus non fuit antiquus, nec de nouo creatus, sed alicunde allatus. fo. 151.  
 Articulus pro ipsa agēdi oportunitate ponitur. fo. 65. co. 3. & 4.  
 Armilla quid sit. fo. 239. co. 3.  
 Ascendere & descendere dicitur Deus metaphoricè. fo. 275. co. 2.  
 Ascenderunt Enoch & Helias quasi in cælum, Christus uero in cælum. fol. 52. colum. 4.  
 Asser, interpretatur Beatus. foli. 195. colum. 2.  
 Asina ad uitem alligata, ecclesia ex gentibus intelligitur. folio. 293. colum. 4.  
 Asina populus Iudaicus, Pullos populus Gentilis, sua uterque ratione significatur. fo. 294. co. 1.  
 Asinus fortis debet esse studiosus diuinæ sapientiæ. fo. 295. co. 3.  
 Asinus fortis, cur dictus sit Zabulon. fol. 295. co. 3.  
 Assyrii ab assur dicti sunt. folio. 79. colum. 1.  
 Aspiciere pro adprobare. folio. 43. colum. 2. & 3.  
 Assumptus è terra tam secundus quàm primus Adam. fo. 41. co. 2.  
 Astorum tria officia. fo. 12. co. 4. & c.  
 Atributa quædam Deo explicat. fol. 1. colum. 3.  
 Audire pro obedire. fo. 38. co. 4.  
 Auditus spiritalis potius quàm corporalis exigitur. fo. 49. col. 1.  
 Auguratus quomodo sit Balan. folio. 198. colum. 1.

Augurandi peritum quomodo se fatetur sanctus Ioseph. fo. 166. co. 2.  
 Auguratus male non est Abraham feruus. fo. 159. co. 1.  
 Augmenta præmiorum pro meritorum incrementis Deus confert. folio. 110. colum. 3.  
 Aulon quis locus sit describitur. folio. 98. colum. 2.  
 Autoritas Abraham. fo. 154. co. 3.  
 Autorem quorundam mirabilium operū se Deus modo prodit, modo tacet. fol. 281. colum. 4.  
 Auari carpuntur Abraham comparati. fo. 156. colum. 2.  
 Auxiliatur Deus iustis quatenus opus est. fo. 133. co. 3.  
 Auxilium Dei efficax quàm latè pateat. fo. 242. co. 1. & 2. & 3.  
 Auxilium diuinum non est petendum, nisi cum est necessarium. folio. 144. colum. 4.

## B

**B** Abel interpretatur Confusio eiusque descriptio ponitur. folio. 82. colum. 2.  
 Babilonia turris & urbis incrementū valde properatum. fo. 92. col. 2.  
 Babylonis ædificatores dispersione Deus congruenter puniuit. folio. 80. colum. 4.  
 Balaam ipse est Helii amicus Iob. fo. 153. colum. 2.  
 Bala ciuitas eadem est Segor, quæ postea sit dicta Palma. fo. 95. co. 3.  
 Balach duplex. fo. 229. co. 3.  
 Bala dicta est Segor, & Salisa. fo. 134. co. 2. & fo. 136. co. 2.  
 Bdelium quid sit. fo. 25. co. 1.  
 Bersabee interpretatur puteus iuramenti, vel saturitatis. fo. 175. colum. 4. & fo. 146. co. 3.  
 Bella in scripturis sanctis narrantur ut uidentur vel certè à Deo victoria spectantur. fo. 99. co. 3.  
 Bene agendi materiam Deus improbis aliquando proponit sciens ea illos abusuros. fo. 130. co. 1.  
 Benedicere Deum est ipsum alicui benedicere. folio. 85. colum. 4. & folio. 224. colum. 2.  
 Benedictio duplex allata est homini. fol. 16. colum. 4.

Benedictio

## Index.

Benedictio datur cum manus impositione. fo. 286. col. 4.  
 Benedictio dictus est Abraham emphaticos, Christus autem proprie. folio. 86. co. 1.  
 Benedicendum inter ac maledicendū contrarius ordo, cur interdum seruetur. folio. 179. co. 3. & 4.  
 Benedictio confertur à sacerdote, sed Deo autore. fo. 99. co. 1.  
 Benedicuntur cum in Christo fideles, ipsi se quodam modo benedicunt. fol. 86. colum. 3.  
 Benedictio frequens apud Hebræos erat pacis precatio. folio. 279. co. 2. & fo. li. 280. co. 1.  
 Benedictio ab Isaac accommodata filio Iacob, tum corporalis, tum spiritalis fuit fo. 179. co. 1.  
 Benedictio omnium gentium in Christo in dies impletur. fol. 152. co. 2.  
 Benedictio Patriarchæ Iacob pluribus explicatur. fo. 183. co. 3.  
 Benedictio parentum in filios semper fuit maximi habita. fo. 286. co. 4.  
 Benedictio per errorem Iacob data quomodo certum habuerit effectum. fol. 180. co. 4.  
 Benedictio Dei non hominis per se efficax est. fo. 285. colum. 1.  
 Benedictio Christi cunctis gentibus cunctisque nationibus communis. fo. 299. colum. 1. & c.  
 Benedictio pro bonorum copia ponitur. fo. 166. co. 3.  
 Benedictio seminis Abraham quàm latè pateat. fo. 186. co. 2.  
 Benedictiones Patriarcharū exterius corporales uidentur, sed intus spirituales erant. fo. 299. co. 3.  
 Benedictionis nomine designatur spirituale augmentum homini datum. folio. 21. colum. 1.  
 Nō benedixit Abraham filio suo Isaac morti proximus. fo. 166. co. 3.  
 Benedictionum Iacob & Esau discrimen fo. 181. co. 3.  
 Benedictione Iacob præferri fratri Esau procurans Rebecca non peccauit. fol. 177. co. 1.  
 Benedicuntur posteriores priorum meritis. folio. 287. col. 3.  
 Benedixit Dominus Sarai locupletæ. folio. 120. co. 3.  
 Benedixit prorsus Isaac sed pro temporū

illorum imperfectione, sub euangelio autem à ieiuniis benedictiones preferuntur. fo. 176. co. 2.  
 Benjamin benedictio. fol. 298. co. 4.  
 Benoni, idest, filium doloris mei uocauit filium suum Rachel moriens Iacob autem Benjamin, idest, filium dexteræ. fo. li. 226. co. 2.  
 Bethel duplex. fo. 88. col. 3.  
 Bethel urbs quæ olim Luça uocabatur. fo. 187. co. 2.  
 Binarium numerum non approbavit Deus, utpote primum diuisionis initium. folio. 9. co. 3. & 4.  
 Bitumen quid sit & ex quibus fiat. fol. 80. col. 3.  
 Bitumen erat piceum gluten. folio. 61. colum. 1.  
 Bitumine arce utebantur ad expiationes. fo. 67. co. 2.  
 Bohu quid significet. fo. 5. co. 2.  
 Bona Deus prius danda proponit, quàm inferat ea negligentibus mala. fol. 138. colum. 3.  
 Bonum Deus prius proponit. Deinde illud negligentibus malū comminatur. fo. 44. co. 2. & 3.  
 Bonum Deum uidere est approbare quod fecit & ei placere. fo. 6. co. 4. & fo. 10. co. 3.  
 Bonum esse in oculis pro placere. fol. 112. col. 4.  
 Breuitas uitæ plenitudinem peccatorum sequitur. fo. 109. co. 4.

## C

**C** Adaueris tria damna, triaq; ei adhibenda remedia. fo. 301. co. 1.  
 Cades quæ regio sit. fo. 137. co. 3.  
 Cadere pro extingui seu mori. folio. 97. colum. 1.  
 Calamitarum participes fiunt ceteræ res propter hominum peccatum. fol. 70. colum. 1.  
 Calcaneo hominis qualiter insidiatur diabolus. fo. 36. co. 3.  
 Calcanæus adumbrat Christi humanitatem. fo. 36. col. 3. & 4.  
 Caiphæ consilium præsignatum in fratribus Ioseph. fo. 235. co. 1.  
 Calamitates Iacob referuntur. folio. 261. colum. 3.  
 Calamitatibus electos ad se venire frequenter urget Deus. folio. 203. columna. 1.

Caligo

## Index.

- Calige nomen pro calceis positum. folio. 100. co. 1.
- Calliditas diaboli in serpentem per quem Dei permisso hominem tentauit. folio. 30. colum. 1.
- Calumnia officiosa egit Ioseph aduersus fratres suos. folio. 265. co. 2.
- Camelorum natura ex Plinio. folio. 158. colum. 2.
- Can pater Caynam designatus est pre pro pere propter duas causas. folio. 74. col. 3. & fo. 75. co. 1.
- Canaan iniquitas exponitur. folio. 75. & folio. 76.
- Cananæi tanquam serui terram promissionis possederunt, antequam Israelitæ eâ possiderent. folio. 77. co. 3.
- Captiuitas tertia perpetua Iudæis. folio. 110. co. 2.
- Chariat & Arbez & Mambre eadem ciuitas. folio. 227. co. 2.
- Caro cur dicitur homo & non spiritus. folio. 55. co. 2.
- Carnem veram demones facere nequeunt. folio. 178. co. 3.
- Castitas tam Saræ, quam Abrahæ asseritur. folio. 111. co. 3. & c.
- Castitas & uirginitas plurimi fiebant Patriarcharum tempore. folio. 220. co. 1.
- Castitas tam Abrahæ quam Saræ cur uirginitati confertur. folio. 112. colum. na. 1.
- Castitas Iacob ab impotenti libidine asseritur. folio. 196. co. 1.
- Castitas Ioseph commendatur. folio. 244. co. 1.
- Castra Dei Angeli Dei intelliguntur. folio. 209. co. 1.
- Catharate dictæ sunt cœlestes aquarum scaturigines. folio. 65. co. 2.
- Cæcitas Isaac festinatio seni ingruit. folio. 176. co. 1.
- Cæcitate pari puniuntur qui sunt in scelere pares. folio. 132. co. 1.
- Cæcorum egregia consolatio. folio. 286. co. 2.
- Cœlum Hebraicè Samain. folio. 9. co. 3.
- Cærastræ natura. folio. 296. co. 1.
- Cæte grandia quæ sint. folio. 13. colum. na. 4.
- Cethura altera ab Agar, quam Abraham duxit non absque mysterio. folio. 164. colum. 3.
- Cedere temporis sapientis est. folio. 260. colum. 4.
- Cedrinis ex lignis aut forte Abiegnis arca Noe constructa fuit. folio. 61. co. 1.
- Cessare ponitur pro eo quod est: per aliquod tempus aliquid omittere. folio. 193. co. 2.
- Cessauit quieuitq; Deus die septimo. folio. 20. co. 4.
- Centenario numero perfectio assignatur. folio. 141. co. 4.
- Centum viginti annis non determinatur longitudo uitæ hominis, sed tempus usque ad diluuium. folio. 55. columna. 3. & 4.
- Chananeus pro mercatore ponitur. folio. 237. co. 1.
- Cham interpretatur calor. folio. 53. colum. 4.
- Chanaam maledictione percutitur pro peccato Cam patris sui. folio. 75. colum. 4.
- Cheuilath quid sit. folio. 24. co. 4.
- Christus est uerus asser uerè beatus, & beatificus. folio. 296. co. 4.
- Christalinum cœlum dicitur, quod in morem Christi ex aquis compactum sit. folio. 9. co. 2.
- Christus puluere terræ adumbratur. folio. 186. co. 1.
- Christianorum paucitas non est Christo imputanda. folio. 282. co. 4.
- Christus quare dicitur filius hominis. folio. 56. co. 2.
- Christum infantulum non uirum perfectum nasciturum fuisse. folio. 293. colum. 1. & 2.
- Cibus solidus perfectorum est. folio. 295. colum. 1.
- Cibum dare est auiditatem edendi eius indere. folio. 17. col. 2.
- Cinere se Patriarcha sapienter appellauit. folio. 129. co. 2.
- Circuncisio etsi mulieribus non adhibebatur saluabantur. folio. 122. co. 2.
- Circuncisio per Christum fuit antiquata sicut & lex. folio. 119. co. 4.
- Circuncisionis signum datum est Hebræis usque ad Christum & propter Christum. folio. 118. co. 4.
- Circuncisionis loco tacto iurauit Eliezer. folio. 157. co. 3.
- Circuncisus est Christus ut esset in eo patrum Dei completum. folio. 119. co. 4.
- Circuncisio octauo die duabus de causis fiebat. folio. 119. co. 1.
- Ad Circuncisionem alienigenæ admittentur.

## Index.

- tebantur. folio. 119. co. 3.
- Circuncisione Abrahæ non fuit sanctificatus Isaac, sed sua. folio. 122. co. 1.
- Circunciditur Ismaeliti, & Egyptii quatuordecimo anno. folio. 122. co. 2.
- Circunciditur & alia gentes ad Hebræorum imitatione. folio. 119. co. 3.
- Ciuitas omnium prima Enochia dicta. folio. 48. co. 2.
- Ciuitas Iacob ut fratrem suum mitigaret, describitur. folio. 210. co. 1.
- Claudicatio Iacob actutum fuit rectificata. folio. 214. co. 4.
- Clementia Esau insignis in fratrem Iacob. folio. 216. co. 2.
- Clementia Dei elucet in fouendo puniendoq; homine primo. folio. 40. co. 3.
- Coagit creatura cooperatore Deo. folio. 21. colum. 3.
- Cognitionis princeps pro tota cognitione solet poni. folio. 184. co. 2.
- Cogitatio in malum intenta explicatur. Cogitatio autem mali & bona potest esse & mala. folio. 57. co. 2. & 3.
- Cogitationes malæ statim abigendæ. folio. 106. co. 4.
- Cognoscere cur usurpatur pro coire. folio. 41. co. 4.
- Cognouit inquit Deus pro eo quod est alios cognoscere feci. folio. 150. co. 2.
- Coitus Iacob cum Lia ignorantia excusatur. folio. 191. co. 4.
- Colubri ingenium describitur. folio. 296. colum. 1.
- Collatio Christi & Ioseph. folio. 236. colum. 2.
- Colles æterni præstantes iusti intelliguntur, æternam uitam intendentes. folio. 298. co. 2. & 3.
- Collicida est panis subcinericius. folio. 177. co. 4.
- Colluctatio Esau & Iacob instinctu diuino facta. folio. 168. co. 3.
- Colorum in ouibus mutandorum artem Iacob diuino reuelatu percepit. folio. 201. colum. 4.
- Comedere quomodo dicuntur Angeli. folio. 124. co. 4.
- Conceptio uirginis mirabilior est quæ sterilis. folio. 126. co. 1. & 2. & 3. & 4.
- Conceptionis ac natiuitatis Ioannis baptistæ, & Christi certa temporum obseruatione perfecta. folio. 11. co. 1.
- Conceptus & partus Deus moderatur. folio. 192. co. 4.
- Ad Concordiam euangelistarum comprobendam facit quod ex Augustino referuntur. folio. 259. co. 2.
- Concubinarum quæ & uxoris qualis fuerit conditio. folio. 165. co. 2.
- Conflagrationem totius orbis accessisse ex muliebri leuitate filia Loth putauerunt. folio. 136. co. 2.
- Confortatur quomodo cor pane. folio. 124. colum. 1.
- Coniectores qui sint. folio. 249. colum. 3. & 4.
- Coniecto maleficus non fuit Ioseph sed propheta. folio. 250. co. 3.
- Coniugia honeste atque sancte incunda sunt. folio. 164. co. 2.
- Coniugalia iura & indissolubile vinculum. folio. 29. co. 2.
- Coniugari ad patres suos quid sit. folio. 166. co. 1.
- Coniugem relictam alius ducere non potest nec relinquens suam ob adulterium aliam ducere potest. folio. 112. colum. 2.
- Coniugio infidelem Ioseph accepit, quam reddidit fidelem. folio. 254. colum. 1.
- Coniugium antiquitus certis de causis cognati inter se contrahebant. folio. 183. colum. 3.
- Coniugium cum fratris filia lex non prohibuit. folio. 84. co. 1.
- Coniunctis charitate diuina mysteria panduntur. folio. 289. co. 4.
- Commoda & incommoda de cælo mortalibus inferuntur. folio. 134. colum. 4.
- Conquestio Sarai, iusta aduersus Abrahæ. folio. 112. co. 4.
- Conscii sceleris sui in illud referunt quicquid aduersi patiuntur. folio. 166. colum. 3.
- Consilio præstabat Sara, quia libidine non tangebatur. folio. 143. co. 1.
- Consilium Leui & Simeon tam iuxta historiam, quam iuxta spiritum exécratus est Patriarcha Iacob. folio. 291. colum. 3.
- Consilium Dei humano studio solui non potest. folio. 233. co. 4.
- Consiliorum communicatio firmissimum est amicitia argumentum. folio. 127. colum. 2.
- Consilium Ioseph de subueniendo famæ futuræ. folio. 251. co. 4.

## Index.

Consolatus est Noe homines sui temporis, sed longe melius Christus. folio. 53. colum. 3.  
 Consortio prauorum bonorum probitas nonnihil obscuratur. fo. 201. co. 2.  
 Consultatio Rebeccae non impia, sed pia fuit. fol. 168. co. 4.  
 Constantia Abrahæ declaratur. fol. 148. colum. 2.  
 Conterit caput serpentis tam Christus q̄ Maria. fo. 36. co. 3.  
 Conuersatio cœlestium spirituum nõ solet esse frequens cum mortalibus. fol. 129. co. 4.  
 Cooperatores Dei sunt Angeli & homines. fo. 81. co. 2.  
 Cooperatur Deus agentibus naturalibus. fo. 13. co. 3. & c.  
 Cornu clangunt Hebræi in memoriam Arietis pro Isaac immolati. folio. 151. colum. 1.  
 Cor pro animo. fo. 42. co. 1.  
 Coram domino fieri dicitur. quod ille approbat. fo. 176. co. 4.  
 Corporaliter pro eo quod est vere & realiter. fo. 209. co. 4.  
 Corruerat quomodo omnis caro. viam suam bis exponitur. folio 59. colum. 3. & c.  
 Corruptio morum quam latè pateat. fol. 180. co. 3.  
 Coruus vtrum egrediebatur & non reuertebatur. fo. 67. co. 4.  
 Costa desola ædificata fuit mulier. fol. 28. col. 2. & c.  
 Creare multipliciter accipitur. fol. 13. colum. 3.  
 Creauit Deus cœlum & terram sine mora in momento. fo. 4. co. 2.  
 Creauit Deus mundum vt bonus Deus bona faceret. fo. 2. co. 2.  
 Creatio exornationem præcedit, ne cœlum & terra infesta & æterna putarentur. fo. 5. colum. 1.  
 Creatum fuisse mundum non ab æternò sed in tempore absque Dei mutatione. fo. 2. colum. 1.  
 Creatum fuisse mundum Deo reuelante scitur. fo. 1. co. 4.  
 Crescite & multiplicamini replicatum est vt genus humanum iterum propagaretur. fo. 69. co. 2.  
 Crescite pro fructificate. fol. 14. columna. 3. & c.  
 Crimen fraternum prudentissimè fratribus suis Ioseph abscondit. folio. 268. colum. 3. & c. & fol. 237. co. 2. & c. 3.

Crux patibulo ligneo præsignata fuit. fo. 248. co. 2.  
 Crucem Christi quercus fletus adumbravit. fo. 224.  
 Crucis mysterium manibus cancellatis Iacob expressit. fo. 287. co. 1.  
 Cubitus duplex alius naturalis alius geometricus. fo. 61. co. 2.  
 Cum pro ab. fo. 60. co. 3.  
 Cum aliquo Deum esse significat ei impesse fauere. fo. 171. co. 4.  
 Cum quo Deus est ipsius vallatur auxilio. fo. 201. co. 2.  
 Custodiam custodire est circumspectè mandata seruare. fo. 172. co. 1.

## D

**D** Amasus ciuitas vnde appellata. fol. 102. co. 2.  
 Dan benedictio explicatur. fol. 295. colum. 4.  
 Dan interpretatur iudicium. fo. 194. co. 3.  
 Dan vicus iuxta Paneadam urbem situs. fo. 97. co. 4.  
 Dapes matrona non tam sibi quam marito condit. fo. 177. co. 3.  
 Dare dicitur Deus bona quia gratis ea donat. fo. 116. co. 2.  
 Dauid ingens præconium ponitur in benedictione Iudæ. fo. 292. co. 1.  
 Dauidi accommodatur tota benedictio Iudæ. fo. 292. co. 2.  
 Deambulans multiplex exponitur. folio. 34. co. 1.  
 Debita emendi vendendiq; ratio seruata à Patriarcha. fo. 155. co. 4.  
 Debbota. interpretatur apis Rebeccae nutritrix. fo. 163. co. 1.  
 Debora interpretatur apes. fo. 224. co. 1.  
 Decadibus tribus microcosmos, id est, homo constat. fo. 19. per totum.  
 Decem Dei nomina eorumque significaciones digeruntur. fo. 22. co. 1. & c. 2.  
 Decies quomodo Laban generum Iacob deceperit. fo. 201. co. 3.  
 Decimas primus omnium Abraham piè antistiti melchisedech obtulit. fol. 99. colum. 3.  
 Decimæ cur soluuntur potius quam duodecimæ. fo. 188. co. 2.  
 Delendos esse oportune iniquos. fo. 134. colum. 3.

Deleuit

## Index.

Deleuit & Deus bruta quibusdam de causis. fo. 58. col. 1.  
 Delicias Regibus præbet solus Christus beatus, & beatificus. folio. 296. columna. 4.  
 Deletus qualiter fuerit homo per diluuium. fo. 58. co. 1.  
 Dentes Christi lacte candidiores sunt Patriarchæ prophetæ Apostoli caterique doctores. fo. 294. co. 4. & c.  
 Descendit homo peccato, sicut à feris interdum occidatur. fo. 17. co. 1.  
 Descensus Abrahæ in Ægyptum asseritur inculpatus. fo. 89. co. 2. & c. 3.  
 Descendere dicitur Deus cum in his inferioribus aliquid operatur. folio. 80. colum. 4.  
 Descriptio terræ promissionis posita est. fo. 93. co. 4. & c.  
 Desiderium collium æternorum & expectatio gentium Christus est. folio. 298. colum. 2. & c. 3.  
 Despectus Lyæ describitur. fo. 192. co. 3.  
 Desperatio impia tum Cain, tum aliorum peccatorum describitur. fo. 46. co. 1.  
 Deorare pro omnino consumere frequenter ponitur. fo. 249. co. 2.  
 Dei posteriora, non faciem, à mortalibus videri. fol. 114. co. 4.  
 Dei cognitio continuo transmissa veluti per manus ab Adam vsque ad Christum. fo. 82. co. 3.  
 Dei tria nomina posita simul. folio. 158. colum. 3.  
 Deus nomen multipliciter vsurpatur. fol. 34. co. 4.  
 Deus in scripturis nõ modo pro Deo substantialiter ponitur, sed etiam pro Angelis & hominibus dignitate præstantibus. fo. 213. co. 3.  
 Deus est omnium Deus creationis iure, sed non pietatis voto. folio. 188. columna. 2.  
 Deum vnum esse colendum persuasit suis domesticis Iacob. fo. 223. co. 1.  
 Deum esse vulgares naturaliter confitentur. fo. 1. co. 2.  
 Deus quid sit. fo. 1. co. 2.  
 Deus promptior est ad seruandum, quam ad perdendum. fo. 71. co. 1.  
 Deos Laban plures cum vno coluit. fol. 205. co. 2. & fo. 208. co. 2. & c. 3.  
 Deus præcipiens Adæ præcepit & Euz. folio. 26. co. 3.  
 Deus interdum dicitur alicuius propter

specialem eius prærogatiuam. fol. 158. colum. 4.  
 Deus alicuius omnium Deus insignitè aliquando dicitur. fo. 174. co. 2.  
 Deus est idemq; vnus. fo. 1. co. 1.  
 Deus duplici nomine secundum duo eius attributa appellatus est. folio. 218. colum. 4.  
 Deum nullus ex æquo comprehendit. folio. 1. co. 2.  
 Deus oculis corporeis cerni nequit. fol. 1. colum. 1.  
 Dicere pro cogitare, & posse pro velle interdum ponuntur. fo. 127. co. 1.  
 Dicere aliquando significat velle & discernere. fo. 6. co. 2.  
 Dicto Dei significatur eius facilitas & celeritas. fol. 6. co. 2. & c. 7. co. 4.  
 Dicuntur quæ vni, à Deo aliis dicta cœsentur. fo. 211. co. 3.  
 Dicit Deus non sonabili voce, sed efficaci decreto. fo. 6. co. 2.  
 Dies naturalis duobus extremis vespere & mane definitus est. folio. 7. columna. 3.  
 Dies bifariam accipitur. fo. 7. co. 2.  
 Dierum alii temporis alii æternitatis. fol. 8. colum. 1.  
 Dies absolute prolati interdum pro anno ponuntur. fo. 246. co. 3.  
 Dies primus cur dictus sit vnus. fo. 7. co. 4.  
 Dies conditionis mundi spiritualiter exponuntur. fo. 8. co. 1. & c. 2.  
 Dies cur dicantur parui & mali. fol. 279. colum. 3.  
 Dies iustorum implentur, iniustorum vero non dimidiuntur. fo. 166. co. 1.  
 Dierum ordo inconfusus manet. folio. 11. colum. 3.  
 Dies pro tempore. fol. 22. col. 3.  
 Difficile nihil est Deo. fol. 125. co. 4.  
 Diffidentia Loth arguitur. fol. 136. columna. 2.  
 Diffidit quandoque iusti sibi, licet fidant Deo. fo. 101. co. 4.  
 Digamus non fuit Isaac, quia fuerat Deo consecratus. fo. 169. co. 4.  
 Dii pluraliter declinantur à diabolo, vt plures Deos esse Euz suaderet. folio. 34. colum. 4.  
 Dina interpretatur causa. fo. 196. co. 4.  
 Diluuium non fuisse iterum induendum. fo. 73. co. 2.  
 Diluuium cur non fuerit iterum induendum. fo. 70. co. 2.

635 Dilu-



## Index.

- Diluuium est defluxus aquarum multarū. fo. 61. co. 3. & 4.
- Diluuium spirituale non cœlestes, sed terrenos homines obruit. fo. 62. co. 1.
- Diluuium paulatim inductum vt peccato res pœniterent fo. 65. co. 2.
- Diluuium non fatali necessitate, sed Dei autoritate inductum esse ostenditur. folio. 60. co. 3.
- Dinam non fuisse illam Chananitidā quā duxit Simeon. fol. 276. co. 1.
- Discretus Latinis est ignauus, sed in scripturis ponitur pro eo qui victoriam obtinuit. fo. 234. co. 3.
- Discipuli Christi veri homines obliuiscetes atque dolētes, & postea gaudentes. fo. 50. co. 2.
- Discipulos paucos studiosos, maluit Christus quam multos ineptos. fo. 283. co. 2.
- Discordia Esau & Iacob eorumque posterorum. fo. 169. co. 1.
- Discordia non diluuio puniti sunt ædificantes turrim. fo. 81. co. 3.
- Discordia concors euangelistarum veritas narrationem minime tollit. fol. 251. colum. 1.
- Discordia non omnis mala sicut nec omnis concordia bona. fo. 81. co. 2.
- Dispensare Deus miro modo res humas explicatur eleganter. fo. 193. co. 4.
- Dispensare Deum res humanas declaratur. fo. 100. co. 2.
- Dispensatio diuina erga Ioseph describitur. fo. 245. co. 2.
- Disperfit Deus Iudæos quibus de causis. fo. 291. co. 3.
- Dispersio hominum ad habitadas vniuersas terras, insulasq; maris diuino instinctu peracta. fo. 81. co. 3. & 4. & c.
- Distribuendi ratio in donis etiam decenter seruatur. fo. 271. co. 4.
- Diuersa dilectio Isaac & Rebeccæ erga liberos. fo. 170. co. 2.
- Diuisio lucis à tenebris pertinet quoq; ad proborum & improborum eorumque finium distinctionem. fo. 7. co. 1.
- Diuisio discordiam adumbrat. fol. 106. colum. 3.
- Diuisio duplex, altera bona, altera mala. fo. 9. co. 4.
- Diuturna, & tam longa duabus de causis fuit hominum vita. fo. 52. co. 1.
- Diuitiæ sunt in causa vt à diuitibus bellum inferatur iniuste. fo. 97. co. 1.
- Diuitiarum nocumenta referuntur. fol. 91. colum. 4.
- Diuitia Ægypti viro sancto graues sunt. fo. 91. co. 2.
- Dolor pro primo coitu, vel cura parentū vlturpari solet. folio. 290. colum. 2 & 3.
- Dolus filiorum Iacob vituperandus. fol. 220. co. 4. & c.
- Dolore nimio animalia extinguntur. fol. 226. co. 2.
- Domus federe matronarum est, meretricū verò foris euagari. fo. 124. co. 4.
- Domus Iacob negocium mystice exponitur. fo. 184. co. 4.
- Dominus Deus cum simul ponuntur magnum continent mysterium. fol. 185. col. 3.
- Dominus qui est omnium natura iustorum est voluntate. fo. 118. co. 1.
- Dominus mundi solus Deus qui solus eius fuit creator. fo. 21. co. 1.
- Dominica dies merito præfertur sabbato. fo. 20. co. 3. & 4.
- Dominus Deus nomina esse cōmunia patri ac filio. fo. 25. co. 3.
- Donat Deus, custodit Angelus. fo. 287. colum. 4.
- Dormire ponitur pro in sepulchro quiescere spe resurrectionis. fo. 283. co. 4.
- Dormire pro coire honeste positum. fol. 219. co. 2. & fo. 244. co. 2.
- Dotare tenetur corruptor corruptam, aut eam ducere. fo. 220.
- Dotes naturales plarunq; sunt impedimēto acquirendis virtutibus. folio. 153. colum. 4.
- Dracmam decimam adfigurauit Noe. fol. 53. co. 3.
- Duo verba interdum iunguntur, quæ tamen ad diuersa supposita sunt referenda. fo. 160. co. 4.
- Duo luminaria tam naturalia quàm mystica. fo. 12. co. 3.
- Duodecim tantum filii Iacob numero duodecim Apostolis sacratio. fo. 227. co. 1.
- Duæ generationes per se perfectæ in mundo. fo. 21. co. 4.
- Duodenarium numerū Iacob nouerat esse sacrum. fo. 235. co. 4.
- Ducem strenuum atque iustum Abraham egit. fo. 100. co. 2.
- Ducit ipse Deus suos. fo. 87. co. 3.
- Duplicantur nomina apud Hebræos. fol. 274. co. 4.

Ebrietas

## Index.

E

- Ebrietas Loth excusatur. folio. 136. colum. 4.
- Ebrietas punitus est Noe quod vinū inuenit libidinis fomentum. fol. 74. colum. 4.
- Ecce ego Hebraismus est, quo significatur præiens & paratus sum. folio. 233. colum. 2.
- Ecclesia domus potius quàm tabernaculū dicitur. fo. 174. co. 4.
- Ecclesiastica bona vsurpare sibi non licet principi sæculari, fo. 281. co. 3.
- Ecclesiæ varietas in aliis atque aliis personis mystice explicatur. folio. 182. columna. 4.
- Excidii ciuitatis Sychem fuerunt Simeon & Leui. fo. 221. co. 4.
- Extasi affectus est Iacob accepto latissimo nuntio fo. 272. col. 3.
- Extasi Abraham affectus est. folio. 107. colum. 1.
- Extasi passus Isaac benedictionis obmurationem à Deo prouenisse cognouit. fol. 180. co. 3.
- Edem modo delitias modo locum quendam certum significat. folio. 24. columna. 1.
- Edificare ponitur pro eo quod est gignere filios. fo. 111. co. 3.
- Egressio triplex Abraham de terra sua. folio. 85.
- Egressionis Abraham tempus discutitur. folio. 85. co. 1.
- El fortis, Sadai victor interpretatur quæ iure coniuncta sunt in repetita super Iacob Isaac benedictione. folio. 183. colum. 3.
- El nomen est Dei quatenus fortis est. folio. 98. co. 4.
- Eleemosina merito appellatur iustitia. folio. 140. co. 2.
- Eliphaz quis fuerit. folio. 228. columna. 1. & 3.
- Eloim verbum plurali nomine Moses vsus est, vt in vno Deo esse tres personas insinuat. fo. 4. co. 2. & 3.
- Eloim Deus nominatur cum iudex esse significatur. fo. 4. co. 3.
- Emortuum Abraham corpus dixit Apostolus, sed non ad omnia. folio. 125. colum. 2.
- Enoch placuit Deo & adhuc viuēs est insigne immortalitatis veræque pietatis non frustra colenda. folio. 52. colum. 3. & 4.
- Enochia prima ciuitas. fo. 48. co. 2.
- Enos interpretatur obliuiscens, & dolens. fo. 50. co. 1.
- Ephraim & Manasses duas tribus constituerunt. fo. 285. co. 3.
- Ephron vnam literam amisit qui à liberalitate implenda cecidit. fo. 155. co. 3.
- Ephraim interpretatur crescens & multiplicans. fo. 254. co. 2.
- Epulum Abraham frugale. fo. 142. co. 3.
- Erecta dicuntur quæ à iustis possidentur. fo. 156. co. 1.
- Erubescentiæ libidinosæ tres causæ. fol. 2. colum. 3.
- Erumna muliebres digeruntur. fol. 37. colum. 1.
- Esau pilosus natus & inde nomen accepit. fo. 169. co. 3.
- Esau trinomius fuit. fo. 177. co. 2.
- Esau recessit in Edon quia vtrumque fratrem terra natiuitatis suæ non capiebat. fo. 228. co. 2.
- Esau cur nuncupatus fuit Edon. fol. 170. colum. 3.
- Esau iniuste queritur de Iacob quod eum defraudauerit. fo. 181. co. 1.
- Est verbum Hebræis plarunq; tacetur. folio. 114. co. 1.
- Est proprie solus Deus. fo. 117. co. 1.
- Et particula interdum non est copulantis sed admirantis. fo. 248. co. 4.
- Æternum pro diuturno aliquando ponitur. fol. 118. co. 1. & 2.
- Etymologia non transit à lingua in linguā fo. 42. co. 2.
- Eua interpretatur vita, & cur omnium viuentium mater dicatur. folio. 40. co. 1. & 2.
- Eua culparum pœnarumque collatio. folio. 37. co. 3.
- Eua lapsus descriptio. fo. 30. co. 3. & 4.
- Euangelii prædicationem ad aliud emispherium nostris temporibus proferendum fuisse prophetatum fuit. fol. 152. colum. 2.
- Eucharistiam moriturus accipere tenetur, si adsit facultas. fol. 275. columna. 3.
- Euila quæ regio sit. fo. 167. co. 2.
- Eunuchi dicebantur quilibet ministri. fol. 246. co. 1. & 2.
- Euphrates interpretatur frugifer vnus ex quatuor fluminibus, quæ insuat. fol.

## Index.

fo. 25. co. 2.  
 Exauditur filius dū clamat mater. fo. 144. co. 1.  
 Excusatio nulla est negligenti virtutem. fo. 253. co. 3.  
 Excusatio Adæ de peccato suo inepta & non nihil insolens. fo. 34. co. 2.  
 Execrari vehementius aliquid sonat quàm maledicere. fo. 86. co. 2.  
 Exemplar non imago rerum est, tota trinitas. fo. 15. co. 4.  
 Exemplum vrgētius est quàm verbum ad bonos mores instituendos, folio. 122. colum. 2.  
 Exercitus Dei spiritus cœlestes significare. fo. 20. colum. 1.  
 Explicant pluribus piè sancti viri quæ breuius tradita sunt. folio. 265. columna. 3.  
 Expetimus nonnunquam nocitura. folio. 226. co. 1.

### F

**F**acies pro furore vsurpatur. folio. 113. colum. 3.  
 Faciamus hominem inquit Pater ad filium & ad spiritum sanctum. fo. 15. co. 2.  
 Faciebat nullum opus Deus ante mundi creationem. fo. 1. co. 4.  
 Facienti quod in se est præsto adest, diuinum auxilium. fo. 200. co. 1.  
 Factio creationem sequitur fol. 21. col. 2. & 3.  
 Factus est homo scriptum est sicut facta est lux, tribus de causis. folio. 23. columna. 4.  
 Falsum crimen sibi impositum nemini licet confiteri tanquam verum. fo. 255. colum. 3.  
 Fama cum detrimento rei familiaris seruanda est. fo. 240. co. 2.  
 Famæ futuræ quomodo consuluit Ioseph fo. 252. co. 1. & 2.  
 Fames Dei licet quo duo populi puniti sunt. fo. 281. co. 1.  
 Fames triplex sub tribus Patriarchis mystice exponitur. fo. 171. co. 2.  
 Famulorum officia imo & ipsi famuli in domo bene composita sunt distincta. fo. 111. co. 1.  
 Famulorum officia præcipua describuntur. fo. 113. co. 4.  
 Farinam ex qua facta est collicida alendi diutius vis diuinitus addita. fo. 24. co. 3.

Fascinatio prauitatis obscurat bona. foli. 288. co. 2.  
 Fauit Deus Abrahæ multifariam. fol. 145. colum. 2.  
 Fauit quomodo Deus Ioseph. fo. 241. colum. 4.  
 Fenestra Hebraice Zochar, idest, luminare, Hispanelumbera. fo. 61. co. 3.  
 Fertilitas tam bonorum corporalium quàm spiritualium à deo est. fol. 173. colum. 1. & 2.  
 Ferrariæ artis inuentor Tubal Cain. foli. 48. co. 4.  
 Ficus traditur fuisse lignum scientiæ boni & mali.  
 Fide & Abraham genuit & Sara concepit fo. 126. co. 1.  
 Fidei robur interdum iusti perturbati amittunt. fo. 133. co. 4.  
 Fides Abrahæ celebratur. fo. 88. co. 2.  
 Fides Abrahæ laudatur, sed quæ per dilectionem operatur. fol. 103. co. 3.  
 Fides hostibus quoque seruanda est. fol. 222. co. 1.  
 Fiduciam iustitia suggerit. fo. 145. co. 4.  
 Fiduciam magnam Deus præstitit patriarchæ Iacob. fo. 186. co. 3.  
 Filius ad omnes maiores refertur. fol. 188. colum. 1.  
 Filius nomen est vehementioris affectus. fo. 147. co. 1.  
 Filiorum tam pium quam necessarium officium est, parentes alere. folio. 280. colum. 1. & 2.  
 Filius cum dicitur vel pacis vel iræ genitiuus ponitur pro cōgruo quoddam adiectiuo, vt sit filius pacis homo pacificus: & filius iræ qui sit dignus punitio-  
 ne. fo. 102. co. 1.  
 Filium hominis Christus sæpe se vocat, vt ostendat genere Adæ nobis esse cognatum. fo. 50. col. 4.  
 Filii Adam in opprobrium vocati ædificantes turrim. fo. 81. co. 1.  
 Filiorum desiderium valde probum est multas ob causas. fo. 196. co. 3.  
 Filiorum generationem non tam sol quàm Deus præstat. fo. 286. co. 2.  
 Filii alii spirituales, alii carnales. fo. 49. colum. 4.  
 Filius nomen amoris est. fol. 262. co. 4.  
 Filius legalis medius est inter naturalé & adoptiuum. fo. 237. co. 4.  
 Filii Dei trifariam exponuntur. folio. 54. colum. 4.

Filii

## Index.

Filii Hebraicè dicuntur Benim, idest, intelligentes vel ædificantes. fo. 51. co. 3.  
 Filiis pro filiabus interpres posuit. fo. 207. co. 3.  
 Fine suo cuncta perficiuntur. folio. 20. colum. 1.  
 Finxit Deus hominem corpore, creauit mente. fo. 50. co. 4.  
 Firmamentum Hebraicè dicitur Rachia, idest, extensio. fo. 9. co. 1.  
 Firmamentum quare cœlum dicatur. fol. 9. co. 1. & 2.  
 Firmavit fiduciam Patriarchæ Deus promissionis replicatione. fol. 225. colum. 2. & 3.  
 Flagitium Ruben eiusq; supplicium. fol. 226. co. 4.  
 Fletus pientissimus tam Iacob quàm Ioseph describitur. fo. 277. co. 4.  
 Fluuius Ior Hebraicè dicitur quasi lucidus. fo. 249. co. 1.  
 Filii parentum pignora. fo. 193. co. 1.  
 Fœdus pepigit Abraham cum tribus fratribus. fo. 97. co. 3.  
 Fœderis ineundi ratio. fo. 145. col. 4.  
 Fœmina potius carnales defectus quàm spirituales effectus adumbrat. foli. 196. colum. 4.  
 Fœminas non genuisse quosdam sanctos. fo. 55. co. 2.  
 Fœmur pro generatione. fo. 157. co. 3.  
 Fœmori supposita manu adiuravit Abraham serulum & Iacob filium ob Christi mysterium. fol. 283. co. 4.  
 Fomitis carnis impetus vehemens. fo. 54. co. 1. & 2.  
 Fons quomodo poterat irrigare totam terram explicare conatur Augustinus, sed in Hebræo est, Ed. quæ dictio vaporis & nubem significat. fol. 22. col. 4. & c.  
 Fontes non omnes clausi sicut fuerant aperti. fo. 67. co. 1.  
 Fonti siue puteo impositum nomen viuētis & videntis. fo. 115. co. 1.  
 Formæ decor temperantia seruatur. fol. 153. co. 3.  
 Foribus inesse est præsto esse. fol. 43. colum. 4.  
 Fornicatio & idololatria vitia sunt cognata. fo. 59. co. 3.  
 Fornicationem comitatur idololatria. fo. 59. co. 3.  
 Fornicarios veluti sordidos vrget. fo. 239. colum. 2.

Fornicantes coire peccatum est, genuisse non est peccatum. folio. 239. columna. 4.  
 Fornicatio Thamar peccatum fuit, quod aliquo modo excusatur. folio. 239. colum. 1.  
 Fortè interdum non ambiguitatem sed libertatem denotat. folio. 41. columna. 1.  
 Frater nomen est pii affectus & mutue amicitie demonstratiuum. folio. 188. colum. 1.  
 Frater pro nepote ponitur. folio. 97. colum. 3.  
 Frater quatuor modis dicitur, in scripturis. folio. 92. colum. 1.  
 Fratres Isaac ab eo prudenter Abraham se parauit. fo. 165. col. 1.  
 Fratres pro filiis positum est. folio. 167. colum. 3.  
 Fratres suos Christiani Israelitas agnoscunt & recipiunt, sicut & Christus vtrosque ad fidem conuersos. folio. 271. colum. 2.  
 Fratrum Cain & Abel collatio. fol. 47. colum. 3.  
 Fratres germani magis mutuo se diligunt. fo. 270. col. 3.  
 Fratres pro posteris ponuntur. folio. 181. colum. 2.  
 Fraudulentus nequaquam fuit Iacob in Laban. fol. 199. co. 4.  
 Frugalitas virtutum mater. fol. 124. colum. 1.  
 Frugiferus fuit eliezer. fo. 161. co. 2.  
 Fruitur meretrice qui cum ea congregatur. fo. 239. co. 2.  
 Fructuosa fit terra cœlesti vi per imbrem cōcepta. fo. 298. co. 1.  
 Frumentorum præcia iuste augentur aut minuuntur pro frumentorum penuria vel copia. fol. 280. col. 3.  
 Fuga nonnunquam est placandus inimicus. fo. 282. co. 2.  
 Fugiendum est consortium malorum ob culpam & pœnam similem vitandam. fol. 133. co. 2.  
 Fugit improbus probum. folio. 113. colum. 3.  
 Funeralia officia enumerantur. folio. 154. colum. 2.  
 Fures vltimo supplicio punire, licet. foli. 205. co. 4.  
 Futura quidam prædicunt pio voto licet non sint propheta. fo. 163. col. 1.  
 Gabriel

## Index.

### G

- G**Abriel interpretatur robustus Deus, idest vir fortis. fo. 214.  
 Gad benedictio explicatur. fol. 296 colum. 3.  
 Gad nominis multiplex interpretatio. fo. 195. co. 2.  
 Gad Christū quomodo præfiguravit. fo. 296. co. 3.  
 Galaad montis situs, fo. 204. co. 2.  
 Galgad interpretatur acerbus. folio. 208. co. 1.  
 Gaudium sanctorum Iesus Christus. fol. 141. co. 2.  
 Geminatio eiusdem dictionis amicam affectionem ostendit. fo. 146. co. 4.  
 Geminauit nomen Abraham angelus, vt vehementius Patriarcham à cede reuo caret. fo. 150. co. 1.  
 Geminos quare concepit Thamar. fo. 239 colum. 4.  
 Genealogiarum iustorum & iniustorum collatio. fo. 54. co. 1.  
 Genere in suo cursit additum in prima reum productione. fo. 15. co. 1.  
 Generi Loth perierunt vt increduli. fo. 133 colum. 2.  
 Genus impiorum propter pios prorogatur & recensetur. fo. 227. co. 3. & 4.  
 Generis grammatici discrimine certus ex Hebræo aperitur sensus. folio. 141. colum. 2.  
 Genus electum Christianum potius quàm Israeliticum. fo. 218. co. 4.  
 Generationis humanæ quadruplex modus. fo. 28. co. 4.  
 Generatio duplex carnalis & spiritualis, in vno Noe expressa fuit. folio. 58. colum. 3.  
 Generatio hominis grandi mysterio traditur singulariter. fo. 50. co. 3.  
 Generatio non modo gignendi actionē sed etiam gentem atque nationem significat. fo. 63. co. 1.  
 Generationes Isaac & Christi variè digeruntur. fo. 167. co. 3.  
 Generationes Regum aliter & aliter computantur, sicut & Christi. fo. 230. colum. 1. & 2.  
 Generatio interdum & natiuitatem & rerum gestarum historiam complectitur. fo. 230. co. 3.  
 Generatio carnalis & spiritualis pariter processit ab Adam vsque ad Christum.

- fo. 82. co. 3. & 4.  
 Generatio pro creatione merito posita. fo. 21. colum. 3.  
 Geon fluuius Nilus est, & quā influat. fo. 25. co. 1.  
 Geometrica ratioe Deo autore arcā fuisse constructam. fo. 61. co. 2.  
 Gerare vrbis situs. fo. 137. co. 3.  
 Germinandi vim terra habet sed Deo autore. fo. 10. co. 4.  
 Germinauit terra herbas & plantas, vt sibi cœlitus indita. fol. 22. co. 4.  
 Gessen terræ situs. fo. 278. co. 2.  
 Gessen inter & Gossēm quid distet. folio. 270. co. 1.  
 Gigantum violētia replicatur. fo. 59. co. 4.  
 Gigantes homines fuere procerrimę stature. fo. 55. co. 4. & c.  
 Gignere dicuntur doctores eos quos ad finem adducunt. fo. 87. co. 2.  
 Gignunt mulieres omnes præter Deiparam virginem filios maritis suis. fo. 110 colum. 4.  
 Gladio quomodo perit qui gladio percussus sit. fo. 72. co. 3.  
 Gloria patris est filius sapiens. folio. 302. colum. 1.  
 Globum igneum vidisse Abraham super locum in quo filium erat sacrificaturus, tradunt Hebræi. fo. 148. co. 3.  
 Gratia ampliores nobis sunt Deo agendę pro beneficiis ex promissione acceptis quàm ex improuiso donatis. folio. 211. co. 1. & 2.  
 Gratia euangelica communis omnibus, & quodammodo equalis. fo. 299. colum. 1. & c.  
 Gratia quomodo crescebat Christus. fo. 225. co. 1.  
 Gratiam inuenire apud aliquem est ei gratum esse. fo. 58.  
 Gratia beneficentia donum & veritas eadem voce significantur. Hebræis. fo. 211 colum. 1.  
 Gratitude hominis gratissima Deo. fol. 173. colum. 1.  
 Gradatio pulchra. fo. 210. co. 1.  
 Grauius quiddā sonat nefarium quàm illicitum. fo. 220. co. 3.  
 Grauius multò punitur, & peccat primus sceleris autor maliq; suus. fo. 35. colum. 2.  
 Gossēm aiunt vocari Tebaidem. fol. 277. colum. 4.  
 Gulosus describitur Esau. fo. 170. co. 3.  
 Haram

## Index.

### H

- H**Aram siue Charrā vrbs est inter Tygrim & Euphratem sita. folio. 184 colum. 3.  
 Heber prophetavit. fol. 169. co. 1. & c.  
 Hebraicam linguam fuisse primam. fo. 42 colum. 1.  
 Hebraica lingua fortè Deus locutus est Adā. fol. 26. colum. 2. & folio. 27. colum. 4.  
 Hebræus dictus Abrahā vel à verbo Ghabar, vel à nomine Heber. folio. 97. colum. 2.  
 Hebræi dicebantur ab Ægyptiis non modo posteri Heber, sed & Chananæi. fo. 264. colum. 2.  
 Hebræorum etimon duplex. fo. 78. co. 4.  
 Herbis forsitan animantia fera quondam vixisse. fo. 17. co. 3.  
 Heredes exasse primogeniti tantum instituebantur. fo. 165. co. 4.  
 Hereticorum est gaudere malorum discipulorum multitudine. fo. 283. co. 3.  
 Hyperbole veritate seruata vsurpatur in scripturis. fo. 211. co. 3.  
 Histerologia obseruantia etiam in factis literis. fo. 107. co. 3.  
 Hominis multiplex appellatio, atque interpretatio. fo. 51. co. 2.  
 Homo perficitur tribus decadibus. fo. 19. per totum.  
 Homo pro corpore positus. fo. 23. co. 2.  
 Homicida priuatus homicidę puniendus. fo. 46. co. 4.  
 Homicidium prohibetur. fo. 72. co. 2.  
 Homicidium duplex. fo. 72. co. 2.  
 Holocaustum interpretatur totum incensum Hebraicè dicitur Gholoth. fo. 69. colum. 3.  
 Holocaustum integrū, & perpetuū Christus solus. fo. 69. co. 4.  
 Honorabiles diuina gratia effimur. folio. 116. co. 3.  
 Honores Ioseph conferuntur eius laboribus. fo. 252. co. 4.  
 Hospitalis erat Abraham. folio. 123. co. 1. & 3.  
 Hospitalia iura minimè violanda. fo. 131. colum. 2.  
 Hospitalitate Loth similis Abrahæ. folio. 130. co. 2.  
 Hospitalitas commendatur. fo. 123. co. 1.  
 Hostia à Deo promissa Christus. fo. 149. colum. 2.

- Hur nomen est vrbis. fo. 103. co. 4.  
 Hur nomen est loci. fo. 84. co. 1.

### I

- I**Aboch, fluuius est. fo. 212. co. 2.  
 Iacob supplantator interpretatur. fol. 213. co. 2.  
 Iacob nunquam sciuisse venditionem Ioseph verisimilius est. folio. 273. colum. 1.  
 Iacob cur prius deinde Israel nominatur variusque horum nominum vsus demonstratur. fo. 273. colum. 3. & 4. & c. & fo. 274. co. 4.  
 Iacob cur iterum expetierit sepeli. fo. 300. colum. 2. & c.  
 Iacob à calcaneo nominatus. fol. 169. colum. 3.  
 Iocabeth filia Leui in Ægypto nata fuit. fo. 276. co. 3.  
 Ianua cœli quæ dicta sit mysticè. fol. 187. col. 1. & 2.  
 Iaculis inuidiosis percussus est Ioseph. fo. 297. co. 2.  
 Iafeth maior natu quàm frater eius Chan. fo. 78. colum. 4.  
 Iaphet interpretatur pulcher Idola quia coluerunt in Ægypto Hebræi seruitute oppressi fuerunt. folio. 108. colum. 1.  
 Idola aurea & argentea liquefecit Iacob & defodit sub terebintho. folio. 223. colum. 3.  
 Idola cur à tempore Laban dicta sunt Dii. fo. 205. co. 3.  
 Idolorum prima inuentio. folio. 48. colum. 4.  
 Idola Rachel quamuis vnum Deum coleret certis de causis furata est. fol. 204. colum. 1.  
 Idololum quomodo nihil est in mundo. fo. 5. co. 2.  
 Idololatria atque libidine terram fuisse corruptam Noe tempore prope diluuium. fo. 59. colum. 3.  
 Idumæa in Esau sortem concessit. fo. 228. colum. 2.  
 Iesu nomen impositum est ab Spiritu sancto, & ab Angelo, & à Deipara virgine, & à sancto Ioseph. folio. 49. colum. 2. & 3.  
 Ignem gladio ne fodito. fo. 232. co. 2.  
 Ignis super sacrificia descendere solebat. fo. 42. co. 2.

Ignem



## Index.

Ignem colere Persis instituit Nimbrod. fo. 83. co. 2.  
 Ignis quo modo dicitur Deus. fo. 5. co. 3.  
 Ignis non lucet nisi sit in aliqua grossiori materia. fo. 5. co. 3.  
 Ignorantia facti sese tuetur rex Abimelech. fo. 145. co. 4.  
 Ignota in Sacris literis non aspernanda sed pio silentio sunt veneranda. fo. 228. co. 1.  
 Illuminatio fit in momento vel in tempore imperceptibili. fo. 6. co. 3.  
 Imago non dicitur spiritus sanctus. fo. 15. co. 3.  
 Ad imaginem ædæ gemmitus non ab rescribitur set. fo. 51. co. 3.  
 Imago Dei factus est homo quasi eius similitudo, fo. 15. per totum.  
 Imago Dei homo potius quam Angelus iustis de causis in scripturis dicitur. fol. 51. col. 1.  
 Ad imaginem Dei quomodo factus est homo. fo. 50. co. 4. & c.  
 Imago filius patris naturalis & æqualis non autem homo. fo. 16. co. 1.  
 Imago Dei dicitur Christus homo quatenus facit opera Dei. fo. 16. co. 3.  
 Immortalem esse animam argumento est commune cunctis hominibus perpetuæ vitæ desiderium. fo. 279. co. 2.  
 Immortalitas animarum humanarum arguitur. fo. 71. co. 4.  
 Imitari debet filius paternam pietatem. folio. 149. co. 1.  
 In pœnitentia abreuiatur hominum vita. fo. 64. co. 3.  
 Imperfecti non ascendunt montem cum Abraham nec cum Christo. fo. 148. co. 3.  
 Imperium Christi perpetuum ostenditur. fo. 293. per totum.  
 Impleri dies partus iniustus mulieribus scriptura tradit. fo. 169. co. 2.  
 Imprecatio sanctorum pia est & efficax. fo. 205. co. 4.  
 Impudentia Sodomorum. fo. 130. co. 4.  
 Impleta peccatorum summa peccatores tandem puniuntur. fo. 109. co. 3.  
 In aures gentiliū habebant depictas imagines Deorum. fo. 223. co. 2.  
 Inceptores malorum ignominiosis nomenclaturis produntur. fo. 35. co. 3.  
 Incestum Patriarchæ abominati sunt. fol. 226. co. 4.  
 Incestus filiarum Loth, minus culpandus quam maioris. fo. 137. co. 2.  
 Incestus Loth excusatur. fo. 136. co. 2.

Incestus filiarum Loth excusatur. fo. 136. colum. 2. & 3.  
 Incubabat quomodo spiritus super aquas. fo. 6. co. 1.  
 Incurabiles tandem Deus punit. fo. 132. co. 3.  
 Indumenta Deus primis hominibus, fecit eisdemque ipse induit. fo. 40. co. 2.  
 Incuratio filiarum Laban aduersus patrem suum. fo. 202. co. 3.  
 Indiffinitè aliquando dicitur quod definitè sit accipiendum. fo. 259. co. 1.  
 Indoles laudatissima describitur. fo. 231. co. 3.  
 Inebriari pro faciri vsurpatur. fo. 264. colum. 4.  
 Infantes quo iure interimuntur, adeo cum parentibus peccatoribus. fo. 135. co. 1.  
 Iniquitas pro omni peccato ponitur. fol. 59. co. 4.  
 Inimicitia positæ inter Mariam & diabolum, & inter Christum & demonem. fol. 36. co. 1. & 2.  
 Inquirere dicitur Deus ut doceat nos, prius exacte inquirere quam iudicare. fo. 128. co. 1. & 2.  
 Inquisitorius modus præscribitur. fo. 128. co. 1.  
 Iniuria parentibus illata grauiter puniendæ est. fo. 290. co. 4.  
 Innocentia confidentiam parit. fo. 265. colum. 4.  
 Inuectio acerrima aduersum Phutifarum vxorem. fo. 245. co. 1.  
 Inuentio pecuniæ errore tamè probo fratres Ioseph in Deum retulerunt. fo. 259. colum. 1.  
 Inuidia Cain. fo. 43. co. 2.  
 Inuidia pessima pestis maximeque vitanda. fo. 232. co. 1. & fo. 233. co. 4.  
 Inuidet diabolus hominem multis de causis. fo. 35. co. 1.  
 Inuidia malum. fo. 182. co. 1.  
 Inuidia pestilens. fo. 173. co. 2.  
 Inuitatio perurbana tam Loth quam duorum discipulorum tractatur. fo. 130. co. 3.  
 Inuocatio nominis tetragrammaton. Sub Enos cepta fuit. fo. 50. co. 1.  
 Inuocandi sunt sancti ut orent pro nobis. fo. 288. co. 1.  
 Integer quomodo reddit Iacob. fo. 218. co. 1. & 2.  
 Interpretatio folius Dei est: quia ipse folius mysteria ingerit. fo. 247. co. 1.  
 Interrogationibus Deus non ignorans, vsurpabat Cain. fo. 45. co. 2.

Isti

## Index.

Institui filios à patribus ipsa natura dicitur. fo. 127. co. 3.  
 Ira vacare opus est, iter facientes. fo. 272. co. 1.  
 Ira per zelum sancti mouentur. fo. 194. colum. 1.  
 Iob non fuisse ex genere Esau putauit Hieronymus. fo. 153. co. 2.  
 Iordanis interpretatio. fo. 92. co. 3.  
 Ioseph benedictio. fo. 297. co. 1.  
 Ioseph non constituit per se aliquam tribum. fo. 285. co. 3.  
 Ioseph cum Christo collatio. fo. 254. co. 3.  
 Ioseph indoles laudatissima explicatur. folio. 231. co. 3.  
 Ioseph Deum fauere: à duobus coniecit Phutifar. fo. 242. co. 1. & 2.  
 Ioseph Christum præfigurauit. fo. 253. colum. 4.  
 Ioseph gloriosum statum suum certis de causis non manifestauit illico patri suo. fo. 253. co. 3.  
 Ioseph quare tam serò notificauit gloriam suam. fo. 270. co. 3.  
 Ioseph fuit pater domini Iesu, non naturalis, sed veluti legalis. fo. 195. co. 3.  
 Isaac virtutes digeruntur. fo. 175. co. 2.  
 Isaac centesimo octogesimo anno vitæ suæ mortuus est. fo. 227. co. 3. & 4.  
 Isaac adhuc viuens Deus cur sit dictus. folio. 189. co. 4.  
 Isaac heres ex asse constitutus. fo. 165. colum. 1.  
 Isaac non benedicitur à patre, quia hostia viua Deo fuerat oblatus. fo. 287. co. 2.  
 Isaac pietas in Deum explicatur. fol. 149. co. 3.  
 Isaac, interpretatur risus, & quia fuit à deo id nomen impositum, non fuit inde mutatum. fo. 121. co. 2.  
 Isaac nomen imponitur insignibus epithetis. fo. 141. co. 3.  
 Isacharei doctores legis fuere. fo. 295. colum. 4.  
 Isachar interpretatur merces. fo. 196. colum. 2.  
 Israel interpretatur fortis, vel praualens cum Deo. fo. 213. co. 2. & 3.  
 Isachar benedictio explicatur. fo. 295. colum. 2.  
 Ismael saluatus esse videtur. fo. 167. columna. 2.  
 Ismael perfidum Iudaicum populum præsignauit. fo. 184. co. 3.  
 Ismael Naphal, id est, habitauit, vel cecidit

id est, obiit coram fratribus suis. fo. 167. c. 2.  
 Ismael interpretatur ex auditio Dei. fo. 114. co. 2.  
 Ismaelita non Abraham, sed sua culpa fuerunt impii. fo. 143. co. 2.  
 Ismaelita, qui & Agareni, pestilens mortaliū colluuius commonstratur. fo. 114. colum. 3.  
 De Ismaele Deus ita bona pollicetur Abraham, ut eum filio Isaac postponat. fo. 121. colum. 3.  
 Israel nomen, quando impositum est Patriarchæ Iacob. fo. 224. co. 3.  
 Iniuria proximo illata in Deum recidit. folio. 60. co. 2.  
 Iuda interpretatur confessio, vel laudatio. fo. 193. colum. 2.  
 Iudas, filius Iacob, multis præstantior fuit cæteris fratribus. fo. 291. co. 4.  
 Iudæ benedictio tum clarissima, tum locupletissima. fo. 292. co. 1.  
 Iudas Patriarcha Heroica virtute polluit. fo. 268. co. 1. & 2.  
 Iudæi exules & afflicti, à terra promissionis exclusi propter sua scelera, incertis sedibus vagantur. fol.  
 Iudæi regressi sunt in Hierusalem, ut adimpleretur ibi mysterium crucis, cæteris decem tribubus in sua captiuitate manentibus. fo. 202. co. 2.  
 Iudicare pro punire cur ponitur. fo. 108. c. 2.  
 Iudici non licet, sententiâ ferre exemplo Dei ante plenam causam cognitionem. fo. 81. co. 1.  
 Iudices Israel enumerantur. fo. 295. columna. 4. & c.  
 Iurare posita manu subter femur quid sit. fo. 156. co. 4.  
 Iurauit dominus: licet ergo iurare idonea exigente causa. fo. 151. co. 3.  
 Iurgium prudenter, & pie vitauit Abraham. fo. 92. co. 1. & 2.  
 Iurgium moderandum esse. fo. 206. co. 3.  
 Iuramentum Dei censetur replicata promissio. fo. 73. co. 2. & 3.  
 Iustitia insigni Abraham seruat in indemnitate. fo. 104. co. 4.  
 Iustitia zelo Ioseph fratres suos puniuit. fo. 257. co. 2.  
 Iustitiæ corruptio describitur. fo. 189. co. 3.  
 Iustitiæ est, nemini nocere, & omnibus prodesse. fo. 141. co. 2.  
 Iustum aliquando fit iniustum, sicut & aliquando iniustum iustum. fo. 138. co. 2. & 3.  
 Iustus bifariam Noe intelligitur. fo. 59. co. 1. & 2.

Iustum

## Index.

Iustum coram Deo, multò maius est, quàm esse iustum, & perfectum coram hominibus. fo. 63. co. 1  
 Iteragentibus pericula maximè vitanda. fo. 255. co. 3. & 4.

### K

**K** Ebron vrbs fuit olim. fo. 122. co. 4  
 Kohen interpretatur sacerdos, vel princeps. fo. 253. co. 2

### L

**L** Abium pro loquela. fo. 79. co. 3.  
 Labor pro dolore. fo. 39. co. 2  
 Laborem merces leuat. fo. 190. co. 1  
 Laboratur pro victu dumtaxat in hac vita. fo. 39. co. 2  
 Lac, lex sancta, & immaculata intelligitur. fo. 294. co. 4. & c.  
 Lac, cibus infantulis necessarius, vulua matris est, in qua fœtus concipitur. fo. 298 colum. i.  
 Lac maternum melius infantibus, quàm alienum, & ad nutrimentum, & ad mores. fo. 141. co. 2  
 Lac adultis iam infantibus noxium est. fo. 142. co. 2.  
 Lacte doctrinæ paruuli in Christo sunt nutriendi. fo. 295. co. 1  
 Lachrymæ Ioseph non repressæ piētissimè. fo. 303. co. 3  
 Lacus bituminis nihil in se viuere permittit. fo. 96. co. 1.  
 Lamech prophetauit de abolendo per diluuium terrarum orbe. fol. 53. co. 2. & 3  
 Lanificiū inuenit Noema. fo. 48. co. 4.  
 Lapis vnctus Christus. fo. 202. co. 1  
 Lapis Christus. fo. 186. co. 1.  
 Lactis abundantia mirabilis in Sara. folio. 142. co. 1.  
 Laudes sibi allatas iusti confestim in Deū referunt. fo. 198. co. 2  
 Lauit Christus maculas suas, non peccati sed passibilitatis. fo. 294. co. 2  
 Laudatur prius Ruben, vt postea acrius viruperetur. fo. 290. co. 2  
 Lex aliquando significat solum pentateuchum. fo. 3. co. 1.  
 Lex Ioanne prædicante ægrotare cœpit. fo. 167. co. 4.  
 Lex spiritualis est. fo. 299. co. 3.  
 Legislatorem iustum vt Deum ostēderet, Moses à mundi creatione orsus est. fol. 3. col. 1. & 2  
 Legum trium successione ordo, causa que

redditur. fo. 241. co. 2. & 3  
 Legem inter, & tabulas, & mandata quid distet. fo. 2. co. 3.  
 Legalia quædam, tanquam præludia legis ante legem fuere instituta, & antiquata lege per Christi crucem, ad breue tempus ad vitandum scandalum pusillorū seruata sunt. fo. 72. co. 1  
 Lenones reprehenduntur. fo. 90. co. 1.  
 Lenocinio non peccauit Sara tradēs Agar ancillam Abrahæ marito suo: vt ex ea prolem haberet. fo. 111. co. 2  
 Leonis catulus, deinde leo quomodo fuit Dauid. fo. 292. co. 1. & 2.  
 Lauare manus habitus erat iurantis. folio. 100. co. 1  
 Leui interpretatur copula mea, siue coniunctio. fo. 193. co. 2.  
 Liam pro Rachele supponendo peccauit Laban, nec non Lia, sed patre leuius. folio. 191. co. 3.  
 Libido senilis turpis Saræ meritò visa fuit fo. 125. co. 3  
 Libamen tam corporale, quàm spirituale quid sit. fo. 225. co. 4  
 Libabat prius sacerdos de sacrificio, quàm cæteri ederent. fo. 98. co. 4  
 Libare quid sit. fo. 225. co. 4  
 Libellus repudiū quomodo fuerit permissus per Mosem. fo. 29. co. 4  
 Liber erat Ioseph spiritu, licet corpore seruus. fo. 242. co. 4. & c.  
 Libertas arbitrii ostentatione. fo. 146. co. 3  
 Libertati abuti nō licet Christiano. fo. 155. colum. 4  
 Libertatis abusu quasi similis Deo factus est homo. fo. 40. co. 3  
 Libido vxoris Phutifar's impotentissima declaratur. fo. 244. co. 1  
 Libido voluptatis qua sit consideratione reprimenda. fo. 244. co. 1. & 2  
 Libido regnabat Noe tempore, ideoq; filiarum, nō filii, genitæ traditur. fo. 54. col. 3.  
 Licitorū princeps erat Phutifar. f. 246. c. 4  
 Limbum sanctorum patrum Iacob esse nouerat. fo. 273. co. 2  
 Lignum vitæ dictum, quia comedentibus fructum eius vitā præstaret. fo. 24. co. 3  
 Lignum ad quod confugerunt Adam & Eua, aut fuit lignū scientiæ boni, & mali, aut fuit lignum vitæ. fo. 32. co. 3. & 4  
 Ligni vitæ vis. fo. 40. co. 4.  
 Lingua pro congerie verborum similitum ponitur. fo. 79. co. 3  
 Lingua Hebraica omnium prima. fo. 79. c. 3  
 Linguarū

## Index.

Linguarum distinctio Deo autore facta. fo. 81. co. 3.  
 Loco certo quomodo Deus dicitur esse. fo. 186. co. 4.  
 Locum ad manendum extra vrbe in situ diuino Iacob elegit. fo. 184. co. 4.  
 In loco Deus propriè nō est, sed in se nūc est, sicut erat ante mundum conditum. fo. 1. colum. 3  
 Locutus est pheretrum, in quo mortuorū corpora ponuntur, qui corporaliter, & spiritualiter exponitur. fo. 305. c. 3. & 4  
 Locutum fuisse Deum per se Abrahæ, ad incarnationis mysteriū facere videtur. fo. 84. co. 2.  
 Locutio Dei, idest, angeli ad regem Abimelech. fo. 137. co. 4.  
 Longanimitas Patriarchæ Iacob mirabilis, Deoq; fuit valde accepta, quo adimplet ret promissa. fo. 186. co. 3.  
 Loquitur Deus imperfectioribus non per se, sed per perfectiores. fo. 72. co. 3. & c. fo. 73. co. 3.  
 Loth error & cupiditas in optata sibi portione. fo. 92. co. 4  
 Loth Abrahæ meritis eripitur ab incēdio. fo. 135. co. 4. & c.  
 Loth pietas erga Abraham Deo grata. fol. 91. co. 1  
 Loth iustitia similis Noe. fo. 93. co. 1  
 Loth vxor in statuam mutata salis: vt alii homines eo exemplo sapiant. fo. 135. c. 2  
 Loth non peccauit offerens filias Sodomitis. fo. 131. co. 2.  
 Lotio pedum officiosa valde commōstratur. fo. 123. co. 4.  
 Lotio pedum antiqua est. fo. 161. co. 1  
 Ludificauit Ioseph fratres, vt gaudium esset vehementius. fo. 266. co. 4  
 Laudandos patrius presentes, quàm absentes. fo. 63. co. 1  
 Luctus Iacob mysticè exponitur de viro ab actione in contemplationem sese attolente. fo. 215. co. 1. & 2. & fo. 213. co. 1.  
 Ludus Ismaelis cum Isaac multiplex intelligitur. fo. 142. co. 4  
 Ludunt iusti cum suis vxoribus, sed modeste, & prudenter. fo. 172. co. 4  
 Lugendi mortuos mos est antiquus, & ab humanitate profectus. fo. 154. co. 1  
 Luctus Iacob pro filio Ioseph amarulētus describitur. fo. 235. colum. 3. & 4. & fol. 238. co. 3.  
 Lumen vnum, sed aliud nocturnū, aliud diurnum. fo. 11. co. 2. 3

Luminaria cœli multorum sunt signa. fol. 11. co. 4  
 Per luminaria cœli distinguntur tempora quoq; festorum. fo. 12. co. 1  
 Lumen diuturnum impii aut non admittunt, aut admissum eiciunt. fo. 205. col. 2.  
 Lupus rapax Paulus. fo. 298  
 Lux semper seruat suum ordinem, triplici terq; à tenebris distinguitur. fol. 7. co. 1. & 2  
 Lux est claritas fulgentis corporis & c. fol. 6. col. 3.

### M

**M** Adianitæ qui fuerunt. fo. 164. co. 4.  
 Magnanimus magis vult donare, quàm accipere. fo. 217. co. 2.  
 Magnitudo arcæ certis rationibus asseritur: quauis non sine miraculo vniuersa cepit animantia. fo. 61. co. 3  
 Magna conanti non sunt parua omittenda, si illis non repugnent. fo. 275. co. 4  
 Mahumeti impietas, ac traditas. fol. 11. col. 1.  
 Mahumetus hominum pestis Arabs, & Ifmaelita. fo. 143. co. 2  
 Mahanaim duo castra interpretatur. folio. 209. co. 3  
 Malachim significat nuncios, siue cœlestes siue humanos. fo. 209. co. 4.  
 Mala cogitatio humani cordis quomodo sit accipienda. fo. 70. co. 3.  
 Mala permittit Deus, quia ex eis bona elicere nouit, & potest. fo. 303. co. 4. & c.  
 Maledicendum inter, ac benedicendū contrarius ordo quare interdum seruietur. fo. 179. co. 3. & 4.  
 Maledictionem infert Deus nolētibus oblatam sibi benedictionem. fol. 86. col. 1. & 2  
 Maledictio Cain suis sceleribus congrua. fo. 45. co. 4  
 Maledictio Dei reuocatur, quando peccatoris pœnitentia speratur. fo. 39. co. 1  
 Maledicuntur tres filii Iacob, Ruben, Leui, & Symeon. fo. 291. co. 1. & 2.  
 Maledixit Deus diabolo nulla præmissa in terrogatione, quia nullo tentatore peccauit. fol. 35. co. 1  
 Maleficium pro beneficio iniqui iustis reddunt. fo. 131. co. 3.  
 Malitia reddit homines pertinaces malorum: sed non aded, vt conuerri ad bonum nequeant.

## Index.

- nequeant auxilio Dei. fo. 57. co. 1. & 2.  
 Malicia est malignantis, quæ auget, nõ mi-  
 nuit culpam. fo. 56. co. 3.  
 Malos non ab re plures esse, quàm bonos.  
 fo. 79. co. 3.  
 Malum culpæ, non à Deo, sed ab homine.  
 fo. 1. co. 3.  
 Mandare pro deprecari. fo. 303. co. 1.  
 Manasse interpretatur obliuio. fo. 254. co.  
 lum. 1.  
 Mane spiritale dicitur, cum primùm sit re-  
 uelatio diuina. fo. 246. co. 4.  
 Mane summo quomodo accipiendum sit  
 fo. 135. co. 4.  
 Mansuetudine, & modestia præstat inimi-  
 cum amicum reddere. fo. 217. co. 4.  
 Mandragora describitur. fo. 195. co. 3.  
 Mare mortuum vocatur lacus Asphalti-  
 dos. fo. 95. co. 4.  
 Mare non solum pro aquarum mole, sed  
 etiam pro earum receptaculo ponitur.  
 fo. 10. co. 3.  
 Mariam inter, & dæmonem inimicitia di-  
 uinitus positæ explicantur. fol. 36. co. 1.  
 & 2.  
 Moria interpretatur illuminans, siue lucēs  
 vel visio domini, & est locus, ubi Isaac  
 fuit oblatus, & templum ædificatū. fol.  
 147. co. 2.  
 Maria, & virgo concepit, eademq; virgo  
 peperit. fo. 193. co. 1.  
 Maria mirabilius cōcepit Iesum, quàm E-  
 lizabeth Ioannem. fo. 1. 26. co. 1. & 2. &  
 3. & 4.  
 Masphat eadem est cades. fo. 96. co. 3.  
 Materie creatio non præcessit cæli, terre-  
 que creationem. fo. 3. co. 4.  
 Meditari pro eo, quod est diuinis actioni-  
 bus exerceri. fo. 153. co. 3.  
 Melchisedech traditur esse Sē, filius Noe.  
 fo. 98. co. 2. & 3.  
 Meminit Deus mox à diluio maledictio-  
 nis Adæ, tanquam communis, & non  
 Cain, tanquam priuata. fo. 70. co. 3.  
 Mēsis primus anni olim videtur fuisse oc-  
 tober, postea lege primatū tenuit mar-  
 tius. fo. 64. co. 4.  
 Mensium Hebraicorum nomina, & ordo  
 digeruntur. fo. 64. co. 4.  
 Metientes alios de se plerunq; falluntur.  
 fo. 262. co. 2.  
 Mentita est Sara muliebri leuitate. fo. 125.  
 colum. 4.  
 Mentitus quidem est Iacob, sed officiosè  
 tantum. fo. 181. co. 1.
- Mentiri pro deficere. fo. 237. co. 2.  
 Merces Abraham promissa est æterna bea-  
 titudo. fo. 101. co. 2.  
 Mercedem Iacob suam iustè sibi occultè  
 vendicauit. fo. 200. co. 2.  
 Meretrix Hebraicè kedefa. fo. 240. co. 1.  
 Meridiem versus cōcedunt iusti. fo. 91. co.  
 lum. 1.  
 Merita Abraham, & Isaac conferuntur. fo-  
 lio. 150. co. 1.  
 Meritum Abraham de occidendo filio nõ  
 est imminutum, si de eundem suscitandi  
 fo. 148. co. 4.  
 Mesopotamia cur dicta sit. fo. 158. co. 1.  
 Mesiam venisse coarguunt Iudæi ex an-  
 norum supputatione, quam ipsi tradunt  
 fo. 18. co. 3. & 4.  
 Merita quamlibet minima plerunq; suo  
 præmio afficit Deus. fo. 302. co. 4.  
 Merita priorum, posteriorum meritis iu-  
 uantur, vt diuinæ pollicitationes im-  
 pleantur. fo. 172. co. 2.  
 Media per extrema in scripturis comple-  
 cti. fo. 40. co. 4.  
 Menstruus sanguis quis sit, & qualis, & q̄  
 pestifer. fo. 296. co. 1. & c.  
 Michael interpretatur quis, vt Deus. foli.  
 214. co. 1. & 2.  
 Milites expediti dicuntur, bello gerendo  
 accincti, & strenui. fo. 97. co. 3. & c.  
 Mirabile nihil est ipsi Deo. fo. 125. co. 4.  
 Mi: blandientis est vocula. fo. 267. co. 1.  
 Miracula alia occultè, alia manifestè facit  
 Deus. fo. 115. co. 4.  
 Misericordia Dei extat, tum in reparando  
 tum in præseruando. fo. 172. co. 3.  
 Misericordia Dei maior qualibet peccato-  
 ris miseria. fo. 46. co. 2.  
 Mystera Christi alia aliis viua voce tradi-  
 derunt. fo. 299. co. 3. & c.  
 Mystrium Christi, & Ecclesia Arca, &  
 diluio significatum. fo. 68. co. 2. & 3.  
 Mysticus sensus tum à gestis, tum à nomi-  
 nibus eruitur. fo. 49. co. 1.  
 Misericors est Deus in promittendo & iu-  
 stus in reddendo. fo. 160. co. 2.  
 Mites Deus ampliori auxilio defendit. fo-  
 lio. 202. co. 4.  
 Mittet pro mittat. fo. 157. co. 2.  
 Mystici sensus ratio. fo. 106. co. 2.  
 Moab interpretatur ex patre & fuit filius  
 maioris filia Loth, à quo Moabitæ. fol.  
 137. co. 2.  
 Modestia Noe elucet in ingressu arca. fo-  
 lio. 69. co. 1.

Modestia

## Index.

- Modestia & frugalitas Iacob explicatur.  
 fo. 187. co. 3. & 4.  
 Modestia Ioseph describitur. fo. 254. co. 4.  
 Modestia Iacob perquã accepta fuit Deo  
 fo. 287. co. 3.  
 Modestia egregium exemplū. fo. 301. co. 3.  
 Modestia manifestum indicium est cede-  
 re cum possis obistere. fo. 173. co. 4.  
 Monita iustorum peccatoribus ludicra vi-  
 dentur. fo. 133. co. 1.  
 Monita salutaria dant liberis suis parentes  
 fo. 289. co. 3.  
 Montes trifariam mystice accipiuntur. fo  
 lio. 299. co. 3. & c.  
 Moras trahit vir spiritualis vt meritis cref-  
 car. fo. 203. co. 3.  
 Mores Ioseph optimi eum tutissimū red-  
 diderunt. fol. 304. co. 3.  
 Moriuntur cum iusti designate absolui di-  
 cuntur. fo. 101. co. 4.  
 Moria interpretatur etiam myrrha domi-  
 ni. fo. 147. co. 3.  
 Mors semper instat senibus. fo. 284. co. 3.  
 Mors hominum generalis diluio illata  
 est propter eorum peccata. fo. 55. co. 1.  
 Mortis diē ignorare, mortalibus est peru-  
 tile. fo. 176. co. 1.  
 Mortimentio non est facta in genealo-  
 gia Sem propter Christum vitæ auto-  
 rem secundum carnem descendentem.  
 fo. 83. co. 3.  
 Mors à peccato fuit orta. fo. 26. co. 3. & 4.  
 Mors Isaac naturalis fuit. fo. 227. co. 2.  
 Mortua Rachel dicebatur habere filiū du-  
 plici de causa. fo. 267. co. 2.  
 Mulier viro imperfectior ei ancillatur. fo-  
 lio. 27. co. 2.  
 Mulier nulla recensetur in genealogia iu-  
 storum ab Adam vsq; ad Noe. fo. 54. co.  
 lum. 1. & 2.  
 Mulier improba amat valde vel odit. fol.  
 244. co. 3.  
 Mulier etiam pro virgine ponitur. fo. 161.  
 colum. 3.  
 Muneribus fratrem mitigare Iacob pru-  
 denter intendit. fo. 212. co. 1.  
 Muliebris astutia. fo. 206. co. 3.  
 Muliebris blanditiis ac, dolis plerunq;  
 capiuntur viri graues. fo. 31. co. 4. & c.  
 Mulos inuenit Ana. fo. 229. co. 2.  
 Multiplicantur peccatores vt ex eis nascā-  
 tur iusti quãuis pauci. fo. 153. co. 1.  
 Multis egent qui multa possident. fo. 173.  
 co. 2.  
 Multiplicatio Israelitarum tam corpora-
- lium quàm spiritualium mirabilis Deo  
 autore facta est. fo. 282. co. 4.  
 Multiplicatio seminis Abraham carnaliter  
 & spiritualiter numerosa. fo. 116. co. 3.  
 Multiplicatio generis humani erat pluri-  
 ma viuentē Abel. fo. 46. co. 3.  
 Multitudo filiorum Abraham tam secun-  
 dū carnē quàm secundū spiritū innume-  
 rabilis homini Deo tamen certa. folio.  
 94. co. 4.  
 Mundis corde mysteria diuina reuelatur.  
 fo. 93. co. 3.  
 Mundicies non solum spiritualis sed etiā  
 corporalis exigitur sacris perficiendis.  
 fo. 223. co. 1.  
 Mundorum immundorumque distinctio  
 explicatur. fo. 65. co. 2.  
 Mundus à Deo factus est, vt à bono bona  
 fierent. fo. 2. co. 2.  
 Mūdum à Sathana creatum opinati sunt  
 Manichei. fo. 2. co. 2.  
 Mundi structura quàm sit mirabilis homi-  
 niq; utilis. fo. 18. co. 2. & c.  
 Mundus fuit perfectus homine condito.  
 fo. 17. co. 4. & c.  
 Munus Hebraicè minha dicitur sed illud  
 tantum quod ab inferiori superiori de-  
 fertur. fo. 216. co. 4.  
 Munera piè oblata grate admittit Deus. fo  
 lio. 124. co. 2.  
 Munerum oblatorum acceptio beneuolē-  
 tiæ indicium est. fo. 217. co. 1.  
 Munerib; placatur homo placatur & Deo.  
 fo. 261. co. 1.  
 Musicorum instrumentorum inuentor iu-  
 bal. Non Tubal. fo. 48. co. 4.
- N
- N**Abathea regio dicta à Nabad Ismae-  
 lis filio. fo. 167. co. 1.  
 Naid certus locus vel potius instabi-  
 lis interpretatur. fo. 47. co. 2.  
 Narrantur quædam quæ facta esse tacen-  
 tur cum facta fuerunt. fo. 176. co. 4.  
 Narrationes euangelicæ veræ sunt & si ali-  
 quantulum inter se varient. fo. 161. co. 3.  
 Natalis dies genio dedicatus ab Ethnicis.  
 fo. 248. co. 3.  
 Nationes quomodo à generationibus dis-  
 tinguntur. fo. 78. co. 4. & fo. 81. co. 3. & 4.  
 Naturam Deus sæpe adiuuat speciali qua-  
 dam vi. fo. 200. co. 1.  
 Natus Christus vel in fine noni mensis so-  
 laris vel incepto iam decimo mense lu-  
 nari. fo. 65. co. 1.

.. 3 Nazareus

## Index.

- Nazareus dictus est Ioseph propter castitatis custodiam. fo. 298. co. 3
- Nemus Abrahæ non quale gentilium fuit fo. 146. co. 3. & 4.
- Negavit Sara sed non pernegavit. fo. 126. co. 1
- Nephtalim varia interpretatio. fo. 197. colum. 3.
- Nephtalim benedictio explicatur. fo. 296. colum. 4
- Nidorum in morem erant arce mansuetule. fo. 61. co. 1
- Nibro facinorosus exprimitur. fo. 78. co. 1
- Nimbro robustus venator corâ domino prouerbialiter dictum. fo. 78. co. 2
- Niniue ciuitas quæ & vbi fuerit. fo. 78. c. 2
- Noe interpretatur requies vel consolator fo. 53. col. 2
- Noe tantum tres filios habuisse. fo. 75. co. 4
- Noe integro Anno solari mansit in arca. fo. 68. co. 4
- Nobilitas non à loco sed à virtute expendenda. fo. 25. co. 4
- Noli timere interpretatus est pro ne time sicut & nolite putare, pro ne putetis. fo. 101. co. 1
- Non omnis pro nullus in scripturis vsurparatur. fo. 47. co. 1
- Nomina iustorum Deo nota. fo. 53. co. 4
- Nomina locis quibusdam imposita ab euentu. fo. 151. co. 2
- Nomina primogenitis imponebant patres, posterius natis matres. fo. 237. co. 2
- Nomina Deus iustis immutauit quibusdã sed nõ iis quibus ipse à natiuitate nomẽ imposuit. fo. 224. co. 3.
- Nomina ponderum Hebraicorum digeruntur. fo. 159. co. 4
- Nomina Dei non ociosè scriptor euariat. fol. 3
- Nomina aliter atque aliter tribus Patriarchis sunt imposita. fo. 224. co. 4
- Nomina iustorum frequenter exprimuntur veluti Deo grata sicut & Dei ac Iesu nomen crebro à iustis refertur. folio. 18. co. 4.
- Nomina quibusdam antequam nascerentur diuinitus imposita. fo. 114. co. 2.
- Nomina multa gentium ac nationum referuntur ad Hebraicam originem. fol. 77. co. 1. & 2. & 3
- Nomen Angeli cuiuslibet proprium mortalibus ignotum licet quidam spiritus cœlestes circumloquio quodam appellantur. fol. 213. co. 4.
- Nomine de mortui fratris vocabatur filius fratris suscitantis illius semen. fol. 237. colum. 4. & c.
- Nomen Dei Deus est. fo. 1. co. 2
- Nomina Hebræi filiis imponebant nõ temerè sed instinctu diuino quo mysterium aliquod insinuareretur. fo. 193. co. 4
- Nomina animalibus non piscibus Adam imposuit. fol. 27. co. 3
- Nomen pro suo pro nomine significatè solet poni. fo. 50. co. 4. & c.
- Nominum Dei varietas. fo. 225. co. 2.
- Nomina Dei decem digeruntur & interpretantur. fo. 22. co. 1. & c
- Nomen Dei admirabile & incomprehensibile. fo. 213. co. 4
- Nomina duo Dei quibus significatur Dei iustitia, aliquando simul, aliquando seorsum ponuntur. fo. 22. co. 2
- Nomen vnum vbi poterat imponi plurius complexioni interdum suppletur. fol. 114. colum. 4.
- Nomẽ pro nominis loco emphaticòs ponitur. fo. 222. co. 4
- Nomina iustorum Deus multiplicat & auget magnis pro mysteriis. folio. 18. colum. 1
- Non posse pro nolle vsurpatum. fol. 154. colum. 4
- Nouendiale sacrum pro mortuis agendum Romanis susceptum est. fo. 301. co. 2. & fo. 302. co. 2. & 3
- Nouissimi dies Christi dies accipiendi. fo. 280. co. 4
- Nox apud Hebræos ad præcedentem diem pertinebat. fo. 205. co. 1.
- Numerus singularis pro plurali emphaticòs poni solet. fo. 96. co. 4.
- Numeri vsque ad quinque pro paucis, vltra quinque autem pro plurimis ponuntur. fo. 47. co. 1
- Numerorum commutatio in scripturis mystica. fo. 125. co. 1
- Numerus filiorum Iacob descendentium in Ægyptum asseritur & concordatur fo. 277. co. 3
- Numeralibus nominibus duplicatis pro diuiduis vtitur scriptura. fo. 63. co. 3
- Nunc cognoui (dixit Deus) Abrahæ quadrifariam accipi sane potest absque vlla nouitate diuinæ notitiæ. fo. 150. co. 2.
- Nuptiæ Isaac modestè celebratæ. fo. 154. co. 1. & 2
- Nubere non licet fidelem infideli. fo. 220. co. 3. & 4

Nuptiæ

## Index.

- Nuptiæ solenniter celebrandæ sunt. fo. 191. co. 3
- Nuptiæ secundæ absque peccato contrahuntur. fo. 164. co. 3
- Nuditas Adæ & Euz innocentie veste tegebatur. fo. 29. co. 4
- Nudus opibus sed fide diues peregrinatur Iacob coniugè accepturus. fo. 184. co. 4
- Nunquid aliquando est admirantis non dubitantis. fo. 120. co. 4
- Obedientia quæ sit sedula. fo. 121. co. 1
- Obedientiæ præconiũ. fo. 152. co. 4
- Obedientia perfecta omnia quæ iubetur exequitur. fo. 62. c. 3. & 4. & f. 64
- Obedientia Abrahæ locuples explicatur. fo. 143. co. 3. & 4.
- Obedientia Isaac mirabilis narratur. fol. 149. co. 1.
- Oblatio Abel merito præfertur oblationi Cain. fo. 42. co. 1.
- Oblitiuiscuntur non omnino sed quadantenus beati laborum præteritorum. fo. 254. co. 2
- Oculum cur apponant promoueres alios ad dignitatem. fo. 178. co. 4.
- Obstupuit mundus euangelica prædicatione audita. fo. 272. co. 3
- Occiso Sychem & aliorum fuit iniusta. folio. 291. co. 2
- Occidendi voluntas homicidium reputatur. fo. 258. co. 2
- Occidens se Sampson cum Palestinis non peccauit. fo. 296. co. 1
- Occisor interdum peccat occidendo eum quem occidi vult Deus. fol. 108. col. 3. & 4
- Occidere innocentem iuste Deus potest. fo. 150. co. 4
- Oculos demissos iusti habere solitant. fol. 123. co. 2
- Oculos super aliquem ponere benignitatis est. fo. 267. co. 2
- Oculos modo erigunt, modo demittunt orantes Deum. fo. 163. c. 3
- Oculos mortuo claudere is, qui viuẽti erat charissimus. fo. 275. co. 2.
- Oculus pro ostensione ponitur. fo. 112. colum. 4
- Oculi aperti dicuntur, cum incipiunt videre quæ antea nõ videbãt. fo. 32. co. 1
- Oculi aliorum atque aliorum pluries tenti sunt ne viderent sibi præsentia. folio. 132. colum. 1. & 2.
- Octauo die an esset necessario faciendã circumcisio. fo. 119. co. 2
- Officii occasione Deus homines ad se ducit. fo. 123. co. 2.
- Odor quem Deus per translationem odorari dicitur semper est suavis. fo. 69. colum. 4
- Offeruntur quædam quæ gratis non sunt accipiendæ. fo. 155. co. 2
- Offerunt Cain & Abel munera vel naturali vel diuino instinctu. fo. 43. co. 1.
- Offeruntur aliquid Deo non in eius sed offerentis vsu. fo. 69. co. 3
- Olei vox superaddita ab interprete aliquot locis. fo. 179. co. 2. & fo. 181. co. 2.
- Oleo rite vnxit caput lapidis patriarcha Iacob. fo. 187. co. 1.
- Oliuæ ramus Christi misericordiam præsignauit. fo. 60. co. 3
- Omne pro generibus singulorum nõ pro singulis generum. fo. 157. co. 4
- Omnes gentes & nationes ex tribus Noe filiis fuisse per totum terrarum orbem disseminatas. fo. 74. co. 3
- Omnis creatura quodammodo homo. folio. 18. co. 2. & 3
- Onagro assimilatur Ismael. fo. 114. co. 2
- Opera Dei nemini accusare licet. folio. 13. co. 1
- Operantur per naturam multa super naturaliter accepta. fo. 141. co. 2
- Opulentiam suam in Deum refert gratus Iacob. fo. 211. co. 2.
- Opes acquirendi nimia cura miseros facit homines. fo. 255. co. 1.
- Opitulatur Deus probis vbi eorum vires deficiunt. fol. 65. co. 4
- Opulentia Abrahæ & autoritas describitur. fo. 97. co. 4
- Opus pro peccato. fo. 39. co. 1
- Oratio Iudæ quæ fuit artificiosa. fo. 267. colum. 1
- Orandi tria tempora. fo. 163. co. 4
- Orationes iustorum profunt peccatoribus bene affectis raro verò pertinacibus. folio. 136. co. 1
- Orationis necessitas ostenditur. folio. 168. co. 2
- Oratio obliqua porrecta. fo. 16. co. 1.
- Oratio Emor & Sychem ad Sychimitas artificiosa fuit & persuasoria. fo. 221. co. 2. & 3
- Oratio Ioseph breuis sed artificiosa. fol. 247. co. 3. & 4

.. 4 Orare



## Index.

Orare iustos pro quibusdam peccatoribus merito aliquando Deus prohibet. fol. 135. co. 3  
 Ordo præposterus frequens in scripturis sanctis. fo. 169. co. 4.  
 Ordo diuinus sic mala suo loco disponit vt ex eis bona eliciat. fo. 303. co. 4. & c.  
 Ore ad os loqui quid significet. fo. 270. colum. 2  
 Oriëtem versus ab Aquilone Deus Abraham deduxit. fo. 87. co. 3. & fo. 89. co. 1  
 Originalis iustitiæ habendæ debito iuste Deus posteros Adæ obligauit sicut & posteros Abrahamæ ritu circumcisionis. folio. 118. co. 4  
 Originalis peccato assertia. fo. 120. co. 2. & fo. 36. co. 4. & fo. 37. co. 1  
 Oscula officiosa antiquitus quoque erant in vsu. fo. 189. co. 4  
 Ostēdit totam terram promissionis Deus Patriarchæ miro quodam modo. fo. 93. colum. 4.

### P

**P**ax Salon Hebraicè dicitur quo significatur cunctorum expetendorum copia. fo. 189. co. 2.  
 Paciscendi mos. fo. 110. co. 1  
 Pacis encomium. fo. 262. co. 4  
 Pactum circumcisionis seruandum fuit in generatione Abrahamæ carnali donec uenit spiritualis Christi regeneratio. fol. 118. co. 3  
 Pactum quomodo fuit initum à Deo cum Abraham. fo. 106. co. 1. & 2. & 3  
 Pactum cum homine Deum inisse maximæ clementiæ est. fo. 116. co. 3  
 Pactum Dei Christus. fo. 73. co. 3.  
 Paciscitur Deus cum homine, vt constet res humanas diuina prouidentia geri. folio. 72. colum. 4  
 Pactum cum Abraham à Deo initum secundum carnem fuit diuturnum secundum uerò spiritum æternum. folio. 118. colum. 1.  
 Pactum init rex Abimelech cū Isaac, quia cognouit Deum ei fauere. folio. 175. colum. 2. & 3  
 Padan ciuitas ipsa est Carram. fo. 183. co. 3  
 Panis pro omni victu ponitur. fo. 242. colum. 3. & 4. & fo. 161. co. 1  
 Panis pro corpore. fo. 242. co. 4  
 Panem, idest, victum quotidianum mode stè Patriarcha Iacob à Deo petiuit. fol.

187. colum. 3  
 Paradisus duplex corporalis & spiritualis. fo. 24. colum. 1  
 Paradisus Domini bifariam intelligi potest. fo. 92. co. 3.  
 Paradisum ipsam vt homo operaretur, & custodiret, ac perinde dominum agnosceret in ea positus est homo. fo. 25. co. 4  
 Paradisus quomodo intelligatur à principio plantata. fo. 24. co. 2.  
 Paradisi locus ambiguus. fo. 24. co. 1  
 Paradisus uox Persica, Latine ortus. folio. 24. colum. 1  
 Paradiso in delectabili positum hominem dupliciter intelligi. fo. 24. co. 2  
 Parcitur est in excidio urbis Sychem per humaniter mulieribus & pueris. folio. 222. colum. 1  
 Parcere emendatis tamen piorum est. fo. 304. co. 2  
 Parere est per genitale ostium factum edere. fo. 193. colum. 1  
 Parere super genua quid sit. fo. 194. co. 2.  
 Partiendo hæreditatem superior diuidat inferior eligat. fo. 92. co. 2  
 Partus virginis Deiparæ Saræ partu probatur. fo. 142. co. 1  
 Parua petunt sancti ne magna petentes repulsum patiantur. fo. 134. co. 1.  
 Parua sunt bona quantumuis videantur magna cuncta temporalia. fo. 92. co. 4  
 Paruæ curæ loquuntur ingentes silent. fo. 166. co. 1.  
 Pastorum primus magister Tabel. fo. 48. co. 3. & 4.  
 Pastores ouium cur odere Ægyptii. fol. 278. co. 3.  
 Pastoris officium tam corporalis quàm spiritualis describitur. fo. 206. co. 4. & c.  
 Pascebant greges nobilium filii nō vt mercenarii sed mercenariis imperantes. folio. 231. co. 1. & 2.  
 Pastoris ecclesiastici officium explicatur, quàm sit auctum. fo. 279. co. 1.  
 Pastoralis uitæ laudes digeruntur. fo. 278. co. 1  
 Pater filiorum miseris semper afficitur. folio. 259. co. 3  
 Patriarchæ tres quædam propria habuerunt quibus Christum designarunt. fo. 191. co. 2  
 Pater & filius uocabula pii affectus plena. fo. 149. co. 2  
 Patria vim habet productiuam & conseruatiuam. fo. 197. co. 3  
 Pater

## Index.

Pater in creaturis potius manet in filio quàm filius in patre. fo. 147. co. 2  
 Pater pro primo autore alicuius artis vsurpatur. fo. 48. co. 3  
 Patres Abrahamæ ad quos moriens ibat iusti sunt intelligendi. fol. 109. col. 1  
 Paulus lupus rapax. fo. 298. co. 4. & c.  
 Paucos filios bonos multis malis præfert bonus pater sicut Deus. fo. 283. co. 2  
 Paucitas Christianorum nō est Christo imputanda. fo. 282. co. 4  
 Peccata occulta quandoq; adeo grauius punit Deus, vt qui punitur pro peccato licet occulto à Deo cognoscatur occisus. fo. 237. co. 3. & c.  
 Peccatorum omnium tres radices digeruntur in peccato Euæ. fo. 31. co. 3. & 4.  
 Aggrauatur quomodo peccatum. fol. 93. colum. 3  
 Peccata tria peccauerunt fratres Ioseph. fo. 303. co. 2  
 Peccatores coram domino qui dicantur. fo. 93. co. 3  
 Peccatorum multitudo peccantis crimen minimè eleuat. fo. 32. co. 1.  
 Peregrinantur iusti, non iniusti. fol. 279. colum. 4  
 Non peccatur in proximum nisi quia peccatur in Deum. fo. 258. co. 1.  
 Peregrinabatur Isaac, habitabat autem Iacob ideo hic non ille tristibus exercebatur, vt ad ueteriora contendat. fol. 230. co. 2. & 3  
 Peregrinationis Hebræorum tempus, quomodo fuit quadringentorum annorum & quadringentorum & triginta annorum. fo. 107. co. 3. & 4  
 Peregrinabantur iusti, nec certam sedem sibi locabant. fo. 137. co. 3  
 Peregrinatio Iacob narratur. fol. 279. colum. 3. & 4  
 Peregrinantur iusti & persecutionem patiuntur, quæ omnia spe retributionis equo animo ferunt. fo. 107. co. 2  
 Pœnitentē Deus exaudit etsi eum resparum nouerit. fo. 144. co. 2  
 Peregrinæ seruitutis tam corporalis quàm spiritualis incommoda perstringuntur. fol. 111. co. 1.  
 Perfectiora quædam opera Deus exigit à perfectioribus. fo. 247. co. 4  
 Peregrinatio tria solet afferre incommoda quæ Deus Abrahamæ magnificè resarciuit. fo. 85. co. 4  
 Pœnitere in Deo non significat pœnam te

nerē nec resipiscere, sed contrarium dēcernere. fo. 57. co. 3  
 Perficit Deus cum nos facimus quæ in nostra potestate sunt. fo. 180. co. 1  
 Ad pœnitentiam uerecundia & timore Deus reuocauit Adam. fo. 34. co. 1  
 Ad pœnitentiam peccatores Deus clementer expectat. fo. 109. co. 3. & 4  
 Pœnitentes nonnulli diluuiō abruiti saluari sunt. fo. 65. co. 2.  
 Perfectio spiritualis ambulando corā deo acquiritur. fo. 116. co. 2  
 A periurio Augustinus excusat Ioseph. folio. 257. co. 1. & 2  
 Perisomata Græcè Latine fuccinctoria uel brachæ. fo. 32. co. 3  
 Persecutio Ismaelis aduersus Isaac describitur. fo. 142. co. 4.  
 Persuasit Iacob mira oratione suis uxoribus digressum à domo paterna. folio. 202. co. 2  
 Persona sub tertia cur Moses mundi Genesim orsus sit. fo. 2. co. 3. & 4.  
 Petendo aliquid à Deo modestiam ingeniam seruant sancti. fo. 197. co. 1. & 2.  
 Pertinaces malorum malicia facit, cum auxilio tamen Dei ad bonum cōuerti possunt. fol. 57. co. 1. & 2  
 Petrus nomen quando impositum fuit Simoni. fo. 224. co. 4.  
 Phalech cursit dictus. fo. 79. co. 2.  
 Pharaon percussus est propter Sarai capti. fo. 90. co. 2  
 Phares interpretatur diuidens, seu diuisio. fo. 241. co. 2  
 Phaniel interpretatur facies Dei. fo. 214. colum. 2.  
 Philosophia humana multis à uera Theologia dissidet atque deficit. fo. 175.  
 Phison interpretatur caterua fluuius est quem nostri gangem uocant. fo. 24. colum. 4.  
 Phutifar princeps militum & quo quorū qualiter fuerit. fo. 236. co. 2.  
 Petitio urbane moderanda est. fo. 159. colum. 3  
 Pietas Loth erga generes suos. fo. 132. colum. 4  
 Pietas Abraham tribus eminet. fo. 143. co. 4  
 Pietas Isaac in matrem & uxorem elucet. fo. 164. co. 2.  
 Pietas Ioseph infra tres insignis. fo. 303. colum. 2. & 3  
 Ad pietatem ueram colendam uehementis exhortatio. fo. 305. co. 2

## Index.

- Pietatem egregie seruauit Ioseph punien-  
do fratres suos. fo. 268. co. 3. & 4.  
Pius in Deum Abraham pietatem in filiu  
obliuiscitur. fo. 147. co. 3.  
Pinguis venter sensum tenuem non gignit.  
fo. 295. co. 4.  
Pium est lugere mortuos sed modeste. fo.  
lio. 302. co. 2. & 3.  
Pyramides Aegypti Ioseph horrea fuisse  
putantur. fo. 253. co. 4.  
Pisces diluuium non petierunt praefiguran-  
tes homines sacro baptismo seruari. fo.  
lio. 66. co. 2.  
Pisces & volucres cur non modo ex aqua  
sed etiam ex terra creata dicuntur. fol.  
27. co. 3.  
Pietas Ioseph ineffabilis exprimitur. foli.  
269. co. 1.  
Placatur nonnunquam inimicus ei ceden-  
do. fo. 182. co. 3.  
Placandus est offensus intercessoribus ei  
gratis. fo. 303. co. 1.  
Placere commissum peccatum grauius est  
quam peccasse interdum. fol. 291. col. 1.  
Planctus ante Christum passum magis ad-  
mittendus tuit pro mortuis quam post  
eius resurrectionem. fol. 302. co. 3.  
Pluralis pro singulari frequenter ponitur  
& e diuerso. fo. 277. co. 1.  
Podetis talaris est tunica ecclesiam signifi-  
cans. fo. 294. co. 2.  
Polymita vestis quae sit. fo. 231. co. 3.  
Poenitentiae fructum nec Cain nec Esau ob-  
tinuerunt. fo. 181. co. 4.  
Ponam inimicitias ad Mariam pertinet non  
ad Euam. fo. 36. co. 1.  
Populus unus ex duodecim filiis Israel co-  
flatus est propter religionis unitatem.  
fo. 285. co. 1.  
Populus Iacob non modo intelligitur duo-  
decim tribus, sed etiam coetus sancto-  
rum manentium in limbo Abraham. fo-  
lio. 300. co. 4.  
Possidere & creare pro se ipsis inuicem po-  
nuntur. fo. 100. co. 1.  
Possessor rerum iure suo Deus vnus. fol.  
99. co. 1.  
Posteriorem populum priori praefereudu  
adsignificauit Iacob. fo. 287. co. 1. &  
fol. 288. co. 3. & 4.  
Precatus non est Deum Noe, ne mundus  
diluuio perderetur duabus de causis. fo.  
lio. 60. co. 4.  
Precatio Iacob ad Deum ponitur. fo. 210  
co. 3. & c.
- Precatio Abraham artificiosissima. fo. 128.  
co. 3. & 4.  
Preces aliorum aliorum precibus iuuan-  
tur. fo. 144. co. 2.  
Praeceptum posuit Deus Adae ut benefi-  
ciorum autorem cognosceret. fo. 26. co. 2.  
Praecepta euangelica comodiora sunt ma-  
datis legalibus. fo. 294. co. 4.  
Praedicta quaedam a Deo absolute condi-  
tionaliter accipienda sunt. fo. 138. co. 4.  
Praecepta multa variaque Iacob iamiam mo-  
riturus filiis suis dedit. fo. 300. co. 3. & c.  
Praecepta inter & mandata & ceremonias  
quid distet. fo. 172. co. 2.  
Praecepti adimplendi de facilitate transgre-  
dientis culpa arguitur. fo. 26. co. 3.  
Praedestinata precibus sunt obtinenda. fo.  
lio. 168. co. 2.  
Praefertur Abraham Moysi. fo. 149. co. 3.  
Praepitium triplex. fo. 118.  
Prelaturus Christus ante & retro contra an-  
tichristum. fo. 296. co. 3.  
Praemia tam bonorum quam malorum fu-  
tura negauit Cain. fo. 45. co. 1.  
Praenunciata in scripturis completa fuisse  
putanda licet non fuerit eorum com-  
pletio scripta. fo. 125. co. 1.  
Praesens pro futuro signanter ponitur. fo.  
lio. 64. co. 1.  
Praesidet homo ceteris animantibus quia  
imagine Dei pollet. fo. 16. co. 2.  
Primum emens Iacob minime peccauit  
fo. 170. co. 1. & 2.  
Primogenita iure amisit Esau. fo. 176. co. 3.  
& fo. 177. co. 1.  
Primatu Ruben priuatus est ob incestum.  
fo. 290. co. 3.  
Primogenitorum iura prisca sunt & ab E-  
sau perperam distracta. fo. 170. co. 3.  
Principium pro filio positum. fo. 3. co. 4.  
Principes patres dicuntur non natura sed  
affectu. fo. 218. co. 3.  
Promissa ne impleantur ob latentem cul-  
pam iusti quoque timent. fo. 210. co. 4.  
Promissa Dei certis tandem euentis firma-  
tur licet quaedam interim oboriatur im-  
pedimenta. fo. 184. co. 1.  
Promissiones diuinae conditione constant.  
fo. 285. co. 2.  
Promissio Dei facta Abraham quam certa  
fuerit & ampla explicatur. fol. 94. co-  
lum. 1.  
Pronitas hominis ad peccandum explica-  
tur. fo. 70. co. 2.  
Promissionis terra non tota Israelita po-  
titi

## Index.

- titi sunt culpa sua qua postea totam illam  
amiserunt. fo. 94. co. 2.  
Promissionis terra data censetur Abraham  
sed in suis posteris. fo. 94. co. 2.  
Promissa diuina longanimitate expectan-  
da. fo. 115. co. 2.  
Promissio repetita Dei iuramentum cen-  
setur. fo. 73. co. 3.  
Promissio Dei non inertes sed solertes exi-  
git eos quibus facta est, ut impleatur. fo.  
lio. 183. co. 4.  
Promissis Dei non obstantibus absque pro-  
missorum diffidentia timuit Iacob. fol.  
210. co. 2.  
Prolepis tropus frequens in scripturis. fo.  
lio. 151. co. 2.  
Prolem ut gignerent abunde animalibus  
Deus benedixit. fo. 4. co. 2.  
Propitiatio Dei infinita, eademque Chri-  
stus. fo. 46. co. 1. & 2.  
Propositiones aliae pro aliis positae. fo. 292  
co. 1. & 2.  
Prophetis singulis non omnia mysteria re-  
uelantur. fo. 115. co. 3.  
Prophetia tria amplectitur tempora. fol.  
107. co. 2.  
Propheticus spiritus modò adest, modò  
abest, prophetis utpote similis non ha-  
bitui permanenti, sed affectioni transeu-  
ti. fo. 288. co. 3.  
Propheta certissimum habebant vera es-  
se eis reuelata & a Deo vero ea suscipe-  
re. fo. 147. co. 4.  
Prophetiae donum actio est pertransiens  
non habitus permanens. fo. 206. co. 1.  
Prophetam inter, atque videntem quid in-  
terfit. fo. 101. co. 1.  
Propheta certum habentes se a Deo reue-  
lationem accipere eius veritate aliquo  
signo astruebant. fo. 87. c. 1. & 2.  
Propheta non est, qui reuelata non intelli-  
git. fo. 251. co. 2.  
Propheta Abraham asseritur cuius preci-  
bus rex Abimelech liberatus fuit. folio.  
138. co. 3. & 4.  
Prophetica praedictio peccantem a culpa  
non excusat. fo. 234. co. 4.  
Prostituta non erant apud Iudaeos sed re-  
cte permittuntur a Christianis. fo. 240.  
column. 1.  
Prostratione exaudibilior fit oratio. foli.  
116. co. 4.  
Prouidentia diuina etiam minima gerun-  
tur. fo. 259. co. 2.  
Proximus quis dicatur. fo. 80. co. 2.
- Prouidentia Dei quomodo duplex. foli.  
128. co. 1.  
Prudentiori facile homines parent. fo. 131.  
column. 1.  
Prouidisse Deus semper res humanas pro-  
batur. fo. 110. co. 1.  
Prouidentiam Dei Nimbrob negabat. fo-  
lio. 80. co. 2.  
Prouidentiae diuinae sed non culpa fuit, Io-  
seph a fratribus vendi. fo. 269. co. 3. & 4.  
Pauore fuit tactus quamuis esset iustus A-  
braham. fo. 107. co. 1.  
Pudoris tuendi insigne exemplum. fo. 75.  
column. 2.  
Pudicis verbis & honestis inhonesta &  
impudica scripura significat. fo. 63. co-  
lum. 3.  
Pueri cum viris iuste puniti sunt in Sodo-  
mis. fo. 130. co. 4.  
Puer pro famulo. fo. 162. co. 3.  
Puer pro innocente. fo. 231. co. 1. & 2.  
Puerum Ismaelem Abraham probris mo-  
ribus instituebat. fo. 124. co. 3.  
Pugna carnis & spiritus. fo. 169. co. 2.  
Pulchritudo Ioseph cum describitur casti-  
tas eius commendatur. fo. 242. co. 1. &  
fo. 292. co. 2.  
Pulchritudo castis diuturnior. fol. 89. co-  
lum. 4.  
Pulchritudo suapte natura bona non est  
damnanda, sed eorum libido qui abu-  
tuntur ea. fo. 243. co. 1. & c.  
Pulchram quam foedam ducere optatus  
est. fo. 190. co. 3.  
Puluis homo dictus, quod friuoli sit cor-  
poris. fo. 23. co. 2.  
Puluis peccator quo alitur diabolus. fo. 36  
col. 1. & fo. 39. & c.  
Pulchram videre per se non est peccatum  
nisi visio sit fornicaria. fo. 54. co. 3. & fo.  
56. co. 2.  
Pulchritudo vnde durauit Sara vsque ad  
extremam senectutem. fo. 137. co. 4.  
Puniendos non esse iustos simul cum inius-  
tis. fo. 128. co. 3. & 4.  
Punitione quidam emendantur, alii indu-  
rantur suo ipsorum vitio. fo. 258. co. 1.  
Punitur iuste filius aliquando pro paterno  
scelere. fo. 75. co. 4.  
Punitur Deus hos potius quam alios si-  
mili peccato infectos. fo. 132. co. 3.  
Punit Deus eos qui eius autoritate puniunt  
alios, si modum excedat, ideoque satius  
est poenas minuire, quam augere. foli.  
108. co. 3. & 4.

Punit

## Index.

Punit Deus quasi inuitus punitionem tamen spe correctionis consolationem vocat. fol. 57. co. 4.  
 Punit Deus & Angeli & boni viri constanter & veluti inuiti. fol. 130. co. 1.  
 Putei mystici. fol. 173. co. 3.  
 Puteum inter & fontem quid distet. fol. 144. co. 4.

Q

**Q**uadragesimii numeri mysterium. fol. 129. co. 2.  
 Quadragesimus numerus ieiunio consecratus est. fol. 371. co. 2.  
 Quadragesimi anni peregrinationis Hebraeorum supputantur. fol. 102. co. 3. & 4.  
 Quarta generatio bifariam supputatur. fol. 109. co. 2.  
 Quadragesimii numeri sacramenta digeruntur. fol. 65. co. 3.  
 Quaestionibus curiosis & inutilibus non respondebat Christus sed aliud quoddam utile ac necessarium inferebat. fol. 283. co. 1.  
 Quinimo pro quin etiam. fol. 121. co. 1.  
 Quinquagesimii numeri mysterium. fol. 129. co. 1.  
 Quintam partem frugum reddunt Aegyptii Pharaoni. fol. 282. co. 1. & 2.  
 Quis neruus Iacob percussus fuerit ab Angelo. fol. 212. co. 4.  
 Quies diei sexti siue septimi qualiter sit accipienda. fol. 20. co. 3. & 4.  
 Quomodo Dei praeceptum est supra hominem & tamen auxilio Dei illud implere potest. fol. 26. co. 2.

R

**R**achel praefertur Lia quibusdam de causis. fol. 201. co. 2.  
 Rachel parte dolore extincta fuit. fol. 226. co. 1.  
 Rapinam Deus maxime detestatur. fol. 60. colum. 2.  
 Rebecca interpretatur patientia eiusque probitates ac dotes describuntur. folio. 159. co. 1. & c.  
 Ratio dominatur appetitui ac subinde homo est arbitrio liber. fol. 44. co. 3.  
 Recipies multifariam exponitur. fol. 43. col. 3.  
 Recordari dicitur Deus cum laborantibus subuenit. fol. 196. co. 4. & fol. 136. co. 1. &

fol. 66. co. 3.  
 Redimit tempus iustus cum dies malos conuertit in bonos. fol. 279. co. 4.  
 Referunt iusti in Deum suas prerogatiuas. fol. 250. co. 3.  
 Regnum quomodo transfert Deus a gente in gentem. fol. 3. co. 2.  
 Regna prisca angustiora erant neotericis. fol. 95. co. 3.  
 Regnat Christus in domo Iacob spiritaliter. fol. 293. co. 2.  
 Regnum Iudeorum stare si Christum receperunt. fol. 285. co. 2.  
 Regeneratorum in Christo quatuor genera. fol. 197. co. 3.  
 Reges prius fuerunt ex posteris Esau quam ex posteris Iacob, quia prius est in homine quod est animale quam spirituale. fol. 229. co. 3.  
 Religionem autam Patriarcha colebat. fol. 274. co. 3.  
 Romanos non fuisse per idumaeos significatos. fol. 182. co. 1.  
 Repetitio eiusdem verbi emphasim habet. fol. 107. co. 2.  
 Repetitionis eiusdem dictionis vehementiam adsignificat. fol. 36. co. 4.  
 Reperuntur quaedam ut explicatius enarrantur. fol. 23. co. 1. & 2.  
 Repetitio diuini verbi est eius confirmatio. fol. 251. co. 4.  
 Representalia quatenus licent. fol. 204. co. 3.  
 Repromissio Abrahæ facta, facta est & Isaac tanquam paternæ iustitiæ imitatori. fol. 172. co. 1.  
 Repromissio patriarchis facta per Christum fuit adimpleta. fol. 225. co. 3.  
 Repromissio Dei iurifurandi vim habet. fol. 171. co. 4.  
 Repudium vxoris reuocatum per Christum. fol. 29. co. 3.  
 Reseph, id est, reputans dictus daemon, qui tentauit Adam. fol. 35. co. 4.  
 Resina quis liquor sit & quam salubris. folio. 262. co. 1.  
 Respondere interdum significat non solum verba, sed etiam res ipsas reddere. fol. 250. co. 3.  
 Resurrectio mortuorum arguitur. fol. 70. co. 3. & 4.  
 Resurrectionis spe iniustorum caduera uiuentium pietas elucet. fol. 301. col. 1.  
 Resurrectio mortuorum futura arguitur ex eo quod tam corpus quam anima penitur pro toto homine. fol. 166. co. 3.  
 Resur-

## Index.

Resurrectionem mortuorum credidit Abraham. fol. 148. co. 3.  
 Resurrectio futura quanti facienda sit. folio. 301. co. 2.  
 Retro aspicere prohibetur Loth, ne expectans diuina ad humana recurrat. fol. 133. co. 3.  
 Reuelatio quæ in somno percipitur, in vigilia plene intelligitur. fol. 186. co. 4.  
 Reuelare oculos pro eo, quod est illultrare & illuminare. fol. 144. co. 3.  
 Reuelationes in somno alius fiunt. folio. 143. co. 2.  
 Reuelare noluit Deus patriarchæ Iacob ueritatem Ioseph perquam clementer. fol. 235. co. 3.  
 Reuerentia urbana virtus est. fol. 286. co. 1.  
 Reuixit quomodo spiritus in Iacob. folio. 273. co. 1. & 2.  
 Rhinchorura urbs ab excisis in collarum naribus dicta. fol. 110. co. 2.  
 Ritus Saræ non fuit ineptus. fol. 125. co. 2.  
 Ritus alter gaudiosus, alter illuforius. fol. 120. co. 4.  
 Ritus Saræ reprehenditur, non tamen ritus Abrahæ, quia alter dubitantis, alter fuit admirantis. fol. 125. co. 3.  
 Ritus sacrificandi exactè seruandus est. folio. 106. co. 2.  
 Rixa inter fratres prorsus vitanda est. fol. 272. co. 1.  
 Ruben interpretatur uisionis filius, vel uide dete filium, à quo & Rubenite. fol. 193. col. 1.

S

**S**aba duplex. fol. 77. co. 4.  
 Sabbatum esse diem septimum, Moses diuino reuelatu accepit. fol. 21. co. 2.  
 Sabbatismus spiritualis describitur. fol. 21. co. 1.  
 Sacerdotium Melchisedech apertissimè expressit Christi sacerdotium. fol. 98. co. 4.  
 Sacerdos honorandus maxime et si ignobili genere natus. fol. 282. co. 3.  
 Sacerdotii Leuitici cur non facta sit mentio in benedictionibus, sicut Christiani sacerdotii. fol. 300. co. 1. & c.  
 Sacrificii Abrahæ mystica expositio. fol. 106. co. 2. & 1.  
 Sadai dicitur Deus, cum mirifica potestate rerum naturas transmutat. fol. 115. co. 4.  
 Salis in statuam vxor Loth mutatur. fol. 135. co. 3.

Salomonis templum forsitan fuisset praecipua ecclesia, si Iudæi Christum receperissent. fol. 285. co. 2.  
 Saluandos propter bonos, malos permittit Deus. fol. 58. co. 2.  
 Salutare Dei non fuit Sampson, sed Christus. fol. 296. co. 2.  
 Samaria eadè est, quæ Sychem, & Sychar & Sabaste. fol. 233. co. 3.  
 Sampson locuples Christi figura fuit. fol. 296. co. 2. & 3.  
 Sampson praesignatus fuit per colubrum & carastem. fol. 296. co. 1.  
 Sanguines pro posteris. fol. 45. co. 2.  
 Sanguinis esus cur fuerit olim prohibitus & quid sit carnis cum sanguine comedere. fol. 71. co. 4.  
 Sapientiae diuinæ studiosus qualis debeat esse. fol. 295. co. 2. & c.  
 Sara intacta fuit Pharaoni. fol. 90. co. 4.  
 Sarai castitas elucet. fol. 111. co. 2.  
 Sarai interpretatur princeps mea: eadè est iesca, id est, contemplatrix. fol. 84. co. 1.  
 Sarai nominis immutatio. fol. 120. co. 2.  
 Saræ tres fuerunt. Prima vxor Abrahæ. Secunda filia Aster. Tertia filia Raguelis quam duxit Tobias iunior. fol. 276. colum. 3.  
 Sarai probitas asseritur. fol. 90. co. 1.  
 Sara fuerit ne Abrahæ soror, ambiguum est. fol. 139. co. 3.  
 Saræ castitas sufficienter asseritur. fol. 138. colum. 1.  
 Satum quæ sit mensura. fol. 124. co. 2.  
 Saul Idumæus alter à rege. fol. 229. co. 4.  
 Scala Iacob designat Christi genealogiam. fol. 185. co. 1. & fol. 187. co. 2.  
 Scelerum hortatores solent esse peccatores. fol. 136. co. 4.  
 Scelus sceleri negando addidit Cain. folio. 45. co. 2.  
 Scelus sceleri addiderunt fratres Ioseph in eius uenditione. fol. 235. co. 2.  
 Sceptrum Iuda sub captiuitate Babylonia fuit quidem interpolatum, non autem omnino ablatum. fol. 292. co. 2.  
 Sceptrum regiam significat potestatem. folio. 292. co. 3.  
 Scientiam perfectam solus Christus in hac uita habuit: ceteri omnes sancti ex parte rescunt, ex parte nesciunt, sicut Isaac benedicendo Iacob. folio. 180. colum. 1. & 2.  
 Scientiæ perfectum Christi, cum imperfecto scientiæ Adæ confertur. fol. 51. co. 2.  
 Scientiam



## Index

Scientiam mali experimento didicerunt primi parentes. fo. 31. co. 1. & 2.  
 Scire, siue nosse multa in scripturis significat. fo. 127. co. 3.  
 Scitharum primus rex fuit Tamnus. fol. 83. co. 2.  
 Scripsit Moses mundi creationem Deo reuelante: tanquam si de exemplari quodam transcriberet. fo. 2. co. 4.  
 Scriptura sacra, cum historiam narrat, mysterium insinuat. fo. 272. co. 1. & 2.  
 Sedere, modò in bonam, modò in malam parte dicitur. fo. 230. co. 3.  
 Secundinè sunt membrana illa, qua fetus obvolutus prodit. fo. 293. co. 1.  
 Securitatem amicis suis largitur Deus. folio. 173. co. 1.  
 Securos Deus facit suos. fo. 70. co. 1.  
 Sed interpretatur positio, & adubrat Christum. fo. 49. co. 3. & 4.  
 Sub arbore Abraham sedere Angelos operauit: magno quidem mysterio. fo. 123. co. 4.  
 Sedulitas obedientiæ. fo. 121. co. 4. & c.  
 Seir mons est in Idumæa. fo. 209. co. 4.  
 Seir Horreus cuius fuerit filius, ignoratur. fo. 229. co. 1.  
 Semine sine tellus & arbores, & herbas produxit: vt conditoris efficaciam commòstraret. fo. 11. co. 1. & 2.  
 Semen quare dicitur proles. fo. 289. column. 3.  
 Semen diaboli imitatores eius. fol. 36. column. 2.  
 Semen Abrahæ quomodo vocatum est in Isaac, & non in Ismaele, in Iacob, & nò in Esau. fo. 143. co. 1.  
 Semini Abrahæ promittitur terra Chanana secundum carnem, & secundum spiritum. fo. 88. co. 2.  
 Seminis Abrahæ tam carnalis, quam spiritualis multiplicatio explicatur. fo. 103. column. 1. & 2.  
 Sem fuisse primogenitum Noe. fo. 83. column. 1.  
 Sem laus. fo. 76. co. 1.  
 Sem interpretatur nomen. fo. 53. co. 4.  
 Senar campus, in quo turris edificata fuit. fo. 80. co. 1.  
 Senectutis filius cur dictus sit Ioseph, & quare patres filios in senectute genitos magis diligunt. fo. 231. co. 3. & 4.  
 Senescunt citius gulæ, venerisq; incontinentes. fo. 89. co. 4.  
 Seir montes per prolepsim dicti. fo. 96. co.

lum. 2  
 Septenarius numerus mysticus. fol. 146. co. 1.  
 Septimanam vnum quodammodo diem conficere. fo. 8. co. 1. & 2.  
 Septenarius numerus ritui defunctorum adscribitur. fo. 302. co. 2.  
 Septuaginta duo traduntur filii Can, & Iaphet, similiter & septuaginta duo generalium, & septuaginta duo discipuli domini, magno diuinæ dispensationis mysterio. fol. 77. column. 1. & folio. 81. co. 3.  
 Sepulchra adornare licet. fol. 126. co. 3.  
 Septuagenarius numerus penitentiam perficit. fo. 301. co. 3.  
 Sepulchri curam habuere Patriarchæ propter resurrectionis spem. fo. 109. co. 3.  
 Sepulchra alibi ciuibus, alibi peregrinis eò debantur. fo. 154. co. 3.  
 In sepulchrum agellum emendo Abraham non commisit sacrilegium. fol. 155. column. 1.  
 Sepulta fuit Rachel quibusdam de causis extra Bethleem. fo. 226. co. 2. & 3.  
 Sepultura corporum remissionem significat peccatorum. fo. 283. co. 1.  
 Sepulchrum Rachelis certis de causis semotum fuit à sepulchro Patriarcharum. fo. 285. co. 4.  
 Sepulchri iura non esse vendenda. folio. 155. co. 3.  
 Seruare acquisita tenetur homo tam spiritalis, quam ciuilis. fol. 203. co. 2.  
 Seruator Grace fuit. fo. 282. co. 1.  
 Seruiebat Ioseph dominis suis liberaliter: Deo verò spiritaliter. fo. 242. co. 1.  
 Seruitute oppressi sunt filii Israel ab Ægyptiis ob idololatriam. fo. 108. co. 1.  
 Seruitus Ægyptiorum spiritualium perpetua: Israelitarum verò spiritualium temporalis. fo. 281. co. 2.  
 Seruauit Auben puerum Ioseph quam benigne, tam prudenter. fol. 234. column. 1. & 2.  
 Seruorum mos est: accedente prosperitate superbire. fo. 112. co. 3. & c.  
 Seruitus duplex, naturalis, & legalis, folio. 278. co. 2.  
 Serpentis sub nomine dæmon maledicatur. fol. 35. co. 2.  
 Seruus vnde dictus. fo. 278. co. 2.  
 Seruitus ob peccatum inducta fuit. fo. 76. co. 1. & 2.  
 Sexti diei dignitas explicatur. fo. 18. co. 2.  
 Si,

## Index

Si, aliquando conditionem designat, aliquando ponitur pro quando. fol. 188. column. 1.  
 Si, particula adiuratiua, suppressa tamen plarunque imprecatione. fo. 145. co. 2.  
 Sychem primogenitus Hemor: à quo appellata est Sychem ciuitas. fo. 219. column. 2.  
 Siclus ponderis genus. fo. 159. co. 4.  
 Sychem meritò vastata est, quia perulco adolefcenti fuit. fo. 222. co. 1.  
 Sychem interpretatur numerus: eadè est Sychar, quæ fuit postea Neapolis dicta.  
 Sychem, Sichyma, & Sichar nomina sunt eiusdem vrbs. fo. 289. co. 1.  
 Siliquis adhuc Iudæi vescuntur. fol. 224. co. 1.  
 Silebat Noe, pariter & clamabat. fol. 69. col. 1.  
 Silentium Ioseph imitabile. fo. 245. co. 2.  
 Silentium opportunum est perutile. folio. 219. co. 3.  
 Silohet, Silach, varia significant. fol. 292. co. 3. & c.  
 Signum petiuit à Deo Abraham: sed inculpatæ. fo. 104. co. 1.  
 Signa supernaturalia à Deo petere: multis modis homini licet. fo. 104. co. 2.  
 Signum Cain quale fuerit. fo. 47. co. 1.  
 Simila triticæ farinæ flos. fo. 124. co. 2.  
 Simplex fuit Iacob animi sincérité, nò ingenii hebetudine. fo. 170. co. 1.  
 Simplicitas amica Deo est, quam & in rege Abimelech probauit. fo. 138. co. 2.  
 Simul cur non omnia creauit Deus. folio. 18. co. 3.  
 Simul creati sunt Angelus & homo: non vnitate temporis, sed cognitione rationis. fo. 17. co. 2.  
 Synecdoche notanda. fo. 227. co. 1.  
 Sinus Abrahæ, dictum est receptaculum iustorum: quia Deo credidit, pollicenti sibi animarum, & corporum gloriam. fo. 109. co. 3.  
 Synagogam Agar præfigurauit. sicut Sara ecclesiam. fo. 143. co. 4.  
 Sit lux significantius accipitur, quam fiat lux. fol. 6. co. 3.  
 Societas iniquorum iustis est periculosa: ideoq; vitanda. fo. 97. co. 1.  
 Sodomeæ prauitatis multitudo, & grauitas. fo. 127. co. 4.  
 Sodomitæ quomodo fuerunt mali: & peccatores coram domino explicatur. folio. 93. co. 3.

Sodomeæ terræ deuastratio, & vasta turpitudine. fo. 135. co. 1. & c.  
 Sodoma interpretatur secretum eorum, vel calx eorum. fo. 130. co. 4.  
 Sochor interpretatur tabernacula. fo. 218. co. 1.  
 Sol iustitiæ obscuratus est: non in se, sed Iudæis. fo. 89. co. 2.  
 Solitarius homo, aut Deus, aut bestia. folio. 145. co. 1.  
 Somnus, est quies animalium virtutum, cum naturalium intensio. fo. 249. co. 3.  
 Somnia Pharaonis non vana, sed vtilia. folio. 250. co. 3.  
 Somno percepta vigilia intelliguntur. folio. 186. co. 4.  
 Somnium secundum Ioseph fuit prioris confirmatio. fo. 232. co. 4.  
 Per Somnium rarissimè Deus manifestat mysteria post lucem euangelicam. folio. 274. co. 3.  
 Somnia Ioseph mysteria Christi præsignant. fo. 232. co. 1.  
 Somniis quibusdam non omnibus Christiana religio assentitur. fo. 247. co. 1.  
 Somniorum enarrationem non temere Ioseph aggressus est. fo. 247. co. 2.  
 Sordidis induti non stabant coram regibus. fo. 250. co. 2.  
 Sopor eadè Hebraicè Tardama, idest, profundus somnus. fo. 28. co. 1.  
 Sopor pro extrasi. fo. 106. co. 4.  
 Sorores in scripturis non seorsum, sed cum fratribus scribuntur. fo. 229. co. 1.  
 Spe bona esse fretum, iussit Deus Patriarchæ Iacob. fo. 222. co. 3.  
 Spectacula periculosa sunt virginibus. folio. 219. co. 1.  
 Spelunca duplex cur fuerit sic appellata. fo. 156. co. 1.  
 Spinæ, tribulq; erant ante hominis peccatum, sed innoxii. fo. 39. co. 3.  
 Spiraculū vitæ, idest, anima hominis, quæ spiritus dicitur, simplex est essentia, multiplex potentia. fo. 23. co. 2. & 3.  
 Spiritualiter digesta sua esse intelligenda Patriarchæ nouerunt. fo. 299. co. 3.  
 Spiritus propheticus quomodo extinctus fuit in Iacob, atq; reuixit. fo. 273. co. 2.  
 Spiritus Dei multipliciter dicitur nò permanere in homine. fo. 55. co. 1. & 2.  
 Spiritus Dei ter memoratus in Genesi. fo. 252. co. 2.  
 Spiritus vitæ pro spiraculo vitæ. fol. 65. column. 4.

Spiritus

## Index.

Spiritus coelestes merito creati traduntur post corporalem mundi machinam. folio. 20. co. 2  
 Spiritus quoque dicitur anima. fo. 23. co. 3  
 Spiritum sanctum quibusdam omnino, quibusdam vero ex parte donari. folio. 252. co. 3.  
 Spiritus sex modis substantialiter dicitur. fo. 5. co. 4  
 Sponsam ecclesiam vt Dei filius sibi copulararet: in longinquam venit regionem. fo. 184. co. 1. & 2  
 Staete, est myrrha gutta. fo. 234. co. 3  
 Stella Christus, stellæ sunt & iusti. fo. 102. colum. 4.  
 Stellarum numerus, non mortalibus, sed Deo notus. fo. 102. co. 4  
 Sterilis si expositum infantem nutriat: fecunditatem forsân à Deo impetrabit. fo. 196. co. 2  
 Sterilis Rachel, non tantum alienis precibus, quantum suis prolem à Deo promeruit. fo. 197. co. 1  
 Sterilem patrem Noe Can filius cantamine reddit. fo. 75. co. 4  
 Sterilitatis damna digeruntur. fo. 197. colum. 1  
 Steriles tres vxores trium patriarcharum insignes filios genuerunt. fo. 167. co. 4  
 Steriles quosdam nasci Deus permittit: vt reddendo eos fecundos, sese naturæ do minum ostendat. fo. 111. co. 2  
 Stipendio suo sacerdotes priuate, sacrilegium est. fo. 281. co. 3. & 4  
 Stipendia sua militibus reddenda. fo. 100. co. 2  
 Stola caro Christi. fo. 294. co. 2  
 Stola duæ, & quinque mysticè declarantur. fo. 271. co. 3. & 4  
 Storax, siue stirax quid sit. fo. 161. co. 1  
 Studium indefessum Ioseph laudatur. fo. 233. co. 3  
 Stola apud veteres vestem ob longam significabat. fo. 271. co. 3  
 Substantia pro facultatibus, quibus homo sustentatur, aptè vsurpatur. fo. 97. co. 1  
 Substantia pro facultatibus vsurpatur. fo. 203. co. 2  
 Subiecta sit omnis anima potestatibus superioribus exemplo Abrahæ. fo. 87. colum. 4. & c.  
 Subiectione quasi seruili mulier viro famulatur. fo. 37. co. 2. & 3.  
 Suæ pater fuit Thamar. fol. 237. co. 1. & 2. & fo. 138. co. 2

Sulphure sodoma petiit scilicet foetido foetidi sceleris supplicio. fo. 134. co. 4  
 Suppellex parua Patriarcharum. fo. 137. colum. 3  
 Supplicia iniustorum reuelat Deus iustis. fo. 12. co. 1  
 Suppliciis congruis Cain punitus est. fol. 45. co. 3.  
 Super pro plusquam. fo. 45. co. 3  
 Sur, quæ solitudo est. fol. 167. co. 2. & fo. 137. co. 3  
 Superbia fuit circumstantia primi peccati Adæ. fo. 34. co. 3.  
 Superbi honores sibi delatos (licet immeritos,) non in adulationem, sed in merum referunt. fo. 216. co. 3  
 Superstites filios parètes vehementius desiderant. fo. 278. co. 1  
 Suspiciosos appositè damnat. fo. 128. co. 1. & 2.

## T

**T**Abernaculorum primus inuentor Tabel. fo. 84. co. 4.  
 Tacenda, qui perturbatus est temerè manifestat. fo. 84. co. 4  
 Tacet Deus patienter. fo. 1. co. 3  
 Tactus sensus certissimus. fo. 178. co. 3  
 Templum Dei spiritus potius, quam corpus. fo. 1. co. 1  
 Temperantia formæ decor seruatur, & corporis vigor. fo. 153. co. 3  
 Tenebræ spirituales factæ sunt in Iudæa moriente Christo. fo. 89. co. 2.  
 Tenetur Deus ab homine non vi, sed precibus. fo. 213. co. 1. & 2.  
 Tentorium, velamen canabe, & cera oblitum. fo. 174. co. 4  
 Tenebris sunt lucis absentia. fo. 5. co. 3  
 Tentans, diabolus Euam, multa mentitus est: vt Deum inuidiosum ei faceret. fo. 30. co. 1. & 2  
 Tétat Deus hominem certis de causis. fol. 146. co. 3  
 Tentari Euam Deus permisit à serpente: non vt deiiceretur, sed vt probaretur, & victrix coronaretur. fo. 34. co. 3. & 4  
 Tentat diabolus infestius iustum. fo. 243. colum. 2  
 Terra quomodo erat inanis, & vacua, & incomposita. fo. 5. co. 1. & 2  
 Terrere debet homo bruta non homines. fo. 71. co. 3  
 Terra quam promisit Deus Abrahæ significat

## Index.

ficat terram viuētium: cuius bonitas humano ore explicari nequit. folio. 85. colum. 3  
 Terræ nomina digeruntur. fo. 10. co. 2.  
 Terra Chanaan quomodo tradita est Iacob iuxta literam, & spiritum. fol. 186. colum. 2  
 Terram promissionis Deus Abrahæ dedit non reddidit. fo. 103. co. 4.  
 Terribile in bonam partem pro eo quod est venerandum ponitur. fo. 187. co. 1  
 Terra aliquando pro toto elemēto aliquādo autem pro certa quadā regione ponitur. fo. 89  
 Tertia persona vtitur honoris causa. fol. 267. co. 1. & c.  
 Teraphim quid Hebræis significet. fo. 203. colum. 3  
 Tetragrammaton nomen cur primò positum sit in capite secundi capituli Genesios. fo. 22. co. 1.  
 Tetragrammaton nomen significat Deum secundum quod est ipsa essentia, ipsaq; vita. fo. 132. co. 3  
 Tetragrammaton nomen amplius manifestatur Mosen: quā Patriarchis. fo. 115. co. 4  
 Testimonium scripturæ vnum semel tantum scriptum, tam verum certum validumq; est: ac si milies scriptum fuerit: licet interdum non sit tam efficax semel dictum quàm saepe repetitum. fol. 176. colum. 4  
 Testis perpetuus Deus ipse. fo. 208. co. 2  
 Thersistrum velum est æstiuale. fol. 238. colum. 4  
 Therebintus quæ sit arbor. fo. 261. co. 2  
 Thamna quis locus sit. fo. 238. co. 3. & fol. 228. co. 3.  
 Thamar filia Suæ interpretatur palma. fo. 237. co. 3  
 Themá nomē ducis & vrbis. fo. 229. co. 4  
 Theologus sit asinus fortis. fo. 295. co. 3.  
 Thohu quid significet. fol. 5. co. 2  
 Tibi pronomen vt vtilitas significetur sollet poni. fo. 85.  
 Timuit sibi iustè Patriarcha Iacob à socero Laban. fo. 205. co. 3  
 Timor sollicitudinem generat sollicitudo cautionem, cautio modestiam, modestia reuerentiam, reuerentia vrbantatē, vrbantitas obsequium, obsequium denique gratiam promeretur. fo. 205. colum. 3  
 Timor Deum significat & pietatem, ac re-

ligionem erga Deum. fo. 207. co. 2  
 Timere in scripturis ponitur pro eo quod est venerari sicut timor pro vera pietate quæ Deus colitur. folio. 139. colum. na. 3.  
 Timorem non paruum ademit Deus à pectore Abrahæ. fo. 101. co. 2  
 Tigris quis fluius sit & quā fluat. fol. 25. col. 2  
 Timent naturaliter ea quæ sunt inferioris naturæ eis superiora. fo. 71. co. 2  
 Timens Deum animatur ne timeat alia. folio. 223. co. 3. & 4  
 Timorem Isaac potius quàm Deum cur pronunciauerit Iacob. fo. 207. co. 2.  
 Timor initium sapientiæ. fo. 139. co. 1.  
 Tyrannus primus à diluuiō fuit Nimrod. fo. 78. co. 1  
 Tyrannis ab eo incepit qui prouidentiam diuinam negauit. fol. 56. colum. 4. & folio. 57. col. 1.  
 Titulus Rachelis duodecim lapidibus constructus. fo. 226. co. 3  
 Tituli & altaris discrimina. folio. 225. colum. 4.  
 Titulus index est cuiusque operis, inde lapis in memoriam erectus titulus est dictus. fo. 187. co. 1.  
 Titulum erigere quomodo licuit Iacob patriarchæ. fo. 187. co. 2  
 Titulum iterum erexit Iacob sed inculpatè. fo. 207. co. 4.  
 Torrens mysticè exponitur. folio. 173. colum. 3  
 Tribus Israel duplici ratione fiunt duodecim. fo. 299. co. 1.  
 Tributariam fecit Pharaoni Ægyptum Ioseph, sed non iniuste. folio. 281. colum. 2 & 3.  
 Triuphus Abrahæ posteris promissus per Christum potius quàm per duces & reges populi Israel adimpletus est. fo. 152. colum. 1  
 Triade mystica omnia constare. fo. 19. colum. 1. & 2. & fo. 21. co. 3  
 Trigenarii numeri mysterium. fol. 129. colum. 3  
 Trinitatem Abraham vt potè propheta in tribus Angelis agnouit. folio. 124. colum. 3  
 Trinitas diuina insinuat. fo. 81. co. 2.  
 Trinitas beata cum diuinæ essentiæ vnitate asseritur. fo. 140. co. 1  
 Trima animalia quid significet. fo. 106. colum. 3

## Index.

Trinitatis diuinæ in vno verbo Abir: explicatio. fo. 297. co. 3.  
 Tu emphasim habet. fo. 114. co. 4.  
 Turris Babylonæ insolens ædificatio. fol. 80. colum. 3.  
 Terræ vis imminuta fuit à diluuiio. fo. 60. colum. 3.

**V**ade pro mori frequenter ponitur. fo. 101. co. 4.  
 Vagina comparatur corpus humanū fo. 55. co. 1.  
 Vallis salinarum multis celebratur nominibus. fo. 95. co. 4.  
 Vanitas humana vitæ explicatur. fo. 42. colum. 2.  
 Vapor in nubem coactus & in aquas resolutus est post primam arborum herbarumq; germinationem. fo. 23. co. 1.  
 Vasa pro quibuslibet rebus vtilibus poni solet. fo. 162. co. 3.  
 Vasa tam Hebræis quàm Græcis pro instrumentis vsurpatur. fo. 291. co. 1.  
 Venatica ars militares proxima ideoque sacerdotibus prohibetur. fo. 145. col. 1. & 2.  
 Venditio Ioseph amplissimis verbis exagatur. fo. 234. co. 4. & c.  
 Venia qua ratione petenda est ab infensō fo. 303. co. 1.  
 Venia humiliter petenda fo. 303. co. 3.  
 Venialia peccata non omnino vitarūt Patriarchæ. fo. 217. co. 3.  
 Venditus fuit Ioseph ter vel potius bis. fo. 236. co. 1.  
 Venite aliquando non est excitantis ad iter sed ad opus. fo. 154. co. 1.  
 Venite pro agedum exhortatis aduerbio. fo. 80. co. 2.  
 Ventura omnes homines scire cupiunt: quia presentis forte contenti non sunt. fo. 289. co. 4.  
 Venenosa animalia ac perniosa quatenus sint bona & vilia. fo. 15. co. 1. & 2.  
 Verba quædam subintelligenda esse in quibusdam locis Sacræ scripturæ. fol. 3. colum. 3.  
 Verbo siue sermo Domini factus dicitur non in se vel Deo sed alicui alio. folio. 100. colum. 3.  
 Verbum Hebraicè Dabar multa significat fo. 157. co. 4.  
 Verbū Domini fieri dicitur in manu pro-

phetæ scilicet pura & iusta. fol. 100. colum. 3.  
 Verbum pro causa aure, aut facto vsurpatur ab Hebræis. fo. 90. co. 3.  
 Verbum pro duobus solet vsurpari in Sacris scripturis. fo. 260. co. 2.  
 Vernum tempus dicitur electum. fo. 226. colum. 1.  
 Verecundia modestiaq; Rebecca describitur. fo. 163. co. 4.  
 Verentur homines peruersè magis humanum iudicium quàm diuinum. fo. 235. colum. 3.  
 Veritas interdum non à verbis sed à sensu percipienda. fo. 301. co. 4.  
 Versatilis gladius dictus, quia auferendus erat. fo. 41. co. 2.  
 Vesper pro nocte aliquando vsurpari. fo. 7. colum. 3.  
 Vestes non eadem conueniunt omnibus atatibus. fol. 239. co. 1.  
 Vestium cultus mediocris exigitur. folio. 238. co. 4.  
 Vexationem suam etiā Iacob pecunia redemit. fo. 301. co. 4.  
 Victima pro selectis quoq; dapibus vsurpatur, & pro occidendo exercitu. folio. 262. colum. 1.  
 Victimæ sacrificandæ ritus. fo. 149. co. 4.  
 Victoriā Abraham in Deum retulit. folio. 98. co. 1.  
 Victores semper euadebant Reges legem seruantes. fo. 291. co. 4.  
 Victoria datur interdum improbis contra probos non ab re. fo. 98. co. 1.  
 Victoriā vt discamus à Deo esse bella in scripturis narrantur. fo. 99. co. 2.  
 Victus in hac dumtaxat vita labore queritur. fo. 39. co. 2.  
 Victus iusto labore parandus. fol. 207. colum. 3.  
 Videbatur Deus prophetis nō in sua substantia: sed in aliqua extrema figura. folio. 88. co. 1.  
 Videre pro placere. fo. 237. co. 1.  
 Videre pro certo cognoscere. fo. 56. colum. 3.  
 Videre quomodo dicitur Deus ea quæ sunt vel erunt vel fuerunt. fol. 56. colum. 3.  
 Vidit quomodo Iacob Deum non in sua maiestate, sed in imaginè quadam. fol. 114. colum. 3.  
 Videntes Deum illico mori: falsò rati sunt antiqui. fo. 214. co. 3.  
 Visio

## Index.

Visio prophetica quæ in vigilia fit perfectior est reuelatione: quæ fit in somnis. fo. 100. co. 3. & 4.  
 Visus est Dominus Abraham in monte Dominus videbit. fo. 151. co. 2.  
 Vim agendi tam corporalem quàm spiritualement, & distinctum ad agendum hominibus Deus apponit. fo. 71. co. 2.  
 Violentia pro eo quod in Latino iniquitas. fo. 59. co. 3. & c.  
 Vir eius rei in scripturis plerūque dicitur qui eidem præcipue studet aut est obnoxius. fo. 74. co. 4.  
 Vir qui Ioseph errantem inuenit in agro fortè fuit Angelus. fo. 233. co. 3.  
 Vir dictus est Noe non homo propter insignem eius virtutem. fo. 58. co. 4.  
 Viros non fœminas genuit Noe. fo. 59. colum. 2.  
 Virago à viro dicta prima mulier. folio. 29. co. 1.  
 Virgines olim pudicæ greges pascebant. folio. 189. co. 3.  
 Virgineus pudor & nitōr depingitur. fol. 159. co. 2.  
 Virgo qualis ducenda est. fo. 159. co. 2.  
 Virgines olim quam fuerint pudicæ, ac seculæ. fo. 158. co. 2. & fo. 163. co. 2.  
 Virginalis partus persuadetur ex conceptu quatuor steriliū fœminarum. fol. 168. co. 1.  
 Virtus summo perè exercèda propter obtinendam perpetuam felicitatem exemplo sancti Ioseph. fo. 305. co. 4.  
 Virrutum Ioseph Catalogus. fo. 264. colum. 2.  
 Vna custodia pietas. fo. 155. co. 2.  
 Vnguentis condire cadauera non est impium. fo. 301. co. 1.  
 Vnus Deus, non plures in hac tamen parte vacillauit Laban. fo. 205. co. 1.  
 Vniuersi perfectio omnibus suis partibus constituitur. fo. 18. co. 1.  
 Vinctus lapis Christus. fo. 202. co. 1.  
 Vnus dies Dei verbum. fol. 8. co. 3. & c.  
 Vinum esse venenum. fo. 74. co. 4.  
 Vinum res est in vtramque partem ambigua. fo. 75. co. 1.  
 Vinum senum est lac. fo. 178. co. 4.  
 Visitatio in vtramque partem ponitur. folio. 148.  
 Viuentia scriptura dixit animalia non platas. fo. 13. co. 3.  
 Vlci scès fratres Ioseph, pietatem seruauit. fo. 268. co. 3.

Vna caro vir & vxor explicatur. fol. 29. colum. 3.  
 Vitia parentum filii contrahunt. fol. 100. colum. 1.  
 Vitia arbitrio constant non natura. fo. 75. colum. 3.  
 Vnit charitas quoque valde desita. fo. 93. colum. 1.  
 Vita Hebræis pluraliter significatur. fo. 23. colum. 3.  
 Vitæ breuioris causæ explicantur. fo. 305. colum. 1.  
 Vita est charior omnibus rebus. fo. 181. colum. 1.  
 Vitulus Christus. fo. 124. co. 3.  
 Viuentes absolute homines dicuntur potius quàm cetera animantia propter futuram resurrectionem. fo. 40. co. 1. & 2.  
 Vrit æstus, vrit & gelu. fo. 106. co. 4.  
 Vrbanitas Iacob in occurrendo fratri suo Esau. fo. 216. co. 1.  
 Vocauit Maria Deipara Dei filium quin & Angelus & spiritus sanctus. fo. 49. col. 2. & 3.  
 Vocatus pius à Deo vocat & ipse impios ad Deum. fo. 86. co. 4.  
 Vocationi Dei egregie obediuit Abraham, nec minus Apostoli vocati Christo paruerunt. fol. 86. colum. 4. & fol. 87. colum. 1.  
 Voluntas pro facto reputata est in Abraham. fo. 152. co. 1.  
 Volitabat quomodo spiritus domini super aquas. fo. 6. co. 1.  
 Volucres, & pisces cur ex aquis simul productæ dicuntur. fo. 13. co. 2.  
 Voluptati non est indulgendum tempore calamitatis. fo. 62. col. 1.  
 Vexationem quatenus licet redimere. fol. 211. co. 3. & 4.  
 Vterus in scripturis ponitur interdum nō pro alio sed pro intimo substantiæ gignentis fundo. fol. 102. co. 3.  
 Vtitur creaturis Deus interdum, quatenus super naturam operatur quo operari queunt. fo. 66. co. 4.  
 Vtorū impletionē exigit à Iacob Deus. fo. 202. co. 2.  
 Viuit & regnat more Ioseph qui omnino non peccat. fo. 272. co. 2.  
 Vua Christus est & vitis spiritualis. folio. 294. colum. 2. & 3.  
 Vulua non virginalia claustra designantur: sed muliebris illa matris. fo. 192. colum. 4.

## Index.

Vxorū Noe & filiorum eius nomina meminit Berofus. folio. 74. columna. 2.  
 Vxores primæ maritorum fuorum forores fuere. fo. 48. col. 2.  
 Vxores plures habuit Iacob sed caste & pudice. fo. 196. co. 1  
 Vxor probata de progenie eligenda est. folio. 156. co. 4. &c.  
 Vultus varietate affectus diuerfitas cognoscitur. fo. 20. 1. co. 1.  
 Vxorū pluralitas priſcis fuit permiffa: non autem noſtratibus. folio. 112. columna. 1. &c.  
 Vxores plures legitime ducebantur. folio. 192. colum. 2.

Vxores plures habere crimen non erat, cum mos erat. fo. 195. co. 1  
 Vxorū communitas error Platonius ab Aristotele redargutus. folio. 24. col. 3. & 4

Z

Zabulon benedictio explicatur. folio 295. colum. 2.  
 Zabulon interpretatur habitaculum fo. 196. colum. 3  
 Zaran interpretatur oriens. folio. 241. colum. 2  
 Zelotypia quàm graue fit malum. fo. 19. col. 45

## FINIS.

✠ Auctori-

## Index.

✠ AVTORITATES ALIORUM librorum Sacræ scripturæ, quas huius libri Genéseos enarrator ad veram pietatis profectum, vel diligenter exposuit, vel alteri alteram congruenter apposuit per ordinem digesta.

### ¶ Exodus.

1. Benedixit dominus obstetricibus, & edificauerunt domus suas. fol. 111. colum. 3
12. Si quis peregrinorum in vestram voluerit exire coloniam. fo. 119. col. 3.
12. Habitatio filiorum Israel, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum. fo. 107. col. 4
12. Mensis iste vobis principium mensium fo. 64. col. 4
6. Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob, in Deo omnipotente. fo. 115. col. 4
20. Memeto, vt diem sabbati sanctifices. fol. 21. colum. 2.
21. Si machinatus fuerit fratri suo mortem. fo. 72. col. 2
22. Aduenam non contristabis. fo. 131. co. 3
22. Dimitte me, vt deleam populum istum. fo. 213. colum. 1.
24. Ascende ad me in montem. fo. 2. co. 3.
25. Fac secundum exemplar. fo. 2. co. 4
33. Noui te ex nomine. fo. 58. col. 4.

### ¶ Leuiticus.

17. Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis. fo. 71. co. 4.
18. Qui acceperit sororem suam filiam patris tui. fo. 139. co. 3
26. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester. fo. 33. co. 1.

### ¶ Numeri.

12. Si quis inter vos fuerit propheta. folio 100. col. 4.
24. Orietur stella ex Iacob. fo. 102. co. 4

### ¶ Deuteronomium.

5. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis. fo. 140. co. 1.
6. Dominus Deus tuus vnus est. f. 34. c. 4.
6. Non habebis Deos alienos. fo. 223. co. 1
6. Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. fo. 4. co. 3.
32. Loco horrois. fo. 5. co. 2
21. Si habuerit homo vxores duas. fo. 165. colum. 4.
28. Et illuue secundinarum. fo. 293. co. 1
42. Quando diui debat altissimus gentes. fo. 81. co. 4

### ¶ Iudicum.

18. Et tulit Ephoth, & idola. fo. 203. co. 4

### ¶ Ruth.

4. Suscitem nomen mortui. fo. 258. co. 1

### ¶ Ex libris Regum.

1. 16. Deus autem intuetur cor. fo. 63. co. 1.
2. Reg. 3. Et non cecidit in terram vnum de verbis eius. fo. 237. co. 4
3. Reg. 19. Ecce ad caput suum subcinericii panes. fo. 177. co. 4
4. Reg. 2. Si videris me, quando tollar à te. fo. 52. co. 4.

### ¶ Paralipomenon.

1. 12. De filiis quoque Isachar viri eruditi. folio. 295. co. 4

### ¶ Iob.

5. Quia non clausit hostia ventris mei. folio. 3. colum. 3

¶ 3 Non

## Index.

20. Non sicut videt homo, & tu vides. fol. 6. col. 4.  
 ¶ 39. In similitudine lapidis aquæ obduratur. fo. 9. co. 2  
 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. fo. 205. co. 2  
 26. Effluens pluuiam propter vaporem suum. fo. 23. co. 1.  
 39. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. fo. 23. co. 2  
 ¶ Ex libro Psalmorum.  
 26. Credo videre bona Domini in terra viventium. fo. 103. co. 4.  
 1. Beatus vir, qui non abiit in consiliū impiorum. fo. 215. co. 1  
 4. In tribulatione dilatasti mihi. f. 242. c. 3  
 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. fo. 109. co. 4  
 4. In pace in idipsum. fo. 300. co. 4.  
 4. A fructu frumenti, vini, & olei. fo. 179. colum. 2  
 5. Manè astabo tibi, & videbo. fo. 246. colum. 4  
 8. Quid est homo. fol. 50. co. 1.  
 13. Dixit insipiens in corde suo: non est Deus. fo. 3. co. 4.  
 17. Posuit tenebras latibulum suum. fol. 5. colum. 4  
 23. Domini est terra. fo. 10. co. 1. & 3  
 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. fo. 12. co. 2  
 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates & quorū tecta sunt peccata. fo. 303. co. 2  
 32. Qui fingit sigillatim corda eorum. fo. 42. colum. 1.  
 32. Oculi domini super iustos. fo. 127. co. 3.  
 32. Nō saluabitur gigas in multitudine virtutis suæ. fo. 56. co. 2  
 32. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. fo. 20. co. 1.  
 31. Dixi confitebor aduersum. fo. 6. co. 1  
 30. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ fo. 85. col. 3  
 32. Verbo Domini cæli firmati sunt. fol. 3 col. 4. & fo. 6. co. 1  
 34. Ponit in thesauris abyssos. fo. 5. co. 3  
 35. Homines & iumenta seruabis. fol. 73. colum. 4  
 35. Fecit lunam in tempora. fo. 12. co. 2  
 35. In lumine tuo videbimus lumen. fol. 174. col. 3  
 36. A domino gressus hominis diriguntur. fo. 242. co. 2  
 38. Vniuersa vanitas omnis homo viuens. fo. 42. co. 2. & fo. 47. col. 3

44. Speciosus forma præ filiis hominum. fo. 242. co. 1  
 48. Dñs misit me & spiritus eius. fo. 6. co. 1  
 48. Homo cū in honore esset. f. 17. c. 1. & 2  
 50. Ecce in iniquitatibus cōceptus sum. fo. 70. co. 2. & 3  
 54. Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos. fo. 166. co. 1.  
 54. Viri sanguinū non dimi. & fo. 109. c. 4  
 64. Visitasti terram & inebriasti eam. fol. 264. co. 4.  
 67. Dixit dominus ex Basam conuertā cōuertam in profundum. & c. fo. 292. co. 1  
 71. Adorabunt eum omnes reges terræ. fo. 236. co. 2.  
 71. Reges Arabum & Sabba munera offerent. fo. 77. co. 4  
 73. Superbia eorū qui te oderunt. fo. 35. c. 1  
 75. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. fo. 299. co. 4  
 82. Imple facies eorum ignominia & querent te Domine. fo. 34. co. 1.  
 83. Melior est dies vna in atriis tuis. f. 91. c. 2  
 81. Ego dixi Dñi estis. fo. 213. co. 3  
 83. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. fo. 263. co. 4.  
 88. Dies cæli. fo. 8. co. 1  
 88. Semel iuravi in sancto meo. fo. 145. c. 2  
 89. Mille anni ante oculos tuos. fo. 18. co. 3  
 93. Dominus nouit cogitationes hominū quæ vanæ sunt. fo. 57. co. 2  
 90. Lux orta est iusto. fo. 7. co. 1  
 103. Qui fecit cælos in intellectu. fo. 3. c. 4.  
 109. Dixit Dominus domino meo: sede à dextris meis. fo. 158. co. 3  
 104. Non reliquit hominem nocere eis. fol. 204. co. 3  
 103. Qui facit angelos suos spiritus. f. 5. c. 4  
 103. Præbens herbam iumentis. fol. 10. c. 4  
 109. Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech. fo. 98. co. 3  
 118. Reuelā oculos meos. fo. 32. co. 1.  
 129. Apud Dominū misericordia & apud eum redemptio. fo. 46. co. 2  
 131. Viduā eius benedicens benedicam. fol. 271. co. 3  
 135. Qui fecit luminaria magna. fo. 12. co. 3  
 138. Tu possedisti renes meos. fo. 100. co. 1  
 143. Beatus populus, cuius Dominus Deus eius. fo. 118. co. 1.  
 148. Ipse dixit & facta sunt. fo. 4. co. 2

### ¶ Ex prouerbij.

6. Parat in hyemē cibū sibi. fo. 70. co. 4  
 Victimæ

## Index.

15. Victimæ impiorum abominabiles. fol. 43. co. 1. & 2.  
 17. Corona senū filii eorum. fo. 286. co. 3.  
 31. Vana pulchritudo. fo. 153. co. 4

### ¶ Ex Ecclesiaste.

1. Terra in æternum stat. fo. 5. co. 1  
 1. Omnia flumina intrant mare. fo. 298. colum. 1  
 1. Omnia flumina intrant mare. fo. 10. c. 1  
 4. Melior est puer pauper & sapiens. foli. 252. co. 3  
 9. Sunt iusti & sapientes. fo. 101. co. 4

### ¶ Ex Canticis Canticorum.

4. Vadā ad montē myrrhæ. fo. 147. co. 2  
 6. Quæ est ista, quæ progreditur. fo. 36. c. 2  
 8. Fortis est, vt mors, dilectio. fo. 264. co. 1

### ¶ Ex sapientia.

1. Os, quod mentitur, occidit animam. fol. 256. co. 3  
 4. O quā pulchra est casta generatio cū claritate. fo. 200. co. 1  
 7. Sapientia in animā sanctā se transfert. fo. 1. co. 4.  
 11. Per quæ quis peccat, per hæc & torqueatur. fo. 257. co. 4  
 11. Per quæ quis peccat per hæc & torqueatur. fo. 268. co. 2.  
 14. Infandorum enim idolorū cultura cunctorum malorum fons est. fo. 59. co. 3.

### ¶ Ex Ecclesiastico.

10. Transfertur regnum à gente ingentem propter iniustitias. fo. 60. co. 3.  
 10. Transfer regnum de gente in gentem. fo. 3. co. 2.  
 13. Vani autem sunt omnes homines. fol. 2. colum. 1.  
 16. Non iocunderis in filiis impiis. fo. 283. colum. 2  
 18. Qui viuunt in æternum creauit omnia simul. fo. 21. co. 2  
 38. Fili in mortuum produc lachrymas. fo. 302. co. 1.  
 34. Qui baptizatur à mortuo, & iterū tangit mortuum, quid prodest ei lauatio eius? fo. 285. co. 1

### ¶ Ex Esaiā.

3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt. fo. 127. co. 4. & fo. 93. co. 3.  
 6. Vidi Dominum sedentem super thronum. fo. 2. co. 4  
 7. Butyrum & mel comedet. fo. 31. co. 2.  
 7. Ecce virgo concipiet. fo. 49. co. 3.  
 8. Voca nomen eius. fo. 114. co. 4  
 9. Multiplicabitur eius imperiū. fo. 293. c. 2  
 42. Tacui, nunquid semper tacebo? fo. 1. c. 3  
 35. Serpenti puluis panis eius. fo. 39. co. 4  
 42. Ego sum Deus: & non est alter præter me. fo. 208. co. 2  
 43. Seruire me fecisti in peccatis tuis. fol. 191. co. 2  
 45. Rorate cæli desuper. fo. 134. co. 4  
 53. Generationem eius quis enarrabit, fol. 42. co. 3  
 55. Quomodo descendit imber. fol. 297. colum. 4

### ¶ Ex Hieremia.

2. Arguet te malitia tua. fo. 257. co. 4  
 8. Et tu ne ores pro populo hoc. fo. 135. c. 3  
 11. Mittamus lignum in panem eius. fol. 242. co. 4  
 13. In veritate misit me Deus. fo. 147. co. 4  
 13. Si mutare potest Æthiops pellem suā: fo. 57. co. 1  
 13. In veritate misit me Dominus. fol. 88. colum. 3  
 44. Extendens cælos solus. fo. 9. co. 1  
 Threnorum. 3. Bonū erit viro cū portauerit iugum Domini ab adolef. fo. 163. c. 3  
 Threnorum. 4. facies Domini diuisit eos. fo. 113. co. 3

### ¶ Ex Ezechiele.

12. Portentum dedi te domui Israel. fo. 74. colum. 1  
 18. Filius non portabit iniquitatem patris. fo. 76. colum. 1.

### ¶ Ex Osea.

2. Ecce ego sepiam viam tuam spinis. fol. 203. co. 1  
 2. Exaudiam cælos: & illi exaudient terrā. fo. 251. co. 2  
 4. Sanguis sanguinem tetigit. fo. 56. co. 4  
 6. Ipsi, sicut Adam, transgressi sunt pactū meum. fo. 37. co. 1



## Index.

9. Ephraim quasi auis euolauit. fo. 298  
column. 1.  
12. Ego visiones multiplicauit. fo. 88. co. 1

### ¶ Ex Iohelc.

2. Sol conuertetur in tenebras & Luna in  
sanguinem. fo. 176. co. 4  
2. Quicumq; inuocauerit nomen Domi-  
ni. fo. 299. co. 2.

### ¶ Ex Habacuc.

1. Esca eius electæ. fo. 35. co. 4

### ¶ Ex Naum.

1. Non con surget duplex tribulatio. fol.  
65. co. 2.  
¶ Zacharias. 3. Septem oculi in lapide vno.  
fo. 24. co. 3  
9. Ecce rex tuus venit mansuetus. fo. 285.  
column. 2

### ¶ Ex Malachia.

2. Nunquid non pater vnus omnium no-  
strum. fo. 50. co. 3  
3. Ego Deus, & non mutor. folio.

### ¶ Ex Mattheo.

1. Liber generationis Iesu Christi. fo. 187.  
column. 1  
1. Liber generationis. fo. 82. co. 3  
2. Nazareus vocabitur. fo. 298. co. 3  
3. Omnis arbor non ferens fructum exci-  
derur. fo. 128. co. 2.  
4. Assumpsit eum diabolus in motem ex-  
cellsum. fo. 93. co. 4  
5. Nolite iurare. fo. 151. co. 4  
5. Qui viderit mulierem ad concupiscen-  
dum eam. fo. 74. co. 3  
6. Querite: primũ regnum Dei. fol. 187.  
column. 4  
6. Videte ne iustitiam vestram. fol. 140.  
column. 2  
6. Nolite solliciti esse. fo. 255. co. 2.  
7. Discedite à me omnes operarii iniquita-  
tis. fo. 35. co. 3

10. Qui accipit prophetã in nomine pro-  
phetæ. fo. 282. co. 4  
10. Nemo nouit patrem nisi filius. folio. 1  
column. 2.  
11. Deus & prophetæ vsque ad Ioannem.  
fo. 167. co. 3  
16. Generatio mala & adultera signũ que-  
rit. fo. 104. co. 3  
16. Quam cõmutationẽ dabit homo pro  
anima sua. fo. 281. co. 1  
16. Quem dicunt homines esse filium ho-  
minis. fo. 2. co. 4.  
16. Tu es Petrus. fo. 224. co. 3  
17. Hic est filius meus  $\alpha\gamma\alpha\omega\mu\tau\omicron\varsigma$ . fo. 263. co.  
lum. 4  
17. Resplenduit facies eius sicut Sol fo. 103  
column. 1.  
18. Vbicunq; duo vel tres congregati fue-  
rint. fo. 289. co. 4  
19. Omnis qui reliquerit domum. fo. 271.  
column. 2.  
19. Quicumq; dimiserit vxorem suam. fol.  
112. column. 2  
19. Qui fecit hominem ab initio masculũ  
& fœminam fecit eos. fol. 29. column. 1.  
& 2. & 3  
21. Auferetur à vobis regnum Dei. fol. 5.  
column. 2.  
22. Multi sunt vocati. fo. 283. co. 1.  
21. Benedictus qui venit in nomine Do-  
mini. fo. 300. co. 1  
24. Scitis qd propè est astas. fo. 70. co. 4  
24. Scitote quia propè est in ianuis. fo. 44.  
column. 1  
24. Prædicabitur euangelium hoc in toto  
mundo. fo. 74. co. 3.  
25. Venite benedicti. fo. 179. co. 4  
25. Quod vni ex minimis meis fecistis. fo-  
lio. 86. co. 1  
26. Omnis enim, qui gladiũ acceperit, gla-  
dio peribit. fo. 72. co. 4  
28. Data est mihi omnis potestas. fol. 293.  
column. 3  
28. Vespere autem sabbati. fo. 7. co. 3.

### ¶ Ex Marco.

14. Iesus autem turbauit semetipsum. fol.  
107. column. 1  
16. Prædicare euangelium omni creature.  
fol. 18. column. 2.

### ¶ Ex Luca.

Aue

## Index.

1. Aue gratia plena Dominus tecum. fol.  
37. co. 4  
1. Inuenisti gratiam apud Dominum. fo-  
58. column. 3  
1. Quomodo fiet istud quoniam virum  
non cognosco. fo. 41. co. 3.  
1. Elisabeth vxor tua pariet tibi filium. fo-  
lio. 110. co. 4  
1. Non est impossibile apud Deum om-  
ne verbum. fo. 125. co. 4. & fo. 126. co. 3  
1. Eò quòd sterilis esset. fo. 168. co. 1  
2. Annuntio vobis gaudium magnum.  
fo. 299. co. 2.  
7. Cui plus committitur, plus ab eo exigi-  
tur. fo. 247. co. 4  
11. Beatus venter qui te portauit. fo. 186.  
column. 2  
24. Palpate & videte. fo. 178. co. 3  
16. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem.  
fo. 290. co. 1  
24. Oculi eorum tenebantur, ne eum ag-  
noscerent. fo. 132. co. 1

### ¶ Ex Ioanne.

1. In principio erat verbum. fo. 3. co. 4  
1. Erat lux vera illuminans omnem homi-  
nem. fo. 241. co. 3.  
1. Cum esset sub ficu. fo. 32. co. 2  
8. Abraham pater vester exultauit. folio.  
131. column. 2  
10. Ego sum pastor bonus. fo. 42. co. 3.  
10. Potestatem habeo ponere animã meã.  
fo. 292. co. 3  
12. Oportet exaltari filium hominis. fol.  
272. co. 4  
12. Expedi vobis vt vnus homo moriatur  
pro populo. fo. 187. co. 4  
12. Melius est vt moriatur vnus homo pro  
populo. fo. 235. co. 1.  
17. Pater clarifica filium tuum. fo. 122. co. 4  
19. Quia exiuit de eo aqua & sanguis. fol.  
294. column. 3

### ¶ Ex epistola Pauli ad Roma- nos.

- ¶ 3. Non sunt facienda mala vt eueniant  
bona. fo. 265. co. 2  
4. Et accepit signum circumcisionis. folio.  
122. co. 1  
4. Vocat ea quæ non sunt. fo. 15. co. 2  
4. Abraham cõtra spem in spem credidit.

- fo. 126. co. 4.  
7. Infelix ego homo. fo. 26. co. 4  
8. Diligentibus Deum omnia cooperan-  
tur in bonum. fo. 304. co. 1  
9. Reliquiæ per electionem salui fient. fo.  
lio. 69. co. 3.  
11. Cæcitas ex parte contigit in Israel. fol.  
89. column. 1  
11. Sine pœnitentiã sunt dona Dei. folio.  
39. column. 1  
11. Ego Israelita sum. fo. 298. co. 4  
13. Si esurierit inimicus tuus ciba illum.  
fo. 271. co. 3  
13. Carnis curam non feceritis in deside-  
riis. fo. 273. co. 3.  
15. Dicò enim Christum Iesum ministrũ  
fuisse circumcisionis. fo. 119. co. 4  
16. Dominus conteret sathanã. fo. 36. co. 3

### ¶ Ex prima epistola ad Co- rinthios.

3. Deus autem incrementum dedit. fol. 11  
column. 1  
3. Quasi paruulis in Christo lac vobis de-  
di. fo. 295. col. 1  
4. Nihil mihi conscius, sed nec me iustifi-  
ca. & c. fo. 287. co. 3  
6. Nolite viam ducere cum infidelibus. fo.  
lio. 220. co. 4  
7. Similiter & vir non habet potestatem  
corporis sui. fo. 196. co. 1  
8. Idolum nihil est in mundo. fo. 5. co. 2.  
10. Petra autem erat Christus. fo. 247. co. 2  
11. Vir non debet velare caput. fo. 16. co. 3  
11. Vir quidem nõ debet velare caput suũ.  
fo. 51. column. 1  
13. Ex parte cognoscimus. fo. 215. co. 2.  
15. Primus Adam de terra terrenus. folio.  
41. column. 3  
15. Non est prius quod est spirituale sed  
quod est animale. fo. 273. co. 3.  
15. Abundantius illis omnibus laborauit.  
fo. 304. co. 1  
15. Stella differt ab stella in claritate. folio.  
299. co. 1  
15. Stella differt ab stella in claritate. folio.  
103. co. 2.

### ¶ Ex epistola ad Galatas.

3. Abrahæ dictæ sunt repromissiones. fo-  
lio. 157. column. 3

Quæ

# Index.

3. Quæ post quadringentos & triginta annos data est. fo. 107. co. 4.
4. Sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat. fo. 142. co. 4.
4. At ubi venit plenitudo temporis. fol. 293. co. 2.
5. O infensati Galatæ, quis vos facinavit? fo. 288. co. 2.

## Ex epistola ad Ephesios.

4. Nolite locum dare diabolo. fo. 255. c. 4.
4. Renouamini spiritu mentis vestræ. folio. 16. co. 2.
5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. fo. 279. co. 3.
5. Sacramentum hoc magnum est. fo. 291. colum. 4.
5. Quæ autem ab illis in occulto fiunt turpe est dicere. fo. 67. co. 3.
6. Honora patrem tuum & matrem tuam. fo. 280. co. 2.

## Ex epistola ad Philipenses.

2. In nomine Iesu omne genu flectatur. fo. 152. co. 3.

## Ex epistola ad Colossenses.

1. Qui est imago inuisibilis Dei. fo. 25. c. 3.
2. In ipso placuit habitare plenitudinem diuinitatis. fo. 217. co. 1.

## Ex epistola ad Hebræos.

2. Nunquam Angelos apprehendit: sed semen Abraham. fo. 270. co. 2.
2. Minuisti eum paulominus ab angelis? fo. 21. co. 4.
11. Quem constituit hæredem vniuersorum. fo. 102. co. 3.
11. Fide qui dicitur Abraham. fo. 88. co. 2.
11. Oportet accedentem ad Deum credere. fo. 3. co. 1.
12. Patres quidem carnis nostre habuimus. fo. 286. co. 1.
12. Ne quis fornicator aut profanus. fol. 181. colum. 4.

## Ex actibus Apostolorum.

7. Tunc exiit de terra Chaldæorum. fol. 84. co. 3. & 4.
7. Ne passum pedis possedit. fo. 94. co. 1.

## Ex epistola Iacobi.

7. Deus si neminem tentat. fo. 146. co. 3.
1. Omne gaudium existimate fratres mei cum intentiones varias incideritis. fo. 261. colum. 4.

## Ex epistola Petri prima.

2. Vos autem genus electum. folio. 218. colum. 4.
4. Charitas opperit multitudinem peccatorum. fo. 248. co. 1.

## Ex epistola Petri secunda.

1. Vestram vocationem per bona opera eorum tam faciatis. fo. 183. co. 4.

## Ex epistola Ioannis prima.

2. Debet ut ille ambulauit & ipse ambularet. fo. 116. co. 2.
2. Nouissima hora est. fo. 290. co. 1.
2. A nobis exierunt. fo. 282. co. 4.
2. Omne quod est in mundo. folio. 31. colum. 3.
5. Mandata eius grauiora non sunt. fo. 26. colum. 2.
3. Cain ex maligno erat. fo. 44. co. 2.
4. Omnis qui peccat iniquitatem facit. folio. 59. co. 4.

## Ex Apocalypsi.

7. Ego sum alpha & omega. fo. 4. co. 4.
7. Lauerunt stolas suas. fo. 294. co. 3.
8. Ascendit fumus Aromatum de manu Angeli. fo. 69. co. 3.
14. Beati mortui qui in Domino moriuntur. fo. 166. co. 2.

# Errata castiganda.

Fol. Colum.	Fol. Colum.	Fol. Colum.
2 1. letati lege lethali.	40 4 detrentis. leg. deterrētis	143 4 in textu vtere. leg. vtere
2 4 contextit. leg. contextuit.	42 1 in quæst. leg. inquit.	151 mecum. lege. mecum
3 4 di. lege. dia.	44 1 concitator. leg. concitator	154 1 plange. leg. plangere
13 2 deesse. lege de sei	46 1 non sum. leg. non solum.	160 1 in textu locutus. leg. locus
16 1 lin. 7. ad imaginem. lege.	47 1 canit. leg. canit.	168 2 id precibus. l. vt precibus
in imaginem.	51 4 scolares. leg. solares	169 1 leboran. leg. Ioram.
16 3 seu ppetua. le. sed ppetua	52 1 nominatiue. l. nominatiu	177 3 terminis. leg. terminos.
18 3 indignus. leg. indignus.	56 1 quæstas. leg. quandam.	178. 3 cibi. leg. sibi.
19 1 in eundem hominem leg.	57 4 influens. leg. infensus	179 2 Dei. lege. olei.
eundem hominem.	58 1 deleturos. leg. deleturus.	192 4 sedere. leg. secedere.
20 2 diei. leg. die.	58 3 gerunt. leg. genuit	183 1 abierit. leg. abiret
22 1 la. lege. ia.	67 2 post imbribus deficit mul-	185 2 generis humani. lege. in
22 2 dilargi. leg. dilargiri.	tis diebus.	genus humanum.
22 2 deiectus. leg. deiectum.	69 1 ingreditur. leg. egreditur	190 2 lea. lege. lia.
22 2 sicut cunctis. leg. si cunctis.	71 2 recipitatis. leg. recipiatis	199 2 Gy. lege. gya.
22 4 fere. leg. terra.	71 2 oprimatur. le. oprimatur	199 2 aperfas. lege. asperfas
24 1 ala. lege. alia.	72 1 pparatur. leg. pparatur	201 2 vero. leg. viro.
24 2 inducer. leg. inducere.	73 3 pactu saluis. leg. pactum	207 4 vt vtrūq. leg. vtrūque
24 3 collyride. leg. collycide.	salis.	213 3 videndum. leg. videntē.
Vnde margaritum est eius recta in-	73 4 sanctam David. le. sancta	214 1 referere. leg. referrent.
terpretatio desunt hac verba, vnde	75 1 excoluit. leg. excoluit.	216 2 oculi. leg. oculi
scriptum est numeri vndecimo. Et	77 3 quaratur. le. quæretur.	216 4 multum. leg. vultum.
man, id est, manna sicut semen coriã	80 3 indurat. leg. indurata.	217 4 stabilitat. leg. stabilitat
dri erat, & color eius sicut color A-	81 2 sensui. leg. huic sensui.	220 3 grauis. leg. grauius
bedola, id est, margariti, et sic ex hoc	86 2 verqum. lege. verbum,	223 quod. le. qd est vestimenta
textu habetur, quod erat hic lapis	92 3 vinculo. leg. vinculo	230 1 cingulum. leg. cingulum.
coloris albi.	95 4 comprata. leg. comparata	238 2 exercetur. leg. excretur
25 3 in euphratis. lege. & eu-	101 2 inita. leg. inito	241 1 sela. lege. sola.
phratis.	102 2 dñatus est. lege. domi na.	242 4 operata sut. l. operata sum
27 1 significatis. le. significati-	tus est.	245 3 prosperi. lege. prosperis.
27 4 fuisse bis positu. lege. tan-	102 3 praterferens. le. pferens.	245 3 regia. leg. regu
tum fuisse semel.	102 4 contimnenit autoritas. le-	246 2 capit ali. leg. capituli.
28 2 substantia. leg. substantia.	ge contemnit autoritas.	253 3 sinens non. leg. sinens nos
30 1 scriptura. leg. scripturas	103 4 segratus. leg. segregatus.	256 4 cõtexeritis. le. cõtegeritis
30 3 Deus i. leg. Deus.	111 2 daturam. leg. naturam.	262 4 Domini. leg. domini.
31 1 cognoscitur. l. cognoscitur	118 2 ad id. leg. ad redundat.	266 4 viro. leg. vno.
31 2 scriuerit. leg. sciuerit	118 2 nibit. lege. nihil.	272 4 non. leg. nos.
32 3 puritum. leg. pruritum	119 3 pmeretur. le. pmeretur	273 3 in textu tanquam. lege.
32 4 vxore. leg. vxor.	122 3 procanti. leg. precanti.	antequam.
35 3 per commotum. lege per	122 4 peccanti. leg. precanti.	287 mo populi. leg. Moyses.
commotum.	122 4 locuturus. leg. loturus.	291 3 populus suus. leg. tuus.
35 3 pra gloria. leg. pro gloria.	130 3 obnoxie. leg. obnixie.	291 sub lege. leg. sub Rege
35 4 reputans. leg. reptans	131 2 peccatoribus. l. pectorib.	296 2 obsecratis. leg. obseratis.
36 2 gregias. lege. egregias.	134 1 subsidio. leg. sub dio.	303 1 commeriti. leg. commeti.
39 4 vaca. lege. vacua.	135 3 solitus. leg. sollicitus	



# COMMENTARIA IN

## Genesim. Per Antonium Honcalam Ian-

guensem Sacrae Theologiae doctorem, Abulensis Ecclesiae

canonicum à contionibus. In publicam  
utilitatem.

• In principio creavit Deus caelum, & terram. •

*Quod Deus sit, idemq; tantum vnus.*

*Psal. 13.*



**D**IXIT INSIPIENS  
in corde suo, Nō est Deus.  
Vtiq; sapiens id non cogi-  
taret, nedum diceret. Nec  
em̄ ipsi sacrilegi & detes-  
tādi quidam philosophi,  
qui puerfa, & falsa de Deo

*August.*

sentiūt, ausi sunt dicere, Non est Deus. Ideo ergo dixit, In corde suo, quia hoc nemo audet dicere, etiā si ausus fuerit cogitare: adeo manifeste ipsa bonarum, pulchrarumq; rerum natura proclamat sui autorem esse Deum. eundemq; vnum. Ex quo disculis, dissectisq; atq; explor-

*Cyprian.*

sis Gentium Dijs, pulchrè colligit Diuus Cyprianus, dicēs: Vnus igitur omnium Dominus Deus: nec enim illa sublimitas potest habere confortem, cum sola omnē teneat potestatem. Ad diuinum imperium, de terris mutuemur exemplum. Quādo vnquam regni societas, aut cum fide cœpit, aut sine cruore desijt? Sic Thebanorum germanitas rupta: & pmanēs rogis disidētibus etiā in morte discordia. Et Romanos geminos vnum nō capit regnū, quos vnum veteri suscepit hospitium. Pompeius, & Cæsar affines fuerunt, nec tamē necessitudinis scēdus in æmula potestate tenuerūt. Nec hictu de homine mireris, cū in hoc omnis natura consentiat. Rex vnus est apibus, & dux vnus in gregibus in armentis rector vnus. Multo magis mundi vnus est rector, qui vniuersa, quæcūq; sunt, verbo iubet, ratione dispēsāt, virtute consumat. hic em̄ videri non potest, visu clarior est: nec cōprehēdi, tactu purior est: nec aestimari, sensu maior est. & ideo sic eū dignè Deum aestimamus, dū inæstimabilem dicimus. Quod verò templū habere possit Deus, cuius tēplum totus est mundus? & cum homo latius maneat, intra vnā ædiculam vim tantæ maiestatis includat? In nos-

tra dedicādus est mente, in nostro cōsecrādus est pectore. Nec nomē Dei quæras, Deus nomē est illi, illic vocabulis opus est, vbi proprijs appellationū insignibus multitudo dirimēda est Deo qui solus est, dei vocabulum totum est. Et go vnus est, & vbiq; ipse diffusus est. Nam & vulgus in multis Deum naturalitèr cōfiteatur, cum mens & anima sui autoris & principis admonetur, dici frequenter audimus: O Deus: & Deus vidit: &, Deo commendo: &, Deus mihi reddet: &, quod Deus vult: &, si Deus dederit: aut quæ hæc est summa delicti, nolle agnoscere quem ignorare non possis?

*Quid sit Deus ex Augustino.*

**D**eus hoc est quod nulla attingit opinio, pl<sup>9</sup> est enim quān quicquid dici poterit, aut cogitari. Sed dicamus aliquid, quod licet impar sit, tamen ex aliqua cōueniat ratione hiis quæ Deo digna vidētur. nā vnaquæq; natura pro capacitate sui suspicatur de Deo: vt quantum natura distat à natura, tantum distet sentētia à sentētia in iudicādo, quid sit Deus. Quia enim supra omnia est, necesse est, vt omnium mentes excedat. Homines enim, quantum possunt, aciem mentis extendere, aspiciunt quid Deus sit, opinione, non definitione. Angeli autē qui superiores hominibus sunt, quia de Deo aliquid sentiunt, non est dubium. Archangeli verò eo ipso amplius. Cherubim autem & Seraphim, quæ potentia iuxta Deum esse dicuntur, maiora de Deo sentiunt. non tamen comprehendunt penitus quid Deus sit. quia nemo nouit Patrem nisi Filius: nec Filiū quis nouit, nisi Pater. Igitur Deus est, sicut hominibus videtur spiritus natura simplex, lux inaccessibilis. in est

*August.*

*Mat. 10.*

A mabilis

inabilis, infinitus perfectus, nullius egēs, eternus, immortalis omnimodo. à quo omnia initium cōsecuta sunt, venerandus, diligēdus, metuendus, extra quē nihil est, imō in quo sunt quaecūq; sunt, sursum & deorsum, summa & ima, omnipotens, omnitenens, verē in omnibus diues, quia nihil est, quod eius non sit, bonus, iustus, misericors, bonus, quia fecit existere, quod non existerat: iustus, quia quaecūq; fecit ut proficerent, proprio libertatis arbitrio dimissa sunt: quia tamen non tam perfecta sunt, ut labi nō possint, seminaria in his legis esse de creuit, naturaliter addens auxilium manifestate legis, ut autoritas eius perspecta esset hominibus: misericors verō, quia peccantibus non facile reddit, sed sustinet, ut cōuersis ignoscat. Est etiam seuerus, ut terrore, quē ab eo benē cōdita sunt, conseruentur: ne negligentia pateret vitæ præcipitium. Et nō, quod mirabilis est, prætermittamus, tanta est eius clementia, ut cōsumelias passus, ab his quos fecit, sufferat: & prius vocet ad pacem. Nunquid non maioris virtutis hoc est, quā condidisse creaturā? In quo si permaneret nimia bonitas eius, obesset creaturæ. vnde aliquando diligi, aliquando timeri se vult: ne, aberrantes ab eo, depereant. Hinc est, vnde, ne patientia ipsius non utiq; ad eius dampnum, sed ad nostrum, omanino contemnēda putaretur: ait, Tacui, nunquid semper rabor? Itaque Deus bonus, & omnia quæ fecit bona sunt. Vnde ergo malum? Nihil est malum, nisi præuaricatio boni, dum inconcessa præsumuntur, aut concessa inordinate fiunt: ut alibi mandatum, alibi peccatū fiat: ut quando, quod in vxore cōcessum est, fit in meretrice: & quod Deo offerendum erat, offertur diabolo: & cum quis non tulit suum, sed alienum: & cum præuaricatore occidi liceat, occiditur innocens. Nulla igitur natura probatur malum.

*Vbi Deus erat ante mundum conditum.*

*Augusti.* **Q**uæritur, vbinam Deus erat, priusquam mundum conderet? Augustinus, Stultitia sane quæstio quæ præfert Deū corporum more in loco esse. Nullis enim locorum spacijs immenta illa supremi spiritus maiestas, aut concluditur, aut, ut contineatur, immanet. quæ cum vniuersas creaturas incircumscripta virtutis suæ amplitudine cōtineat, à nullo alio, quā a se ipso continetur. Ibi ergo Deus erat ante mundi conditionem, vbi est mundo condito. In se enim, & apud se fuit ab æterno: & in

se & apud se nunc est: & in se & apud se erit in æternum.

*Quid Deus faciebat ante mundum conditum.*

*Augusti.* **Q**uæritur quid Deus faciebat antequam cœlum & terram faceret? Augustinus, Si cœli & terræ nomine omnis creatura intelligitur, audenter dico, antequam faceret cœlum & terram, non faciebat aliquid. Si enim faciebat, quid nisi creaturam faciebat? Et utinam sic sciam, quicquid vtiliter scire cupio, quemadmodum scio, quod nulla fiebat creatura, antequam fieret vlla creatura. Nihil ergo ante mundi constitutionem extra se Deus operabatur, sed summa illa, beatāq; Trinitas, quæ sola verus Deus est, essentia vnus, personis trinus, vnica simplici quæ beatitate gaudebat: qua & nunc gaudet, & perpetuo gaudebit.

*Vnde constat mundum à Deo creatum.*

*Augusti.* **Q**uod si quispiam dicat, vnde mihi constiterit, mundum à Deo fuisse creatum? Respondet idem Augustinus talia quærenti in hunc modum. Visibilem omnium maximus est mundus, inuisibilem omnium maximus est Deus: sed mundum esse conspicimus: Deum esse credimus. Quod autem Deus mundū fecerit, nulli tutius credim⁹, quā ipsi Deo. Vbi eum audiuius? Nusquam interim, quā in scripturis sanctis: vbi dixit propheta eius: In principio fecit Deus cœlum & terrā. Nunquid nam ibi fuit iste propheta, quando Deus fecit cœlum & terram? Nō: sed fuit ibi sapiētia Dei, per quam facta sunt omnia quæ in animas etiā sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit, eis quæ opera sua sine strepitu intus enarrat. loquitur eis quoque angeli sancti Dei qui semper vident faciem Patris: voluntatemque eius, quibus oportet, annunciant. Ex his vnus erat iste propheta, qui dixit, & scripsit: In principio Deus fecit cœlum, & terram. Qui quidem tam idoneus est testis, per quem Deo credēdum sit, ut, eodem spiritu Dei, quo hæc sibi reuelata cognouit, etiam ipsam fidem nostram futuram tanto ante prædixerit. Proculdubio hæc responsio tatis est eis, quorum corda Deus sic mouet, ut diuinis scripturis fidē adhibeant: easque Sancti spiritus afflatu editas esse credant. Enimvero, quo peruincemus incredulos,

credulos, qui ut cœlestibus oraculis fidē derogent, quærūt à nobis dicentes: Quid placuit Deo eterno tūc facere cœlū & terrā, quæ antea non fecisset? Nempe qui hoc dicūt, mundum fuisse eternū sine villo initio, & idēo nec à Deo factū videri volūt, nimisque auersi sūt à veritate: & letati morbo impietatis insaniūt. Exceptis enim prophetis vocibus, mundus ipse ordinatissima sua mutabilitate & mobilitate, & visibiliū omnium pulcherrima specie quodāmodo tacitus, & factum se esse, & non nisi à deo ineffabiliter atq; inuisibiliter magno, & ineffabiliter & inuisibiliter pulchro fieri se potuisse proclamat. Accepit autem Augustinus hanc responsionē sanē percommendam ex ijs quæ in Sapientia libro cōtinentur: Vani autē sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei: & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est. Neque operibus attendentes agnouerūt, quis esset artifex: sed aut ignē, aut spiritū, aut citatū aerē, aut gyrū stellarū, aut nimiam aquā, aut solē aut lunā rectores orbis terrarū Deos putauerūt. Quorum si specie delectati Deos putauerunt, sciant, quāto his dominator eorum speciosior est. Specie enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt: intelligāt ab ipsis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis. A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horū videri. Fuerunt autem & alij paulominus errantes, qui mundum quidem à Deo conditum crediderunt, sed ab æterno: ne aut temere illum substitisse, aut nouam Deo voluntatem faciendi quod antea non fecisset, accessisse, fateri cogerebant. Sed illis quoque, respondendum est nobis cum Eucherio viro perquam pio atque erudito. Noua voluntas in Deo exorta non est: quia, etsi in re mundus non erat, in æterna tamen voluntate semper erat. Ergo frustra dicitur: Cur per tanta retro tempora Deo vacante, noua mundi faciendi orta fuisset cogitatio, quando in suo æterno semper manet consilio mundi constructio: nec tempus ante principium, sed æternitas fuit? tempus enim à substitutione creaturæ, non creatura cœpit à tempore?

*Cur mundum Deus creauerit.*

*Augusti.* **Q**uæritur cur Deus mundum creauerit? Augustini responsio sic habet: quia tria quædam maxime scienda de creatura nobis oportuit intuari: quis eā fecerit: per

quid fecerit, quare fecerit. Deus dixit (inquit Moses) Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucē quæ bona est. Si ergo quærim⁹ quæ fecerit, Deus est. Si per quid fecerit, dixit, Fiat, & facta est. si quare fecerit, quia bona est. Nec author est excellētor Deo, nec ars est efficacior Dei verbo, nec causa melior, quā ut bonū crearetur à Deo bono. Hanc etiam Plato causam condendi mundum iustissimam dicit, ut à bono Deo bona opera fierent. Etenim Plato in Timæo Cicerone interprete: Quæramus, inquit, igitur causam, quæ eum impulerit, qui hæc machinatus est, ut originē rerū & molitionem nouam quæreret. probitate videlicet præstabat: probus autē inuidet nemini, itaq; omnia sibi similia generauit. hæc nimirum gignendi mundum causa iustissima. Hæc, inquit Augustinus, tradit Plato, siue ista legerit, siue ab his, qui legerant, forte cognouit: siue acerrimo ingenio inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspexerit: siue ab his, qui ista conspexerant, & ipse didicerit.

*Cur tempore Moyses scripto tradita est mundi conditio.*

*Augusti.* **Q**uod si quæras, quid opus fuit per Moysen & nō antē, exordium mundi exponi? Respondet Augustinus: Prius mundi creatio describi non debuit, quia adhuc non tantus error erat in hominibus, ut aut mundi fabricam, aut hominis formationem, aut vtrunque, nescio cui malo mali quæ principio, potius quā ipsi Deo verissimo vniuersi creatori tribuerent. At vbi iā error creuerat generi humano, ita ut etiam filij Israel contra hanc expositionem in Aegypto tradi audirent à philosophis Aegyptiorum, à quibus Moyses fuerat instructus omnem peritiam Aegyptiacam, quæ, Apim quendam, mundum istum, asserit, per malos angelos condidisse: hunc quoque principem mundi videri, id est, Sathanam. quam sententiam Marcion secutus fuit in mortem. nam & Manichæi ab eodem sathana hominem dicunt factum, non mundum istum, stultiores ceteris: cum enim mundum constet hominis causa fabricatum, illi dicunt, à Deo mundum factum, licet de alieno: hominem verō ab aduersario creatum, ut in domo alteri⁹ alter posuerit dominium. Oportuit ergo Moysen, ut errorem illum proderet, & auferret, manifestare mundi & hominis fabricari Deum esse authorem. accepta enim autoritate per signa

na & prodigia quæ fecit, docuit sine dubio id verum esse, quod signis testibus tradebat.

Quis enim non crederet ei, cuius tanta signa in rebus gestis existerent? Deniq; hinc est vnde qui contra disciplinam hanc sentiunt errare noscuntur, quia nudis verbis assertionem suam allegare nituntur. Porro lucet & in hoc Dei summi parentis in genus humanum benignitas & bonitas: qui, postquam humanos mores indignatus cessauit veluti viua voce hominibus loqui per scripturam veluti per epistolam auersos ad se reuocare studuit. Et has quidem literas dedit Deus, attulit Moses.

Chrysof.

Namque traditurus dominus Mosi legem, iussit illum ascendere in montem ad se, ibidemque stare, vt tota mente in Deum conscendens summa cum expectatione Deo reuelante exciperet quicquid illud esset, quod supremus rerum autor eidem manifestare dignaretur, siue illud ad Decalogum, siue ad historiam sacram, siue ad diuina pertineret mandata & statuta. Legimus enim Exodi capite: 24. Dixit autem Dominus ad Mosem: Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboq; tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata, quæ scripsi, vt doceas filios Israel. Per tabulas intelligere possumus decem illa præcepta humanis mentibus diuinitus impressa, quæ suapte natura adeo percipientibus sunt exposita, vt non multo molimine sit opus, quod ea confyderantibus nota fiant. Per mandata cuncta statuta, quæ, vel ad sacrificia, vel ad iudicia, pertinebant. Legis autem nomine non solum Decalogum, reliquaq; mandata, quæ vel ad pietatem vrgent, vel ab impietate deterrent, sed etiam cunctas illas Patriarcharum historias, aliasq; narrationes, quæ à principio Genesios ad finem vsq; Pentateuchi digeruntur. Videnturq; Moses, quæcunq; continentur aduicq; tabernaculi consummationem, ea omnia in monte domino tradente percepisse, nec non scripsisse: reliqua verò posteriora in Campesribus Moab, quâdo iam iam moriturus conscripto Deuteronomio atq; completo præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini dicens: Tollite librum hunc & ponite eum in latere arcæ fœderis domini Dei vestri, vt sit ibi contra te in testimonium.

Exod. 24.

Deut. 31.

*Cur sub tertia persona Moses mundum Genesim sit orsus.*

Illud quoq; animaduertas oportet, Mosem, quum primum mundanæ creationis historiâ texere aggressus est, neq; induxisse Dominum loquentem, id quod in sequentibus voluminibus frequenter agit, in quibus,

singulis fere versibus interferit: Locutus est Dominus, neq; aliorum prophetarum more sui meminit, qui non modo seipsum, sed Deum quoq; eis mysteria pandentem in primo reuelationum scribendarum limine comode potius, quam iactanter commemorant. Sicut Ezechiel: Factum est, inquit, verbum Domini ad me. Et Esaias: Vidi Dominum sedentem supra thronum. & cetera id genus. Enimvero Moses mirabilem totius huius orbis conspicibilis constitutionem historico tropo contexit, proprio dissimulato nomine, ne forte, si sui meminisset à principio conditionis humanæ, inde mentem cuiuspiam stulta subiisset cogitatio, Mosem hæc tradidisse, quasi astitisset ille Deo mundum constituenti, id quod à veritate alienissimum est. Non enim creanti Deo Moses astitit, qui multo post tempore à mundi conditione procreatus est: sed autore Augustino: Sicut Paulus per reuelationem Iesu Christi didicit euangelium, ita Moses docente Spiritu sancto conditioni mundi exordium accepit. Accedit & illud, quod ea phrasibus maxime conueniens fuit ei, qui, scribenda, in ipso æternitatis libro quoquo modo sibi osteso, tanquam ex præsentibus quodam & prospecto coram exemplari penitus legebat. Vnde illi dictum esse constat, Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in Monte monstratum est. Sic ergo scribenda dictate Spiritu sancto exarabat, vt non tam illi scribere, quam transcribere putares: atq; alio dictate scribenda excipere: scriptisq; mandare, quæ Deus ei mirabiliter atq; inuisibiliter enarraret. Tale quid de Hieremia prophetate traditi Baruch eiusdem prophetæ minister: respondens enim Iudæis querentibus: quomodo scripserit idem Baruch omnia verba Hieremias, quæ conscripta erant in libro quæ manibus gestabat, dixit eis: Ore suo legebat mihi omnia verba hæc, ego scribebam in libro aramæto. Nec mirum hoc videri debet alicui, siquidem postea, cum opus fuit ipsi Mosi semet proprio nomine nuncupare, quasi tertium quendam in colloctionibus diuinis sese inducit, dicens, Locutus est Dominus ad Mosem, veluti fungens interlocutoris officio inter loquentem Deum, & eum ad quem fiebat sermo diuinus. Nec huic obseruationi repugnat, quod in Deuteronomio, cap. 9. de se loquens dixit: Procidi ante Dominum: &c. iam enim in principio eiusdem libri præfatus fuerat: Hæc sunt verba quæ locutus est Moses ad omnem Israel. Seruauit & hunc loquendi modum dominus noster Iesus Christus, quâdo discipulos suos interrogauit de se dicens: Quæ dicunt homines esse filium hominis? seruauit & Euangelista Ioannes, quum de se ipso ait: Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus. Seruauit & Paulus dicens

Exe. 6. Esa. 6.

Exod. 25.

Hier. 36.

Deu. 9.

Math. 16.

Iob. 21.

dicens

I. Co. 12.

dicens: Scio hominem raptum ad tertium celum. Seruauerunt & alij, vt modestius de se, tanquam de quodam alio loquentes, omnem iactantiam notam à se repellerent: & vt ostenderent manifestè, negotium propheticum haud esse tam humani ingenij proprium; meriti opus, quam Dei ipsius muneris, qui præ alijs hunc vel illum eligere dignatus sit ad id exequendum, quod per quemlibet alium non minus ille præstare potuisset.

*Cur Moses à creatione sit orsus.*

Luc. 24.

Iesus christus liberator & dominus noster, vnus idemq; verus Deus, & verus homo, cum inquit in ultimo Evangelij Lucæ capite: Impleri oportet ea quæ scripta sunt de me in Lege & in Psalmis & in Prophetis, sane per legem significat Pentateuchum, quod in eo diuina lex præceptorum mandatorumq; plena contineatur. Mirum est ergo, quod Moses scripturam utique sacram non coeperit à primo illo legis mandato quod habetur Exodi capite. 12: Hic mensis primus vobis erit in mensibus anni, sed superiora repetens à prima mundi origine exorsus est, dicens: In principio creauit Deus cælum & terram. Veruntamen id videtur fecisse valde sapienter, videlicet, vt hominum mentibus insinuarer, nihil sponte sua primitus ortum esse, sed cuncta auctore Deo constare. hoc enim sentire, non trepida cogitatione, sed certissima credulitate, fundamentum est totius vitæ piæ & honeste degendæ. Oportet, ait Paulus ad Hebræos scribens, accedentem ad Deum credere, quod est, & quod bonorum remunerator est. Quod si remunerator maximus, ergo & gubernator præcipuus. si præcipuus gubernator est, & supremus dominus. Si dominus supremus, ergo & subiectorum creator. Nec enim aliquis præmio afficit, nisi eos quos regit: nec regit alios præter eos, quibus dominatur: nec dominatur præterquam his super quos iura potestatis obtinet. Et vt ad Deum tandem veniamus, inde ille primum ius habet atq; imperium in mundum vniuersum, quod illum condiderit, in suas partes distinxerit, suisque dotibus absoluerit. hinc enim potes est Deus hominem à se conditum quibus voluerit le-

Exod. 12.

Hebr. 11.

gibus adstringere: easq; seruantibus præmia statuere, atq; polliceri: transgredientibus autem supplicia decernere, minariq; ac perinde illos pro recte factis bonis afficere: hos vero pro sceleribus affligere. hinc iure suo & à pijs iusticiam deserentibus, quæ prius eis contulerat bona repetit: & ab impijs ad meliora tamen conuersis, ea quæ, aut comminatus fuerat, aut intulerat mala procul amouet. inde quoque transfert regnum de gente in gentem propter iniusticias, iniurias & contumelias, & diuersos dolos. Namq; substulit primatum Lucifero inter spiritus cælestes præstantissimo propter ingratisimam illius superbiam: deiecitq; cum eo alios spiritus eiusdem facinoris confortes: substituitq; pro illis mortales diuina gratia præditos eorundem sedes subituros. Depulit item primos homines à Paradyso terrestri propter cupidinosam eorum inobedientiam. diluuius scelestos deleuit: iustos in arca seruatos pro illis suffecit. redierunt ad vomitum præscæ impietatis Chananæi: exterminati sunt, & excisi, suffectis Israelitis, qui pro illis terram Sanctam incolerent. sed & his à sanctitate quoque cadentibus, atq; perpetuo exilio damnatis, absolutiq; redemptionis humanæ mysterio, translatum est regnum à carne ad spiritum, à litera ad factiorem intelligentiam, à terra ad cælum. Et quemadmodum olim virtutem operum suorum annunciauit populo suo, vt daret illis hæreditatem Gentium: ita & in eundem populum iam non suum, sed rebellem, refractarium & impium, iustissime illam tulit sententiâ: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius. Quo iure? quia, Dominus est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Suffragatur & Augustinus huic sententiæ in libro quæ scripsit de Quæstionibus veteris ac noui testamenti: Descripta, ait, mundi fabrica, & primi hominis origine qui traducem genuit generis Seth, qui redditus est pro Abel, & per ordinem venit ad Abraham patrem Iudeorum, vt ostenderet Abraham huic Deo credidisse, qui opifex mundi est: & ipsum legem dedisse, in qua futurus Christus promissus est, qui liberaret genus humanum de dominio Diaboli, sed iam ad ipsum textum explicandum accedamus.

Eccle. 10.

Psal. 110.

Mat. 21.

Psal. 25.

August.

Caput

A 3





Deum hoc loco pluraliter nominatum propter plures in eo manentes virtutes. quasi vero non vnus sit rerum conditor, quamuis sit ineffabilem locuples virtutum, quas nostri theologi maiestatem diuinam eminenter in se continere fatentur. At quanto melius veriusque Christiani, id est, verè sapientes, eloquium illud plurale ad sacratissimæ Trinitatis mysterium referunt: vt verbum singulare Creauit, creatorem indicet essentia vnū, nomēque plurale tres in eadem essentia personas insinuet. Accedit ad hoc, quod vbi nulla designatur Dei proprietās, sed tantū Dei vnus cōmēdatur, eodē vitur verbo sancta scriptura, quale est illud: Audi Israel dñs Deus tuus deus vnus est. & illud: Beatus populus cuius dñs Deus eius est. Hæc mihi maxime placēt. Nā licet nomen Elohim iuxta idioma Hebraicum voce plurali significationem possit habere singularem, nulla tamen alia ratio satis idonea reddi potest, cur sacer Historicus habens nomē singulare אֱלֹהִים, quo deū significaret, plurale ipsius. אֱלֹהִים, quo deū vsurparit, nisi quod huiusmodi loquendi figura adorandum nobis sacræ Triadis arcanū insinuare voluit. Denique Elohim, quod modo Deus, modo Dij, prout locus exigit, vel Græcis, vel Latinis interpretari solet, quum pro Deo vero accipitur, significat illum, sub ea ratione, qua iudex est supremus, quo signanter hoc loco propheta est vsus, ob duas (quantū nobis mente consequi datur) præcipue causas. Quarum prior est, vt declaret ipsum Deū sic vnuerſa condidisse, vt tamen eadē, quā varijs, tam proprijs formis constituerit: atque inuicem distinxerit: nec non ipsa alijs atque alijs perfectionum gradibus, pro cuiusque eorū captu, veluti iustissima quadam munerū distributione exornauerit. Altera demum ratio est, vt insinuaret, eundem esse rerum omnium conditorem, atque creaturarum ratione, intellectuque vigentium præcipuum moderatorem: vt vel hinc cunctis mortalibus sit exploratum, oportere eos, si salui esse velint, reddere Deo optimo ac maximo, vel tanquam parenti amorem, vel ceu domino timorem: id quod, cum verè pietatis contemptores minime præstant, per prophetam expostulat, dicens: Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. si ergo pater ego sum, vbi honor meus est? & si Dñs ego sum, vbi est timor meus, dicit dñs exercituum? Denique inquit, In principio creauit Deus cælum & terram,

Deut. 6.  
Psalm. 14;

Malac. 1.

Cœli terræque; non inibus, veluti summa quadam, omnes complexus est creaturas. Nam, vt appellatione terræ totum hunc sublunarem mundum comprehendit, qui quatuor elementis, & ijs, quæ ex ipsis fiunt, naturis constat: sic & cœlorum nomine, non modo ipsos orbis cœlestes, & quæ in eis sunt, astra, sed spiritus quoque illos, mouentes eosdem cœlos, legentibus insinuauit. Frequens enim est in sacris scripturis ab extremis simul positus eorū media, quæ ob compendium tacentur, intelligi debere. In Ioanis Apocalypsi audimus Christum dicentem: Ego sum. α. & ω. Alpha, & ω, principium & finis. vbi proculdubio subintelligi voluit, id quod siluit, se videlicet illud esse medium, quod Paulus explicuit dicens: Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Idem Paulus facit in eo loco quem ex Epistola ad Hebræos paulo ante citauimus dicendo, Oportet accedere ad Deum credere quia est, & quod bonorum remunerator est. per hæc nempe duo voluit alia subaudiri multa, intermedia, scilicet, eundem Deum esse rerum omnium creatorem, conseruatorem, dominatorem, rectorem, gratificatorem, & glorificatorem. Subscribit & huic regulæ Augustinus dicens: Cum cælum primo dicit factū deinde terram, in cœlo omnia inuisibilia, & in terra omnia visibilia creata à Deo significat. totius enim naturæ summa & ima comprehendit, vt quicquid medium est, proculdubio etiam factum credatur. Subscribit & Ambrosius, dicens: Aduerte non sic Mosē prophetam narrationem exorsum esse, Dixit Deus Fiat cælum & terra, sicut dixit, Fiat lux, & facta est lux: quoniam vnuerſaliter nomine cœli & terræ comprehendendum erat, quicquid Deus fecerat: deinde per partes explicandum, quomodo Deus fecit. vnde sequitur, Dixit Deus, Fiat, id est, per verbū suū fecit. At propheta David dicens, Principio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli, cum terram priori loco nominauit, & postea cælum, credidit omnibus esse declarandum, quod nihil interest, quid prius exprimas, cum simul vtrūque sit factū. ipse enim dixit: & facta sunt. Simulque admonet, ne eodē saltē, quod prius quàm terra cælum à Mose sit positum, prærogatiua cœlo diuinè videatur adiudicata substantiæ, vt primogenitæ creaturæ priuilegio potior æstimaretur. Quin etiam ipse Moyses terram ipsi firmamento euestigio præfert, dicens:

Apoc. 1.

1. Ti. 2.

Hebr. 11.

August.

Ambro.

Psalm. 101.

Psalm. 148.

Terra autē erat inanis & vacua.

Bonus

Bonus quidem artifex Deus prius vnuerſi cœli cœlum terramque; posuit: deinde membra eius distinguit, adiungit & ornatum. Attamē Chrysoſtomus, qui non putat vnuerſa simul à conditore fuisse consummata, Enimvero, ait, cur Deus, sicut dixit, Et facta sunt, non simul ornatus congruos, rebus assurgentibus, donauit elementis? quasi non potuerit cœlū insignitum stellis, subito, vt creatum est, refulgere: & floribus & fructibus terra vestiri? Potuit vtrique: sed ideo primo facta, postea composita declarantur, ne vere increata & sine principio credetur, si species rerum, velut ingenerata ab initio, non postea addite, viderentur. In composita terra legitur: & iisdem à philosophis æternitatis, quibus Deus, priuilegijs honoratur. quid dicerent, si à principio eius pulchritudo vernasset? Demersa aquis describitur, velut cuidam principiorum suorum addicta naufragio: & adhuc facta non creditur? Quid, si decore primogenitum vendicaret? Accedit & illud, quod imitatores sui Deus nos esse voluit, vt primo faciamus aliqua, postea venustemus: ne, dum vtrunque adorimur, neutrum possimus implere. Merito igitur cepit à terra rerum omnium creationem distinguere & exornare: quoniam illa est centrum, & veluti quoddam totius vnuerſi fundamentum: quippe quæ sua grauitate depressa alijs elementis subleuit, constatque sibi, Deo constabilitore: immobilis, Terra, inquit Ecclesiastes, in æternum stat. & vt dicebamus, ab imo ad summum, rerum vnuerſitatem perficendo, procedere describitur orbis ordo: vt dum ignobiliora nobilioribus prius facta traduntur, nunquam illa ab his, sed cuncta ab vno Deo creata credantur. Idcirco opportunè inquit: Terra autem erat inanis, & vacua. profecto in Hebræo habetur, וְהָאָרֶץ תֵּהוָה, & terra fuit, pro, erat: idque sit ex idiomate linguæ Hebraicæ, quæ cū careat præterito imperfecto, pro eo perfectum vsurpat: aiunt autem, linguam sanctam imperfecto tempore carere, quia nihil est in Dei operibus, quod perfectum non sit, vel ad perfectionem tendat, Dei enim perfecta sunt opera. Denique terra talis erat, nempe inanis & vacua: non quidem ab æterno: quando non erat: sed à principio, ex quo facta est. At verò Ioānes Euangelista ea propter dixit, In principio erat verbum, quoniam antetemporis principium ab æterno apud Patrem erat. Ceterum pro eo quod in Latino est. Inanis & vacua, in Hebræo est. וְהָאָרֶץ תֵּהוָה. tóhu vabóhu. traditque Hebraicæ linguæ periti וְהָאָרֶץ תֵּהוָה à verbo

Chrysof.

Ecclesi. 1.

Deut. 31.

Ioan. 1.

Chaldaico, tohe, deriuari; quod admirari & stupere significat: ac perinde volūt וְהָאָרֶץ תֵּהוָה denotare id, quod sit deforme, vastum atque admirationem stuporemque; incutiens. Hinc Deuteronomij capite. 32. vbi legimus, in loco horrois & vastæ solitudinis, pro eo quod horrois, in Hebræo habetur וְהָאָרֶץ תֵּהוָה. Itaque tóhu apud nos est solitudo, desolatio, vastitas & inanitas. Vnde Esaiæ. 24. pro eo quod Hieronymus transtulit: Cōtrita est ciuitas vanitatis, Hebræus intelligit desolationis, eo quod contritionem alicuius & confectionem sequitur ipsius desolatio, & vastitas & inanitas. Hinc deriuatur, & aliud eius verbi significatum: nam & וְהָאָרֶץ תֵּהוָה significat nihilum, vt apud Esaiæ. 34. Et extendetur super eam mensura, & redigetur ad nihilum. & cap. 41. Venrus & inane, id est, tóhu, hoc est, nihil, simul chra eorum: & 1. regum. ca. 12. Hieronymus: Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, nec eruent vos, quia vana sunt: vbi pro vanis in Hebræo est tóhu. sic enim propheta appellauit idóla; ad quæ Israelitas declinare verabat, quod sint illa tóhu, id est, vana & penitus inania, & purum nihil. Hinc & Paulus Apóstolus egregius veteris testamenti paraphrastes: Idolum, ait, nihil est in mundo: non quod non sit ligneum, aut aureum, vel argenteum, aut æneum, aut lapideum, sed quod inane penitus sit, & nihil numinis in se contineat. Diximus de Tóhu. Dicendum de Bóhu, quod prope idem sonat, quod tóhu significat enim vacuum vel vacuitatem Esaiæ. 34. Et extendit super eam perpendiculum tóhu, id est, desolationis, & lapides bóhu, id est, vacuitatis. Hieronymus: Et extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum & perpendiculum in desolatione. Item Hieremæ. 4. Vidi terram, & ecce tóhu vabóhu; id est, desolata & vacua: & ecce vacua & nihil. Denique hæc duo nomina tam proxima sibi significatione cohærent apud Hebræos, quàm inane & vacuum apud Latinos: nisi quod tóhu, id est, inane, plus plenitudinis videtur auferre, quàm bóhu, id est, vacuū. Denique, licet nomina sint diuersa, res tamen ferè eadem ipsis significatur, scilicet: terram ipsam, quæ purum est elementum, penitus inane fuisse, vt pote innatissimum cunctorum vegetabilium seminibus intrinsecus orbam, latomiarum thesauris priuatam: nec nõ comonstratur eod, fuisse vacuam telluris faciem, quod herbis, virgultis arboribus, & amœna agrorum viridantium forma careret: nec adhuc in aspectū veniret, horribus quibusdam tenebris obducta, & immē

Deut. 32.

Esai. 24.

Esai. 34.

Esai. 41.

1. Reg. 12.

1. Cori. 8.

Esai. 34.

Hier. 4.



sis aquarum molibus obruta, iuxta id quod sequitur.

Et tenebræ erant super faciem abyssi.

Quid aliud per tenebras: nisi caligo & obscuritas, id est, creandæ lucis absentia, significatur? luce enim nõdum edita, tam intima, quã extima abyssi facies erat penitus tenebrosa. Caligabat enim adhuc ingens illa vorago aquarum multarum, quæ terram operiebant. Nihil enim aliud est abyssus, quàm incompenetrabilis quædam aquarum profunditas. Ex quo fit, vt abyssus, modo sonet aquarum illã immensitatem, modo ipsam voraginem, hoc est, vastum aquarum multarum receptaculũ.

*Exod. 15.* Etenim aquas ipsas significat. *Exo. 15.* Coagulate sunt abyssi in medio maris: & in eodem,

*Psal. 32.* Abyssi operuerunt eos. Et in Psalmo: Ponens in Thesauris abyssos. At pro aquarũ tamen aluco ponitur, *Esaia. 51.* Nunquid nõ tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis? qui posuisti profundum maris viam, vt transirẽt liberati? Et *Deute. 33.* De benedictione terræ eius, de pomis cœli, & rore, atq; abyssu subiacente. & in *Psal. 105.* Increpuit mare cyp̄h, & siccatum est. & fecit eos ambulare per abyssos, ac si fuissent in deserto. Deniq; dicuntur fuisse tenebræ non infra, sed super facie abyssi, vt insinuaretur non modo inferiora hæc, sed superiora quoque elementa cunctaq; corpora cœlestia lucis splendoribus adhuc fuisse priuata. Quid ignis? nonne iam conditus erat? nonne alijs elemẽtis illucebat? erat quippe ignis simul cum cæteris conditus: sed si alijs rebus erat permixtus, aut nihil, aut maligne lucebat. Si vero in suum locum, vbi nunc est sublatus manebat, proculdubio nihil lucebat, siquidem nec nunc ibi manens terrestribus illucet. alioqui perpetuus esset mortalibus dies, igne semper vniuersis illucente. Verum ea est ignis natura, vt grossiori quadam indigeat materia, quatenus ei cõeret, lucidus & conspicabilis reddatur. Docemur & ignis symbolo Deum ipsum, de quo in *Lege* scriptum est: Deus tuus ignis consumens est: non esse carnalibus oculis visibilem: nisi humana in carne conceptum iuxta illud prophetæ: Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est: non quod corporalibus oculis ipsa Dei natura cõspiceretur, sed quod is videbatur, qui reuera Deus esset. Alioqui & supra faciem abyssi referuntur esse tenebræ, vt, iuxta sacratiorem intelligentiam sciamus, longe supra captum mentis huma-

næ eminere luculentissimam illam Dei maiestatem: qui, vt in Psalmo scriptum est, Posuit tenebras latibulum suum. Ac perinde inuisibilem esse oculis hominum etiam intellectualibus: nisi superno lumine diuinitus illustratis, gratis eis sese videndum præbeat, iuxta illud Pauli de Deo sic loquentis: Rex regum, & dominus dominantium qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, quem nullus homo vidit: sed nec videre potest. Quamuis & tenebræ erant super faciem Abyssi: tamen,

Et spiritus Domini ferebatur super aquas.

In Hebræo spiritus *רוח אלהים* elohim, id est, Dei. nõdum enim vsa est sancta scriptura nomine Dei *τὸ πνεῦμα*, pro quo diuus Hieronymus solet interpretari, Dominus. id quod illa facit magno quodam mysterio: quã postea, Deo ducente, nobis explicabitur. Porro non erit alienũ in præsentem referre sex modos, quibus in scripturis sanctis spiritus substantialiter dicitur. quos & Aurelius Augustinus in libro De cognitione veræ vitæ in hunc modum colligit. Primo quidẽ, summus omnium Deus, spiritus appellatur, *Ioã. 4.* Spiritus est Deus: & qui adorãt eũ, in spiritu oportet adorare. Secundo Angeli spiritus dicuntur, vt est, Qui facit Angelos suos spiritus. Tertio animæ spiritus nuncupãtur, quale est: Exhibet spiritus eius, & caro reuertetur in terrã suam. Quarto vita brutorum animalium spiritus vocatur, vt illud: Quis scit, si spiritus iumentorum descendat deorsum. Quinto venti dicuntur spiritus, vnde est: spiritus procellarum, qui faciunt verbum eius. Sexto hic aer spiritus dicitur, de quo propheta: Os meum aperui, & atraxi spiritum. Enimuero quamuis tot modis nomen illud vsurpetur. quum tamen legimus spiritus Dei aut Domini, tertia persona summe indiuiduæq; Trinitatis accipienda est, quale est illud *Esaia.* Spiritus Domini super me. Illud quoque Actionum apostolicarum. Spiritus Domini rapuit Philippum. Et illud: Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Quare hoc in loco, Spiritus Dei, intelligendus est Spiritus sanctus vocabulo personaliter accepto, qui tertia est in sacra Trinitate persona. Graquiter admodum Ambrosius ait, Et spiritus Dei superferebatur super aquas. quẽ etiam aliqui pro aere accipiant, aliqui pro spiritu, quem spiramus, & carpimus auræ huius vitalis spiritum: tamen, cum sanctorum & fidelium sententia congruentes Spiritum san-

*Psal. 17.*

*1. Ti. 6.*

*August.*

*Ioan. 4.*

*Psal. 103.*

*ps. 145.*

*Ecclesi. 3.*

*Psal. 148.*

*Psal. 118.*

*Esa. 61.*

*Act. 8.*

*Sap. 1.*

*Ambro.*

ctum

ctũ accipimus, vt in constitutione mundi operatio Trinitatis eluceat. Præmissio enim quia in principio Deus fecit cœlum & terrã, id est, in Christo fecit, vel per filiũ Deus fecit, quia, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ nihil: supererat plenitudo operationis in Spiritu, sicut scriptum est: Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque quemadmodum in Psalmo docemur operationem verbi, quod est verbum, & virtutem quam dedit Spiritus sanctus: ita hic propheticum resultrauit oraculum: quia Deus dixit, & Deus fecit, Spiritus quoque Dei superferebatur aquis. Sunt quoque pro nobis, velint nolint, ipsi Iudei, duo authores Hebræi: quorum alter inquit: Solium diuinæ maiestatis ætheri astitisse, Deumq; spiritu oris sui, id est, verbi sui aduoluisse super aquas: quemadmodum columba super nidum volitans pullos suos summis pennis leuiter tangit: nõ percutit: incubat, non premit: fouet, non affligit. Volitabat, inquit, super aquas inspirando illis, eas deniq; fouedo. Hoc est quod Psaltes profitebatur, Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alter Hebræus ait: Spiritus Dei hic, vt magistri nostri tradiderunt, est Spiritus *רוח משיח*, Messia, id est, Christi. iuxta illud *Esaia.* Dominus misit me, & Spiritus eius. Mittit enim Spiritus sanctus Christum, quã homo est: licet idem Christus, qua Deus est, eundem mittat Spiritum sanctũ: secundum q̄ Apostolis suis dixit: Quum venerit ipse paraclẽtus, quẽ ego mittã vobis, &c. Pro eo autem quod est Ferebatur, & apud Septuaginta superferebatur, Chaldaicus interpretes dixit, volitabat. Alius inquit mouebatur, vel agitatione quadam concutiebatur, veluti tinunculus in aere pendens eodemq; loco stãs sese concutiens, aera agitare solet: vt tali agitatione spiritus sanctus ipsas aquas moueret, & ad rerum variarum procreationem promoveret. Alius inquit aduoluit, & incubabat super aquas. Cui ad stipulã magnus Basilius ait, Superferebatur, igitur. Hebræi exponunt, pro eo quod est, confouebat, & viuificabat aquarum naturam, quemadmodum solet auis incubare ouis, & vitalem quandam vim eis infundere. hæc sibi à quodam Syro relata dicit, quorum lingua similis Hebræicę est. Sed quoniam longẽ melius ceteris eruditissimus Hieronymus hunc locum tractauit in libro Hebraicarum quæstionum super Genesim, non grauaor illius verba superioribus subijcere. Pro eo, inquit, quod in nostris codicibus scriptũ est, ferebatur, in Hebræo habetur *רוח ה' מ' מ' מ'*

*Psal. 32.*

*Esa. 48.*

*Ioan. 15.*

*Bas.*

*Hieron.*

Merahépheth, quod nos appellare possumus incubabat, siue cõfouebat (in similitudinẽ vocis) oua calore animãtis. Ex quo intelligim⁹ nõ de spiritu mudi dici, vt nõnulli arbitrãtur; sed de Spiritu factõ, qui & ipse viuificator omnium à principio dicitur. Si aut viuificator, consequẽter & cõditor. quod si conditor, & De⁹. Emitte, inquit, spiritum tuum, & creabuntur.

*Psal. 103.*

Dixitq; Deus: Fiat lux, & facta est lux.

Quia singulis diebus suas rerum productiões, distinctiones, exornationesq; erat accommodaturus, à luce cõcepit, sine qua nec dies primus stabiliri potuit: Dixit autem Deus, non sic, vt per vocis organa quidam sonus sermonis exiret, nec linguæ motus cœlestis formaret aliquid, atque aerem istum quidam verborum strepitus verberaret: sed vt voluntatis suæ cogitationem proderet operationis effectus. Ergo hoc in loco Deum dixisse, est ab æterno de creuisse, atq; efficaci proposito voluisse fieri aliquando, & esse, quicquid verbo suo factum esse voluit. Nam quia dicto, quæ fieri volumus explicamus sæpe dicere pro velle, decernere, & imperare in sanctis scripturis accipitur. quale est illud: Quid dicit anima tua, vt faciam tibi? pro eo quod est quid vult anima tua. Et illud, Tibi dixit cor meũ: pro, te voluit cor meũ.

*Ambro.*

*Psal. 26.*

*Gene. 24.*

*Mat. 20.*

*Psal. 31.*

*Ecclesi. 2.*

*Esa. 14.*

*Hebr. 1.*

illud quoq; *Genesios. 24.* capite: Et sit vxor domini tui, sicut locutus est dominus: id est, sicut voluit. & illud in Euangelio Matthæi: Dic vt sedẽt hi duo filij mei, id est, velis aut decerne. & in Psalmo. 31. Dixi, cõfitebor aduersum me, id est, decreui. Vel quod in eundem fere sensũ recidit Deum dixisse est, eum ipsum efficaciter cogitasse. Sicut *Eccle. 2.* Ego dixi in corde meo, id est, efficaciter cogitavi. & *Esaia. 14.* Dicebas in corde tuo. Hoc itaque loquendi tropo insinuat scriptura, solo Dei dicto, id est, efficacissima cogitatione statim ad beneplacitum illius vniuersa absq; vlla mora vel reluctamine facillime creata constituisse. nimirũ adesse iustitiam illius imperio, qui vocat ea quæ non sunt: tãquam ea quæ sunt, vt repente sint. Eadem sanõ facilitas in seruandis, regendisq; rebus creatis declaratur, quum de Dei filio Paulus inquit, Portans omnia verbo virtutis suæ. neq; enim verbi Dei est aliud verbum, vt non sit filij Dei alius filius, quo condita portentur. ideo, quod Paulus ait, sic accipi oportet: vt intelligatur, verbo, id est, nutu virtutis filij Dei cuncta quasi spõte sua ferri: adeo pronis motibus vniuersa Dei iubentis imperio parent. Hoc deniq; voluntario, efficacissimoque dicto affatim docemur: Deum

*Deut. 4.*

*Bar. 3.*

Deum nulla necessitate nec naturali nec violenta coactum, sed liberrima voluntate pronum, totam hanc rerum machinam condidisse. Et, ut ait Ambrosius, non ideo dixit, ut sequeretur operario: sed dicto absoluit negocium. Vnde pulchre Davidicum illud: Dixit, & facta sunt. quia dictum complevit effectus. Quid igitur est quod dixit? sane, Fiat lux. quia in Hebræo est *אור*, & fuit lux. Nicolaus Lyranus, non tam ut Hieronymi interpretationem reprehenderet, quam explicaret, in libro Differentiarum tradit significantius describi primam rerum conditionem, productionemque; per verba, Sit, &, Fuit: quam, Fiat, &, Factum est. quoniam prima illa rerum creatio in simplici momento, non in tempore perfecta fuit. esse autem, ac fuisse momentaneæ productioni potius congruere videntur, quam, Fieri, &, Factum esse: quæ, ad ea quæ cum motu & tempore fiunt, commodius referri ab Scholasticis solent. Est autem lux claritas fulgentis corporis: quæ se ipsam, reliquaque corpora manifestat, atque declarat. Nihil verò refert, ut Steuchus ait, quod Septuaginta verterunt pro luce, *φως*, id est, lumen. neque enim in Sacris literis est distinctio illa philosophorū lucis: atque luminis. quod lux quasi mater luminis, & procreatrix sit, lumen vero, id quod ab ea efficitur. De qua re & Albertus scribit, lumen irradiationem esse defluentem à substantia lucis. lucem verò fontalem claritatis per se lucētis substantiam. quod idem & Licouitē super Dionysium docet. Hebraicum certè verbum vtrumque exprimit, *אור*, Or, id est, lux, aut lumen. Dixit ergo Deus: Fiat lux, & facta est lux. Ambrosius: Plena vox luminis non dispositionis apparatus significat, sed operationis resplendet effectu. Naturæ opifex lucē locutus est, & creavit. sermo Dei, voluntas est. opus Dei, natura est. lucem creavit, tenebras illuminavit. Sicut enim lux ipsa cito cœlum, terram, maria illuminat: & momento temporis sine vlla cōprehensione, retectis surgentis diei splendore regionibus, nostro se circumfundit aspectui: ira ortus eius cito debent explicari. Quæ autem erat hæc lux? nempe, ut Dicitur Thomas Aquinas exactissimus author ex Dionysij autoritate tradit, illa lux fuit ipsa eademque solis lux: sed adhuc informis, quantum ad hoc quod iam erat substantia solis & habebat virtutem illuminatiuam in cōmuni. sed post modum data est ei specialis, & determinata virtus ad particulares effectus. hæc ille. At quaeritur. Quare, producta luce, subiunctum fuerit, Et facta est lux: cum in sequentibus subiunxerit,

Et factum est ita, vel, fuit sic. Nempe quia lux illa nequaquam statim à sui creatione omnimodam habuit perfectionem sibi congruentem: donec quarto die in absolutissimam solis formam coacta, cunctisque suis virtutibus ad varios effectus prædita, & pulcherrimis donata fuit exornata. Idcirco satis fuit à principio conditionis eius dicere, ipsam fuisse. De reliquis verò, quia perfecta erāt in genere suo recte dicitur. Et factum est ita. subaudiendumque omnino: Sicut Deus illa penitus faciendā disposuerat. Facit ad hoc, quod pro eo quod in Latino est, ita, in Hebræo habetur particula, *כך*, *keri*, quæ non solum ad similitudinem, sed etiam ad compositionem pertinet & ornatum. Siquidem, *כך*, *konam*, & componere & apparare apud Hebræos significat. Quare, ubi scriptum est, Et factum est ita, vel, fuit sic, denotatur, ea, quæ facta esse perhibentur, perfecta esse: atque perfectionum suarū numeris profus adornata.

Et vidit Deus lucem, quod esset bona.

Sicut Deum dicere in creaturas creandas, est illas primum verbo suo producere: sic Deū illas videre, est creatis dare firmamentū, easque adprobare, & in factis suis sibi complacere. Hanc in videndo significantiam & cōplacentiam, approbationem conseruationemque sapit illud, quod inferius de muliere scriptum est: Vidit mulier lignum, quod esset bonum, hoc est, approbavit & acceptavit. & illud Iob: Non sicut videt homo, & tu vides. & illud. 2. Reg. Si videtur tibi, reuertere in ciuitatem. & in Euangelio secundum Marcū habetur, quod Christus intuitus est quendam, & dilexit, id est, comprobavit illius pietatem: operaque eius acceptavit. ac perinde dilexit eū. Pulchre Augustinus, Quum scriptum est, Et vidit lucem, quia bona est. ista sententia non quasi insoliti beneuolentiam, sed approbationem operis significare, oportet intelligi. Quid enim conuenientius de Deo dicitur, quantum inter homines dici potest, quam cum ita ponitur, Dixit, Factum est, Placuit: ita ut, in eo quod dixit, imperium eius intelligatur: in eo quod factum est potentia: in eo quod placuit benignitas? Denique ideo toties vtitur hac loquendi ratione scriptura, Vidit Deus, quod esset bonum: non quod tunc videre cœperit rerum bonitatem, quam ab æterno præuidebat, & rebus à se condendis indere proposuerat: sed ut doceamur, rerum conditarum constantiam, durationemque à diuina prouidentia

tia, atque cœlesti beneplacito pendere, cuius manu potentiaque; mox à creatione tenentur conseruanturque; ne illico in nihilum relabantur. Pie quidem Sapiens Deo grarias agens, inquit: Diligis enim omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti. nec enim odians aliquid constituisti, aut fecisti. Quomodo autem potest aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut, quod à te vocatum non esset, conseruaretur? parcis autem omnibus, quoniam tua sunt domine, qui amas animas. bonus enim opifex opus suum diligit, seruat & regit. & si homo aliquando peccat: in multa illum patientia sustinet: & terroribus incitatum per penitentiam in melius conuertit: & fugientem ad se reuocat, ut beatum reddat.

Et diuisit lucem à tenebris.

Nam quia viderat lucem, quod esset bona, à tenebris non bonis illam secreuit. in decens enim erat lucis splendorem tenebrarum caligini esse permixtum. Sed cum natura rerum minime patiatur, quin accedente luce, continuo tenebræ secludantur, sicut assurgente sapientia lumine obscuritas ignorantia protinus effugatur, vide ne forte eiusmodi lucis tenebrarumque; disseparatio non ad eas tantum quæ corporeis oculis percipiuntur iam tum pertineat, sed ad proborum quoque improborumque; distantiam. quæ em comparatio lucis ad tenebras? Denique Paulus eodē orationis contextu & iniustos tenebras, & iustos lucem vocauit, dicens: Fuitis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Quinetiam illa lucis tenebrarumque; diuisio in bonorum malorumque; fines longe inter se distantes cōgrue referri potest: ut iam inde ab æuo condito æquissimus rerum arbiter lucem se posuerit iustis, iuxta illud Psalmi nonagesimi: Lux orta: & ut in Hebræo significantius habetur, seminata est iustis, & rectis corde lætitia. tenebras verò separauerit iniustis. Vnde & seruum illum nequam iubet Christus dominus apud Matthæū ligatis pedibus ac manibus mitti in tenebras exteriores. Denique, ut simplicius loquamur, Deus dicitur diuisit se lucem à tenebris: quia locis eas dissociavit. ut si lux alterum hemisphærium illustrarit, alterum teneant tenebræ: ita ut perpetuo tenore vices suas seruent. & profecto ab æuo condito, nec lux terminos suos transgressa est, nec tenebræ limites suos præterierunt. Sed absque vlla perturbatione in cōfusus spacijs ordinē à conditore sibi præscriptum semper retinent. Quo magis culpandi sunt mortales, qui ne-

que mensurā suā agnoscunt, neque vices suas sibi à summo iudice præstitutas seruare curant: sed ambiciosa quadam libidine cuncta humana diuinaque; iura susque; deque; peruertunt. Denique, ut idē Dicitur Thomas exactè digessit, diuisa est lux à tenebris quantum ad tria. primo quantum ad causam, secundum quod in substantia solis erat causa luminis: in opacitate autem terræ causa tenebrarum. secundo quantum ad locum, quia in vno hemisphærio erat lumen, in altero tenebræ. tertio quantum ad tempus: quia in eodē hemisphærio secundum vnā partem temporis erat lumen, secundum aliam tenebræ. Nec satis habuit Deus diuisisse inter lucem & tenebras: sed & diuisis nomina sua distribuit:

Et vocauit Deus lucem diē, & tenebras noctem. Profecto dies hoc loco tantummodo significat tempus illud, quo sol fertur supra aliū, atque; aliū horizonta, eūque lucis suæ claritate illustrat. & ad hūc modum accipitur dies, quotiescūque; ei iugiter nox: ut octauo huius libri capite. Cūctis, ait, diebus terræ, semētis & metis, & frigus & æstus, & hyems, nox & dies non requiescent. Et Matthæi. 4. Et cū ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Verum tenebras vocauit noctem, non vti que; quælibet, sed eā tantum obscuritatem vel caliginem, quæ est umbra illa, quæ efficit terra soli obiecta. Vides tandem quod luci tenebrisque; nullatenus Adā, qui nondum formatus erat, sed Deus ipse nomina sua imposuerit. Non igitur Adā rebus omnibus vocabula indidit, sed animalibus dūtaxat, ut paulo post cōpertum erit. Enimvero, quoniam diurnus primi cœli mobilis circuitus viginti quatuor horis cōpletur, cuius agitatione sol raptus lucē tenebrasque; præsentia sua, absentiaque; vicissim supra terrā facit, totum hoc tempus huius rapidæ solaris circumlationis vni constituit diem, quem dicunt naturalem. de quo subiungitur. Factumque; est vespere & mane dies vnus.

Non enim eodem modo vocatur hic dies, quo, cum diceretur, Et vocauit Deus lucem diē: sed eo modo quo dicimus, verbi gratia, triginta dies habere mensem. hic em nomen diei noctes quoque; includimus. superius autē dictus est dies, ut à nocte seiuingeretur. Itaque, cū illa operatio diei per lucē gesta in sinuaretur, consequenter factam esse, dicitur, vespere, & factum esse mane diem vnum. ut scilicet sit dies vnus accepto diei vespere: ad cœptum aliū diē, hoc est, ab vno mane vsque; ad aliud

Nicol.

Albert.

Licouitē.

Ambro.

Thomas.

Thomas

Mat. 4.

Cap. 3.

Iob. 10.

Augusti.

Ephē. 5.

Psal. 90.

Mat. 22.

aliud mane. primus enim dies coepit est à prima luce eiusdem diei sole existente in ipso hemisphaerij orizonte: porrectusque est ad proximum usque mane, ut esset dies integer, quatuor & viginti continens horas. occidente namque luce paulatim, & post spacium diurnae longitudinis, hoc est, duodecim horarum (si mundus in Verno equinoctio conditus est, siue in Autumnali) inferiores terrae partes subeunte, factum est vespere: sicut & nunc usitato solis circuitu solet fieri. factum est & mane exclusis tenebris eadem luce super terram redeunte, atque alium diem inchoante: & dies completus est vnus viginti quatuor horarum. At, quoniam creata creditur lux illa in eo loco, in quo sol ortus primum nobis videtur, vel Vere in capite Arietis vel Autumnino in capite Librae: nec primum diem praecessit ea nox quae fit ex umbra terrae: nec initium eius praecessit aliquod mane, siue aurora, id est, lux praenuncia ortus solis. idcirco, quia primus ille dies artificialis non habuit mane, cautissime scriptura definiens diem naturalem per duos extremos diei artificialis, noctisque suae articulos, vespere praeposuit mane: quia dies ille primus artificialis mane non habuit, à quo denominaretur: & ipsum mane noctis primae ad ipsum pertinet, non ad secundum diem ut omnes dies naturales sint aequales, dum computantur à primo ortu solis usque ad sequentem eiusdem ortum. Hinc evenit, ut Astronomi declarantes numerum aequalium horarum diei artificialis, eas supputent, non à prima aurora: sed à primo solis ortu usque ad primum eius occasum. Accedit ad hoc, id quod est obiter annotandum, quod licet prior pars huius diei fuerit lux, posterior vero nox: in festorum tamen celebratione contrarius ordo seruandus erat. siquidem decreto diuino nox diei festi lucem eius praecedebat. Nam cum prius Deus praecipisset, dicens, Custodi diem sabbati, ut doceret simul & sabbatum custodiendum, lucem, tenebrasque complecti, & ordinem celebrandi illud praescriberet, iterum dixit, A vespera in vesperam celebrabitis sabbata vestra. Praesagio igitur quodam futurae religionis, non scriptum est hic, Factus est hic dies & nox dies vnus: sed ab extremis utrunque significans dixit, Factus est vespere & mane dies vnus, ut constaret, futurum esse aliquando, ut dies à vespera in mane computaretur, id est, à nocte in diem, & à tenebris in lucem procederet. hinc evenit, ut in illo Matthaei cap. vltimo, Vespere autem sabbati, qui luciscit in prima sabbati, vesper non prodie, sed

Dent. 5.

Mat. 28.

pro nocte sit accipiendus. ut sit sensus: Nocte sabbati, quae desinit in auroram, quae est diluculum primi diei totius hebdomadae, id est, diei dominici, venit Maria Magdalene &c.

Cur primus dies dictus sit vnus.

Quaeritur, quare Moses hunc diem non primum, id quod ratio ordinis exigeret, sed vnum dixerit? Flavius Iosephus in principio Antiquitatum Hebraicarum fatetur, Mosem mystica quadam ratione dixisse, vnum, potius quam primum. verum quia historicus ille angustia temporis exclusus illam subticuit, oportet ea de re auctores alios consulere. Primus adest Steuchus dicens, Apud Hebraeos, vnus, etiam ordinis est. primus ergo, vnus in ea lingua dicitur. atque ita hoc loco etiam est intelligendum. Quod loquendi genus etiam in Euangelij reperitur, quorum phrasim fere tota Hebraica est: Vna enim sabbati, sicut & Theophylactus exponit, primam sabbati sonat, id est, primam hebdomadae, & vna mensis, primam diem mensis. Sed haec expositio simplicior est, quam praesens locus exigit. idcirco accedit in primis Origenes, qui prima super Genesim homilia talem affert rationem: Non dixit dies prima, sed dies vna: quia tempus nondum erat, antequam esset mundus. tempus autem esse coepit ex consequentibus diebus. secunda namque dies, & tertia, & reliquae tempus incipiunt designare. Videretur Origenes significare, si modo mentem eius attigimus, quod quia tempus est mensura motus secundum prius & posterius, & mundus in simplici momento creatus fuit, non autem per motum factus, prima eius productio non habuit temporis mensuram. Ac perinde dies illa, quae cum mundo inchoata est, cui nihil, quae ipsam metiretur, praecesserat, temporis rationem proprie non habuit: quia motum qui non praesuerat, minime dimetiebatur. ideoque non est nomine ordinem designante sequentibus annumeranda diebus, qui caeli motum essent mensuraturi. unde certa rerum mutabilium mora, quam temporis vocamus, ineunda esset atque percipienda. ut denique dies illa potius ad euum creationis, quam ad tempus pertineat gubernationis, iuxta illud Boetij: Qui tempus ab aeuo ire iubet: stabilisque manens, das cuncta moueri. Quod si legentibus his, minus est satis factum, ad Eusebium Caesariensem mentis oculos intendamus. Ille enim in Chronico

Iosephus.

Steuchus.

Origenes.

Boetius.

Eusebius.

Chronico

Chronico suo nodum eundem erudite dissoluit dicens: Quippe scriptura ait, Factus est vespere & mane dies vnus, hic primus dies est saeculi, non primus dierum omnium: ideoque non primus, sed vnus dictus est. Etenim sunt quidam aeternitatis dies, de quibus apud Michaeam legimus, Egressus eius ab initio, à diebus aeternitatis. sunt quoque dies aeternitatis angelicae, quos in Psalmo iusto parenti cum prole sua Deus pollicetur dicens, Et ponam in saeculum saeculi semen eius: & thronum eius, sicut dies saeculi. sunt denique dies mundi: de quibus sanctus Iob, Dies mei velocius transierunt, quam à texente tela succiditur. Iam vero attende, quam argute propositum idem auctor colligat, dicens: Ille dies dictus est vnus, non primus absolute. ne diebus non initiatae aeternitatis, aut spiritalis aeternitatis, quo perennis angelorum substantia mensuratur, prior antiquiorque putaretur. Scita sane, & pensulara fuerit haec elucidatio. At Diuus Ambrosius eandem litem alia ratione dirimit: Praclare, inquit, Moses vnum non primum diem dixit. nam secuturo secundo & tertio die, & deinceps reliquis. primum potuit dicere: & hoc ordinis esse videbatur. sed legem statuit, ut viginti quatuor horarum mensura vnus diei tempus esset. haec Ambrosius lepidè atque succinè. Cui & astipulatur Chrysostomus inquiens: Finè diei & noctis vnum signanter nominauit diem, ut ordinem aliquem & consequentiam statueret visibillum, nullaque foret confusio. Hippolitus quoque, martyr asserit constare, vnam, non primam fuisse dicendum: apud quem sic extat: Non primam, sed vnam dicere, erat necesse: ut vnam dicendo, ostenderet eam circumactam & hebdomadam perfecisse. vna cum sit. Innuit ergo vnam fuisse dicendum, ut in vna die tota hebdomada apparet expressa. Id quod clarius elucescet, si nos induxerimus magni Basilij verba, quibus ipse ampliter & perdoctè hunc ipsum nodum explicat dicens: Quam ob causam non dixit primum diem, sed vnum: vbi magis conueniebat, aliorum ordine secundum diem & tertium & quartum, eum qui omnes antecedebat primum appellasse diem, non vnum. An diei spacium noctisque, coercens, tempusque vtriusque quatuor, inquam, viginti que horas coniunges, ita dixit? quippe quod vnus diei, noctem etiam vnam cum ipso die comprehendendo, spacium compleat. ut si in solsticijs exuperat altera, definito totum vtriusque simul spacium tempore sit descriptum, quasi diceret: quatuor &

Mich. 5.

Psal. 88.

Iob. 7.

Ambro.

Chrysof.

Hippoli.

Basilij.

viginti horae spacium vnus diei? An quia coelestis corporis ab eodem in idem punctum reditio vno in die agitur, ut semper cum vespera diluculum, quod conuersione solis occupat mundum, haud maiore tempore, sed vnus diei spacio compleatur? An ratio potior est, quae in arcanis secretisque traditur? Deus, inquit, qui temporis naturam creauit, mensuras ipsi signaque, spacium dierum adiunxit, septimanaque ipsum metiens, in orbem septimanam in sese semper versari iussit, curricula temporum atque motiones enumerantem: & vnum item diem septimanam conficere, ipsum in sese septies redeuntem. id autem orbis subit effigiem: à sese, inquam, incipere: & in se ipsum desinere. quod iam & saeculi proprium esse constat, in se ipsum conuerti. & huiusce nullum exitum esse. Quam ob rem caput ipsius temporis non diem primum, sed vnum appellauit, ut ex appellatione etiam affinitatem ad ipsum saeculum toriatur. is enim qui vnici principij, ac incommutabilis ad aliud praesefert formam, accommodate sane atque apposite vnus est nuncupatus. Quod si saecula plura nobis scriptura afferre solet, saeculum saeculi, saeculorumque, saecula compluribus in locis dicendo: tamen illic, nec primum, nec secundum saeculum nobis enume-ratur, ut statum potius, variatumque rerum, sed non discretones ac fines ex hoc, saeculorum successionesque monstratur. Dies, inquit, domini magnus est & praclarus. & rursus: cur non quaeritis diem domini? atque hic est non omnibus lux, sed quibusdam tenebrae, tenebrae videlicet, his qui tenebris digni sunt. nam & vespere diem illum verbum diuinum scit & successione & fine carere. quem & octauum Psalmorum auctor appellauit: propterea quod extra tempus situs est, quod septimanam metiri solet. Quare si diem dixeris, si saeculum, eandem sane sententiam dixeris. siue igitur dies status ille dicatur, vnus est & non plures siue saeculum appelletur, vnicum vtrique fuerit, & non subierit ordinem rationemque partem. Quae cum ita sint, ut ad futuram vitam, statumque futurum nostram Moses mentem erigat atque deducat, vnum eum appellauit diem, qui saeculi ipsius imago, qui dierum origo, qui lucis aequalis est ipsum in qua Dominicum diem, quem resurrectionis Domini perornauit honoribusque summis affectu. Caeterum Augustinus longe alio primi diei vnitate refert. id quod, ut perspicuum facile fiat, est necesse, prius illius sententiam de rerum creatione paucis perstringere. tradit enim omnia simul

Iob. 2.

August.

simul



simul fuisse creata, & in suas formas distincta illamq; sex septemue dierum distributione, non tam secundum temporum spacia, quam pro sextuplici Angelorum, vel septuplici de rebus cognitione accipiendam esse. Sed iam audiamus illum in septimo capite libri vnde cimi De ciuitate Dei ita loquentem. Lucis, ait, nomine significata est sancta ciuitas in sanctis angelis & spiritibus beatis: fit tamen & vespera diei ipsius & mane aliquatenus: quoniam scientia creaturæ in comparatione scientiæ creatoris quodammodo vesperascit: & mane fit cū & ipsa refertur ad laudē, dilectionēq; creatoris: & hoc cū fit in cognitionē sui ipsius, dies vnus est: cū in cognitionē firmamēti, quæ inter aquas inferiores & superiores cœlū appellatum est, dies est secundus: cū in cognitionē terræ ac maris, omniumq; gignentium, quæ radicibus continuata sunt terræ, dies tertius: cū in cognitionē luminariū maioris & minoris omniumq; syderū, dies quartus: cū in cognitionē omnium quæ in aquis, natatiliū, atq; volatiliū, dies quintus: cū in cognitionē omnium animalium terrenorum atq; ipsius hominis, dies sextus: cū verò in die septimo requiescit Deus ab omnibus operibus suis, & sanctificat eū nequaquam est accipiendum pueriliter, tanquam Deus laborauerit operando, qui dixit & facta sunt, verbo intelligibili & sempiterno, non sonabili & temporali: sed requies Dei requies significat eorum, qui requiescunt in Deo, & quos facit ipse requiescere. His itaque digestis de vniuersi conditione aptissimam sententiæ suæ causam de vno illo die in nono eiusdem vndecimi libri capite idem autor in hæc verba describit. Nimirum ergo, ait, si ad ipsorum sex dierum opera Dei pertinent Angeli, ipsi sunt illa lux, quæ diei nomen accepit: cuius vnitas vt commendaretur, non est dictus dies primus: sed dies vnus. Nec alius est secundus, aut tertius, aut cæteri. idem enim ipse vnus ad implendū senariū vel septenariū cōgnitionē, senariā, id est, operū quæ fecit Deus, & septenariā, id est, quietis Dei. Iam verò expendat diligens lector, an Philo disertissimus ille Iudæorum cōsentiat prorsus Augustino nostro: an forte alius quidam sonet. Is enim vt est apud Eusebium Cæsariensem in vndecimo libro De præparatione Evangelica, de eadem primi diei vnitate agens, sic philosophatur: Quoniam verò luce facta tenebræ abierūt: & termini vtriusq; spacijs fixi sunt certis, vesperare, ac mane: spaciū temporis, quod hinc effectum fuit, diem nuncupa-

Philo:

uit: & diem non primam, sed vnā, quæ distincta est, propter intellectualis mundi solitudinem, qui vnā habet naturam. At ne longius aberres quærendo, quem nam mundum Philo intellectualem appellet: en tibi Philonem ipsum sese declarantem. inquit enim apud eundem Eusebium: Si quis voluerit significantiorebus vti verbis, nihil aliud intellectualem dicet esse mundum, quam Dei iam creantis verbum. nihil enim aliud ciuitas intellectualis est, quam creatoris ratio creare iam cogitantis. quod dogma Mosi, non meū est. aperte enim scribit ad imaginem Dei hominem esse formatū. quod si pars, imago imaginis est: & vniuersus iste mundus sensibilis ad exemplar diuinæ imaginis factus est: primitiuum ergo sigillum, quod intellectualem mundum appellamus, ipsum exemplar est: prima idea idearum omnium, Dei verbum. Hæc Philo. Super quo liberum lectori iudicium relinquitur. nam quātum ad id quod ait, Dei verbum esse illam imaginem, ad quā factus est homo, quid possit contradici, paulo post annotabimus. Tandem, vt quid latius repetam, qualiter Picus Comes Mirandulanus in Heptaplo suo huius diei vnitate, modo referat in vnum ex materia & forma compositum, modo in vnā cœlestium orbium connexionem, modo intelligentis & intelligibilis intimam vnionem, modo in vnā corporis & animæ coagmentationem, modo in actus & potentie in Angelis cōiunctionem, modo in totius vniuersi ad vnum principium copulationem, & ad vnā deniq; illius felicitatē: superuacaneum enim puto latius hic replicare ea quæ vir ille eruditissimus tam exacte dixit, quam intellexit perspicaciter, autorem ipsum repetat qui quis plenius ea nosse cupierit. Obsecramus autem piū lectorem, ne hunc nostrum laborem ociosum censeat, aut curiosum. vel certe ob id quod ex tam multiplici huius vnus loci interpretatione facile poterit mente concipere, quanta sit diuinarū scripturarum abyssus: & quā multiplex, ac preciosus cœlestium sacramentorum thesaurus ferme in vno quouis illarum loco penitus abscondatur. Sed iam vterius procedamus.

Picus

Dixitq; Deus.

Dixit pro, fecit, posuit scriptor: vt celeritate vel facilitatem operis Dei ostenderet. Neque enim corporalibus modis loquitur diuina natura: nec quoties dixit, toties verba formauit. vnum enim verbum genuit Pater cœternū, & consubstantiuum sibi, in quo omnia ineffabiliter & intemporaliter dixit. talis est enim

Ambro.

Dei

Dei locutio, non temporaliter præteriens sonus. sed sola dictio est rationis. Hoc itaque modo dixit Deus:

Fiat firmamentū in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

Psal. 103.

Firmamenti nomine cœlum Latine significatur, pro eo quod fortiter compactum compositumq; est, maximeq; propterea firmamentum vocatum est: quia præbet firmitatem, siue sustentationem & intransgressibile terminum, cum inferiorum, tum præcipue superiorum aquarum: ne interfuant, & reciprocis fluxibus inuicem misceantur. At in Hebræo pro firmamento est רָקִיעַ Rakiagh, id est, extensio. sic enim dicitur cœlum, eo quod expansum sit & extensum, à verbo רָקַע Raciagh, quod est, expandere atq; extendere. vnde in Psal. 103: Extendens cœlum sicut pellē: qui tegis aquis superiora eius. & Esaiæ. 44. Ego Dominus, faciens omnia: extendens cœlos solus. Vbi expendendum est verbum solus: quo denotatur, nequaquam fuisse Angelis demādatam corporalium rerum creationem, vt quidam nugantur. nam & mox sequitur: Stabilis terram, & nullus in eā. solus ergo Deus absq; angelorum adminiculo cœlos expandit, & terram firmavit, vt in æternum stare. Sed aduerte, qd pro eo quod Hieronymus transtulit, Et nullus in eā, in Hebræo est מֵיטִי meiti, quod ex linguæ Hebræicæ ambiguitate potest contraria sonare, vel absque locio, vt expositū est: vel per eum qui mecum, vt insinuet se Pater creasse firmasseq; terram simul cum filio. nam & ita potest intelligi illud: In principio creauit Deus id est, cum principio creauit, nempe cū Verbo, per quod omnia facta sunt. Hoc sane sensu huius loci recepto, magnum pellucet mysteriū, in eo quod in firmāda terra Deus meminuit Verbi, quod ei cooperabatur, quodq; erat assumpturum terram nostram, id est, humanam carnē, quæ perpetua stabilitate permaneret eidem adiuncta. quod enim assumptum, nunquam dimisit. Id quod ipse dominus per Esaiam pollicitus est dicens: Montes enim commouebuntur, & colles contremiscent: misericordia mea non recedet à te: & fœdus pacis meæ non mouebitur. Fecitque Deus firmamentū: cū præcepit fieri, tūc fecit. Diuisitq; aquas, quæ erant super firmamentum, ab his quæ erant sub firmamento.

Esai. 54.

Quasi quis dixerit humana lingua. Fecit Deus parietem quendam, & quoddam interstitiū in medio aquarū diuidens & separans aquas ab aquis: quod valeat, alias sub se veluti concauo quodam sinu continere, alias vero in connexo suo ceu latissimo quodam dorso mirabili conditoris artificio sufferre. Profecto mihi sanctorum sensibus freto haud dubium est, super cœlos aquas esse veras, eo modo affectas atq; dispositas, quomodo conditor illarum voluit. præsertim cum eas reliquis cum creaturis ad benedicendū Deum Psaltes inuiter dicens: Benedicite aque omnes, quæ super cœlos sunt Domino: & illud eiusdem: Extendens cœlū, sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. hæc enim testimonia nullatenus de aere, sed de ipso corpore cœlesti accipi posse videntur. appellatione itaque firmamenti complectuntur septem planetarum orbis, cœlumq; stellarum. Nam cœlum, quod est in primis factum, primum mobile putatur esse, cœlumq; CrySTALLINUM: siue sic appellatum sit, quod in morem CrySTALLI ex aquis compactum, diuina potentia fuerit (crySTALLUS enim lapis, cuius est magna firmitas magnaq; perspicuitas de aquis factus est) siue quia primum mobile purum est & perspicuū & in morem CrySTALLI pellucidum. Denique video eodem nomine, & in eadem clausula nuncupari aquas inferiores & superiores: cur vtraq; eiusdem esse naturæ non putem: an licebit mihi diuinæ potentie humana ratione præscribere, vt non potuerit Deus aquas in cœleste corpus solidare? Deniq; aquas superiores, sicut inferiores lego. quales autem & ad quid viles, nouit ipse, qui condidit. Ipse enim aquas condidit. nam, Ipsius est mare, & ipse fecit illud. Etenim cur euestigio subiunctum est:

Psal. 102  
Psal. 103

Et factum est ita,

Nisi vt, quantumvis ratione non attingas firmamenti constitutionem, aquarumq; inferiorum & superiorum mirabilem diuisionē situmq;: nihilominus credas sic esse factum, sicut scripturis traditum est. Et factū, inquit, est ita. videlicet, quia nihil erat, quod potentie illius posset resistere, quin fieret, quomodo fieri decreuit ille: qui omnia quæcunque voluit, fecit, sine in cœlo, siue in terra. Deniq; vult nos Deus dictis suis esse credulos, haud nimios perscrutatores: eiusq; operum admiratores, potius quam censores. Vocauitque Deus firmamentum cœlum. Ambrosius autem: Firmamentum, ait, Latine cœlum dicitur, quia impressa stellarum lumina, velut sig-

Pal. 134

B na

na habeat, tāquam cœlatum appellatur. sicut argentum quod signis eminentibus resulget, cœlatum dicimus. Marcus Varro à cauo deducit. καλαί enim concavum dicitur, quia scilicet in sculptura id necessario exigitur. At vero haud Latinum, sed Hebraicum firmamento atque expansioni nomen Deus indidit. **אֶרֶץ** samajim, quod nomē licet habeat sūū singulare apud Latinos, tamen sub voce plurali in scripturis sanctis interdū singulari significatione, interdum plurali vsurparur. quā ob causam interpretes, tam Græci, quā Latini ipsum Hebraicū nomē **אֶרֶץ** samajim modo cœlum, modo cœlos interpretatur. In cuius compositione variant Hebræi. Nam sunt eorum, qui dicant, **אֶרֶץ** samajim componi ex, es, & majim, idest, igne & aqua: eo quod cœli vtriusq; naturam sapiant. nam & perspicui sunt & splendentes: & hæc inferiora modo calefaciunt, modo refrigerant. alij deducūt ex sam, quod est, ibi: & majim, aque: quasi ibi sunt aquæ. Alij deniq; putant, samajim, cōponi ex adverbio locali, sam, geminato: ut sit samajim, quasi sam sam, hoc est, ibi ibi. quoniā cœli in eisdem cardinibus perpetua vertigine rotantur. Vnde & Hebraice cœlum vocatur alio quoq; nomine **גַּלְגַּל**, galgal: quod Latinis est rota, Græcis sphaera, iuxta illud Psalmi. 77. Sonitus tonitruū tui in rota, nempe in cœlo. Iam verò factō firmamento, diuisisque à se inuicem aquis.

Factū est vespere & mane dies secundus.

Non quod totum diem in condenda luce, vel in extendendo firmamento Deus expenderit, moratusq; fuerit: qui simplici quodam momento singula condit. sed quod, sicut lucis creationi accommodatus est vnus dies: ita & mundi superioris conditioni, quod firmamentum cœlumq; vocamus, secundum diem accommodauerit. Id quod & in sequentibus diebus est quoq; intelligendum. Queritur: Cur factō firmamento aquisq; diuisis, nō dixit in secundo die, quod dixerat creata luce, Vidit Deus quod esset bonum? Quoniam quemadmodum minime cum luce comprobauit tenebras noctemque (quā tamen integri diei partem esse voluit: ne in eis approbatus videretur approbare peccatum: nam tenebræ licet, per se malæ non sint, peccati tamen symbolū ferunt iuxta illud: Dilexerunt homines magis tenebras, quā lucem: erant enim eorum opera mala) ita & in secundo die, minime dictum est: Vidit Deus, quod esset bonum, eo

Ioan. 3.

quod in eo die facta fuit aquarum diuisio: diuisio autem eorum quæ cognata sunt secum, solet discordiam afferre: quæ non vnquā graua incōmoda mortalibus non intulit. Quare diuisionem, quæ discordiam parere consuevit, non deuit approbari ab eo, cuius muneris est, non solum concordia facere in sublimibus, sed etiam totum vniuersum quibusdam suauibus, ac per commodis firmisq; mutui amoris vinculis cōnectere. Dices. ea propter, nec primo die debuit dici, Vidit quod esset bonum. At vero non fuit eadem silendi ratio, nam & prius dictum est, Vidit lucem, quod esset bona, & Diuisit lucem à tenebris. & quia diuisio lucis à tenebris præfert separationē boni à non bono, imo à malo, quæ bona probandaq; est: non subtulit approbationem. Diuisio autem aquarum, quæ sibi cognatæ sunt, adfigurat boni à bono dissidium: quod minime probandum est. Quare in prima rerū bonarum diuisione, diuina scriptura tacite videtur damnasse omnem sequentem diuisionem, quatenus improbæ discordiæ mater est. Nō quod species numerorum damnarit, quæ bonæ & pulchræ conditæ sunt ab eo, qui omnia in numero, pondere, & mensura disposuit.

Dixit verò Deus,

Nempe antiqua, & secreta, & incomprehensibili dictione:

Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum vnū: & appareat arida.

Duæ autem sententiæ hoc in loco rerum naturæ contrariæ videntur. nam & aquæ quidē naturale est terræ superferri. & rursus terrarum est aquis subsidere. At non mireris. quoniam iussit Deus, & effecit aquas ad verbum suum affectum terræ quodammodo induere: deorsumq; descendere. quod intelligens Iob ait, In similitudinem lapidis aquæ duratur, & superficies abyssi constringitur. imperio enim Dei parentes, densatæ sunt aquæ, & in arctiores fines coactæ, facit & ad hoc clarius intelligendum si verba Iob ad verbum interpretentur, Sicut lapis, aquæ absconsæ sunt: & superficies voraginis aquarum capiet se. his verbis aperte ostenditur aquas subduxisse sese, & in inferius receptaculum confluisse. Præcepit item Deus terræ, ipsamq; fecit aquæ qualitatem quadamtenus suscipere, atq; sursum velut ascendere. Sicut Psalmographus inquit: Qui firmavit, vel extēdit terram super aquas. quod quia opus est solius diuinæ misericordiæ atque

Sap. II.

Iob. 39.

atque virtutis, addidit cōtinuo, Quoniam in aternū misericordia eius. Ex misericordia namque omnipotentia factum est, vt terra sit aquis discooperta, quatenus super eā animalia quæ spirant, atque respirant vitæ halitum carpere possint. A stipulatur nobis Augustinus respondens quærenti, in quem vnum locum fuerint aquæ congregandæ, quæ totam terram contegebant, Totam, ait, terram aqua tegebat, sicut rarissima quædam nebula, quæ postea in vnum redacta atq; collecta est, vt posset etiam terræ species apparere: & terra longe lateque subsides, potuit concavas partes præbere, quæ confluentes aquas suscipere, vt arida appareret. Congregari autem dicuntur aquæ: non quod confluant, tanquam à se inuicem seuntes: sed quod reductæ fuerint ad locum vnum minus latum extensumque, siue supra terram decurrant, siue per terræ cuniculos permeant, siue Oceano contineantur. Verum est enim, quod de hac Beda inquit: Cum multa constet esse maria, in vnum tamen locum dicit aquas esse congregatas, quia cuncta magno mari iunguntur. Siqui lacus in semetipsis stricti vidētur: occultibus tamen meatibus in mare reuoluuntur. fossores quoque puteorū hoc probant. Inde enim putei viuus scaturiunt aquis, quod omnis tellus per inuisibiles venas aquis alluitur, & plenis occultisq; riuulis abundat, quibus ex mari principium est, & in quod redeunt. Omnia, inquit Ecclesiastes, flumina intrant in mare, & mare non redundat. ad locum enim vnde exierunt reuertuntur. Extare autem terram aquis eminentiorem in vtroq; hemisphærio ex eo constat, quod vtriusque flumina ad ipsum mare deferuntur. Et, quod manifestans indicium est, pluuias aquæ per varios terræ tractus deriuatæ in eundē amplissimū Oceani sinum concedunt. Constat hoc Hispanorum fidissimo relatu, qui transgressi Aequinoctialem ad gentes sub Polo Antartico de gentes perpetua per Oceanum navigatione penetrarunt. Deniq; huc tendebat aquarum in vnum locum congregatio: vt terra, quæ antea erat inuisibilis, & incomposita, videretur & componeretur.

Augusti.

Beda.

Eccle. i.

Et factum est ita.

Quomodo? Sicut præceperat Dominus. Dixit solum & opus subsequutum est. Hoc enim peculiare Dei est, vt secundum voluntatem facturas suas moderetur.

Vocauitq; aridam terram.

Augustinus. Prius ad distinctionem aquarū totam solidiorem mundi partem terram appellauit, dicens: In principio creauit Deus cœlum & terram. postquam autem mundus iam formari incœpit & terræ facies apparere, recedentibus aquis ad distinctionem partis, quæ adhuc premebatur aquis, portio, quā arida esse licebat, terræ nomen accepit: eo quod pedibus teratur. Enimvero iuxta proprietates: quas huic elemento Deus indidit, quatuor nominibus Hebraicis eidemque aptissimis in Sanctis scripturis ipsum nuucupari voluit. Primo namque vocatur **אֶרֶץ יַבֵּשׁ** Iabasa, idest, arida. quod nomen à sua ipsius qualitate sumptum est: quod per se sicca sit, nisi aliunde humectetur. Secundo appellatur **אֶרֶץ אֲדָמָה** adama, idest, humus, quod nomen, non modo ipsum significat elementum, sed & aquæ mixtū, aptumque ad fingenda ex eo corpora, iuxta id quod paulo inferius scriptum est: Formauit itaque Deus hominem de limo terræ. denotatque id nomen, eam colorem habere rubrum. nam deriuatur à verbo **אָדָם** Adama, quod est rubere. Tertio nominatur **אֶרֶץ חָוֵי** Chavi, quod nomen est toti elemento commune: vniuersaliter comprehendens, tam id quod est in ea habitabile, quā id quod est inhabitable. auuntque deduci à verbo **חָוָה** Chava, quod est currere. quod super eam curret, ipsamque iugiter cœlorum rota circumdet, & circueat. Quarto denique dicitur, **אֶרֶץ תְּבֵל** Tebel, idest, orbis, hoc est terra habitata. hinc Naum primo legitur, Et orbis, & habitantes in eo. Et in Psalmo. Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo ferturque hoc nomen deduci à verbo **תָּבַל** Talal, quod est, confundere, vnde & idem nomen confusionem significat. Leui. 2. vbi legitur, tebel, idest, confusionem fecerunt, Hieronymus transtulit, scelus. quod omne scelus confusionem perpetrantem afficiat. ad quod & alluisse videtur quidam cum dixit: Totus mundus in maligno positus est. & Ioannes Evangelista, dicens: Omne quod in mundo est, aut est in concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

Augusti.

Naum. I. Psal. 23.

Leui. 2.

Ioan. 3. I. Ioan. 2.

Congregationesque aquarum appellauit maria.

In Hebræo habet **אֶרֶץ מִקְוֵה** Vmikue, & congrega-



congregationem singulariter, quod est magis consentaneum ei, quod dixerat: Congregentur aquae in locum vnum. Porro pro eo quod est maria, in Hebraeo, est **יָם**, iammin puncto quodam, quod illi dagés vocant fortificatum: vt sit, iammin, iam maim, idest, ibi pelagus, immensaque moles aquarum. significat enim id nomen non solú ipsam aquarum molem, sed etiam amplissimum earum receptaculú. Nam licet hæc vox iam, idest, mare, apud Hebræos plerunq; accipiatur pro ipsa aquarú mole, vt ibi: Mare vidit, & fugit: Et iterum, Quid est tibi mare, quod fugisti? interdum etiam ponitur pro loco, in quo ipse congregantur aquae, vt tertio libro Regum capite septimo, Fecit quoq; mare fuisse. Ecclesiaste. 1. Omnia flumina intrant mare, & mare non est plenum: & Psal. 77. In mari via tua, & semita tua in aquis multis: & Esaiæ. 11. Repleta est terra scientia Domini, sicut aquae mare operientes. Ex quo datur intelligi, quod hic dicitur, Cōgregationem aquarum appellauit maria, non solú ad ipsas aquas, sed ad loca quoque in se aquas capientia posse referri. Locupletemus & huc locum diui Hieronymi, viri harum rerum eruditissimi auctoritate: Notandum, ait, quod omnis congregatio aquarum, siue salæ sint, siue dulces iuxta idiomá linguæ Hebraicæ maria nuncupentur. frustra igitur Porphyrius Euāgelistas, ad faciendum ignorantibus miraculum, eo qd Dñs sup mare ambulauerit, pro lacu Genesareth, mare appellasse calumniatur, cum omnis lacus, & aquarum congregatio maria nuncupentur.

Et vidit Deus, quod esset bonum.

Non vtiq; cognouit, quod antea nesciebat: sed probauit, quod latebat. Ergo probatione, quam secundo die tacuit, quia opus, quod de aquis in vnum cogendis, & arida detegenda moliebatur, adhuc erat imperfectum, congregatis iam aquis, & terræ facie in aspectú producta, intulit, Et vidit Deus, quod esset bonum. quia iam opus ad perfectum profecerat. nihil enim apud Deum simpliciter bonum, quod non sit & perfectum. Bonum itaq; firmamentum, cuius circumflexu cuncta teguntur, & in fluxu fouentur: bonum mare, quod suis terminis coercitum innumeras mortalibus comoditates affert: bona terra, quæ patet, & animalibus calcabilis, & frugibus fertilis mortales

alit. Denique sicut Deus non approbauit cœli terræque bonitatem, donec per lucem fuerit ea illustrata: ita non probauit aquarum superiorum ab inferioribus diuisionem per firmamentum factam, quousque congregatis in vnum inferioribus aquis apparuit arida: & firmamenti & maris & terræ vtilitas manifestata fuit.

Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum facies fructum iuxta genus suum.

Quia superius dixerat, terram fuisse inanem, & vacuam, nunc dicit internā illam eius inanitatem sublata fuisse, indita ei à Deo germinandi, producendique herbas, fructes, & arbores, easq; augendi, virtute. Signanter ergo dixit, Producat terra germen, quod est Hebraice **זֶרַע** dese, significatq; omnem viriditatem, vel herbæ, vel arboris, cum primum de humo erumpit. **וַיֵּבְרַח** ghéleb verò significat herbam iam grandio rem, & crescentem in tãtuni, vt adulta semen proferre possit. hoc est, quod adiecit, Herbam seminificantem & lignum pomiferum faciens fructum. Ergo non solú data est terræ germinandi vis, sed etiã nutriendi, augendiq; herbas, & arbores promouendi, quousq; fructum semenque proferre valeant: vt rursum ex eisdem concepta seminibus varia herbarum, arborumque genera in suas species distincta seruentur: & vbi que terrarum vberimo prouentu, multiplicarentur. Nec non huc, quem habitamus, orbē pulchris foliorum comis arbores exornant: suauibus florum odoribus prata renident: dulcibusque eum fructibus plantę replent. idque non tantum in hominum, sed etiam aliorum animalium commodum. Quare merito Deum cunctarum rerum autorem Psalmo raphus collaudat in Psal. centesimo tertio, Hieronymo interprete, dicendo, Germi nans herbam iumentis, & scœnũ seruituti hominum, vt educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis: ad exhilarandum faciem eius oleo: panis autem cor hominis roborat: Vides quàm piẽ Propheta frugum, fructuumque prouentum in Deum potius referat, quã in tellurẽ ipsã, quæ ab illo mirificã vberitatẽ accepit. Et reuera, etiã si hoies terrã operetur, & iumentorũ auxilio fruantur

Psal. 113.

1. Reg. 7  
Eccle. 1.

Psal. 77.  
Esa. 11.

Hieron.

Psal. 103

Chrysost.

& magnam terræ culturam habeant, & magna sit cœli temperies, & omnia alia cōcurrant, nisi nutus Dei accedat, omnia aliã frustra & in vanum fieret: & nihil proficeret omnis labor & defudatio, nisi manus Domini supernè adiuuaret, & perfectionem his quæ fiunt, tribueret. hinc illa Pauli metaphora, Paulus plātauit, Apollo rigauit: Deus aut incrementũ dedit. Mirifice autē planetis nondum conditis, vel certe nondũ perfectis, & frugiferas herbas, & fructiferas arbores germinauit: & diuinitus adiuta, promotaq; ad perfectum prouexit, vt ad vnum primumq; rerum parentem in primis referamus, quicquid est illud quo sumus viuimus & mouemur, alimur augemur, consistimus, atq; seruamur. Ex eo autem quod dixit, lignum pomiferum facies fructum, collegit quidam, sed non bene, nullam fuisse arborem à principio, quæ nõ fuerit fructifera. Quod si modo non pauca sunt steriles, id putat euenisse ppter hominis peccatum: cui in pœnam dictum est: Maledicta terra in opere tuo: spinas & tribulos germinabit tibi. Sed quoniam non est scripturis consentaneum, existimare propter peccatum rerum naturam sic immutatam fuisse, vt nouæ species procrearentur, sanius est multo cum Augustino sentire, fructus appellatione significatam fuisse quamlibet vtilitatem, vel manifestam vel occultam eorum, quæ terra radicitus alit, tribulosq; ac spinas non primum post peccatũ hominis nasci cœpisse: sed fuisse homini in pœnam quæ prius in pabulũ bestiarum nascebantur. Id quod liquet ex eo, quod non dictum est, Spinis & tribulos pariat terra: sed, Pariet tibi terra, quasi diceret, Incipiet tibi nasci ad laboris exitium, quod olim creatum est ad iumentorum pabulum. herbæ autem venosæ quanquam ad pœnam, vel exitium mortaliũ, quos Deus peccaturos præscierat, sint creatæ: habent tamen ipsæ quædam remedia salubritatum: & quæ non præstant escam, medicinam præstant: & quæ noxia sunt vsibus hominum, præbent feris & auibus pabulum. Addidit autem: Iuxta genus suum, vt esset nascentibus singulis virtus seminaria: & secundum genus eorum similia nascerentur, distincta similitudine, sicut origine. Subdidit enim.

2. Cor. 3.

August.

Cuius semen in seipso sit super terram.

Scilicet, vt similitudo nascentium prætereuntis similitudinem seruet, & in se cõtineat, nec aliunde mendicet, & super terram germinet

& non, aut in maria, aut aera radices mittat: quoniam in alienis elementis in altum radices agere nequit. Aiunt supersticiosi Iudæi, hoc in loco Deum prohibuisse diuersorum feminum mixturam, atq; alienom surculorum insitionem, quasi sit contra rerum naturam eam speciem procurare, quæ non possit sibi similem producere. & in suæ sententiæ argumentum allegant id quod lege cautum est ne quis in eodem agro diuersi generis femina conspergat: neue coire faciat animantia specie distincta. Sed neq; prorsus aduersa naturæ extimanda sunt, quæ natura admittit, fouetq; neque iam vetera illa legis statuta constringunt eos, qui, sublato per Christum Moysi velamine, legem ipsam spiritaliter intelligunt. Quamobrem o Christiane, quod Deo mundauit, tu ne commune, & ita mundum dixeris. Præsertim cum Iacobus Apostolus, filius ille tonitruu adeo sublimiter intonuerit, vt similitudine ab arborum insitione sumpta maxime congruenter incarnati verbi mysterium nobis commendet, dicens: In mansuetudine suscipite insitũ verbum, quod saluare potest animas vestras.

Leui. 19.

Iaco. 1.

Et factum est ita.

Sic enim fuit, vt iussit ille, cuius imperio ipsum quoque nihil facile, penitusq; obedit.

Et protulit terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum: lignumq; faciens fructum, & habes vnumquodque sementem secundum speciem suam.

Alterum, quod de terra superius dixerat, eam esse vacuam, nunc ostendit esse sublata: & quod protinus ad Dei imperiũ sine vllis mortalium spacijs, & frugiferas herbas, & fructiferas arbores protulit. Non ergo, vt ait Venetabilis Beda, prima vel herbarum germina, vel arborum genera de semine prodierunt, sed de foecunda terra: quia ad vnam conditoris iussionem apparuit arida herbis compta, nemoribusque vestita: quæ sui generis ex se poma produxerunt & semina. Oportebat enim vt formæ rerum Dei imperio primò perfectæ prodirent: quomodo homo, propter quem hæc omnia sunt condita iuuenili ætate psalmarus est. Ac perinde, quia cuncta hæc protinus ad perfectum prodita sunt, merito & nunc.

Beda.

Vidit Deus quod esset bonum:

Bis itaq; in operibus ad tertium diem pertinentibus replicatum est, Et vidit Deus, quod esset bonum. prius, quia in illo iam consummata erant aquae: posterius, ob eorum consummatam perfectionem, quae de terris oriuntur.

*Augusti.* Argute Augustinus iterum ait. Dicit, Vidit Deus quia bonum est. itaq; & vno die ista iunguntur: & iteritatis Dei verbis distinguuntur ad inuicem: quod de terra & mari propterea puto non esse factum, quia magis harum rerum est discernenda natura, quae cum oriatur & occidat, seminis successione propagantur.

Et factum est vespere, & mane dies tertius.

*Chrysof.* Chrysofostomus: Vide quomodo de singulis diebus dicit, Et factum est vespere, & factum est mane, non simpliciter & abiq; causa, sed ne ordinem confundamus, neq; putemus vespere in grue finem accepisse die: sed sciamus quod vespere finis est lucis & principium noctis mane autem finis noctis, & impletio diei. Denique factus est dies tertius. Ternarius autem numerus omnem complectitur numerum. siquidem omne illud quo computamus, est vnitatis, aut par, aut impar. at in ternario numero & est vnitatis, & paritas dualis. & imparitas ternarij. quare & hinc putare licet, merito in tertio die dictum bis fuisse, Vidit Deus quod esset bonum, ut gemina perfectio tam parum quam imparium ab vno Deo productorum nobis insinuaretur.

Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento caeli: & diuidant diem ac noctem: & sint in signa, & tempora, & dies, & annos. ut luceant in firmamento caeli, & illuminent terram.

Porro pro, Fiat, in Hebreo est *יהי*, iehi. i. sit. itaq; verbum est singulare. at nomen, luminaria, plurale quod ideo euenisse putat Caetanus, quod sit tubaudiendum suppositum illius verbi, Sit, vel, Fiat, lux. ut sit sensus: lux fiat luminaria. ita quod ea, quae in primo die facta dicta; est lux absolute, nunc distinguatur, diffiniturque; in sole, luna, & stellis. nam sole lucem suam lunae communicare ex deliquio ipsius lunae constat. Non ita de stellis certum, vtrum a sole lumen hauriant, necne. Vel potius secundum eorum sententiam, qui putant hoc loco per luminaria tantum duo, sole & luna significari, verbum quidem positum est singulare, nomen autem plurale, ut insinuetur vnum tantum esse lumen caeleste, ac perinde so-

le vnicum esse luminare per se lucens. quod alteri suam lucem communicet, ut lucere possit. unde & luna dicta est quod luceluceat aliena, hoc est. solis. De qua Cicero, Tu illa quae lucelucet aliena.

Fiant, inquit, luminaria in firmamento caeli.

Manifestum est hic appellari firmamentum totam illam orbium caelestium molem ab orbe lunae usque ad caelum stellatum extensam.

Et diuidant diem ac noctem.

Et quidem Deus diuiserat lucem a tenebris, alium dedit locum diei, alium vero nocti. Nunc autem iubet non tantum sole, sed cuncta luminaria diuidere inter noctem & diem: sic, videlicet, ut aliud sit lumen nocturnum, quod a luna, & stellis spargitur paruo splendore: aliud diurnum, quod a sole magno, plenoque; fulgore diffunditur. Et sint, ait, in signa non tantum serenitatis & pestis, fertilitatis & sterilitatis salubritatis, & pestilentiae horum enim signa, luminaria caeli esse possunt: quia ea vario motu, cursu, suoque; ipsorum aspectu, veluti quaedam Dei organa efficere possunt: sed expressit autor eorum tantum significationem, non autem efficiendi vim: ne inde mortales acciperent sibi ansam adorandi ea, tanquam numina quaedam, in quod impietatis malum Ethnici inciderunt. At ne eundem errorem Hebraei ruerent, a Mose praemonetur Deuteronomo. cap. 4. Ne forte, ait, eleuatis oculis in caelum videas solem & lunam, & omnia

*Cicero.*

*Deu. 4.*

*Ios. 10.*

*1. reg. 20.*

*Lu. 23.*

*Mat. 24.*

*Luc. 21.*

*Ptolom.*

astra caeli, & errore deceptus adores ea: & colas ea quae creauit Deus in ministerium cunctis generibus. Sunt & in signa aliarum rerum, non earum, quae vel a solo Dei arbitrio, vel humano depedent. nisi quatenus Deus speciali quadam praeter communem rerum cursum ratione eisdem signis dispensanter vtitur, ut decretum suum mortalibus per illa portet. Namque; signa fuerunt mirabilia & diuina adesse virtute demonstrabant, statio solis apud urbem Gabaon, regressio illius ad decimam usque; lineam sub Ezechia rege Iuda, deliquium solis patiente Christo: &, ante extremum iudicium sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & conuertetur in sanguinem & stellae cadent de caelo, & ut est apud Lucam, Erunt signa in sole luna & stellis. Quod si quando videantur portendere quaedam alia a praedictis, quae astronomi tumentibus buccis insolenter iactant, ambiguae plerumque; sunt certitudinis, maxime in his quae arbitraria sunt. Quis enim quisquam mortalium ab horoscopo cessatur ad hoc vel ad illud pronus: non tamen ad ipsum prosequi cogitur. verumque; est illud Ptolomei: Vir sapiens dominabitur astris. Ceterum, quicquid sit illud, quod astra minantur, habet consolationem suam, atque; securitatem Dei veri atque; omni-

*Hier. 10.* omnipotentis cultores. quibus ille per Hieremiam contestatur dicens: Viam gentium ne discatis: & a signis caeli ne metuatis: sed metuat gentes ab illis. Porro, pro eo quod sequitur.

In tempora.

In Hebraeo est *ימי שבת*, ymoghadim, quod nomen deductum est a verbo *ישב* iaghad, id est, testatus sum. hic ergo tempora vocantur dies statim & solennes, quos Hebraei a contestatione & admonitione, *ימי שבת*, moghadim appellant. quorum dierum frequentissima est mentio in sacris litteris. eorum itaque sol & luna indices sunt. ad solis enim & lunae cursum tunc dies festi celebrabantur, & repetebantur. sicut nunc ad solis & lunae cursum dies festi: siue mobiles sint, siue statim celebrantur, & repetuntur. Haec ita se habere facile cognoscet, & multo melius intelliget qui legerit sermonem quendam Ioannis Chrysofostomi, in quo ille confert Ioannis Baptistae conceptionem, atque; natiuitatem cum Domini nostri Iesu Christi conceptione & natiuitate. quae in quatuor initijs quatuor temporum anni, Veris, Aestatis, Autumni, atque; Hyemis mirabilibus, maximisque; mysterijs & gestis sunt, & a Christo credentibus celebrantur. Denique; sermo ille inscribitur, De Natiuitate Ioannis Baptistae.

*Chrysof.*

Consequenter subiicit & quidem signat, non, in diem, sed in dies: iam enim superius dixerat, Et diuidant diem ac noctem. sed hic dicit, In dies, quoniam sol per motum suum in obliquo circulo, quod magis accedit, ascenditque; ad Septentrionem longiores dies efficit: & quod amplius recedens a Septentrione versus Austrum vergit, tanto breuiiores dies reddit, prout visibus humanis esse nouit opportunum conditor ille, qui rebus quibuslibet tempora sua congruentissime adaptauit. Iam vero post dies, apposuit, Et annos. Annus Graeci dicunt *ετη*, eo quod mensibus in se recurrentibus voluatur: quos Vergilius imitatus ait, Atque; sua in se per vestigia voluatur annus. Unde & apud nos annus a circuito temporis dictus videtur. an, enim pro, circui, veteres posuerunt: & nare pro fluere. inde annus quod in se circumsuat. sol enim per duodecim signa Zodiaci excurrens annum conficit. unde & apud Aegyptios ante inuentas literas dracone picto suam mordente caudam, qui in se recurret, apte indicabatur. Simili quoque; etymologia ab Hebraeis annus dicitur, *שנה* sanah, a verbo, *שנה* sanah, quod illis sonat, iterare, vel, si latinitas admittat, secundare. Est itaque apud illos annus totum illud temporis

interuallum, quo moratur, vel planeta, vel orbis redire ad eundem punctum, a quo recesserat: vbiuis caelorum punctus ille designetur. Est itaque annus solaris totum spacium trecentorum sexaginta quing; dierum cum quadrante, quibus circulum suum sol peragere tardat. Est & annus lunaris integer dierum mensis, quibus immoratur Luna in reuertendo ad punctum unde fuerat profecta. id quod & de reliquis planetis recte cessaueris. Augustinus: Dies sunt conuersione fixorum siderum: anni vero manifesti, cum sol signiferum circulum peragit: obscuriores, cum id vnum quodque; vagorum siderum in suis orbibus facit. non enim dixit, & mensibus, quia fortasse mensis annus est luna. Quare benedictum est de luminaribus, Sint in annos, non, in annos: quoniam cuique; planetarum suus annus respondet. Animaduerte tamen lector, quod licet mensurnus lunae circuitus, secundum praedictam rationem annum quendam faciat mensurnum: in sacris tamen scripturis annus lunaris respondet anno solari atque; ut ei contemperetur, modo ex duodecim modo ex tredecim mensibus constat. Nam cum mensis apud Hebraeos non sint certo quodam numero dierum ad placitum instituti, sicut apud Latinos: sed sint praescripti ad naturalem dierum numerum, quibus luna suam periodum compleat: peractisque; duodecim lunae circuitibus compleantur dumtaxat trecenti quinquaginta dies, constat deesse decem dies usque; ad numerum anni solaris: quibus ter replicatis constituitur tertio quoque; anno apud Hebraeos A darfeni, id est, Februarius secundus. Finitque; eiusdem anni mensis iuxta praescriptum lunae motum, tredecim: solis autem, sicut quolibet anno, tantum duodecim. hinc vsuuenit, alios Ecclesiasticos tractatores tradidisse, natum fuisse Christum dominum, generis humani reparatorem mense a conceptu temporali decimo, alios autem nono: nempe, quod illi lunae, hi vero solis rationem computando secuti fuerunt.

*Augusti.*

Et luceant in firmamento caeli.

Hoc est, quod quibus caeli solidi sunt, velut erefusi, nihilominus luminarium lux illos sanè per spicuos penetrat, & illustrat: adeoque; per eos eminus lumen suum diffundunt: ut etiam illuminent super terram. ne homo in tenebras adducatur habitatione: sed lucis ministerio a conspectis creaturis earum autorem discat: & ne caecus oberret, nec in tenebris ambulans offendat: sed videat quod tendat, & ad quid faciendum manum porrigat, aspiciat. hoc est quod inter caetera creatoris praerogonia inquit Psalmista: Fecit lunam in tempora, sol cognouit occasum suum: posuisti tenebras, &

*Psalm. 103.*

facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiae sylvarum, catuli leonum rugientes, ut rapiant, & querant à Deo escam sibi. Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam. Super eo autem quod sequitur, Et factum est ita, liber cum eodem Propheta exclamare, Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Et factum est ita.

Quomodo? nempe quod Deus sine creaturarum aliquarum adminiculo per sapientiam suam fecit luminaria. hoc enim explicat dicens,

Fecitque Deus duo magna luminaria.

Vtrumque magnum absolute. Sed si inter se conferantur, alterum maius, alterum minus. Et quidem reuera sol maximum est luminare: quia quaelibet alia sidera magnitudine superat. Luna vero magnū dicitur luminare: quia per se tale est: & tale nobis videtur. licet sit multo minus sole, immo quacūque stellarum, quæ visu insignitæ notantur, & dignoscuntur. Et iuxta mysticos intellectus, duo sunt luminaria magna, verbum & humanitas in Christo, id est, duplex in eo sapientia, increata, & creata. Duo item luminaria magna Christus, & Maria: Lex item, & Evangelium: Ecclesia triumphans, & militans: verbum Dei, & ratio humana: in eodem item homine portio superior, & inferior: in eadem domo vir, & vxor: in eodem denique orbe Ecclesiastico summus Pontifex, & imperator.

Fecitque Deus duo magna luminaria: luminare maius, ut præesset diei: luminare minus, ut præesset nocti. & stellas.

Quod autem dicit, ut præsideant diei, & nocti, licet ad solem & lunam maxime pertinere videatur: tamen ad omnia astra referri potest. Nam & hic post solem & lunam appositum: Et stellas. Et per Moysen ipsum explicatur, Qui fecit, ait, luminaria magna, solem in potestatem diei: lunam, & stellas in potestatem noctis. Et reuera hæc præsentia, atque potestas ad illam vim efficacissimam astrorum omnium referenda est, per quam experientia teste compertum nobis est varios & mirabiles quosdam effectus toti orbi præstare. Id quod

Psalmodographus insinuavit, cum Dei mirabilem sapientiam decantans, dixit: Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat, hoc est: Deus ipse solus est, qui vniuersa astra, quantumuis multa ad certum quendam numerum distinctè cognoscit: & in singulis quibusque illorum suas ipsorum potestates, & agnatas virtutes penitus agnoscit. Ad hoc nimirum in primis pertinet, quod dixit, solem dispositum in potestatem diei. quippe qui non tantum lumine suo diem facit: sed etiam interdiu eorum vires exerit, quod calore suo rerum elementa foueat, & vi quadam occulta ad mutuam mixtionem attemperet, & inuicem attemperata ad germinandum fructificandumque promoueat, augeat, explicet, seruetque: præsertim ea, quæ calida sunt & sicca. Ad idem quoque attinet, lunam fuisse factam in potestatem, atque noctis dominium. non solum, ut noctem illuminet: sed etiam, ut diurnum feruentis solis æstum frigore temperet: gignatque copiam illorum humorum, qui ad miscenda inter se elementa, componendaque alia, atque alia corpora, nec non & alenda, sunt per necessarios: augeantur fontes, flumina, maria: ac demum ea seruet, quæ frigida sunt & humecta.

Et posuit, ait, eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram, & præessent diei ac nocti: & diuiderent lucem, ac tenebras.

Quod ait, Et posuit eas in firmamento, non modo ad stellas, quæ fulgent octaua in sphaera, sed etiam ad solem & lunam reliquosque planetas referendum est. ea enim vniuersa posita sunt in suis orbibus, & ut more philosophorum loquar, non veluti locatum in loco, sed ut est pars singularis in suo toto: sunt enim astra deorsum partes suorum orbium, vel addita vel agnata sibi luce micantia. ex quo fit, ut orbium suorum motu illa contoluantur. Porro tria eorum replicat officia. primo quidem, quod luceant super terram, super quam minime lucebant, quum tenebræ erant super faciem abyssi, eaque erat aquis contacta. Secundum, ut præsent diei, ac nocti, quo caloribus frigidibusque inuicem temperatis & terra, fruges & fructus concipiat, germinet, augeat, perficiat: & mortales, nec nimio æstu soluantur, nec nimio frigore constriuantur: sed commoda suauitque temperie fruuntur. Tertium, ut diuiderent lucem à tenebris: videlicet, ne mortales, aut continua luce peruiigiles defatigarentur,

neue diuturna caligine illumines torperent, sed alternis vicibus laborarent, & quiescerent. Et primum quidem dixerat, Fiat luminaria, deinde addidit, Et factum est ita. postea, Et fecit Deus. Nunc demum replicuit illa tria officia, haud ociose, sed commodum: ut noueris solem, ac lunam, cæteraque astra, præstare quidem illa tria, sed tanquam quædam Dei ministeria eadem exequi: quo, non annuente, nec cooperante nihil omnino efficere illa possent. iuxta illud Osee. 2. Dominus exaudiet cœlos: & ipsi exaudient terram, & terra exaudiet frumentum, & vinum, & oleum: & ipsa exaudient Israel. Sensus est, quod si Israel Deum audierit, eumque pie coluerit, Deus & cœlum, & terra ipsa, atque frumentum, & vinum, & oleum in eius fauorem conuenient, ut vberissimo alimentorum prouentu fruatur. Ad hoc nempe facit id quod & in opere diei tertij ex parte attingimus, videlicet, herbas, frutices, arbores productas fuisse, antè quàm sol & luna, cæteraque astra fierent. quò nobis constaret aperte, gigni quidem illa omnia, diuina potius, quàm astrorum vi: tautūque illa ad eadem germinanda, augenda, perficiendaque valere, quantum facultatis donat ipsis Deus, à quo ad ea munera obeunda, tanquam aptissima instrumenta mirifice constituta sunt.

Et vidit Deus, quod esset bonum.

Chrysostomus: Vides, quod singulis diebus ostendit diuina scriptura, Deo placere creaturas, ut omnem amputer occasionem eorum, qui accusare audent ea quæ ab illo sunt facta: quia huius gratia vnoquoque die quod scriptura diuina assignat, certum esse debet. sufficiat alioqui de omnibus creaturis semel dicere, quod omnia quæcūque, fecit Deus sunt valde bona. sed sciens, quanta sit mentium nostrarum infirmitas, particulatim hoc facit: ut discas quod sapientia quadam omnipotenti, & misericordia inenarrabili producta sunt omnia.

Et factum est vespere, & mane dies quartus.

Porro solis fulgore, ac lunæ splendore, astrorumque nitore dies quartus constituitur, & nobilitatur. quia videlicet erat prius in occultis & inuisibili Dei dispositione: & nunc est in hac visibili specie præclara dies verbi æterni pulchra, & lucida clarificatio vnigeniti filij. Nanque corporalis iste sol, & conspicabilis solem illum iusticie, quæ Deus, inuisibilem, quæ

homo visibilem adfiguratur: & luna Ecclesiam quam vidit Ioannes amictam sole: & stellæ iustos, quia sicut stella differt ab stella in claritate, sic erit resurrectio iustorum.

Dixit etiam Deus.

Nempe verbo suo illo æterno, quàm inuisibili, tam efficaci:

Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cœli.

Porro sicut superius Hebraicus sermo habet אֲשֵׁרֵי מַיִם, tadé, id est, herbificet: ita & hic habet אֲשֵׁרֵי מַיִם, ifrezu. pro quo non occurrit verbum quod latine fingamus. quod enim terræ est, deesse, herba, hoc aquis est, scilicet, proles & pullulatio aquarum, quam Hieronymus eleganter est interpretatus productionem reptilium, quia commodius vocabulum non inuenit, quo Latine Hebraicum redderet. nam & reptile potius terrestri, quàm aquatili congruit. Producant, ait, aquæ reptile animæ viuentis. producant, ait, sub aëdis formæ. ergo sicut terra deesse germinauit, herbas & arbores Deo cooperando: sic & aqua virtute diuinitus concepta, cum Deo ipso egit ad reptilium procreationem. Esto, quæ his aqua producendis, sicut terra illis materiæ præbuerit. & quid mirum est, de fluxu aquarum elemento solida nasci, vel produci corpora? Nonne mirabilius est, quod de nihilo omnipotens conditor iam ipsum aquarum elementum fecerat? Producant, ait, aquæ. Non quæ pisces, ac volucres ex aqua tantum consistant, sed quæ eis cum aqua est peculiaris quedam cognatio, propter quam piscibus volatilia in sui procreatione iunguntur. Rectè Augustinus. Quod volatilia, inquit, ab aquis producta scribuntur, non debet absurdum videri. quoniam aer in quo aues volitant à sapientibus cum aquis deputatur, pro eo quod aquarum humida exolutione pinguescit, ut volatus auium sustinere possit. Ob hoc non immerito pisces & volucres de aquis nata esse commemorantur: quia vna est, vel certè proxima aeris aquarumque natura. sed quidquid aquarum vndosum & fluidum est, reptilibus deputatum est: quidquid verò vaporabiliter suspensum est, auiibus deputatum est, ut vna stirpe prodita diuersa capiatur loca. Cur autè addidit, Animæ viuentis, cum, nec possit esse reptile, quod non habeat animam: nec anima quæ non viuat? An istam manifestiorem vitam commédare voluit, quæ inest animalibus sentientibus,



quoniam stipites ea carent? Viuentis itaque addidit, vt ostēderet animam sensitiuam an- testare plantatiuæ. Illa enim sensu motuq; p- stat. hæc autem abiq; sensu semper stupet, ei- dēq; loco radicibus hæret. hanc ergo ob cau- sam in plantarum germinatione nullam de anima mentionem fecit, quod nullibi in to- ta scriptura sacra vim plantatiuam diuinus au- tor animæ dignatur honore, quia nullibi eā animæ vocabulo donat. Ad eādem fortē cau- sam pertinet, quod productis herbis, plantif- que Deus non benedixit. an deniq; cum di- xisset, Producant aq̄e reptile, addidit animæ viuentis, vt animam reptilium distingueret ab anima hominum? Cum enim dicit, Ani- mæ viuentis, subaudiri vult, Et non etiā dif- cernentis. Nam eod quidem vita reptilium vi- tam superat herbarum, atq; lignorum, quod sensitua est. nam & illa viuūt quidem, sed nō sentiunt. Verūm hæc longe inferior est, quā vita hominum, quia, non solum sic viuūt ho- mo, vt sentiat, sed viuūt & sentit, & quod dig- nissimum est, discernit.

Creauitq; Deus cœte grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilem, quā produ- xerant aqua in species suas, & omne volatile secūdem genus suum.

Animaduerte primūm hoc in loco, nō inter- poni post Dei præceptum id quod alibi, Et factum est ita: sed continuō sequitur: Et crea- uit Deus. vt vel hinc intelligas, ad diuinā vim omnium rerum foeturam esse referendā ma- ximē: nec sic illum rebus res alias procreandi virtutem indidisse, quin ipse illis cooperaretur: nec sic eundem ex creatis alia procreare, vt à rerum naturis effectiones earum suspen- deret, sed simul Deum, & aquas ad reptilium & volatiliū foeturam coegisse. Animadu- erendum & illud, quod verbum, creare, sacris in literis non simpliciter accipi solet. modo enim creare est, ē nihilo aliquid producere: quo sensu dictum est superius, In principio creauit Deus cœlum & terram. modo est grā- de aliquid, & excellentius facere: quemadmo- dum hoc loco creandi verbo vsus est, vt cæ- torum granditatem significaret. modo etiam creare est, aliquid ex insperato producere, at- que insolitum quidpiam edere vt Num. 16.

Num. 16

Sin autem rem nouam fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos. vltimo creare est, aliquid in meliorem conditionem mutare, quale est illud Psalmi, Et populus, qui creabitur, laudabit Dominū, id quod & Da- uid expetebat Deum sic precatus: Cor mun- dum crea in me Deus. Et ne ignores, quam creatiōnem intelligat, euestigio exposuit eā dicens, Et spiritum rectum innoua in visceri- bus meis. Innouatio igitur spiritualis mundi- ciæ per iusticiæ rectitudinem ipsa est quædā purificati cordis recreatio, Creauit itaq; Deus cœte grandia: Hebraice חַיִּים רַבִּים, hatāni- nīm, id est dracones. Eodem verō nomine, vt verbis vtar Augustini Steuchi dracones ter- restres atq; marini vocantur. Neq; enim cœ- te atque marini pisces aliud in aquis sunt, quā dracones, ac serpentes in terra. Quāquam igitur nomen Hebraicum draconem sonet: tamen pisces, qui eadem forma, & magnitu- dine sunt, significat. inuenimus & alibi in- gentes pisces dracones vocari: vt Psalm. 147.

Psal. 102

Psal. 503

Stenchi

Psal. 147

Dracōes, & omnes abyssi. per abyssos aquas copiosissimas intelligens, per dracones maxi- mos pisces. nam dracones terrestres eodē lo- co inferius citat, dicens: וְרִמְּסֵי יָם, id est, ser- pentes. Recte igitur Dracones, Hieronymus cœte vertit. simul etiam & Septuaginta secu- tus, qui & ipsi interpretantur. καὶ ἐπιπλοῦντο οὐ- θένος τῶν κήτην τῶν μεγάλων, & fecit Deus cœte grandia. neq; per cœte vna eorum pisciū spe- cies intelligitur, sed omnes grandiores pisces sic vocantur. de qua re & Theodoritus, in- quit, Cœte em̄ omnia ea vocat, quæ inter a- quea vasta sint: quāquam eorum quoddam sit discrimen. quā ob rem addidit magna.

Theodo.

Et omnem, ait, animam viuen- tem, atq; motabilem.

Quia sunt aquarum animantia, quæ nō rep- tant, sed natando, vel pedibus ambulando in- cedunt: sunt & volatilia quæ pennas habent, sed omnino volatu carent: ne aliquod genus prætermisum videretur, generaliter compre- hendit omne genus reptilium, natalium, & quæ cauribus in hærent fixa, vt concharū plu- rima genera. Quod d autem addit.

Quam produxerāt aqua in spe- cies suas, & omne volatile secū- dum genus suum.

Videtur habere quæstionem, quomodo illa, quæ aqua produxerant, Deus creauit: non enim creari possunt, quæ iam constat esse pro- ducta

ducta: sed hæc nullatenus sic sunt accipiēda, tanquam prius illa aqua produxerit, & eadē Deus postea creauerit: sed quod illa nō crea- uit Deus simpliciter ex nihilo: sicut cœlum & terram: sed effecit ea concurrentibus secum aquis, & materiam, & efficientiam suam ip- sorum productioni præbendo secūdu vir- tutem eis à Deo inditam. Designatē autem scripsit obliqua oratiōe aquas produxisse rep- tile animæ viuentis, denotans aquas produ- cendo natatiliū volucrumq; corpora, sen- sitiuarum animarum productioni cooperā- tas fuisse. At Deum, dixit, recta oratione cre- asse omnem animam: quia productio animæ sensitivæ quæ principium sit cognoscendi, mouendiq; se quaquaversum, ad diuinæ po- tentiæ rationē pertinet, potius quā ad iners elementum, quod & cognitionis & animalis motus est expers. Meminerimus & in hoc lo- co sane, Secūdem genus suum, de ijs creatu- ris dici, quæ seminali propagine reparantur: nam de herbis iam hoc, & de arboribus di- ctum est. hæc enim ita creata sunt, vt ex eis alia generentur, quæ & formam seruent po- steritatis & specie distinguerentur à cæteris. At verō creato homine nil tale dicitur, quia humana natura nō in plures distribuitur spe- cies: sed vna duntaxat contenta numerosissi- ma plurimorum hominum multitudine gau- det.

Et vidit Deus quod esset bo- num.

Et hic, sicut in cæteris locis, intelligendū est, quod vtrunq; genus ex aquis procreatum & reptilium & volatiliū Deus adprobauit: quia ad artificis exemplar condita exiit- runt.

Benedixitq; eis.

Profecto herbis, arboribusq; non benedixit Deus, quia per se satis multiplicatur: nec si- cut pisces, & aues mutuo maris & fœminæ coitu ad gignendum indigent. Esto q̄ quæ- dam arbores aliarum adiunctione, veluti ma- rituali quodam connubio, fœcūdiōres fieri di- cantur. Alioqui solum ipsum suapte natura fœcundum, herbarum, arborumq; semina, vel illata, vel per se cadentia excipit: & ideo multiplicandæ posteritati solum ipsarum es- se sufficit. Verūm reptilibus & volatilibus, si nullus fuisset appetitus gignendi, non ipsa crescerent aut multiplicarentur: & non steti- set eorum genus. Cum ergo initium existen- di accepissent, oportuit eiusdem creatoris im- perio, naturalem illis medullitus inseri amo-

rem, & appetitum coeūdi: vt masculus ardēs ad semen ingerendum, fœmina nihilominus auida foret ad recipiendum: hoc enim illis be- nedictio contulit, & ob hoc necessaria fuit.

Benedixit itaque eis, Nempe reptilibus & volatilibus, Dicens, Crescite & multiplica- mini, & replete aquas maris. a- uesq; multiplicentur super ter- ram.

August.

Augustinus: Benedictionem ad fœcunditatē valere voluit, quæ in successione prolis appā- ret, vt ea benedictione, quæ infirma & mortā- lia creata sunt, genus suum nascendo custo- dian. Sed cum etiam stirpes nascēdo teneāt similitudinem prætereuntium, cur eas nō be- nedixit? An quia sensu carent, qui rationi vi- cinus est? Non enim vacat fortasse, quod secū- da persona vtitur Deus in benedicens, dū hæc animantia compellat quodam modo tā- quam audientia, dicendo, Crescite & multi- plicamini, & implete aquas maris. Nectamē in eadem persona vsq; ad finem benedictio- nis venitur, sequitur enim, Et volatilia mul- tiplicentur super terram: Nisi forte hoc ipso significatur, sensum animantium nō ad eo vi- cinum esse rationi vt forte possit accipere cō- pellantem, sicut quæ intelligunt, atq; vti ra- tione possunt. Iam verō quod dicit, Crescite non sic accipiendum est, quasi iubeat pisces, auesq; primum creatos per ætatem suarū suc- celsiones corporum incremēta suscipere: quoniam a iulii procreati sunt, & grādes, a- deoq; maturi mutuis congressibus, vt statim coire gignereq; valerent: tollitur enim verbi- ambiguitas orta, ex eo quod Latine est, Cre- scite, qd̄ Hebraice est פָּרָוּ, perū, hoc est, fruc- tificare, à nomine פָּרָוּ, perū, id est, fructu. id- verō est crescere in animalibus, quod fructi- ficare in arboribus. Crescite itaq; inquit, id- est, sobolem edite, & multiplicare: sic videli- cet, vt non tantum vnum, vnum producat, sed vnum multa, & multa plura & plura plu- rima Chryso. Et quidem præceptum bre- ue est & verbum vnum. genera autem ani- malium diuersa & varia. Sed nulla te admira- tio teneat, verbum enim erat Dei, & sermo ipsius his quæ fiebant substantiā largitus est, eisq; perpetuam fœcunditatem tribuit. ver- bum enim illud vsque in præsentem diem il- la conseruat: & tantum præterijt tempus, ne- que vnum horum genus imminutum est. nā benedictio Dei & verbum, quod dicebat, Crescite

Chry.

Crescite, & multiplicamini, ut subsisterent & durarent, illis contulit. Fuit autem consequens multiplicandis decernere loca eis conuenientia, idcircoque adiecit, Et replete aquas maris, quæ ad utrumque genus animantium de aquis factorum, id est, pisces, & aues pertinet, quia, sicut omnes pisces non, nisi in aquis uiuere possunt, ita plurimæ sunt aues, quæ etiam in terris aliquando requiescant, foetusque faciunt: non tamen de terra, sed de mari uiuunt, & libentius mari, quam terra utuntur. Quod uero subiungit, Auesque multiplicentur super terram, ad utrumque genus animantium, quæ, uel de aquis, uel de terra uiuunt, respicit, quia etiam aues, quæ sine aquis non uiuunt, quæ etiam in profundo lateant, sicut pisces, latent, nonnunquam super terram ingredi solent, maxime cum foetus faciunt, & nutriunt. Enim uero caute diuinus Historicus hoc in loco non adiecit, Et factum est ita: quia animalium horum foetura atque multiplicatio non uero die perfici poterat, sed futuris postea temporibus perficienda diuina benedictione decernebatur.

Et factum est uespere, & mane dies quintus.

Sed quoniam quam proximè sunt sibi numerorum rationes, tam finitimæ sunt inter se animalium species, & sic coniunctissimo inter se ordine ita sunt conexæ, ut inter sibi proximas media nullatenus intercedat, continuo ab astantibus procreatis quinto die, transit ad ea quæ procreanda essent sexto die, in quiens:

Dixit quoque Deus, Producat terra animam uiuentem in genere suo, iumenta & reptilia, & bestias terræ secundum species suas.

Post cælum repletum sideribus, & aerem uolatilibus, qui propter uiciniam cælum nominatur: post impletas aërialibus suis aquas, quæ aeris uicinæ sunt, consequens erat terram aërialibus suis impleri. Ipsa enim terra cognationem habet nonnullam cum aquis: sine quarum succo & irrigatione, nec fructificare potest, nec compacta subsistere. Iubet ergo Deus, terram producere iumenta & reptilia & bestias terræ. in bestiis quidquid ore seruit, & uingibus præter serpentes comprehenditur. In reptilibus etiam serpentes, nomine iumentorum, quæ in usum hominum sunt animalia, designantur: conditionem uero cæterorum quadrupedum, ut ceruorum, & huiusmodi, pro indomita feritate inter bestias numeramus. Sanè cum di-

cit, animam uiuentem, animæ appellatione ipsam animal intelligi uoluit, à parte totum significans. idcircoque fecit non ociose: sed ut doceret animam sensitiuam quadam naturalis mixtionis uirtute produci: ac perinde eam secundum totum genus suum esse corruptibilem. Non ergo terra tantum materiam præstat, ex qua animalia producantur: sed producis ex ea primis animalium indiuiduis per Deum, cui illa cooperata est eo modo quo uoluit ille, qui eam uim telluri mirifice contulit, quotidie uel animalibus inuicem ad generationem coeuntibus, uel minime ad id congre-dientibus diuersa uariisque animantium genera, alia quidem perfecta, alia autem imperfecta procreat. nam quæ per quandam quorundam mixtorum putrefactionem è terræ uisceribus erumpunt, ut mures, imperfectiora sunt eis, quæ per maris, & foeminae congressum gignuntur: qualia sunt, equus, & bos, & alia id genus. Pulchre Augustinus: De quibusdam minutis animalibus quaestio est, utrum in primis conditionibus creata sint: an ex rebus productis: pleraque enim de humidorum corporum uitij, uel exhalationibus, uel cadaueribus gignuntur. quædam etiam de corruptione lignorum, & herbarum, & fruticum. & Deus omnium autor est. Potest autem dici, minutissima quæ ex aquis, & ex terra nascuntur, tunc esse creata, in quibus & illa intelliguntur, ex eis quæ terra germinante orta sunt. Quæ uero de corporibus animalium, maxime mortuorum, absurdum est dicere cum animalibus ipsa creata esse, nisi quod potentialiter in ipsis, & materialiter erant præfeminata.

Et factum est ita.

Hoc est, terra produxit omnia prædicta animalia, sicut Deus omnipotenti iusserat imperio. At ne putares errore aliquo deceptus, sic terram uim creandi animantia accepisse, ut tantæ potentia largitor ab opere cessaret, euestigio id ipsum de medio tollit, tribuens ipsi Deo primas partes in animalium productione. Absolute enim ipsi Deo animalium productionem attribuit, ac si terræ non meminisset, dicens.

Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere suo.

Terræ apposuit: ad discrimen reptilium, bel-luarumque, marinarum. Augustinus. Hæc forsitan secundum genus dicuntur, quia ita orta sunt, ut ex eis nascantur alia, & originis formam

nam successione cõseruent. De homine autem hoc dictum non est, quia unus fiebat de quo, & foemina facta est. Non enim multa genera hominum facta sunt, sicut & herbarum & lignorum, ut dicatur. Secundum genus suum, ac si diceretur generatim: ut inter se similia atque in unam originem seminis pertinentia distinguerentur à cæteris. Queritur, Cur hæc animantia non procreauit; Deus cum piscibus & auiibus, natura, sensu, motuque ferè sibi proporsus equalibus? Ea propter, ait Rupertus, quod, & si in eodem essentia gradu iumenta & sensibilia sint, nec ultra ualent: recte tamè cum homine diei sexto computantur: quia cuius homo, eiusdem partis mundi, scilicet, terræ, ornatus iumentorum quoque genus est, & eius potissimum substituta seruitio sunt. sicut uidentur, quæ neque uolatilia, neque reptilia, quæ produxerant aquæ, sed sola iumenta homini cooperantur, & collaborant.

Et uidit Deus: quod esset bonum.

Augustinus. De uenenosis, & perniciosis iure quaeritur, utrum post peccatum hominis ad uindictam creata sint, an potius creata innocua peccatoribus nocere coeperunt. potuerunt ergo creata nihil nocere, si causa non fuisset, uel terrenorum, puniendorumque uitiorum, uel probandæ, uel perficiendæ uirtutis: quia & exemplum uirtutis, & patientiæ alijs danda: & homo tentatus certius sibi innotescit. Et iure salus illa turpiter per uoluptatem amissa, per dolorem fortiter est recuperanda: bestia tamen bestijs nocent, quæ peccatum non habent, ut nec uindicta dicatur, nec tali exercitio recipiant uirtutem: sed aliæ sunt cibum aliarum. nec ideo recte non essent, quibus aliæ uescuntur. habent enim omnia, quandiu sunt, mensuras numeros, ordinesque suos, quæ cuncta merito considerata laudantur. Illud etiam mouet, si animalia noxia uiuos lædunt pœnaliter, exercent salubriter, aut ignorantes docentur in escas mortuos lacerant. quasi quicquid interficit caro iam exanimis, per quos iam transitus eat, quæ mirabili potentia est reformanda. immo & hinc fit quædam prudentibus admonitio, ut ita se commendent creatori omnia maxima, & minima occulto nutu administrati, cui etiam nostri capilli numerati sunt: ne propter inanes curas corporum exanimatorum uilla genera mortuum perhorrescant, sed pie fortitudinis numeros ad omnia præparare non dubitent. Nunc autem con-

grue quaeritur, quare productis bestiis non benedixerit Deus. An quia in illis erat draco qui ob tentationem, qua diabolus per illum hominem in malum impulit, & in mortem adiecit, ita maledicendus erat, ut eius maledictionis nulla unquam futura esset reuocatio? An potius quod de prima creatura anime uiuentis dictum erat, de secunda subintelligendum reliquit: maxime quia in huius diei operibus alia plura dicturus erat: herbas autè & ligna, quia non habent generandi affectum huius benedictionis forsitan indigna iudicauit. Quod necessario repetitum est in homine, ne quis putet in officio gignendi filios, esse peccatum, sicut in fornicatione sine coniugio. Iam uero alijs animantibus creatis atque probatis, facturus Deus hominem, ueluti alio exorsus est principio, & ait.

Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.

Quare igitur de solo homine procreando dictum est: Faciamus hominem: de alijs autem creaturis legitur, Dixit Deus, ut fierent, & facta sunt. uidelicet, quia rationalis creatura cõdebat, ut cum consilio facta uideretur: & ut nobilitas eius ostenderetur. At uero cum dicitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, merito quaeritur, quisnam hic loquatur, & ad quos sermo loquætur dirigitur? proculdubio Pater Filium, & Spiritum sanctum alloquitur, qui in una creandi potentia eademque actione cum ipso patre ita conueniunt, ut nullatenus, aut hic ab illis, aut illi ab hoc disseparari unquam possint. Facessat ergo impia ludæorum uersutia delirantium sanè turpiter, in eo quod fabulatur, Deum, uelut *μονοθεῶν*, *Μονοθεῶν* solum, cum angelis de creando homine egisse. neque enim tam ad corporis humani formationem, quam ad animi creationem, secundum quem homo, Dei, qui spiritus est, imago esse reperitur, consilium Dei est referendum. At uero angelis, quamuis ingenua polleant natura, mirabilis tamen illa creandi facultas, neque aliquando fuit communicata, neque eis ab ipso Deo communicari potest. Ea enim vis Dei tantum est, qui facit mirabilia magna solus, quique solus potestatem habet illam infinitam, quæ ad ueram absolutamque creationem exigitur: per quam, quando documque ei placuerit, Vocat ea quæ non sunt, ut sint. Et præter id quod ex Esaia attulimus superius, huc quoque pertinet, angelos ipsos inter cæteras quoque creaturas, ad gratiarum actionem



Psal. 148

aetionē communi autori repēdendam à di-  
uo Cytharedo inuitari: idq; in primis, vt pri-  
mi essent in laudibus Deo referendis, qui ef-  
sent conditione præcipui. Laudate, ait, Do-  
minum de cœlis: Laudate eum in excelsis.  
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eū  
omnes virtutes eius. Cum autē omnes pro-  
uocet, nullum à laudum soluendarum debi-  
to excipit. Pauloq; postea pro manifestanda  
eiusmodi officij causa, subiungit, Quoniam  
ipse dixit, & facta sunt: ipse mādauit, & crea-  
ta sunt. Præterea, non est vna eademque di-  
uina natura, & angelica, ad quam, tanquam  
ad communem imaginem, fuerit homo for-  
mandus: idque Helii apud Iob contestatur  
dicēs: Ecce Deus excelsus in fortitudine sua,  
& nullus est ei similis in legislatoribus. At  
vero, quos Helii legislatores vocauit, eos  
Psalmes Deos nominauit dicens: Non est si-  
milis tui in dijs Domine: & non est secun-  
dum opera tua. Sane pro, similis tui Hebrai-  
ce habetur, *אין כמותו* Camócha, idest, sicut tu,  
quod significantius datur intelligi, cœlestes il-  
los, atq; sublimes Spiritus, quos, alioqui Scri-  
ptura sacra, diuina appellatione nobilitauit,  
à deitatis consortio procul abesse: nec posse  
eos illa creationis, gratificationis, & glorifi-  
cationis opera proferre, quæ soli conditoris  
maiestati sunt peculiaris. Gratiam, inquit, &  
gloriam dabit Dominus & illud: Ipse fecit  
nos, & nō ipsi nos. Sed hæc hæc aduersus  
eorum perfidiam, quos à pertinacissimo cō-  
uersos errore, recte de sacra Triade nobiscū  
sentire magnopere desideramus. Denique  
percutit hoc loco vehementer Arium Pa-  
ter, cum Filium & Spiritum sanctum, tan-  
quam pares sibi creandi potestate alloqui-  
tur. facit & ad hostes fidei cōsultandos, quod  
sequitur: Ad imaginem nostram. Siquidem  
ea imago nullatenus est ipse Pater. hæc enim  
appellatio nusquam in scripturis sacris repe-  
ritur Patri attributa, ei repugnante propria  
ipsius patris innaſcentia. nec accipienda est  
illa imago Spiritus sanctus, qui amor quidem  
nuncupatur. nunquam autem imago nec à  
prophetis, nec ab Apostolis, nec ab Eccle-  
siasticis tractatoribus, qui de illo cautius re-  
ligiosusque sermonem faciunt, Spiritus san-  
ctus vnquam nominatur imago. Non deni-  
que Filius hoc loco imago dicitur, non em̄  
dictū est, vt notauit Augustinus, Ad imagi-  
nē tuā, sed nostram. Quāuis ergo Filius, iux-  
ta Apostolum, sit imago Dei inuisibilis. non  
tamen hic tributa est ei imaginis appellatio.  
nam si putes Filium denotari, cum dicitur,

Augusti.  
Col. 1.

Ad imaginem nostram, vide nē fallaris. nā  
si rogeris, quorum nostrum Filius sit imago,  
nequaquam potueris respondere, Patris, &  
Spiritus sancti: quia, licet Filius imago sit Pa-  
tris, non tamen est Spiritus sancti imago: si  
quidem nullatenus ab eo procedit. nō item  
apte exposueris illud, Nostram, idest, Patris  
vnus: cum Pater sit tantum vnus, & non plu-  
res. nostra autem necessario plura exigit  
appellata. Iam verò minimè patiar te hoc  
in loco ineptē, imō impiē grammaticari, vt  
confugiens ad eum tropum, quo pro nume-  
ro numerus solet vsurpari, dicas, nostrā plu-  
rali significatione positum esse, pro, mea-  
quoniam non est mos Scripturarum san-  
ctarum, vbi de diuina maiestate agitur, nu-  
meros inuicem commutare, nisi ingens ali-  
quod insinuetur mysterium. at hic nullum  
tale mysterium apparet, propter quod insi-  
nuandum Pater de se solo loquens fuerit a-  
busus numero plurali pro singulari, dicens  
potius, Ad imaginem nostram, quàm meā.  
Denique vbi sanctæ Trinitatis mysterium  
non significatur, semper de se singulari ver-  
bo, atq; pronomine vsus manifestat se Deum  
vt est illud, Finis vniuersæ carnis venit co-  
ram me: & illud, Non erunt tibi Dijs alij præ-  
ter me: & alia. Quod si dicas totam Trinita-  
tem vni sibi loqui, ad cuius imaginem crea-  
tur homo. attende obsecro diligēter, ne for-  
te haud satis sapiēter tradatur, illā beatā Tri-  
nitatem esse imaginem ipsam, ad quam fiat  
homo. nam euestigio teneberis proderere exē-  
plar aliquod illius tantæ imaginis. at nullum  
inuenies, quod in medium proferas. si qui-  
dem nihil dabitur, quod sit prius ipso Deo  
quoquo pacto intelligibile. At cuius rei exē-  
plar non est, nec eadem imago est. hæc enim  
duo, exēplar, & imago, ita vicissim ad se re-  
feruntur, vt eorum altero sublato, consequē-  
ter auferatur & alterum. Quod si summa &  
diuinæ Trinitatis nullum est exemplar, nul-  
lius ea est imago: sed mundus quidam pro-  
totypus, & primitiuum exemplar, & mira-  
bilis idea, ad cuius mirificam rationem que  
per verbum facta aut producta sunt, in ipsius  
imaginem pulcherrimè condita sunt. Exem-  
plar ergo, summa est Trinitas ad quod for-  
matus est homo: imago autem ipsius exem-  
plaris ipse est homo, qui in illius imaginem  
factus est. Quod vt clarius elucescat, oportet  
Hebraicam originem repetere, in qua sic in-  
uenies scriptū *וַיִּצְלַח אֱלֹהִים אֶת נֹחַ בְּכָל-  
מַעְשָׁיו* qđ ad verbū sic interpretatur: **Faciamus hominem in imaginē nostrā**  
quasi

Exod. 28

2. Reg. 7

2. Reg. 7

2. Reg. 7

1. Cor. 11.

Hebr. 1.

Isa. 6.

Hieron.

quasi similitudinem nostram, ergo quemad-  
modū oblique dictū legimus, Ego ero illi in  
patre, & ipse erit mihi in filio, pro eo quod est  
ego ero illi pater, & ipse erit mihi filius: & mul-  
ta his similitudo, salua meliore sententia, arbi-  
tror accipiendum hoc, Faciamus hominem  
ad imaginem nostram, ac si dictum fuerit, fa-  
ciamus hominem, qui sit imago nostra: itaq;  
imago non pro exemplari, sed vt exigit ipsa  
verborū proprietates, pro eo quod ab ipso du-  
citur, conuenientissime accipiatur. Attamen  
ne forte mentem cuiuspiam diuinę illius na-  
turæ maiestatem minus intelligentis cogita-  
tio subiret stultissima, scilicet hominem Dei  
imagine insignem, factori suo esse parem: o-  
ratione obliqua pro recta vsus est cōditor ip-  
se. nō em̄ dixit, Fiat homo imago nostra: aut  
Faciamus hominem imaginem nostram: sed  
in imaginem nostrā. Id quod vt apertius ex-  
plicaret, mox addidit, quasi similitudinē no-  
stram: Quasi enim diminutiua particula est.  
vt inde noueris, hominē factū quidē in ipsius  
Dei imaginem, in eo esse suo ipse modo.  
nam & Paulus id ipsum tradidit, præcipiēdo  
virō, non debere eum velare caput suū, quo-  
niam imago & gloria Dei est: sed nō esse ge-  
nitivam, absolutam, æqualemue ipsius simi-  
litudinem: neq; talē, qualis est Filius Patris,  
qui est in sinu eius, huc tendit illa notissima  
pariter & potentissima Pauli Apostoli testi-  
monia ad Coloss. 1. Qui est imago Dei inui-  
sibilis, primogenitus ante omnem creaturā:  
& rursus ad Hebræos, Qui cum sit splendor  
gloriæ & figura substantiæ eius, idest, expres-  
sa similitudo hypostaseos paternæ, suū prin-  
cipium omnino exæquas. Astipulatur supra-  
dictis diuus Hieronymus tractans illud Esaię  
Et audiui vocē Domini dicentis: Quem mit-  
tam? & quis ibit nobis? Super quo sic ait, Sicut  
em̄ in Genesi dicitur: Faciamus hominem ad  
imaginem & similitudinem nostrā: ita & hic  
puto dictum, Et quis ibit nobis? nobis autem  
quibus alijs existimādum est, nisi Patri, & Fi-  
lio, & Spiritui sancto, quibus vadit, quicunq;  
eorū obsequitur voluntati. Et in eo quidē qđ  
loquentis persona præponitur, diuinitatis est  
vnitas: in eo verò quod dicitur, nobis, perso-  
narū diuersitas indicatur. At verò iuxta Hie-  
ronymi translationem conuenienter imago  
refertur ad hominis speciem, secundum quā  
intelligendi vi & libero pollet arbitrio: simi-  
litudo verò ad studiosas aetiones, quibus ima-  
ginis plenitudo consummatur, dū Deum ip-  
sum substantia vnum, personis trinum me-  
moriam tenet, intelligentia speculatur, volunta

te diligit. Denique factus est homo ad imagi-  
nem Dei, qua est rationalis, ad similitudinē  
verò, qua est veræ pietatis capax, & iustitię  
studiosus. Hic etiam illud autore Augustino  
non est prætereundum qđ cum dixisset, Ad  
imaginem, & similitudinem nostram, statim  
subiunxit.  
Et præsit piscibus maris, & vola-  
tilibus cœli; & bestijs vniuersę  
terræ, omniq; reptili, quod mo-  
uetur in terra.  
Quæ animalia vniuersa sunt rationis exper-  
tia, vt videlicet intelligamus, in eo factū quod  
que hominem ad imaginem Dei, in quo ir-  
rationalibus animantibus antecellit. id autē  
est ipsa ratio vel mens, & intelligentia, vel si  
quo alio vocabulo melius intelligatur. Vnde  
& Apostolus dicit, Renouamini spiritu men-  
tis vestrę, & induite nouum hominem, qui re-  
nouatur in agnitione Dei secundum imagi-  
nem eius, qui creauit eum: satis ostendens, v-  
bi sit homo creatus ad imaginem Dei. quia  
non corporeis lineamentis, sed quadā forma  
intelligibili mentis illuminatæ, quāquam &  
in corpore quandam proprietatem habeat,  
quæ hoc indicet, quia est erecta statura secun-  
dum quam corpus animæ rationali cōgruit,  
qua in cœlum erectum est: vt ad suum exem-  
plar semper imaginis feratur aspectus. Deni-  
que ipsa rerū natura fert, vt homo cæteris a-  
nimantibus præsit, quibus præstat rationali vi,  
diuina similitudine, & bonitatis excellentia:  
vt eis dominetur, eaq; domet, regat, & in suū  
vlum conuertat. Porro post diuinum consi-  
lium, decretumq; beatus hic Propheta non  
adiecit, Et factum est ita, sicut in superiorib;  
sed admiratus ineffabilem Dei bonitatē, no-  
uæ creaturæ excellentiam: accelerauit mira-  
bile diuini decreti opificium exprimere di-  
cens,  
Et creauit Deus hominem ad i-  
magine[m] suam:  
Et quidem merito. Nam quamuis cūcta Dei  
verbo creata fuerint, in creando tamen ho-  
mine videtur speciali quodam proposito ma-  
num suæ magnificentię appouisse, iuxta il-  
lud Psalmi. 138. Tu formasti me, & posuisti  
super me manum tuam, quod sane non est sic  
intelligendum, ac si non fuerint alia domi-  
ni manu cōdita: sed eo quod singulariter de  
homine dicitur, ostenditur singulare quoddā  
Dei studium in condenda creatura, quę inter  
cæteras

August.

Eph. 4.



Psal. 138

cæteras corpore animaq; cōstantes maxime Deo esset ad similes: & extrante in se Dei imagine, haberet vnde illis omnibus antestaret. Hinc & hic propheta tantam Dei beneficentiam, simul & hominis dignitatem admiratus exclamauit:

Ad imaginem Dei fecit illum.

Adhæc mirum est, quam dexterè quidam Hebræus hunc locum ad Christum retulerit, dicens: Paratus est sanctus ille benedictus hominem gignere in mundo: cuius opera non sint tantum hominis, sed opera quidem bona tanquam Dei. Et cui hoc testimonium veritate cogente, ab aduersario prolatum, conuenire potest, præterquam domino nostro Iesu Christo, qui Iudæos de incredulitate redarguens, talibus eos verbis vrgebat: Opera quæ dedit mihi Pater, vt facerem in nomine eius, ipsa testimonium perhibent de me. Sed nec

Ioan. 10.

Augusti.

prætereundum arbitror id, quod & Augustinus hoc loco annotauit, ait enim, Cùm autem nunc dicitur, Ad imaginem Dei (cùm superioris dictum sit ad imaginem nostram) significatur, quod non id agat illa pluralitas personarum, vt plures Deos, vel dicamus, vel credamus, vel intelligamus, sed Patrem & Filium, & Spiritum sanctum, (propter quam trinitatem dictum est, Ad imaginem nostram) vnū accipiamus Deum, propter quod dictum est, Ad imaginem Dei. Est aliud animaduertendum, quod non semel, sed bis asserit hominē ad imaginem Dei factum: vt scias non tantū virum, sed etiam mulierem Dei imagine præditam fuisse. nam & homo vtriusq; sexus nomen est: & femina ratione pollet, & mente, sicut & vir: secundum quam vterq; renouatur in imaginem eius qui fecit illum, vbi non est masculus, neq; femina. Quin & alibi Apostolus ait, Vir non debet velare caput: quia imago & gloria est Dei: cautiſſime subsecutus adiunxit, Mulier autē gloriaviri. nō dixit, imago & gloria viri: sed Mulier, inquit, gloria viri est. & causam reddens: Non enim inquit, vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Et enim mulier, quæ, vt vir, imago Dei, quia mēs eius æquè rationalis est, licet non æterna seu perpetua, sicut & viri, verū pro conditionis causa vel materia, quia de viro formata est, mulier quædam viri gloria est. Sicut enim vir Deum glorificat, à quo creatus est: ita & femina glorificat virum, ex quo ædificata est. At ne quisquam putaret solum spiritum hominis à Deo factum fuisse, quamuis secundū solum spiritum fieret ad imaginem Dei,

1. Cori. 11.

Masculum, inquit, & feminam creauit eos.

Vt iam etiam corpus factum intelligatur. Nō quod simul fuerint facti, vir & mulier, sicut fabulatus est Plato, hoc est, velut in vna persona compacti, habentes coniunctas manibusque manus atq; oribus ora: sed quod in eodem texto die fuerit facta femina, sicut & vir, eo modo quo postea in secundo capite describitur. Preclare Augustinus, Ne quis arbitraretur, ita factum: vt in homine singulari vterq; sex exprimeretur, sicut interdum nascuntur, quos androginos vocant, ostendit se singulare numerum propter coniunctionis vnitatem posuisse: & quod de viro mulier facta est, sicut postea manifestabitur. cum id quod hic breuiter dictum est, diligentius cœperit explicari: & ideo pluralem numerum continuo subiicit, dicens, Fecit eos, & benedixit eis. Deniq; inter cætera animantia in sola hominis creatione maris, & feminae meminit: idque mox vt dixerat, eum fuisse ad imaginem Dei factum: vt ostenderet viri, & mulieris coniunctionem coniugio sacratam esse debere: neque decere eos vaga libidine, brutorum more, diffuere: sed ratione duce prolis gignendæ gratia tantum conuenire. Quod autem sequitur,

Augusti.

Benedixitque illis Deus, & dixit ad eos,

Manifestat eos sexto die fuisse creatos. Additum est autem: Et dixit ad eos, quia iam non agebat cum brutis animalibus, sed cū eis qui ratione vigerent, & loquentis verba intelligerent. Et forte in hac dictionis replicatione benedictio duplex implicatur. Altera quæ ad eum arboris vitæ cibum pertinet, quem si comedissent, reddi poterant immortales: vel quod ea esset vis ligni vitæ in eos qui perpetuam innocentiam seruassent: vel quod vero similis est, quod qui nunquam peccassent, nunquam essent morituri, sed essent aliquando à beata illa vita ad aliam multo beatiorē diuinitus transferendi. Altera autem benedictionis ratio vim proculdubio eis afferret crescendi, & multiplicandi.

Crescite, ait, & multiplicamini.

Crescite, videlicet, virtutū dignitate, & multiplicamini numerosa quantitate. Crescite, id est, fructum ferre, alius trigessimum, alius sexagesimum, alius centesimum: donec accumulatis meritis in fastigium regni superioris, & æterni

Psal. 148.

æterni promoueamini. Et multiplicamini, donec ad eam multitudinē beatificandorū perueniatis, quæ ei soli nota est, qui numerat multitudinē stellarū, & omnibus eis nomina vocat. Hinc igitur intelligat hoies à Deo se cōditos fuisse: nō utiq; vt luxui nequiter indulgerent, vel turpiter voluptarentur: sed potius, vt in semetipsis laudatissimis actionibus Deo crescerent, eidemq; prole sanctā vbertim progignerent, totamq; terrā humanis cultoribus replerent. Replete, inquit, terram: & subijcite eam.

Vt eam, tum in habitacula vobis conuenientia habeatis, tum in varios fructus ex ea decerpentes illam possideatis. hoc nempe benedictionis fuit: illud verò postea illatæ propter peccatum poenæ, Maledicta terra in opere tuo: spinas & tribulos germinabit tibi: in sudore vultus tui vesceris pane tuo.

Et dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.

Notandum, quod pro, dominamini, in Hebræo habetur דָּוָדָּ, vrdū, quod verbum ambiguae significationis est. nam si deriuetur à verbo דָּוָדָּ, radā, significat dominari: si verò à verbo דָּוָדָּ, iarād, significat descendere. Talem enim Deus hominem creauit: vt, si rationem sequeretur, & pietatem coleret, cunctis & antestaret, & dominaretur animantibus, eaque in suum vsum facile conuerteret. Si vero probitate deserta atque pietate, libidini se uiret & impietati, factus Dei contemptor obtruseceret, & infra bestias redigeretur iuxta illud, quod, miserabilem hominis ruinam deſens Dauid, inquit: Homo cum in honore esset non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quare nihil miri, si homo, qui potestatem in bestias acceperat, à feris interdum occidatur. si quidem per peccatum homo amisit, licet non substantiam, tamen plenitudinem illam perfectionis, quæ ad imaginem Dei fuerat factus, vt omnibus dominaretur. Merito itaq; peccatorum factum est, vt quæ erant homini naturaliter prospera, ei redderentur aduersa.

Psal. 48.

Quæri iam potest. Cur homo sexto die creatus est, dum constat, quod propter intelligentiam nobilior est cæteris creaturis, quæ in sex diebus factæ sunt: nisi vt primò creator mundum quasi domum præpararet: & sic post in-

roduceret habitorem, id est, dominum domus. At cum primo die angelus, sexto homo creatus sit: quomodo Dominus ad Iob loquitur, quasi simul angelum, & hominem creauerit. Dicit enim. Ecce Beemoth, quem creauit tecum. Respondet Gregorius. Simul creati sunt non vnitatem temporis, sed cognitione rationis. scriptum namq; de homine est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram. & per Ezechielem ad Satan dicitur, Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & decore in delicijs paradisi fuisti. In cuncta igitur creatura homo, & angelus simul cōditus exiit: quia ab omni creatura irrationali vterq; distinctus processit. Iam verò creatis omnibus rebus necessum erat, vt qui viuētib; vniuersis propagandi sese vni libidinemq; in generauerat, præberet quoq; eis & edendi appetitum, & auiditatem & alimenta præscriberet, quibus nutrirentur, atque seruantur.

Gregori.

Exec. 28.

Dixitq; Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem sui generis: vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omniq; volucris cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima uiuens, vt habeat ad vescendum.

Rupertus: Ecce, inquit, dedi vobis. hoc sancti datum Dei naturæ positio, vel constitutio est. Nec enim sola hominis ratio sapit: sed & gula eius & cunctorum animantium auida natura sentit, quod hæc sibi in escam data sunt. appetunt namque motu naturali, datis sibi escis, vesci: ita vt videas, maxime in gulosis auibus, stomachum quoque ad guttura hiantia subsillire, dum festinant ad oblatam rapiendam escam diuinitus sibi datam natura teste. Itaque dicendo, Ecce dedi, non herbam, aut omne lignum digito ostendit, sed naturalem eorum appetitum animantibus in stomacho: ipsorum fundauit: nec solū in animantibus, quæ animalia notum est esse atq; dici: sed etiam in vermibus, quos vñ publicus animantia vocare dedignatur. Proinde non cōtenta fuit scriptura dixisse, Et cūctis animantibus terræ: sed addidit Et vniuersis quæ mouentur in terra. Adhuc autem, nequid deesset, addidit, Et in quibus

Rupert.

est anima viuens. Sunt enim quædam viuentia quidem, sed immobilia, quibus solus cessit sensus tactus cūctis alijs cogitationibus destitutus. quales sunt conchæ maris: aliaq; que hærentia saxi, coniuucto sibi alimento nutriuntur. Iam verò, vt in tempus præsens omittam ligna illa selectissima, quæ in paradiso voluptatis complantata, hominis, esui peculiari beneficio Deus tradidit, videtur conditor ipse in hac generalissima escarū donatiōe haud omnino eundem tribuisse cibum hominibus ac brutis. quoniam hominibus videtur in cibum dedisse herbas quidem ac arbores: sed eas quæ semina fructusque ferant: cæteris autem animalibus ea etiam, quæ, neq; semina essent allatura, neq; fructus. Quo significari videtur, ab homine solo inter cætera animantia exigendos esse illarum fructus virtutum, quarum semina eidem vni præ cæteris ab ipsa sua illius creatione largiter in seuit, penitusque in didit. Denique sic pures, & herbas, & semina fructusq; datos esse hominibus alijsq; aialib<sup>9</sup> in elcā, non vt vniuersis vescerentur, cū essent nonnulla eorū esui inepta & insipida, & salui contraria: sed vt quodlibet aial convenientibus sibi escis vesceretur. Quid de carniuoribus? nunquid accipitres, ac leones herbis vescantur? forsitan & herbis, & fructibus vescantur diuina prouidentia id agente: ne si animantia vnguibus, dentibusq; armata contra inermia mox à creatione sæuient: prius quā multiplicarentur, hæc ab illis absumerentur. Nec id videri debet incredibile. siquidem autem autores non contemnendi tradere, feras omnes vsque ad diluuium à carnibus abstinuisse: quod & eo conantur affirmare, quod intra Noe arcam, non vtiq; carnibus, sed herbis, fructibusque pastæ sunt. Cæterum putarim equidem rapacibus, cum volucribus, tum feris: ita generali quadam ratione herbas fructusq; & semina cum alijs in escam data fuisse, vt multiplicatis imbecillioribus animalibus liceret eis in hæc sæuire, eorumq; carnibus iuxta suam ipsorum naturam frui.

Et factum est ita.

Augustinus. Notandum quod vbi datur potestas homini herbas & fructus edendi, subinfertur, Et factum est ita. in quo significatur, quod hoc sibi dicente Deo, hæc sibi in esum concessa cognouit homo, non quod statim ederit si enim ad omnia supra dicta referim<sup>9</sup>, quod ait,

Et factum est ita,

Consequens erit, vt dicamus, eos iam multi-

plicatos sexta diei, quod post multos factū est annos. Pulchre Rupertus. Quid enim factum est ita? nisi quod secundum dicentis nutum *Ruperti* perseverat nascentium, & virentium natura, producens (vt ait Psalmista) fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum? vt educat *Psal. 103* panem de terra, & vinū letificet cor hominis, vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet, vt saturentur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit: aliter namq; nō viderent: sicut & ipsa herba, & quodcunque lignum, neque virens, neque pomiferum esset: nisi certatim, velut ore sugens radicibus suis terræ succum traheret. Hoc est cōmune quidem, sed mirabile cunctis, quæ de terra nascuntur, paratum à Deo conuiuuium, vt maternum terræ succum de suis germina eius radicibus combibant: & in grano herbarum pomōq; lignorum, paulatim adultum atq; grossatum succum eundem in ora, dentesque traducant cunctorum animantium.

Et vidit Deus cuncta quæ fecerat.

Duo verba præcipuè in explicanda mundi fabrica vsurpatur, Creare, videlicet, & Videre: quorum alterum pertinet ad efficacem illam Dei virtutem, qua vniuersa ex nihilo condidit (ex nihilo, inquam, quia que postea fecit ex primis elementis ex nihilo creatis ea formauit) alterum verò declarat diuinam sapientiam, qua creata probat, gubernat, & seruat.

Et erant, inquit, valde bona.

Nempe de quolibet fere opere in prioribus diebus producto dictum est, Et vidit Deus quod esset bonum: in sexto autem die, homine iam formato, completoque vniuerso, omnibusque naturis, quæ in eo sunt perfectis, dixit, cuncta à Deo facta ei fuisse visa valde bona. Ante quidem erant singula bona, propter hominem autem omnia valde bona: quia omnia superius enarrata in vsum hominis atque decorem creata sunt. homo verò in gloriam, & laudem conditoris factus est. homo igitur ad imaginem Dei factus, vt esset quodammodo finis omnium non dubium, quin visus fuerit Deo valde bonus, propter quem ipsum vniuersum est valde bonum, licet id ipsum nō fuerit explicatū propter futurum hoīs casum. Creato igitur hoīe, oīa sunt valde bona, quia perfectū constitutū vniuersum, cui nihil addi, detrahive possit. Cōsidera obsecro ipsum vniuersum, ac si magnū quoddā animale esset, omnibus suis partibus constans: quod vnum cū sit, multas tamen & diuersas in se naturas cō-

ple-

plectitur: quemadmodum Deus ipse autor, vnus quidem essentia, personis autem trinus, plurimas variasq; in se perfectionum suarum, rerumque condendarum rationes eminenter, continet. hinc facile liquebit: neutiquam perfectum fuisse vniuersum, donec producto homine, præstantissima tanti operis parte, omnibus suis rerum formarumque numeris esset absolutum, vnum ab vno, perfectum à perfectissimo, pulchrum à pulcherrimo, valde bonum ab omnium optimo. Iam verò quemadmodum, si vniuerso defuisset aliqua creatura earū que sunt in eo, sic esset imperfectū ac mutilum, sicut animal cui aliquod membrū defuisset: ita & quælibet vniuersitatis pars, quāuis bona sit, & in se perfecta videatur: imperfecta tamen est, nec sibi satis cōstans, nisi alteri conexa suo pte modo rerū illā vniuersitatē compleat. Neq; enim terra posset sibi satis cōstare, si ab alijs elementis esset seiuucta: nec iam germinare, si superioribus corporibus non esset coniuncta, eorumq; infusionibus foueretur, & motibus ad partem excitaretur, sicut & ipsum corpus animalis membrum, licet per se bonū quoddā videatur, inutile tamē est, nisi in vniuersi corporis compage contentū fulciatur, totiq; ministret. Quinetiam orbes ipsi cœlestes ociosi quadantenus viderentur, si nō essent animācia, quibus & illucerent, & ministrarent, iuxta e communi conditoris decreta. Partes itaq; vniuersi per se bonæ quidem videri possunt, sed si solitariae sint, & à se ipsis in vicem disiuuctæ, imperfectæ manent, & inutiles redduntur. si verò sibi met adhæreant, & completo suo ipsarum numero pōdere & mēsurā, ipsum cōpleant vniuersum, incipiūt esse perfectæ prorsus, atq; sibi met ope mutua percommodæ, ac perinde valde bonæ. Huc nepe pertinet illud, quod Dominus apud Esaiā inuitans ad obedientiam sibi præstandā populū Israel, inquit: Audi me Iacob, & Israel quæ ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. Manus quoq; mea fundauit terrā, & de xtera mea mensa est cœlos: & ego vocabo eos & stabunt simul. Stabunt, ait, simul, videlicet, in vnam vniuersi constitutionem. Quare re-

Esai. 48.

Augusti.

Et factum est vespere, & mane

dies sextus.

Aduertendū, qd nulli numero designati priores quinque dies additus est ille notionis proar ticulus, *hæc*, quod Latinis sonat, ille: sicut sexto: nam pro sexto in Hebræo est *וַיְהיֶה*, hæc, id est, ille sextus. Nec id quidē ab re. nam quia inter cæteros hic vnus dies adscriptus est hominis creationi, qui primas inter omnia animantia mētis prærogatiua partes obrinet: de eodē die emphaticè dictū est apposito articulo *וַיְהיֶה* hæc, id est, ille dies. Et reuera priores quinque dies procreati sunt, vt ad hunc sextum veniretur: in quo creanda esset mirabilis quædam creatura, & imagine Dei insignis & quæ mirifico conditoris artificis esset adeo ampla: vt cum terrestria, tum cœlestia omnia quadantenus in se contineret. ac perinde eadem sola esset quodammodo omnis creatura. hac enim amplissima appellatione hominē nobilitasse putant Sancti patres dominum nostrum Iesum Christum, mundi creatorem, & instauratorē: quādo pcepit Apostolis prædicare Euangelium omni creaturæ. Et quidē *Mar. 16* rectissime senserunt. Si quidē, vtprius Hieronymus, deinde Gregorius scripsit, Oīs creaturæ aliquid habet homo. habet namq; cōmune esse cū lapidibus, viuere cū arboribus, sentire cū animalibus, intelligere cū angelis. Si ergo, cōmune habet aliquid cū omni creatura homo, iuxta aliquid omnis creatura est homo. omni ergo creaturæ prædicatur Euangeliū, cū soli homini prædicatur: quia ille, videlicet, docetur, propter quē in terra cuncta creata sunt, & à quo omnia per quandā similitudinē aliena nō sunt. Ad hæc repete superiores illos quinque dies: & inuenies, qd cū in principio creauit Deus cœlū & terrā, factaq; est lux, id ipsum sane totū ad primū diē pertinere videtur. siquidē lux, & cœlū exornat, & terras illustrat. Secūdi autē diei præcipuū opus fuit firmamentū, quod est tantūmodo cœleste. tertio deinde tellus aquis discooperta herbas protulit & arbores, quæ sunt omnino terrestres. Iā vero luminaria quarto die facta, cœlestia sūt ornamenta. quæ vero in quinto die ex aquis pducuntur, aues, pisces, & reptilia ad terrā potius q̄ ad cœlū attinēt. In sexto deniq; die procreantur animantia reliqua, & Sanctius his aial, mētisq; capacius atq; & quod dominari in cætera posset factus homo est. in quo rursus sicut in die primo miranda quadam discordiū rerū concordia cœlū atq; terra copularētur. est enī homo, vt Sedulius inquit, altera pars cœli, altera terræ. corpus enim humanū terrenū est, & cum belluis est homini commune: animus autem

Gregori.

Sedulius



spiritualis est, & coelestem habet originem & diuinam: unde hominem Deo assimilat. Quæ omnia proculdubio per sex creationis dies a deo distincte sunt digesta, adeoque in vno homine apte sunt congeffa, vt manifeste hinc accipias, tam coelum & terram, quam vniuersa intermedia propter vnum hominem condita fuisse. Sumasque oportet de tam mirabili rerum machina commodissimum ad pietatem colendam argumentū. Quomodo id? sic nepe: vt si quando euenerit, vt in aliquid agēdo vtaris terra, euestigio in altero contemplando cœlum reperas: nouerisque nihil boni habere terram, nisi cœlo fuerit coniuncta: nihil itidē valere corpus absque mente, nihilque sine spiritu sensum prodelle: sed tunc demum cū homine præclare agi, quandiu hęc degit vitam, cum interim æternam meditatū, & ad eam sic alacriter properat, vt reuera dicere possit illud Psalmistæ, Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Iam vero Chrysostomus illorum sententiam secutus qui opinantur, haud eundem simul creatam fuisse: Quæritur, inquit, cur sex dierum spacio Deus opus suum perfecit? profecto, vt misericordię suæ benignitatē declararet. neque enim inops erat omnipotens eius manus, & infinita sapiētia, vt non posset vno die producere omnia. Quid dicam, vno die? & simplici momento poterat. Nam quandoquidem res non ob suā utilitatem produxit (nullius enim rei indignus est, qui sufficientissimus est) sed ob suā benignitatem & bonitatem fabricauit, idcirco non simul sed successiue & per partes condidit, & doctrinam nobis manifestam de rebus conditis per linguam huius beati prophetae tradidit: vt hęc discētes, non accedamus eorum sententię, qui humanis rationibus mouentur, & rebus eis occultissimis, cum temere, tum insane præscribere audent.

Viderit iam lector, an sit maioris temeritatis, & insipientiæ, quod tradunt Hebræi, mundum scilicet ad numerum sex dierum in quibus conditus est, sex tantum millibus annorū esse duraturum. Idque coniectant ex eo quod in Psalmo octogesimo nono scriptū est, Mille anni ante oculos tuos, sicut dies hesternæ, quæ præterijt. At vero leuius, vel potius violentius, & minus cohærens fuerit hoc argumentum ad tantam rem discernendam, firmandamque. nec enim illud prætendebat Psalmographus, vt mille annos vno die concluderet: sed mille annos vni diei, eidemque tranfacto contulit, id quod fecit ad significandum vitæ humanæ breuitatem celeremque

Psal. 83.  
Chrysof.

Psal. 89.

Dei vindictam, quamuis tarda mortalibus videatur, sceleratis tamen esse celerem. Et hoc est quod beatus Petrus vult minime latere nos, dicēs, Vnum autem hoc scitote dilecti, quod vnus dies apud Dominum, perinde est, ac mille anni: & mille anni, vt vnus dies: haud tardat Dominus, qui promisit, quemadmodum nonnulli tarditatem existimant. Porro nobis ea de re nihil temere definire fas est, quibus cum Apostolis Domini tale quid decernere, immo perscrutari interdictum est: ad quos talia quærentes Dominus ipse respondit, Non est vestrum scire tempora, & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Quin etiam inuenimus eos ex nostris, qui de re occultissima sunt ausi pronūciare, aberrasse à veritate. nec mirum cum de illa die nemo nouerit, neque angeli Dei. Conuincuntur nihilominus Iudæi sua ipsorum traditione, confiteri Christū iam in mundum venisse. quippe qui ex illis annorum sex millibus, quibus mundum duraturum produunt, duo millia eorum vanitati tribuunt vanitatem enim perperam & superciliose vocant totum tempus ante legem datam, cum in illo summi Patriarchę floerint, multique alij viri iusti in colenda vera pietate præstantissimi. alia duo millia temporis legis per Mosem late accommodant: nec id satis vere. reliqua verò postrema duo millia diebus Messiaē adscribunt. Ex quo manifeste constat, iuxta illorū supputationem Christum natum fuisse in principio quinti milliarij, id est, eod tempore, quo nos Christiani Iesum Christum filium Dei, dominum nostrū, fuisse conceptum de Spiritu sancto, natumque ex Maria virgine verissimè fatemur.

2. Petr. 3.

Act. 1.

Mat. 24.

*De tribus decadibus, quibus maior, minorque mundus constant.*

Iam verò si quis numerica ratione rerum naturas diligenter expendat, forsitan inueniet, quàm scitè insignis ille poëta cecinerit illud, Numero Deus impare gaudet, quem quidem numerum Aristoteles philosophus ille omnium diligentissimus in libro De cœlo & mundo, ternarium esse discernit. Nec mirum. Siquidem suprema illa, ac beata simul, & beatifica natura, & Mundi melioris origo eodem numero contenta, ab vnitae per binarium proficit in

in Trinitatem. Ab vno namque Patre gignitur Filius: & ab vtroque procedit Spiritus sanctus in quo sistit intraria illa naturæ diuinæ vbertas: scilicet, ne in infinitū producendorū ratio intra deitatis sinū frustra succrescat. Porro ab omnipotente, & sapiētissima ac optima Triade, quæcunque creata sunt, in certo numero pondere, & mensura sunt perfecta. Vnumquodque enim creatorum propria constat natura peculiari, quadam vi pollet, nec non agnam sibi a ditionem præstat. Enimvero inter reliqua animantia longè amplioribus naturæ dotibus præditus est homo, & multo excellentius auctus: vt iam sit diuinis muneribus excipiendis aptus, & coelestibus sacramentis obcundis idoneus. Quippe qui fuerit ad vnus maximi atque optimi Dei imaginem & similitudinem conditus. hinc enim ratione pollet: fidei est particeps: & videndi Dei capax. Itaque, si Deum mirificum humanæ naturæ autorem consideres, tantum, qua est spiritus: inde homo ad exemplar suū opificis vim intelligendi accepit. At si rursus concipias eundem Deum, prout vnus essentia tres continet personas, certe opus est in eundem hominē superiore quodam lumine imbui quo instructus arcanum diuinæ Trinitatis mysterium, quod humana ratione assequi nequit, per fidem vt cunquē attingat. Quod si demum intellexeris eundem ipsum Deum aperta immentæ bonitatis suæ comprehensione perfrui felicissime: magna cum ratione miraberis, vt ille dignetur, mortales gloriosa quadam luce perfulos, ipsa, eademque felicitate summa fruendi compotes fieri. Sic plane fit, vt homo mirabile Dei opus, & pietatis capax, ab vnitae, id est, ratione bonis moribus instructa per binarium fidei, quæ est de Christo Deo & homine, ad ternarium illum diuinæ maiestatis augustissimum accipiendum perbeatē conscendat. Verum vt tanta mysteria explicitius dignoscantur, operæ precium est animaduertere, quod si a ternario computandō progrediaris, addita vnitae, quaternarium condituis, qui cum reliquis tribus præcedentibus denarium complet, vnum enim, & duo, & tria, & quatuor simul sumpta sunt decē. Qui quidem numerus creaturæ conuenit aptissimè, sicut ternarius peculiari quadam ratione congruit creatori. Cum primum enim à creatore discesseris, in creaturam incidis. haud secus quàm à ternario in quaternarium. Quo recepto, si quis obseruet primam hanc & mirabilem mundi constitutionem: quæ in hoc primo Genesios capite describitur, facile nos

se poterit, totam rerum molem ab vno trinoque Deo decem tantum verbis fuisse conditam, in suas partes dissectam, & proprijs dotibus absolutam. Decies enim hoc in loco replicatum est illud, Dixit Deus. Deinde præcipua orbis huius conspicabilis portio homo: vt arte, & ratione viuat, iusticiamque colat, à sua ipsius creatione præditus est alijs decem verbis, quæ in Decalogo continentur. hæc est enim lex illa ab æuo condito mentibus humanis insita, qua homo, velit nolit, & recta probat, & praua improbat. Cæterū attollendus erat adhuc homo diuinum animal ad sublimiorem quandam Dei notionem, cōsummationemque iusticiam: quàm ea esset, quam per naturalem illam legem contingere, atque præstare poterat: ideoque adiecta sunt illi diuino munere alia decem verba, quibus admisis consors & ipse fuopte modo fiet diuinæ naturæ, videlicet, quantum hæc, quam degimus mortales vitam, patitur. Sunt autē illa, ea quibus instruimur tribus illis virtutibus theologis, fide, spe, & charitate, septemque donis Spiritus sancti, sapientia, & intellectu, scientia, & pietate, consilio, & fortitudine, & timore Domini. hoc denario vita spiritualis penè ad summam, præter Dei visionē, proficit his, qui coelestibus oraculis, vt oportet credunt. Enimvero, si quispiam has decades commode inter se conferat, forsitan inueniet mirabilem quandam, & sapientia plenā inter eas consonantiam: in quam nos, si cogitando, diuinæ ope fulti peruenimus, nec ne, pio lectori examinandum relinquimus.

In primis itaque: dixit Deus: Fiat lux: & iubet primo decalogi præcepto summum rerum parentem Deum coli: & fides virtutum theologiarum prima hominem lumine suo diuino cultui subternit. Dixit secundo Deus fieri firmamentum, aquasque superiores ab inferioribus diuidere: & iubet secundo homini vni Deo reddere iuramenta sua: ac perinde præcipit ambiguam inter ancipites partes veritatem, neitiquam iuratis creaturis, sed Deo ipso teste firmandā: eod quæ aquæ inferiores fluxæ sunt, & instabiles: superiores verò solidæ & stabiles. & quidem humana fere cuncta sunt incerta: at diuina immota veritate constant. his Germana spes, velut anchora firmissima, mentes hominum adeo roborat & attollit, vt pectore constanti negocia per ardua & vltamundana capeffant. Dixit tertio Deus, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida: & tertio præcipit homini, vt dimotis turbidis, & cenosis

superstitionum ac falsarum religionum a- quis, mentem suam ab omni impietatis labe deterfam patefaciat excipiendæ soli veræ pietati, quæ ab ipso Deo vim habet & autoritatē, cui sane pietati & spirituali sabbatismo præsto adest charitas: qua homo, veluti quodam igne incensus ardensque, supersticiosas culturas exurit, cunctasque perituras opes, quas cultoribus suis fallax tenebrarum princeps polliceri solet, sapienter postergat illi iucundissimæ mentis quieti & contemplationi quæ Deum nunc per speculum & in ænigmatibus videtur, & in futuro facie ad faciem contemplandus expectatur. Dixit quarto Deus terram germinare herbam virentem, omnemque arborum frugiferam: & quarto præcipit homini, parentes honorare, id est, suaves pietatis fructus in genitores suos perpetua viriditate proferre. quo nempe pertinet pietatis donum quo, & gratus amor maioribus rependitur, & culus debitus exhibetur. Dixit quoque Deus quinto, fieri duo luminaria magna, luminare maius, ut præesset Diei, luminare minus ut præesset nocti: & quinto præcipitur homini, non occidere, id est, ne mentis lucem luamque rationis furiosis irarum perturbationibus extinguere patiatur: sed tam luminare maius, quam luminare minus, id est, tam ratio superior, quam inferior in propulsandis, vel tolerandis iniurijs apud animi firmiterum perpetuo luceant. huc spectat scientiæ donum, quo fit, ne homo aliquando ira percitus desipiatur, neque hominem furiosa mente præceps contra ius & fas occidat. Dixit Deus sexto, ut aquæ producerent pisces, similes & volucres, quæ animantia sunt fecundissima & salacissima: & sexto præcipitur homini, ne illorum more libidinum humoribus defluat, aut carnalium amorum ventis per inane feratur. quæ quidem continentiam haud dubie præstat quisquis affectus est scientiæ dono. quo fit, ut humanæ mentis palato adeo dulciter divina sapiant, ut eidem carnalia prorsus desipiunt. Deinde benedixit Deus animalibus ex aquis ortis. Et dixit septimo, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, avesque multiplicentur super terram: & septimo præcipitur homini furto abstinere, suisque contentum agere. ut imitatus pisces ac volucres, propria fecunditate patrijs artibus opes sibi innocenter compararet, nec enim aliud sibi vult donum consilij, quo homo bene institutus manuit proprio labore opera & industria victum sibi quietate, quam aliena rapere, & furis nota inustum perire. Octavo dixit Deus,

ut produceret terra animam viventem in genere suo, id est, iumenta reptilia & bestias terræ secundum species suas: & octavo præcipitur homini, ut quemadmodum terra neutiquam mentitur animantium genera, verum singula non alienis, sed suis formis perficit: sic & ipse homo, nec malis artibus rerum naturas adulteretur, nec causarum merita falsis testimonijs pervertat, sed illud sincere præstet, quo vocat donum intellectus, nempe in dictis factisque exacte: & in primis colere veritatē, quæ diligenter observata nos Deo proximos facit. Nono magno consilio decrevit Deus, dixitque facere hominem ad imaginem & similitudinem suam: & nono præcipitur ei alienam uxorem minime appetere, suamque ipsi vnicè diligere, id est, vnicæ Christi sapientia delectari, eidemque innexum Spiritus sancti vinculo penitus herere: nec non semet illi obsequandæ maritate, & ita maritare: ut longe maius nefas esse credat pravas opiniones, impijs hæreticis nuptas adamare, quam alienas uxores concupiscere. ad quod multum profecto facit timoris dominici donum, quo homo districtus anxie veretur, & prudenter cauet, ne unquam carnali aut spirituali adulterio polluat. hæc enim in causa sola fuga victoriam maxime præstat. Decimo tandem dixit Deus, præcepitque homini, ut terram habitatoribus replet, eamque sibi subiceret, cunctorumque animantium dominaretur: & decimo præcipitur homini, esse contentum eo dominio, quod à Deo autore profectum naturæ maxime consentaneum est. ne noxia semper mortalibus regnandi cupiditate adactus res querat alienas: ac subinde: & cunctos maris tractus classibus occupet: & cuncta terrarum spacia bellis infestet. Ad quod impendit adiuuat hominem fortitudinis donum, cuius muneris est, continere intra iusticiæ cancellos furentes mortalium animos, ne contra fas & iura quicquam moliantur, quod aliunde rebus humanis perniciem sit adlaturum: Vides iam o candidè lector mirificam rerum opificis artem elucet in aptissima trium prædictarum decadum symphonia: quibus vterque mundus maior & minor à perfectissimo autore suo opte modo fuerit perfectus. id quod Scriptura sacra aperte testatur, in ipso secundi capituli initio dicens, Igitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum: complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat: & requieuit die septimo ab uniuerso opere, quod pararat: id quod & nos exponendum, vel potius annotandum aggredimur.

Igitur

Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum.

In Hebræo. Finiti sunt. eo enim opera Dei perfecta sunt, quo finita sunt, videlicet, quatenus adæpta sunt substantiam suam, nec non agnata sua cuique ipsorum accidentia, quibus affecta, & sibi constant, & quantum intrario sine sunt contenta, tantum in extrarium proprio ipsorum captu feruntur: vel dum illa semet agunt, vel dum occulto quodam instinctu aguntur ab eo qui cunctis, atque singulis rebus à se creatis indidit speciē qua consistant, mensuram, quatenus perficerentur, ordinē quo in supremū omnium sine conueherentur. ad quæ sapiēs, Omnia, inquit, in mensura, & in numero, & in pondere disposuisti. Huc pertinet quod sequitur.

Sap. II.

Et omnis ornatus eorum.

3. reg. 22.

Luc. 21.

Psal. 32.

Psal. 148.

In Hebræo צבא, zebaam, exercitus, vel virtus eorum. quo dicto plane spiritus celestes signifi cari videntur. siquidem eodem verbo propheta Michæas vsus est ad eosdem spiritus commostrandos. ait enim tertij libri Regum capite vigesimo secundo, Vidi Dominum sedentem super solum suum, & omnem exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. Et beatus Lucas egregius Euangelista Græca lingua Hebraismum exprimens dixit: Et subito facta est cum angelo multitudo militum celestis laudantium Deum. Videtur & seruator noster Christus idem verbū צבא zebaam, id est, exercitus vsurpasse, quum dixit, ut est apud eundem Euangelistam, Nam virtutes cælorum mouebuntur. puto & hoc ipsum significasse Psaltem, quum cecinit illud, Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. In quo illud considerandum, quod cum dixerit cælos verbo Dei fuisse firmatos, addidit, spiritu oris eius consistere omnem virtutem, id est, exercitum eorum. ne tibi incredibile videatur à summo spiritu, spiritus celestes nempe inferiores multo illo fuisse creatos. habemus igitur unum atque alterum, immo plures locos, in quibus aperte traditur, spiritus celestes, quos angelos Domini, id est, Dei nuncios scriptura frequenter appellat, ab ipso summo, maximoque Deo fuisse conditos. vnde & quum idem Psalmodographus cunctas creaturas ad laudes ipsi Deo persoluendas prouocaret, ipsos quoque angelos conuocauit, dicens, Benedicite Dominum omnes angeli eius, benedicite dominum omnes virtutes eius. Ac veluti respondens quærentibus causam tantarum laudum rependendarum, cuestigio creationem intulit di-

cens, Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Iam verò quæritur, cur sacer historicus celestium creationem spirituum narrare distulit, quousque corporaliū rerum conditionem enarrauerat? forsitan ideo descripta prius rerum aliarum productione tandem angelorum meminit, ne putares celestes illos spiritus quamlibet sublimes in creandis rebus, condendoque homine, Deo fuisse cooperatos. Vel, ut ait Augustinus in libro De quæstionibus veteris, ac noui testamenti. ut nihil Deo coæternum ostenderet, vile fuit ordinem ipsum creaturarum rerum exponi: ut, dum minora prius facta memorat, postea autem maiora, nihil horum infectum habeatur, quia quæ tempore minora sunt, virtute maiora sunt: ut, si illa de tempore præscribere se putent, ipsa infirmitate, qua posterioribus subiecta sunt, reuincantur: ut si hæc de virtute præsumendo primatum sibi vendicent, posterioritate ipsa humiliantur: ut nihil horum non initio subiectum videatur. Hæc Augustinus. Ex cuius quidem verbis, & ex his, quæ super hunc locum nuper adduximus, constat longè probatiorem esse sententiam autorum Latinorum, quam Græcorum de creationis angelicæ tempore. siquidem Græci tradunt, angelos fuisse creatos ante mundi huius constitutionem. Latini autem illos simul cum cælo, terraque conditos fuisse rentur. Id quod hic locus aperte indicare videtur, quum legimus: Igitur perfecti sunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum. nam si quando perficiebantur cæli & terra, perfectus est quoque exercitus eorum: compertum est, virtutes celestes non fuisse conditas ante cælos & terram. Quam quidem sententiam confirmat Summus Pontifex in capite illo. Firmiter credimus. Deus, ait, sua omnipotente virtute simul ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem angelicam videlicet & mundanam. Ceterum hac huius loci explanatione haud prorsus præscribimus eorum sententiæ, qui cæli, terræque ornatum, ad vniuersa quoque eorum ornamenta referendum putant. Denique, quoniam sic illa sex diebus suis perfectionum numeris absoluta sunt, ut septimo fuerint stabili ordine in futura sæcula constabita, sequitur:

Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat.

Diei, inquit, septimo. quod sanè accipi posse videtur pro eo quod est, in ipso diei septimi confinio: hic, ut nullum sit inter-



uallum inter creationis finem in diei sexti calce consummate, atq; inter quietis initium cui dies septimus fuit dedicatus. Ex quo forsitan euenisse quispiam haud inepte omnino arbitrabitur, vt pro eo quod in Hebræo est die septimo, Septuaginta trāstulerint, *ἐν ἡμέρᾳ ἑβδμή* in die sexta: quia in vtriusque diei collimatio cessatum est. Solet præterea scriptura sacra id quod proxime diem quempiam factum sit, ita proferre, ac si in ipso die fuerit perfectum. tale est illud, In die septimo auferetis fermentum de domibus vestris, idest proxime diem septimum. Nec enim licebat Iudæis in septennio paschæ habere domi panem fermentatū. Id quod scriptum, cautumq; est Exodi capite 13. Septē, ait, diebus vesceris azymis: & in die septimo erit solennitas Domini: azyma comedes septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum: nec erit in cunctis finibus tuis. Iuxta hanc loquendi consuetudinem Diuus Matthæus quoque dixit: Iosias autem genuit Ioachim in transmigratioe Babylo- nis. nō enim ea generatio in ipsa transmigratioe facta est, sed prope illam. Enimvero, si quis exactè præsentem expendat textum, manifeste cognoscet operis diuini complementum ad septimum potius, quàm ad sextū diē pertinere. Siquidem distinguit scriptura inter diem sextum atq; septimum. Nam cū ait, Compleuitque Deus die septimo opus suum, continuo subiungit, Quod fecerat. non dubium quin antea fecerat, nempe sex prioribus diebus. Quare ridiculum videri debet, velle Iudæos, vt sabbatissimum suum magnificent, Deum in die septimo opus suum compleuisse: qui & sacerdotibus præcepit sabbato victimas facere: & tamē nolle illos mortalibus per quam vtilia, & maxime necessaria, imo & quæ in secundum diem nullatenus differri queāt, gerenda permittere. Pulchre doctissimus Hieronymus: Arctabimus igitur Iudæos qui de ocio sabbati gloriantur: quod iā tunc in principio sabbatum dissolutum sit, dum Deus operatur in sabbato, complens opera sua in eo, & benedicēs ipsi diei, quia in illo vniuersa cōpleuerit. Porro dicitur Deus compleuisse die septimo opus suum propter alias quoq; causas, videlicet, ob id quod creatis à se per sex dies, alijs atq; alijs rebus deerat quies quædam, ac multiplicandi seipsas in perpetuas fœturas stabilibis quædam vis: nec non finis ille, quem dedit eis Deus ipse die septimo. quo quidē Deo quiescente, & quies quædam rebus creatis est data, & terminus quidam primæ rerum creationi positus est: vt iam inde nequaquam no-

Exod. 13.

Mat. 1.

Hieron.

uæ rerum species crearentur, sed quæ productæ fuerant nonis fœtibus, & seruarentur, & multiplicarentur, iuxta illud quod Iesus Dominus noster apud Ioannē inquit, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Subscribit & Augustinus huic sententiæ in pluribus suarum explanationum locis. Ad summam Deus die sexto perfecit quidem quod fecerat, videlicet, agendo: die autem septimo compleuit, quod fecerat ab actione rerum nouarū cessando, productasq; seruando, regendo, nec non per agnatas illarum operationes ad suum ipsarum finem promouendo. Illud quoq; adnotandum, quod quemadmodum superius sexto diei, notionis articulus, *וַ*, ha, est appositus, quod in eo nobilissimum animalium formatum fuerit: ita & hic diei septimo præpositus est idem articulus, *וַ*, ha, ceu maxime insigni inter alios dies. quoniam in eodē modo facta fuerit benedictio, sicut in quibusdā alijs: sed etiā quia in eodē fuerit operū Dei cōpletum, & sanctificatio: sanctificatio inquam, creationis in re constituta: ac perinde duratura dumtaxat, donec creatio recreationi cederet: quæ quidem recreatio in octaua dominicæ recreationis perfecta totum mūdum innouauit, & in fœliciosem multo statum cōmutauit. Potiore itaq; ratione posteriores diē Dominicum sanctum habemus, quàm priores illi sabbatum obseruauer. Denique hac sancta quiete Deum ipsum imitamur, de cuius quiete subiungitur.

**Et requieuit die septimo ab omni opere quod patrarat.**

Nempe pro eo quod est, requieuit, in Hebræo est, *וַיָּשָׁב*, *vajsbóth*, & cessauit: hoc enim proprie significat apud Hebræos, *שָׁבַת*, sabbath, vt Esa. 14. Quomodo cessauit exactor? & Iosue. 12. *וַיָּשָׁב מָן*, *vajsbóth mán*, idest, cessauit manna. Vnde quodam rerum consequo euenit, vt, sabbath, significarit quoq; quiescere: vt Levitici. 26. Tunc tishbath, idest, requiescet terra. ergo quod hic dictum est *וַיָּשָׁב* *vajsbóth*, accipiendum est, ac si scriptum sit, cessauit, ac perinde quieuit. facit & ad hoc quod Targum habet, *נָח*, *nahh*, quod est, requieuit. Cessauit itaque Deus ab omni opere, nimirum completo: ne putes illum, veluti labore fatigatum quieuisse: incompletumue illud reliquisse. Porro in Hebræo scribitur: Ab omni opere suo, addito nāq; pronomine, suo: patenter explicatur dominium, quod in vniuersum, creatiōis iure Deus habet. docemurq; quod

Ioan. 5.  
Augusti.

Esa. 14.  
Ios. 12.

Iob. 9.

Thren. 9

Luc. 17.

quod solus Deus iuuante nemine mūdum cōdiderit. Id quod & fatetur Iob: capite. 9. dicens: Qui extendit caelos solus, commodum quoque additum est, Quod patrarat, scilicet multa variaque creando, creata distinguendo distincta exornando. Restabat nihilominus Deo mirificum rerum propagandarum negocium, atq; summis votis expetendum vltimæ consummationis opus: immo ineffabile humani generis restauracionis opificium. nullum enim alijs, nisi Verbum caro factum, poterat genus humanum Ad peccato defloratum ad pristinam gratiam reducere. At quoniam cuncta supra exposita diuina bonitate constant, vt beneficentiæ suæ colophonem adderet.

**Et benedixit diei septimo.**

Sane hæc benedictio, non solum ad diem ipsum Deo dedicandum, sed etiam ad hominē in illo die piētissimē autorem sui culturū referenda videtur. vt, quemadmodum per priorem benedictionem homo in sua natura virtutibus ei agnatis perfectus, & ad sui incrementum & multiplicationem promotus fuit: ita per hanc posteriorem benedictionem altioiorem quandam, cum vim, tum excellentiam adipiscatur: vt donis spiritualibus auctus, nō modo animo celestia ineditetur, sed etiam ad illa quæ spiritus sunt meditando corpore benè affectus exultet. Verum, quia diuiniorem hanc vitæ Deo degendę rationem homo nequit cōsequi, quandiu, iuxta Hieremiam, non eleuauerit se supra se, federitq; solitarius ac tacitus, benedictioni addita est sanctificatio: qua sanè intelligitur dedicatio diei septimi, in quo vacaret homo ab omni opere seruili, quantum infirmitas humana patitur, soli; Deo contemplando studeret: nec non solis illis, quæ spiritum promouēt, exercendis inuigilaret, ac incumberet. imitareturq; tandem ipsum Deū, qui conditis rebus omnibus, veluti ad se reditus, in seipso requieuit à nullo pendens opere, quod ipse patrarat. Hoc nobis insinuare quoq; videtur benedictionis huiusmodi, sanctificationisq; causa: quam infert, dicēs. Quia in ipso cessauerat Deus ab omni opere suo. Huc accedit & illud, vt homo tanti Dei exemplo monitus, vbi per sex dies vagus rebus alijs, atque alijs commode fuerit vsus: ac iuste, septimo tandem die, veluti ex longa peregrinatione ad se reuersus secum habitet in se quiescat, apud se quærat illud cœleste regnū, quod intra nos esse Seruator noster testatus est. nec tamen se ipso contentus, ad Deum ipsum toto pectore contendat, & cum Propheta illum

talibus alloquatur: Tibi dixit cor meum, exquirit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Sanctificauit deniq; Deus diem septimum: quia illum ab alijs segregauit: vt in eo diuino cultui vacaretur. cui merito Dominicus dies successit. vt pro creatiōis sabbato dies resurrectionis Domini, idest, humanę recreacionis gloriosissimus, nec on expectatissimus dies futuris perpetuo temporibus festus ageretur. Præterea illud esse aduertendum, nondum constare nobis diem septimum ante legem datam religiose obseruatum fuisse: esto quod semper fuerit homo naturali quodam iure constrictus, quod nonnullam tēporis partem ad Deo vacandum diligenter accommodaret. Hinc liquet per Mosē à Deo fuisse præceptum Israelitis, in sabbato cultui diuino tantum studere, sicut habetur Exodi capite vigesimo: Memento, vt diem sabbati sanctificēs. Quæras. vnde constitit, sabbatum, cum fuisset, de quo agimus diem? procul dubio diuino reuelatu Moses cognouit sabbatum fuisse diē septimum cuiuslibet hebdomadæ à mundi creatione vsque ad illud temporis in orbē ductæ. Quod autem subiungitur.

**Quod creauit, vt faceret.**

Plurimum facit ad sensum eorum, qui rentur, in primis quidem fuisse quædam creata, putā primam illam, indigestamq; rerum molem: deinde ex illa facta, perfecta que fuisse ea, quæ sex diebus formata traduntur. Nec non iam inde à se ipsis distincta constant, sic, vt creatioe factionem præcefferit. In illo igitur, quod ab Ecclesiastico secundum Latinam translationem scriptum est, Qui viuunt in æternum, creauit omnia simul, per commode licet addere, Vt faceret. hinc cum Moses his narrationē orsus esset, In principio creauit Deus cœlum & terram, deinceps non repetiuit verbum, Creauit: sed intulit uerba, Fiat, &, Factū est. Quare liquet, fuisse totum opus in primis à Deo creatum, commune quoddam rerum inde facendarum elementum, & locupletissimum fundamentum, ex quo cætera fierent, prius quidē ab ipso solo conditore, deinde à creaturis quoque ipsis, quibus diuina maiestas dignata est communicare vires, quibus præditæ, quædā sibi similia, nonnulla quoque dissimilia facere possent: siquidem sol & homo generat hominem, alter gignit sibi similem, alter dissimilem. Est autem indicio huius mirificę communicationis haud leue, quod ipsum creare Deo soli definite adscriptum est. at facere, vt est in Hebræo, Ad faciendum, infinite profertur si-

Psal. 136.

Exod. 20

Eccle. 18.

ne certa personæ nota, ut intelligatur in rerū creaturarum propagatione, conseruatione atq; gubernatu, quædam alia, ab ipso Deo, agentia, non nihil facere. Non enim Deus condidit omnes res tales, quæ ociose penitus essent, sed ut motus suos agerēt, & agnatas sibi actiones, operaq; conuenientia præstarent. Cuncta namque, sicut suapte natura constant, ita propria finiuntur operatione. Quare non satis sapienter loquuntur, tam illi, qui negant creaturas agenti Deo coagere, quam qui putāt, agentibus illis Deū ipsum minime cooperari. Demū non est silentio prætereundum, ter in hac clausula replicatū fuisse hoc totum: Deus die septimo, id quod factum putarim, vel propter insinuandum illud ineffabile beatæ, & indiuiduæ Trinitatis mysteriū, quæ vniuersa tribus naturæ gratiæ, & gloriæ septenarijs cōsummat: vel quod totius mūdi perfectio cōstat principio, medio, & fine: vel quod quælibet vniuersi pars, si modo perfecta sit, constituitur, completurq; substantia, qua est, virtute, qua potest: actione, qua suum ipsius finem cōsequitur, forsitan & quæpiam mouere poterit: quod minimè dictum sit de septimo die, id quod de alijs scriptum est, factum est vespere & mane dies septimus. An quia nulla in eo noua creatura facta est, quæ vespere & mane clauderetur? an quia iam statutus erat certus ordo temporū, annorū, videlicet, atq; dierū, eorundeq; partium? An quia die septimo, consummato iam omni opere, nevtquam in illo, sed in semetipso requieuit Deus: qui est dies supra omnem diem æternus, cui nulla nox succedat, nec mane præcessit, sed semper idem ipse est vnicum veræ felicitatis lumen, & inocciduus iustitiæ sol: apud quem omnia in luce meridiana clarescunt: vt Aurelio Augustino diligentissimo harū rerū perscrutatori placet. Quod autem sequitur. **Istæ sunt generationes cœli & terræ, quando creatæ sunt.**

Recapitulatio est eorum, quæ in primo capite conscripta sunt, vt nonnulla, quæ ibi compedio tradita fuere, modo fusius explicentur. Generationes autem vocat, non quod verè fuerint generationes iuxta naturalis scientiæ appellationē: sequitur enim. Quando creatæ sunt: sed quod ignoram rem noto vocabulo significare voluit. quo demonstraret, tam facilem Deo fuisse rerum omnium ex non extantibus productionem, quam facile est apud philosophos naturalem aliarum ex alijs reb⁹ generationem. Etenim, quamuis vnica sit in

se ipsa diuina actio, atq; singularissima, plures tamen dicuntur creationes propter multigenam rerum creaturarum copiam. Hoc ergo dicto, propheticaq; auctoritate Moses nihil philosophorum redarguit insipientiam, qui nihil ex nihilo posse fieri, quam imprudentibus ausis, tam tumentibus buccis deblatterāt & ne putares creaturam creatori suo coæternam fuisse statim addidit.

**In die quo fecit Deus cœlum & terram.**

In primo enim simpliciq; diei primi momento cœlum & terra creatæ sunt, vt pluribus superius fuit explanatum. Congruenti igitur cōpēdio vsus inquit: Istæ sunt generationes cœli & terræ quando creatæ sunt. Porro duas tantum generationes mundi, videlicet, & Christi in veteri testamento prorsus perfectas legimus, & quidem merito, quoniā hæc duæ dūtaxat solo Dei Spiritu operāte gestæ sunt: cuius opera perfecta sunt. Argumento haud leui est, quod dictio, **וַיִּבְרָא**, toledoth quæ generationes significat, duobus tantum in locis scripturarum sanctarum integrè idest per duo, **וַיִּבְרָא**, scripta reperitur. Alter est hic, quē in manibus habemus: in quo generatio mundana recapitulatur. Alter habetur in quarto libri Ruth capite, vbi primum describitur Genealogia Dauid Regi: iam non modo ex Abrahæ, sed etiam ex Gentium genere deducta ex quo Christus commodus vtriq; populo redemptor iuxta carnem erat nasciturus: Hæc inquit, sunt generationes Phares &c. At reliquis in locis **וַיִּבְרָא**, toledoth, non per duplex, **וַיִּבְרָא**, vt par erat, sed per vnum tantum scribitur: vt denotetur reliquorum generationes esse per se imperfectas. perse, inquam, vt ex singulari priuilegio virginem Deiparam excipiam, cuius sancta & immaculata conceptio celebratur. Nec est huic assertioni contrarium, id quod tam Psalmographus, quam Paulus tradunt, Christum fuisse paululum ab angelis minutum, quoniam illa minutio non fuit ex aliqua generationis ipsi⁹ labecula: absit à Christiano pectore talis cogitatio: sed prouenit ex pientissima diuinæ prouidentiae dispensatione: vt Iesus noster in assumpta carne, quæ pati posset, mirificū vitalis crucis mysterium absolueret. Enimvero nō est oscitāter legēdū sed exacte pensandū hic primum additum esse nomen illud **τετραγεννητά**, idest, quatuor litterarum **יהוה**, ihvh, quod ineffabile

Ruth. 4.

Psal. 8.  
Hebr. 2.

Hieron.

bile Hebræis putatur: nec esse vllum hominū qui vel audeat, vel possit illud proferre. sunt enim quatuor literæ, quæ quid sonēt, nemo nouit hominum, nisi torte aliquem Spiritus sanctus illarum significantiam docuerit, profertur autem ab Hebræis alio sono, scilicet Adonai, cum tamen ea vox nominis tetragrammatōn, minimè sit. Quare de hac re placuit his ad scribere, id quod doctissimus Hieronymus ad Marcellam scribens tradidit: decē videlicet, mysticis, vocabulis Deum apud Hebræos designari. Primum, inquit, nomē Dei est **יהוה**, el, quod septuaginta **εϛϛ**, idest, Deum Aquila etymologiam eius exprimens **ϩεϛϛϩ**, idest, fortem interpretatur. Dein **יהוה** Elohim, quod & ipsum Deus dicitur. Quartum **יהוה צבאות**, quod Septuaginta virtutum, Aquila exercitū transulerunt. Quintum **יהוה יציר**, gelion, quod nos excelsum dicimus. Sextum **יהוה אלהים**, assēr ehiē, quod in Exodo legitur, Qui est, misit me. Septimū **יהוה אדנאי**, Adonai, quem nos Dominum generaliter appellamus. Octauum **יהוה** La quod in Deo tantum ponitur, & in alleluia extrema quoq; syllaba sonat. Nonimū **τετραγεννητά**, quod **αγεννητά**, idest, ineffabile putauerunt, quod his literis scribitur **יהוה**, iōd, he, **וַיִּבְרָא**, he. Decimum **יהוה שדי**, Saddai, quod Aquila interpretatur **αλημι**, quod nos robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus. Hæc ideo in hunc locum ex eruditissimo autore adduxim⁹, vt ad moneremus lectorem iuxta mysteriorum diuersitatem alijs atq; alijs nominibus Deum in Sanctis scripturis nominari. Et vt quæq; in suis locis tractentur, hic tantum de his duobus dicam⁹, **יהוה**, elohim, & **יהוה יהוה**, ihvh. Auunt itaq; Hebræi: id quod reueritas habet, nomen Dei elohim esse mensurā iudicij: hoc est, nomen quo significatur Deus, qua iustus est, nec non iudicia suas in creaturas exercet. ac subinde tradunt, merito Prophetam iudicasse Deū sub eiusmodi appellatione res cūctas creantem, eod quod ad quādam exactissimam iudicij commensurationem vniuersa sunt creata. Namque Deus singulis rebus à se conditis ius cuiusq; suum distribuit: tribuens, videlicet eis eum ipsum modum, speciem, & ordinem, cæteraq; omnia his agnata ornamenta, quæ sua cuiusq; rei natura, quo perfecta esset, exigebat. Verū quia nec ab opere iustitiæ aberat diuina misericordia: eiuq; ope o- perat, vt tanto molimine producta creatu-

ra seruetur, sibiq; cōstaret: immo & aliquādo ab statu suo miserè casura, non modò cœlesti manu fulciretur, sed etiam in melius magnifice commutaretur, redigens in summam generationes cœli & terræ, non solum intulit nomen elohim, quod est insigne diuinæ iustitiæ, sed etiā tetragrammatōn, quod summæ bonitatis est signaculum. hæc etenim appellatio, sicut ad significat naturam diuinam in se ipsa perfectam, atq; nullius opis externæ indigentem: sic insinuat eandem, haud ex aliqua indigētia, sed ex misericordi benignitate operantem, rebus à se conditis, pro beneplacito voluntatis sue, tū laborantib⁹ iubuenire, tū bene agentibus ampliora bona dilargi. Accedit ad hoc, quod ante hominis creationē nondū erat perfectū Dei opus: nec reliqua creatæ, sic, vt hō, diuina mīa indigebat. ideoq; perfectissimū Dei nomē haud est illatū, donec perfectissimum animal fuit formatum, quod ex sola diuina pietate summaq; bonitate supra ipsi⁹ dignitatem ad sceliciorem multo vitā esset transferendum, si vel iniusticia ei primitus apposita perstisset, vel si ab illa serpentis fraude deiectus, verbi liberatoris gratia ad amissam illā beatitatem consequendam pientissimè renouaretur. Et quā bene vtrunq; nomen mirabilis hic vir coniunxit dicens, Domin⁹ Deus; vt tali diuinarum appellationum copula restaretur, verū esse illud quod longe post rex Dauid cecinit: Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. At verò, quoniam in omni eo, quod creator erga creaturam suam operatur, primas obtinet illius misericordia: Misericordia inquit, eius super omnia opera eius: & illud, Quis prius dedit illi, & retribuatur ei? nomen ad misericordiā pertinens ei prætulit, quod ad iusticiam spectat: ait namq; nō, Deus Dominus: sed, Dominus Deus. pro eo enim quod apud nos est, Domin⁹, in Hebræo est tetragrammatōn: & pro eo quod nobis est Deus, illis est Elohim. Quod si ex aduerso in hunc modum collegeris, Sicut cūctis in Dei operibus misericordia illius atque veritas conueniunt: in singulis quibusque illius factis duo hæc nomina sunt copulanda. At non o dilecte, id ipsum passim ita fieri oportet. Quædam enim sunt diuinitatis opera, in quibus amplius elucet eius veritas, quā bonitas: & in his commodius Elohim nomen vsurparur quædam autem sunt, in quibus magis misericordia, quā iusticia, in quibus congruentius tetragrammatō scriptura videtur quædam denique tam Dei misericordiam, quā iusticiam ex æquo ferè manifestant: quibus vtrumq; nomen

Psal. 24.

Roma. 11

Augusti.

men conuenienter accommodatur. Ex quo illud etiam fit euident, rectissimè sapientes, sanctosq; viros facere, q; cum varijs beneficijs à Deo afficiuntur, pro donorum varietate alijs, atq; alijs reddendarum laudum cogno- mentis eum magnificant, atq; glorificant: ne pe his, quæ in presenti diuinam magnificen- tiam designantius illustrant. hunc enim dis- crete laudationis modum tenuit rex Dauid, quando victoria de hostibus potitus cecinit illud: Diligam te Domine fortitudo mea, Do- minus defensor meus. Cum vero à teris pra- uarum cogitationū nebulis, & ambigua mē- tis caligine se diuinitus liberatum cognoscit, illud proclamat: Dominus illuminatio mea & salus mea: quem timebo? Apostolus quoq; Paulus misericordiarum patrem, & Deū to- tius consolationis ex his, quæ Deo ipso auto- re sibi contigerant, appositis, gratisq; appella- tionibus prædicat. Ad hæc, eod quod nomi- ni Elohim, quod non solum creatori solet at- tribui, sed interdum quoq; creaturæ apponi- tur, additum est nomen tetragramaton, quod soli Deo vero conuenit, manifeste declaratur ipsum solum Deum, qui est totius substantiæ vitæq; principium, rerum vniuersitatem sine cuiuslibet creaturæ adminiculo condidisse, eundemq; esse supremum creaturarum iudi- cem, qui sit earū primus autor. Id autē quod sequitur: In die quo fecit, quidā sic accipiunt vt schemate Hebraico positum putent diem pro diebus: si quidem sex diebustorius est cō- positus orbis. Sed præstat adscribere ea quæ venerabilis Beda super hoc loco tradidit, di- cens, Diem ponit pro omni tempore, in quo primordialis creatura formata est. non enim in quolibet sex dierum cœlum est factum, vel syderibus illustratum, & terra ab aquis separa- ta, arboribus herbisq; constita. Sic & Apосто- lus dicens, Ecce nunc dies salutis, significat to- tum tempus, quo hic viuimus. Si ergo hunc diem pro illo tempore accipimus, quo mun- dus per sex dies ornatus est, possumus intelli- gere, quod protulit terra herbā virentem, nō sicut modò, cum irrigatione pluuiarum, vel industria hominum multa procreantur, sed aliter multo prima herbarum, & arborum fa- cta est creatio, solo scilicet Dei iubentis impe- rio, sine pluuia, & opere humano.

In die, ait, in quo fecit Dominus Deus cœlum & terrā, & omne virgultū agri: ante quàm orire- tur in terra. omēq; herbam re-

gionis: priusquam germinaret. In Hæbreo autem talis est verborum series, quæ Latina, apertius explicet. Et omne ger- men agri nondum erat in terra, & omnis her- ba agri nondum germinauerat. vt sit sensus, Tertio die produxit terra herbam viren- tem, & arbores, fructusq; in pleno statu, ac in- tegra specie, quam pro sua natura essent habi- tura, idq; consecuta sunt hæc omnia repente absq; vlla temporalium augmentorum mora iuxta efficacissimum illud Dei mandatū: Ger- minet terra herbam virentem. Enimvero, vt aperte noueris, non aliunde, quàm à Deo ha- buisse terram fecundam illam, & mirificam vim producendi res adeo varias, pulchrasq; opportune nunc Scriptura sancta lectorē ad- monet, haud antea tellurem quicquam illorū germinasse, quàm diuino dicto, germinandi talia, vim accepisset. Siquidem nondum plu- uiam de cœlo cadentem in gremio suo exce- perat, nec homo adhuc erat, qui eam coleret. itaq; prima illa plantarum herbarumq; pro- ductio fuit, non utiq; germinum, aut turculo- rum, aut plantularum, quæ vel fatione vel in- sitione adolefcunt, sed primitus, diuinitusq; sunt productæ, vt ex eis posteriores, tam natu- rali vi, quàm artificiosa cultura erumperēt, & multiplicarentur. mox enim à prima sua ipsa rum creatione cœperūt arbores, fructices, & herbæ vbertim germinare. Proculdubio cun- cta modo dicta firmantur eo, quod sequitur. Nō enim pluerat Dominus De⁹ super terra. & homo non erat, qui operaretur eā. sed fons ascē- debat è terra irrigās vniuersam superficiem terræ.

Hoc loco laborat Augustinus in declarando quomodo fieri potuit, vt vnus tantum fons to- tam terram irrigaret, montiumq; cacumina te- geret: quin eam diluuij more totam aquis obrueret. quod inconueniens, vt vitet, respon- det, vicissim illud fieri potuisse, vt fons ille nūc has, nūc illas tere partes aquis aspergeret: si- cut Nilus plana Aegypti arua irrigat. Vel forte ait, vnus fontis appellatione plures datur in- telligendos esse, qui ex vno latissimo aquarū conceptaculo per subterraneos cuniculos per- meantes passim scaturiebant, vniuersamq; su- perficiem terræ irrigabant. Hæc ille. Verūm in hoc loco explicatu difficilimo arbitror haud esse in decēs: illud quoq; nos annotare, non vt Patres suggillemus: absit, sed vt obscu- ris claritatem aliquā ingeramus, illud in quā, annotare,

Iob. 26

annotare, quod p̄ eo quod in Latino est, Fōs, in Hæbreo habetur פֶּֿד, quæ sane dictio nullibi sacrarum literarum fontem significat sed cum alia, tum vaporem, tum nubem so- nat. vnde Iob capite. 26. Effundēs pluuiā p̄- pter vaporem suū. Quare, vt reor, haud inepte Hæbreus quidam hunc locum accipit negati- ue, vt sit lectio, Nec vapor ascendebat: repetē- dam enim putat præcedentem negationem, וְיִי אֵין, quod Latinis sonat, non: vt legatur, & non pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram: & vapor non ascendebat de terra. Nec mirum, q; eadem repetatur negatio. quoniā mos est non infrequens Hæbraicæ linguæ, negatio- nem priori clausularum membro præpositā posterius attingere. Profecto hæc lectio valde confirmat proximam explanationem, qua o- stendimus ante pluuiam omnem, omnemq; humanam culturam, produxisse terram her- bas fructices, & arbores: q; solus ille rerum cō- ditor ea omnia potestate proderet, prouiden- tia curaret: vbi autem vapor ab humo in altū sublatus in nubem cogi cœpit, rursumque in pluuiam resolui, formatus est homo, qui ter- ram coleret, statim illa naturali vbertate fru- ctus; frugesque edidit. Alioqui, si fons ascen- debat è terra irrigans vniuersam superficiem terræ, ob eiusmodi irrigationem potuisset tel- lus ipsa consueto naturalis generationis cursu herbas, arboresq; que progerminare. At cona- tur persuadere nobis contrariū historiæ mun- dane narrator. Nempe prima graminū, fruti- cumque germina, plantarumque pullulatio- nem, solo Dei iubentis imperio prouenisse absq; pluuia cœlitus demissa: sine nebulis, va- poribusque à terra in altum sublatis, & in plu- uiam resolutis: absq; demum vlla hominum cura. Scio tandem Nicolaum in libro Diffe- rentiarum, tertium sensum immo & quartū inducere: sed nos ad vltiora procedentes li- berum lectori iudicium relinquimus.

Formauit igitur Dominus De⁹ hominem de limo terræ.

Quæritur, cur hic hominis formatio repeta- tur: nempe quoniam in Scripturis sanctis fre- quenter id, quod absolute & in genere prius traditum est, posterius particulatim: & exactius describitur. sic postquam scriptum fuerat, in principio Deum creasse cœlum & terram, continuo totius vniuersi creatio per sua mem- bra fuit aptissime diggesta: & modo itidem hominis formationem, quā ante generatim scripserat, per suas partes ad lineam describit.

Cæterum, quum hominem de limo terræ for- matum dicit, à toto alteram hominis partē, hoc est, corpus significat. nec enim totus ho- mo, sed ipius tantum corpus è terræ puluere factum est. nec item ex humo dumtaxat hu- mana caro fuit effecta: nam conuenerunt & in eiusdem compactionem elementa reliqua sed quia ex maiore terræ portione, quàm alio- rum elementorum corpus humanum Deus finxit, è terræ puluere eius caro compacta tra- ditur. Nam pro eo, quod Latinis est, De limo terræ, Hæbreis est, מִן הָאֲדָמָה, hoc est, puluerem ex ipsa humo. Apposuit autem, pul- uerem, vt ostenderet, friuolam hominis natu- ram ac infimam, quantum ad illius corpus p̄- tinet. Vnde peccanti homini dictum est: Pul- uis es, & in puluere reuerteris. & pater Abra- ham sese Deo pientissimè submittebat dixit: Quia semel cœpi, loquar ad Dominū meū, cum sim puluis & cinis. Sanctus quoq; Iob ad Dominum: Memento quod sicut lutū fe- ceris me: & in puluere reduces me. hinc e- uenit, vt sancta mater Ecclesia, quo filijs suis superciliū deponere persuadeat, in Quadra- gesimali frontispicio, eorum capitibus cinerē imponat, dicens. Recordare, homo, quod ci- nis es, & in cinerem reuerteris. Exigunt & hæc verba, vt homo multo maiorem curam de colendo spiritu, quàm carne gerat, quem corporiam formato inspirauit Deus.

Et inspirauit, inquit, in faciē eius spiraculum vitæ.

Porro singula verba pondus habent. Inspira- uit, vt ait, noueris hominis animā, nullatenus ex rebus extantibus fuisse factam: sed per illū Domini spiritum creatā, qui à principio cun- ctis rebus creandis superferebatur, victurisq; vitam inspirabat. Nec adiecit, In faciē, eo quod non totum corpus animet inspirata ei mens: sed quod humana facies his sensibus ornata est, in quibus hominis vita elucet ma- xime. nec tantum prodidit, inspirasse Deum homini animam, aut vitam; sed spiraculum vitæ, vt vel hinc intelligas animam humanā, haud esse quamlibet, sed egregiam quandam quæ ad naturam spiritus assurgat, quo prædi- tus homo & intelligit & sapit, iuxta illud Iob: Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Hic insuper spiritus, quamuis vnus sit in ho- mine, quantum ad substantiam suā, eodemq; aut præsentē ipse uiuat, aut absente, moriatur (vnde & sublimis Euāgelista, Dominū Iesū dixit, tradidisse spiritū, pro eo, quod est mor- tuum fuisse) tamen potentia est idem multi- plex:

Psal. 17.

Psal. 26.

2. Cor. 1.

Beda.

2. Cor. 6.

August.

Infrā. 3.

Infrā. 18.  
Iob. 10.

Iob. 39.

Iohn. 19.



plex: quippe qui vim obtinet impartendi ipsi homini vitam, motum sensum, atque intelligentiam. Quam ob causam, arbitror, vitæ nomen apud Hebræos tantum pluraliter efferi. frequens enim est apud eruditas linguas ea pluraliter efferi, quæ ex pluribus constant: ut apud Latinam scopæ, scalæ, bigæ: atq; his similia. in hoc deniq; loco, *וְיָרֵךְ* id est, vitarum, scriptum est. Et quidem his, qui vnicam in singulo quoque homine animam ponendam censent, Aurelius Augustinus vehementer ad stipulatur in eo libro, quæ De ecclesiasticis dogmatibus commatim edit. cuius verba nō grauiabor adscribere: Duabus, ait, substantijs tantum constat homo, anima, & corpore: anima cum ratione sua, & corpore cum sensibus suis: quos tamen sensus abque animæ societate non mouet corpus. Anima verò & sine corpore rationale suum tenet. Non est tertius in substantia hominis spiritus, sicut Dydimus contendit: sed spiritus ipsa est anima, quæ p̄ spiritali natura, vel pro eo quod spirat in corpore, spiritus appellatur. Anima verò ex eo vocatur quod ad viuendum, vel ad viuificandum animet corpus. Tertium verò qui ab Apostolo cum anima, & corpore inducitur, spiritum, gratiam Sancti spiritus esse intelligamus: quam orat Apostolus, ut integra perseveret in nobis: ne nostro vitio aut minuat, aut fugetur à nobis: quia Spiritus sanctus effugiet fictum. præterea quid est, ut ait Chrysostomus, Inspirauit spiraculum vitæ? Nempe voluit & imperauit, ut hoc corpus haberet vitalem vim, quæ facta est animali in animam viuentem, hoc est, efficaciter operantē, & suam artem membrorum motu ostendere valentem.

Et factus est, ait, homo in animā viuentem.

Non quodd homo, secundum Platonis diatribam, sit tantum anima viuens: sed iuxta Aristotelis placitum, animal viuum. Nec enim homo est tantum anima: sed id vnum, ac totum: quod ex anima & corpore constat. factus itaque est homo *וְיָרֵךְ*, lenéphes hhaih, id est, animæ viuentis, hoc est, qui haberet animam viuificantem. In quo & illud notaueris, quod cum cæteris rebus creatis subiunctum sit. Et factum est ita: de sola luce, atque homine per propria nomina replicatum est: Et

facta est lux, Et factus est homo: vel quia, sicut hæc visibilis lux est immortalis, sic & anima humana mori non potest, quæ lux quædam est spiritalis: vel quodd, quemadmodum lux in corporibus primas partes obtinet, ita & homo inter cætera animantia primatum tenet, quippe qui solus omnium sit mente præditus: vel denique propter secretius quoddam symbolum animæ humanæ ad lucis naturā. propter quod quidem symbolum homo lucis splendoribus præ cæteris animalibus vehementer oblectatur: id quod testatur bonus ille Thobias angelo dicens: Quod mihi gaudium esse potest, qui lumen cæli non video? Quid autem dixisset, si sermonem faceret de vera illa luce, quæ & ipsa est vera vita, & quæ cunctos, quibus illuxerit aperta, sui ostensione vera felicitate beatificat? Neque silentio est hic prætereundum, brutorum animas simul cum corpore fuisse productas. At hominis anima formato iam corpori est infusa: quod præstantior cæteris esset, ac immortalis, & mente prædita. Enimuero, quoniam ex hoc loco non obscure colligitur, hominis animam post corpus eius fuisse conditam merito ea de re Damascenus in hunc modum philosophatur. At quamobrem, dixerit fortasse quispiam, si anima longe præstat corpori, quod imbecillius est, prius est conditum, deinde quod præstantius? At non cernis charissime, idem in vniuersa conditione accidisse? ut enim cælum, ac terra, sol, luna, animalia, ac bruta, reliquaque omnia prius effecta sunt, ac deinceps homo, cui omnium harum rerum imperium erat tribuendum: eadem ratione in ipso humano officio, prius corpus, deinde anima multo eo præstantior efficitur. Iam verò velut nouum nouo habitatori habitaculum declaraturus infert.

Plantauerat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio.

Plantauerat, ait, non transplantauerat: quia non aliunde plantas traduxit, sed eas ibidem repente productas in pulcherrimum

rimum atq; amœnissimum hortum composuit. id quod paulò post explicatur, quum dicitur: Produxitq; Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendū suauē. Quod si quæras. Quomodo paradysum selectissimis arboribus plantauit? Non vtiq; agricolario quodam opere functus, sed potestate sua vsus: efficaci namq; iussu fecit locum illum subito plantis esse repletum. Hieronymus: Pro paradiso Hebræus sermo *גַּן* gan, habet, id est, hortum, qui Latinis est loc<sup>o</sup> arboribus confitus. Porro ut colligit Augustinus, tres sunt generales de paradiso sententiæ. vna eorum qui corporaliter tantum intelligi volunt. ala eorum qui spiritaliter tantū. tertia verò eorum qui vtroq; modo paradysum accipiūt: quam mihi placere fateor: ut homo factus ex limo, quod corpus humanum est, in paradiso corporali locatus intelligatur: quomodo & Adam, & si aliud significat, quia est forma futuri, in natura tamen propria homo accipitur. Est autem paradysus vox Persica, & apud Persas significat hortos, qui sunt arboribus confiti voluptatis gratia. Eden autem nō modo paradysum, voluptatemq; significare, sed quandam quoq; regionē Steuchus multis docet argumētis in annotatione quam de paradiso scripsit eruditione plenam. De quo & Hieronymus. Porro *גֶּדֶן* gheden, deliciae interpretatur: pro quo Symmachus transtulit paradysum florentem. Et paulò post idem autor. *גֶּדֶן* igitur Septuaginta Eden interpretati sunt voluptatē, Symmachus verò qui paradysum florentem ante transtulerat, hic posuit *ἡ τῶ παραδισω τῆς ἀλσῆς*, quod & ipsum amœnitatem & delicias sonat. Ego nimirum ingenue fateor, me nescire certum illum locum in quo terrestri paradysus sita sit, tantūmq; transcripsisse quæ alij de ea scripserint, quam tamē nō dubito alicubi terrarum fuisse plantatam. hic nempe loc<sup>o</sup> est vnus eorum de quibus Paulus ait: Non oportet plus sapere, quàm oportet sapere: sapere autem ad sobrietatem. Sane super eo, quod Hieronymus transtulit à principio, in quæstionibus ita tradidit. Nec nō quod sequitur apud Septuaginta contra Orientem, in Hebræo *מִקְדֵּם* mikédem, scribitur. quod Aquila posuit *ἀπὸ ἀρχῆς*, & nos, ab exordio possumus dicere. Symmachus verò *ἐκ πρώτης*, & Theodotio *ἐν πρώτοις*, quod & ipsum, non Orientem, sed principiū significat. Ex quo, ait: manifestè comprobatur, quod priusquam cælū & terram Deus faceret, paradysum ante con-

diderat: sicut & legitur in Hebræo: Plantauerat autem Deus paradysum in Eden à principio. hæc Hieronymus, alienam potius, ut solet, quam suam sententiam proferens. At verò quemadmodum sententia eorum, qui tradiderunt angelos fuisse conditos ante tempora sæcularia pōtificio decreto explosa est: ita & hæc deplantata paradiso ante mūdum conditum eodem decreto est antiquata. quo manifestè decernitur ante cæli terræq; creationem, nihil aliud fuisse creatum. Nec pigebit nos, siquidem res exigat verba illa decretalia superius adducta hic iterū inducer. Deus sua omnipotente virtute simul ab initio temporis vtrinq; de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanā quasi cōmunem ex spiritu & corpore constitutā. Nec quod in Hebræo legitur *מִקְדֵּם*, mikédem, id est à principio, siue in principio, cogit nos putare, paradysum fuisse plantatam ante cæli, terræq; factionem. quia illud, mikédem, si interpretetur ab exordio, sane intelligitur tertio id factum fuisse die, in quo produxerat terra omnem herbam virentem, & omne lignum pomiferum, antequam homo fingeretur, qui in illo deliciarū horto collocandus erat. Quid, si mikédem significat ab Oriētē? nonne prorsus ruit aliena sententia? Quid, quod si interpretetur à principio, potest commodè scriptura suppleri sic, ut sane accipiat ab orbis initio. siquidem Oriētis regio est prima terræ habitabilis portio, in quam terrestrem paradysum vergere traditur.

In quo posuit hominem, quem formauerat.

Extra paradysum igitur Deus hominem formauerat: sed mox illum in eam introduxit, ut re ipsa sensu beneficiorum Dei frueretur, ac sciret, quantus illi honor esset concessus. At qui verbum, posuit, sic intelligam<sup>o</sup>, vel quod aliubi factum hominem in hortum transtulerit, vel quod pro eo sit dictum, quod est: Præcepit illi, ut esset illic: ut ex amœno aspectu & conuersatione loci iucundissimi multam perciperet voluptatem, prouocareturq; ad gratitudinem. Intelligimus & hinc, quantis fuerit Adam affectus beneficijs, quum nullum adhuc boni specimen præbuisset: quibus proculdubio illectus maximis agendi Deo gratias vinculis astringebatur. Quam verò beata fuit illa sedes habitatori suo, sequentibus exponit.

Produ-

Augusti.

1. Cor. 7.

Sap. 1. Chrysof.

Thobi. 8.

Damasc.

Augusti.

Steuchus

Hierony.

Simach.

Rom. 12.

Produxitq; Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue.

Hoc reuera eodem die factum creditur esse, quo cunctas arbores fructiferas iubente Deo terra produxit. sed id ipsum hic repetitur: vt & qualis fuerit paradisi locus aperte sciatur: & quia de arboris vitæ, atque scientiæ boni mali que lignis mentione facturus erat. Com mendantur autē arbores paradisiacæ ab specie, & suauitate: quippe quæ erant adeo speciosæ, vt eas aspicientes, tum mirabili pulchritudine valde delectarent, tum ad se ipsi fructum vehementer aspectu sui delectatos allicerent. habent enim & oculi gulâ suam. Quotus enim quisque libenter vescatur eis cibis, qui aut sordidi sunt, aut squallidi videantur? Erant & illarum arborum poma gustui suauissima, vt pote prima de terra virgine ædita, Dominique manu mirifice cum aucta, tum edulcata. nam si post effusas diluuiio terrarum per orbem maris aquas, & salas & amaras ad huc arbores fructus germinant suauissimos, quantam suauitatem fructuū putamus fuisse illorum, quos tellus adhuc sincera, soloque Deo veluti agricolate mirifice protulit? idq; in paradiso hominis indulgentiæ à Deo ipso confita. Sed inter alia ibidem plantata ligna. Plantauerat etiam lignum vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali.

Porro arbor illa vitæ ideo dicta est, quod comedentibus vitâ feruaret. hoc enim est quod ait Augustinus: Cibus aderat homini, ne esuriret: potus, ne sitiret: lignum vitæ, ne eos senectus dissolueret. Et rursus idem super Genesim de eodem vitali fructu ita tradit: Illud quoque addo, quamquam corporalem cibum, talem tamen illam arborem præstitisse, quo corpus hominis stabili sanitate firmaretur: non sicut ex alio cibo: sed nonnulla inspiratione salubritatis occulta. Profectò enim quamuis vsitatus panis esset, quo Elias pascus est: aliquid tamen amplius habuit, cuius vna colligide hominem Deus ab indigentia famis die rum quadraginta spacio vendicauit. An forte credere dubitamus, per alicuius arboris cibum cuiusdam altioris significationis gratiam, homini Deum præstitisse, ne corpus eius vel infirmitate, vel ætate in deterius mutaretur, aut in occasum etiam laberetur, qui ipsi cibo humano præstitit tam mirabilem statum, vt infir-

tilibus vasculis farina & oleo deficientes referent, ne deficerent? Plantauerat quoq; Dominus Deus in medio ipsius paradisi lignum scientiæ boni & mali. Nō q̄ arbor ipsa ratioalis esset, ac scientiā boni & mali: aut haberet, aut in comedēte efficeret: iā enim Adam cū ex illius fructu comedit, qui nomina sua cunctis animalibus imposuerat, non parum sciebat, iam sapiebat, quum præceptum ei diuinitus imponebatur, iam nouerat obediendo se uitam seruaturum, non autem obediendo, in mortem abiturum: sed propterea nuncupata fuit illa planta scientiæ boni mali que, quod homo per experimentum comeso ipsius fructu didicit, quid essent, tam obedientiæ bonum, quam inobedientiæ malum. Ab accessione igitur pœnæ inferendæ diuinam iusionē trāgressuro dicta est scientiæ boni mali que arbor quia illam pœnam tolerado, re ipsa expertus est, quantum bonum sit obedientia, quantum que sit inobedientia malum. Porro, sicut hortus ille arbutis erat amœnus, sic erat & aquarum abundantia irriguus. nam,

Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum.

Pro loco voluptatis est in hebræo Eden. Diximusque superius Eden Hebræis modo delicias, modo certum quendam locum significare. De loco igitur qui dicitur Edē, fons erūpebat vberimus: qui propter aquarum abundantiam fluuius dicitur, qui per totam paradysum illinc effusus placidis eam fluētis irrigat.

Qui inde diuiditur in quatuor capita.

Egressus enim de paradiso fluuius ille in quatuor magnorū fluminū p̄cipia distribuitur.

Nomen vni Phison.

Deducitur autē Phison à verbo פָּסַח, pasah, quod est, crescere, expandi, & diffundi: eo q̄ latissimo alueo fluat. De quo Hieronymus in libro De locis hebraicis: Phison, quod interpretatur caterua, fluuius est, quem nostri Gāgem vocant, de paradiso exiens, & pergens ad Indiæ regiōes: post quas erūpit in pelagus.

Ipse circuit omnē terrā Euilath

In Hebræo est Cheuilath. putaturque nomē esse viri, eorum qui in recensione filiorū Noe numerantur. quem habitasse ferunt eam Indiæ partem, quæ ab ipsius nomine dicta sit Cheuilath. Alij opinantur, quod neque à nepote Noe, neq; à nepote Heber dicta sit terra illa

illa Cheuilath. Sed ab eo quod Cheuilath interpretatur partus: quonia parit illa terræ regio, & aurum & gemmas preciosissimas. Ad quod facit, quod sequitur.

Vbi nascitur aurum, & aurum illius terræ optimum.

In Hebræo est צִבְיָה, id est, bonum, sed rectissime pro bono optimum translit Hieronymus. quia Hebræi carentes vocibus comparatiuis, modò pro comparatiuo vsurpant positiuum, vt est illud: Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus: hic enim bonum pro melius positiuum est: modò pro superlatiuo vtuntur positiuo, vt Hieronimus: Bonum est viro, cūm portauerit iugum Domini ab adolescentia sua, id est, optimum.

Ibiq; nascitur Bdelium, & lapis Onychinus.

Hieronymus. vbi apud Septuaginta est Carbunculus & lapis Prasino, pro carbunculo & lapide Prasino, Bdelium & Onyx alij translulerunt. Quem locū, quia Sanctes Pagninus locupletissime pertractat, non graabor eius verba subscribere. בְּדֵלְיָהּ, bedolāhh, sicut quidam dicunt, teste Rabbi Dauid in libro Radicum, est lapis preciosus, qui altero nomine dicitur iahalom, id est, iaspis. Alij dicunt, quod est margaritum, sive margarita. Hieronymus alludens voci Hebrææ Bdelium translit, quod est genus arboris nigra secundū Plinium. vnde nō videtur quadrare, cūm omnes Hebræi dicant genus esse lapidis preciosi: & ex Sacris literis habeatur albi coloris esse. quanquam puto diuum Hieronymum nō intellexisse de Bdelio: sed Hebraicum dimisisse non interpretatum bedolāhh. Targum quoq; dimisit hic vocem Hebræam transfereus בְּדֵלְיָהּ, bedalha. Haghaon Rabbi exponit margaritum. vnde dicit, quod bedolāhh sunt lapilli rotundi, qui egrediuntur vt aqua: & sunt tenues, quibus assimilatur Manna. vnde margaritum est eius recta interpretatio, non Iaspis, non Chrystallus, vt quidam putauerunt. Hæc ille. Iam vero expositis, quæ ad primum fluuium pertinebant, de secūdo inquit.

Et nomen fluuii secūdo Geon.

De quo Hieronymus in libro De locis: Geon fluuius, qui apud Aegyptios Nilus vocatur in paradiso oriens, & vniuersam Aethiopiā circumiēs, dictus à verbo gauah, גָּוַה, quod est, exire & educere de ventre, eo quod latissimo

ambitu sese effundat, vel quod proprio egressus ab alueo erumpit supra littora terræ, quæ alluit, totamque irrigat Aegyptum.

Ipse enim est, qui circumit omnem terram Ethiopiæ.

Nascitur enim Nilus in mōre inferioris Mauritanie non longè ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem vocant Ilidem. deinde condit se itinere aliquot dierum, rursusq; erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæsariensi. iterumq; arenis receptus per deserta viginti dierum spacio fertur ad proximōs Aethiopas: & denuo profilit fontē, qui Niger dicitur: inde Africam ab Aethiopia secans plarsq; insulas facit, quarum clarissima est Meroë, cuius metropolis etiam Meroë vocatur. Postquam se aquis auxit, Nilus appellatur. Deniq; multis ostijs fertur in mare Aegyptium: Aegyptiq; inferiorem partem dextra leuaq; diuisus amplexu suo determinat: augeturq; Nilus certis diebus mirum in modum: & per totā spaciatus Aegyptum fecundissimus innatat. Su binde de tertio flumine inquit:

Nomen verò tertij fluminis Tigris.

Hieronymus in libro de locis: Tigris fluuius de paradiso exiens, iuxta Scripturæ fidē, pergensq; contra Assyrios, & post multos circuitus, vt vult Iosephus, in mare Rubrum influens. vocatur autem hoc nomine propter velocitatem instar bestie nimia velocitate currentis. eadē de causa Hebraice dicitur חִידְקֵל, hhidēkel, quod nomen compositum est ex חָד had quod est acutum & קָל cal. quod est leue: eo quod cursus tigris acutus sit, & leuis, est enim fluuiorum velocissimus. At quonia Hebraica nūcupatio hoc est hhidēkel fermē abolita fuerat, quo tempore Septuaginta interpretati sunt, pro Hebræo nomine sufferūt Græcum, vel potius Mediacum. Nam Medi Tigrim sagittam appellant: à qua quod iacta, celerrime in scopū feratur, tigris animal truculentum, & velocissimū nomen trahit. Deniq; Hieronymus, qui tres alios fluuios Hebraicis nomēclaturis extulerat, Septuaginta secutus hunc non hhidēkel, sed tigrim translit. Porro pro eo quod additur.

Et ipse vadit contra Assyrios.

In Hebræo est כִּדְמָת, kidmāth, quod sonare Latinis potest, vel, cōtra, vel, ante, vel Oriens: vnde & Hebræis hunc sensum reddit: Et



*Solinus.* ipse vadit contra Orientalem plagam Assur, id est, Assyriorum. Solinus tradit tigrim fluvium in Armenia caput attollere in loco edito ex lucido, conspicuoq; fonte. nec ab exordio statim totum esse: primo pigre fluere, non cum suo nomine: at cum fines Medorum inuectus sit, tigrim statim vocari: Arethusam lacum influere graui pondera sustinentem, cuius pisces nunquam se aluco Trigidis immiscant, sicut nec Amnici stagna attingant. Arethusam. mox Arabas praeterfluens Mesopotamiam amplectitur, & Hispadem accipiens Euphratemq; defertur in sinum Persicum. Haec sane scripturae sacrae consonant, quae Mesopotamiam ארם נהר ארם Aram naharâ im vocat, id est, Syriam inter flumina, quod inter Tigrim iaceat & Euphratem. de quo sequitur.

Fluvius autem quartus, ipse est Euphrates.

Hebraice הוּ פְּרָת hu perâth. sunt autem haec duae partes, quarum altera est הוּ hu, quod interpretatur ipse: altera פְּרָת perâth, quod est nomen fluminis proprium. has duas particulas videntur antiqui corrupte copulasse, nomenq; vnum ex duobus Euphratem fecisse: cum tamen Perâth sit eius fluminis nomen. itaq; Phrates Graece esset dicendum. vnde & addito pronomine, Ipse, tantum hunc fluvium designauit, qui Hebraeis, quibus Moses scribebat, esset notissimus: quippe qui Mesopotamiam à Palestina, hoc est, Iudaea disternat. Euphrates igitur fluvius est, in Paradiso oriens: & inde egressus postea conditus sub terra fluit: vt subinde, vt Strabo scribit, ex Niphate monte erumpat: magnus, profundus, ac celer Babyloniam per medium diuidit: & Tigri coniunctus prius Mesopotamiam facit postea exit in mare Rubrum, vel potius sinum Persicum: ibi enim sunt ostia Tigris in Euphratis.

Tulit ergo Dominus Deus hominem: & posuit eum in paradiso voluptatis.

*Chrysof.* Sanè vtrumque nomen tam Dominus, quam Deus conditori conuenit: alterum, tanquam bono: alterum, tanquam iusto. Frustra ergo quidam Ario fauentes, dominum Patri, Deum Filio tribuunt. Nam à Paulo, & Pater dicitur Deus, & Filius Dominus. Vnus Deus Pater, ex quo omnia: & vnus dominus Filius per quem omnia. ne putes in distinctionibus esse diuersitatem, & hanc maius aliquid significare, istam minus. Aduertendum item, quod

non simpliciter dixit, Et posuit eum in hortum, sed apposuit, voluptatis: vt excellentem voluptatem, qua fruiturus esset, illum inhabitando, declararet. hic autem audiendus est attentius Ambrosius inquit: Hoc loci illud aduertit, quod extra paradysum vir factus est, & mulier intra paradysum: vt aduertat quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque sibi gratiam comparat. deniq; extra paradysum factus, hoc est, in inferiori loco, vir melior inuenitur: & illa quae in meliori loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior reperitur: mulier enim prior decepta est, & ipsa virum decepit. Vnde Apostolus Petrus subiectas fortiori vasi mulieres sanctas, hoc est, viris suis, velut dominis obedire memorauit. Et Paulus ait: Quia vir non est seductus, mulier autem seducta in praeuaricatione fuit.

Quod si scire velis, ad quid posuerit dominus Deus hominem in paradiso voluptatis, euestigio docet legentem: nempe.

Vt operaret, & custodiret illum.

In quo diligenter est notandum, pro eo quod Latinis est custodiret illum, in Hebraeo haberi leghab dâh, vlsomrah, id est, vt operaretur illum, & custodiret illum, scilicet, paradysum, eo quod גן gen, Hebraice, quod apud nos paradysum sonat, femineum est nomen. Ex quo tollitur huius loci quaedam ambiguitas: constatque hominem esse, qui operaturus, & custoditurus esset paradysum illum. operaretur, ait, homo hortum: non vtrique opere laborioso, vel anxio: sed & perfacili & periucundo: & custodiret ipsam sibi paradysum, nequando peccando eam amitteret. Pulchrè Chrysostomus. Etiam hoc magnae curae & prouidentiae Dei erga nos argumentum est. Nam cum omnibus delicijs potirentur, ibi vitam agentes, tam oblectamenti eorum, quae videbant: quam leticia eorum quibus fruebantur: & ne immodica prosperitate homo insolesceret, omnem enim maliciam docuit ocium: Propterea praecipit Deus, vt operaretur illum hortum, & custodiret illum. Quid autem, dicit aliquis, illius cura indigebat paradysus? non hoc dico. sed voluit, tum vt paruam quandam sibiq; congruam gereret curam, partim custodiendo, partim operando. Erat autem operatio tunc citra laborem. dederat enim operationem quandam, & occupationem, quae neque dolorem, neque molestiam afferret. Caeterum quod dicit Custodiret, non sine causa appositum est: sed congruunt verba: vt plane scire posset, quod sub domino agat, qui hanc largitus

*Ambro.*

*Philon.*

*Ambro.*

*1. Pet. 3.*

*1. Timo. 2.*

*Chrysof.*

largitus sit fruitionem: Et cum illa etiam custodiam commiserit. Admodum quoq; grauius Ambrosius. Non idem est operari, & custodire. in opere enim quidam processus virtutis est: in custodia quaedam consummatio operis deprehenditur: eo quod quasi consummata custodiat. haec duo ab homine requiruntur. vt & operibus noua quaerat & parata custodiat, quod est generale. Philo autem: Quoniam spiritualia Iudaico non capiebat affectu, intra moralia se tenuit, vt diceret haec duo quaeri, opera in agro, & custodiam domus. Et quamuis, inquit, paradysus operibus ruralibus non egeret: tamen, quia primus homo lex posteris futurus erat: ideo legitimi etiam in paradiso suscepit speciem laboris: vt nos ad operationem & custodiam debiti officij, & haereditariae successione munus altringeret. haec duo ante exiguntur siue moraliter, siue spiritualiter. Mirè autem idem conditor, qui duo illa homini praestanda iniunxerat, vnum duntaxat illum cauere voluit.

Praecipitq; ei dicens: Ex omni ligno paradysi comede, de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas.

Atqui pro eo quod est, Et praecipit illi est in Hebraeo וַיִּצַו יְהוָה אֱלֹהִים עַל הָאָדָם, Et praecipit Dominus Deus super ipsum Adam: bonus scilicet & iustus conditor, vt qui ex misericordia dat praecipit ad profectum obedientis, ex iusticia de transgrediente meritis summat poenas. Super ipsum autem, inquit, hominem: quia praecipit diuinum captum intellectus humani superat: neq; enim homo sola naturae vi fultus perfecte intelligere potest, quam sit validum, equum, & commodum homini Dei praecipit. neq; si id ipsum mente diuinitus illustrata perspexerit, valet illud totis votis expetere: expetiturq; ad plenum exequi absq; illius auxilio, qui gratis operatur in nobis velle, & perficere. At verò, quem admodum hoc loco Pelagius aperte percutitur, sic minime suffragatur impio Lutero pestilentissimoq; humanae libertatis euerfori. Qui enim alicui praecipit: ac docet eum cui praecipit, proculdubio liberum ab eodem opus exigat. Siquidem, si opus idem necessario, vel faciendum esset, vel omitterendum, omnino frustra praeciperetur. Talia igitur praecipit nobis dominus Deus noster imponit, quae graui sunt & difficilia, & quadantenus impossibilia, si citra diuinam opem exacte sint, & spiri-

taliter, & beatifice obseruanda, Sine me, inquit, nihil potestis facere. Eadem tamen opitulante Deo possibilis fiant, facilia reddantur, habeanturque multo leuiores. Hoc ita se habere docet Ioannes Euangelista, quum proposita charitate Dei ad mandatorum diuinorum custodiam nos prouocat dicens: Haec est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius graui non sunt. Nec mirum. Deus enim est qui inquit: Iugum enim meum suave est, & onus meum leue. Quae igitur mandata natura sua dura sunt, & aspera: amor Dei, & spes praemij, diuinaq; vis facit leuia. Vide quoq; cum Chrysostomo, dilecte, statim ab initio quanto honore conditor hominem profectitur. neque enim dixit, imperauit, vel iussit, sed quid? Praecipit: sicut amicus amico de rebus necessarijs praecipiens loquitur: ita & Deus humanae naturae, quasi hoc honore ad obediendum his, quae à se praecipiebantur, attracturus. At verò primus homo temere prolapsus est, & peccato implicatus, quod minime contulit: secumq; considerauit, quam esset excellens, atq; vrgens impositum à Deo sibi praecipit: quam uere foret e re sua praecipienti parere: quam denique tutum domino diligenter inferuire. Comprecandus igitur est nobis æquissimus rerum pater cum propheta dicentibus, Da mihi intellectum, vt discernam mandata tua: vt illius gratia affecti diuina praecipit mente capiamus: & voto rebusque ipsis ad amissim illa compleamus. Praecipit itaq; illi dicens. Quaerat aliquis, qua sit Deus homini lingua locutus? proculdubio Hebraica, si verbo sonabili est usus. ea enim Adam locutum fuisse constat: quod si spiritali, intellectuibus ostensionibus sicut scienda, sic & agenda ipsi Deus intimauit, dicens: Ex omni ligno paradysi comede: de ligno autem scientiae boni & mali, ne comedas, ne utiqua hoc praecipit, si bene perpendatur, grauius aliquid habet: sed summa aequitate latè fuisse facile liquet. neque enim dimidiatè dedit illi rerum fruitionem: neq; à pluribus abstinere iussit, & ceteris frui: sed participè omnium, quae sunt in paradiso esse voluit: ab vno solo ligno abstinere praecipit, monstrans re ipsa nullius alterius gratia hoc ipsum se facere, quam vt tantorum beneficiorum autorem agnoscere posset: & intelligeret expectandam esse sibi à Deo mercedem, qui imponebat ei iustum quoddam reddendum illi iustum, inquam, minime suapte natura humanae menti penitus inditum, sed caelesti decreto positum, diuinaque autoritate firmatum.

*Ioan. 1.*

*1. Ioan. 5.*

*Matth. 11.*

*Chrysof.*

*Psalm. 118.*



xerimus reptilia, atque volucra ex terra præcipue facta fuisse, quatenus sunt quadam corporum mole quanta: cum aquis verò maiore cognitionem habere, quam cum terra, quatenus & reptilia aqueo abundant humore, & volatilia vapore feruntur aereo, vt vna stirpe prodita diuersa capiant loca. Quoniã igitur superius agebatur, non solum de reptiliũ productione atque volucrum: verum etiam de eorum habitaculis, in aquas relata est eorũ productio. nam aquæ humore constat et vapore. ex quo euenit, vt eorũ quæ ex aquis prodita traduntur, terra partim serpent, humiq; iaceant: partim in aera tollantur, leuesque efferrantur per auras. hic autem quia agitur de nominibus illis imponendis, humi crassiorisq; meminit elementi. Nam quatenus ea humi repunt, terræque insidēt homo terrenum animal ipsa facile nouit, suisque appellationibus distinguit: indicio nõ paruo esse potest, quod minime traditum est his Sacris literis. Adam tunc temporis imposuisse nomina piscibus alienas ab humanis sedes habitantibus. Suffragatur & nobis Diuus Augustinus inquit: De piscibus nõ dicitur, q̄ eis Adam nomina imposuit: sed credibile est, paulatim cognitio pro diuersitate gentium. eisdem nomina imposita fuisse. Quod autē Dominus Deus adduxit ea: scilicet, animantia ad Adam, vt videret, quid vocaret ea: id fecit, vt ostēderet, quãto priuilegio homo pecoribus antecellit, qui ratione sua cuncta distinguere, & nominatum fecernere posset. Adducta sunt autem animalia, vt placet Chryostomo, nõ vtq; circuitu locali, sed occulto nutu. diuina .n. potētia voluit, vt venirent, & homo intelligeret se ipsum quanto melior esset bestiis, dum cūctis nominum etymologiarum, id est, propriarũ notationum imponit: & eo magis conditorem suum diligere, quo se meliorem cunctis viuētib, quibus nomina indidisset, esse sciret. Expendat hic diligens lector, an recte senserit Pagninus super hoc puod scriptum est, Vt videret quid vocaret ea, quodam in loco ita differēs, Primus Deus ipse rebus omnibus nomina indidit, & imposuit, quanquã sunt, qui in Adã protoparentem hæc referant: quoniam scriptum est, Et vocauit. Adam nomina omni animalis: & omne quod vocauit Adam, id animæ viuētis est nomen eius. Sed quod ait, Et adduxit ea ad Adã, vt videret, quid vocaret ea, liquidõ ostendit, primum illum nõ fuisse autorem. perinde ac si dixisset: Quum Deus congrua imposuit singulis rebus nomina, vt primi hominis quem crauerat, sapientiam of-

August.

Pagnin.

tenderet adduxit ad eum cætera, quæ creauerat viuētia, vt videret, an ille iisdem nominibus, quibus ipse appellauerat animantia, vocaret. qui cum eisdem ea vocasset nominibus quæ ipse imposuerat Deus, ostendit eam qua oppletus fuerat, sapientiam.

Omne enim quod vocauit Adam animæ viuēti, ipsum est nomen eius.

Quum, inquit, Animæ, à parte totum significat: nempe, ab anima ipsum animal. sed non ab re. per formam enim, hoc est, animam inter se distinguitur animãtia: quibus, & à Deo & ab ipso Adam iuxta eorũ alias, atque alias naturas. variãque vires, agnata aptãque sunt indita nomina. Omne, ait, quo d vocauit Adam animæ viuēti, ipsum est nomen eius: id est, ei proprium & conueniens, eiusdemq; naturam peculiarẽmque vim omnino denotans. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animalia, & vniuersa volatilia cœli, & omnes bestias terræ. Forte & Adã his quoque, quæ animantibus inferiora sunt, & imperfectiora, nomina sua indidit: nempe herbis, plantis, piscibus, lapidibus, cæterisque rebus, earũque accidentibus: præterquã cœlo, terræ, luci, ac nocti, & alijs: quibus ex litteris sacris constat, appellationes proprias solũ imposuisse Deum, Qui numerat multitudinem stellarũ, & omnibus eis nomina vocat. Par enim erat, vt homo qui futurus erat Dominus super hæc omnia, pro arbitrio suo daret nomina rebus, quibus pro voto esset usus. Compellauit autem illa nominibus Hebraicis. videtur enim, & quidem iure Diuino Hieronymo, primam linguam humano generi fuisse fuisse Hebræam: quia nomina, quæ vsque ad linguarum diuisionem in Genesi legimus, Hebraicæ constat esse linguæ, cum sola Hebræam admittant interpretationẽ.

Psal. 146

Adã verò non inueniebatur adiutor similis eius.

Tradunt Hebræi, adductis coram Adam cunctis animantibus, nominibusque eis tam maribus, quam fœminis à se impositis, non inuenisse sibi similem, cui nomen inderet: mirantique solitudinem suam, cogitanti, necnon perscrutanti sibi comparẽ, immisisse illi Deũ somnum: sublatãque costam à latere viri in fœminam ædificasse. quã cum primum ille experiret apud se stantem aspexit, agnouit sociam: eique nomẽ à se deductum imposuit dicens, Hoc nunc os ex osibus meis, & caro de

dẽ carne mea: hæc vocabitur virago, quoniã de viro sumpta est. Videtur & in hanc sententiam facere, id quod hoc loci perdoctus Chryostomus adnotauit, prophetam videlicet nõ dixisse, Adã simpliciter: sed addidisse particulam, verò. Et velut alio exorsum principio prodidisse. creatis vniuersis animãtib. quãtumuis homini vtilibus, eumq; in variis vsus adiuuãtib, adhuc deesse illi adiutorium sibi cognatum, & eiusdem cum viro substantiæ & dignitate illo nihil inferius. nam quantumcunque ministerium exhibent cuncta animantia, aliud tamen quoddam adiutoriũ est multis numeris excellentius, quod à muliere Adẽ præstat. Eam igitur ob causam ex viri substantia mulierem in adiutorium illi simile formauit, quemadmodum scriptura inquit.

Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam.

At qui pro sopore apud Latinos, & pro ἔκτασι ἐστάσι, id est, mentis excessu, iuxta Septuaginta in Hebræo habetur תַּרְדֵּמָה, Tardemã: quod Aquila κατὰ φθορὰν, symmachus καθ' ἑν, id est, grauem & profundum soporem, interpretati sunt. Sed quo tendit tanta somni grauitas super Adã diuinitus iniecti? eò proculdubio: quod, nec ille corporeis oculis cerneret, nec disciso latere sentiret costam à se diuelli, ex qua fœmina cõstrueretur: At verò posito eodem Adam in illo altissimo mētis excessu, diuinitus ei reuelatum est, ex costa ab ipso ablata fœminam fuisse ædificatam, Sõlet enim Deus, quum aliquid in consuetu naturæ more, & quod totius creaturæ vires superet, operatur, illud ab humanis oculis auferre: vt locus fidei meritis detur, quæ de eis solis habetur, quæ in prospectum credētium non veniunt. sic quum à mortuis surrexit dominus Iesus, in prospectum custodiētibus territisque militibus sese suscitauit, ostensurus subinde se ipsum aperta in luce conspicuum, non omni plebi, sed tantum testibus à Deo præordinatis. Sic & in cœlos conscendens, quum iam iam illos esset introiturus, perlucida nube contactus à mirantium oculis ablatus fuit.

Cumq; obdormisset, tulit v-

nam de costis eius.

Profecto vt vnitatem generis in primis partibus commendaret, eorumque posteros firmissimis mutue inter se charitatis vinculis connecteret atque constringeret, non ex viri femine, quod aliud quiddam ab ipso Adam videri poterat, sed ex illius costa mulier est formata: hoc est, ex eadem numero massa, quæ erat in Adam, efficta est Eua. vnde & statim, postea designatẽ subiunxit, haud vtiq;, Generauit, quod verbum ad semen pertinet. Sed, Aedificauit, quod ad materiam spectat. ex quo videtur non esse absurdum sentire, nulla extrinsecus adiecta virili costæ alia quapiã materia, ex ipsa sola fœmineum corpus fuisse cõpletum, sed eadem costæ virilis mole diuinitus replicata, autãue in se ipsa plenum solidumq; constitisse. Sic enim quanto maior vnio inter primos humani generis parentes inuenitur, tanto redditur coniunctius humanæ societatis sacramentum. Hæc est Hugonis de de Sancto Victore sententia ea de re in hunc modum differentis: Si ad perficiendum corpus mulieris de costa illa, Deus extrinsecus augmentum sumpsit, cum illud, quod addebat, maius quã ipsa costa fuerit, potius de illo mulierem factam scriptura debuit dicere, vnde plures partes substantiæ suæ acceperit. Restat igitur, vt dicamus, costam illam in se ipsam fuisse multiplicatam: & ex ea mulierẽ formatã, nullo additamẽto extrinsecus sumpto. maius enim fuit, de nihilo omnia facere, quã paruam substantiam in se ipsam multiplicare. hæc ille. Quæstio ab autoribus scholasticis scrupulosi multò pertractatur, si quis his cõtentus non fuerit, illos consulat. At verò Deus, ne apertum remaneret Adælatus, clausit illud.

Hugo.

Et repleuit carnem pro ea.

Scilicet è limo terræ carnem pro ablata costã suppleuit, atque sufficiens. Sanẽ pro repleuit, in Hebræo est רָפַאֵל vaijgór, & clausit, carnem pro ea: hoc est, ablata costæ loco. potest quoque intransitiue capi, vt sit sensus, Et clausit se caro, vel clausa est caro pro ea. Nam qui legunt, Repleuit carnem: vel, vt est in Chaldæo, Posuit carnem pro ea, nempe costã, debent forsitan iudicare illud carnis supplementũ in altero hominis latere appositum. Siquidem est vero simile sublata illa ab Adã costã, corpus illius nostrum simile permã-

Hugo.



fomento, quod haud inuitus adscribam. tradit enim, Deum posuisse carnem pro costa: ne, aut turpis esset fossa, si vacua omnino pars illa maneret: aut, si os posse regeneraretur, nullum signum ablatæ costæ remaneret: per quod constet, vnum tantum principium esse generis humani: et ideo retentum est signum sicut cicatrices in corpore Christi in triumphu resurgentis seruatae fuere. Nec superflua putanda est illa costa, quæ velut semine muliebri sexui procreando fuit, id est, materia ex qua mulier ædificaretur. nec monstruosum illud est corpus habendum: quod ex absconditi primo illi homini costa, propagationis humanæ principium constituebatur: vt inde iuxta historiam veritatem triplex illa vnitas naturalis, ciuilis & spiritalis, humanæ societati fouendæ percommoda, quàm poterat, maxime mortalibus commendaretur. Quare valeat ille, qui præter communem Patrum sententiam primæ femine ædificationem parabolicæ accipere fuit ausus. Nos literæ veritatem secuti, simpliciter obediunt prophetæ dicenti.

**Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem.**

Pulchrè inquit, ædificauit, quoniam mulier in ædificij formam constructa est. Est enim mulier amplior internè: angustior verò supernè. neque id temere: sed vt prægnas foetum leuius ferat: atq; velut in quodam frumeti horreo in pyramidem fastigiato totum onus non pariet, ne crepet, sed latissimo fundamento incumbit: sic corporea illa concepti foetus moles intra maternum vterum, tanquam in stabili quadam muliebris sinus basi in declinate continetur, & ad ortum vsque residet. forsità & ideo ædis meminit in mulieris factione: quoniam, sicut viri est negociando extra domum euagari, & quæ in rem familiarem sunt cõducitura, cum acquirere, tum in ædes suas importare: ita femine pudoris est, domi sedere, nec non fidelis vxoris, ea quæ per virum sunt conquisita, penes se ipsam sedulo seruare. Talem eam depingit sapiens, quum inquit Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. Denique formata vbiuis ex sententia mulierè, minime reliquit eam in certis sedibus solitariam diuagari, sed secum duxit.

**Et adduxit eam ad Adam.**

Videtur igitur hæc verborum series cõmonstrare, dominum Deum in remotiore quodam loco ex costa illa mulierem condidisse, & in

de adduxisse illam, necnõ in Adæ prospectu posuisse. Quo recepto cõtinèter ambigitur, Vt quid oportuit dormiēte viro secretiorem locum Deum petiisse, vt ibi fœminam formaret, formatamque inde ad virum adduceret: forsità, vt nobis constaret, quod quemadmodum Adæ dormiēti, nec sentienti sublata est costa: ita & eo vigilante, & non aspiciente mulier fuit ædificata: vt illam eminus accedētem homo prospiceret, & agnosceret, & miraretur, probaretque eam, quam in ecstasi spiritu prophetiæ plenus è costa sibi dormienti sublata formatam nouerat. Hinc & Adam ipse id ipsum testatus dixit:

**Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.**

Attende lector diligenter, & cognosces hoc gestum præformasse illud ineffabile sacramentum: quo dormienti in vitali cruce in ædificationem ecclesiæ domino Iesu de latere ipsius exiuit sanguis & aqua: sanguis videlicet redimendæ ecclesiæ: aqua abluendæ. at vbi è mortuis euigilauit, misitque de cœlo sublimiori secretiorique loco Spiritum sanctum, mirabiliter ædificata fuit eius ecclesia, quæ adducta per Patrem ad Filium, Nemo, inquit, vinit ad me, nisi Pater meus, qui misit me, traxerit eum. Agnoscitur ei, & probatur: & admittitur ab sponso cœlesti dicenti: Hęc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. & illud de Canticorum: Veni in hortum meum foror mea, sponsa. Nam vide, obsecro quàm cõtentus conspecta muliere Adam dicat:

**Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.**

Pro eo quod est, Hoc nunc, in Hebræo est **וְעַתָּה הִנֵּנִי** zoth hapágham, id est, hæc vice hac. Et quis lector fuerit adeo somnolentus, qui verbis his non excitetur ad querendum, Cur vbi videbatur satis fuisse dicere, Hęc os ex ossibus meis, adiecerit nunc, id est, Hęc vice? An quia oblatis sibi antea cunctis alijs animalibus nullam fœminam inter omnia illa sibi agnatam cognouerat, qualem iam præsentem habebat? An potius quoniam dumtaxat hac vice fœmina de solo viro sit assumpta: cū tamen esset futurum tempus aliud, in quo versa vice sumeretur ipse vir de sola muliere: quippe Iesus Christus de sola matre Maria virgine beatissima. Sic demum mirabilis quidam generationis humanæ tetragonus consumatur. Si quidem primus homo neque ex viro, neque ex fœmina generatus est: sed à Deo de solo

solo terræ limo, quantum ad corpus eius spectat, eius manibus effictus est: deinde fœmina ex solo viro fuit mirificè ædificata. at cæteri omnes eorum posterii ex mare cum fœmina fuerunt procreati: donec ventum est tandem ad Christum qui ex sola fœmina, eademque virgine Spiritus sancti opificio conceptus est, atq; natus. Nec verò Adam gratissimo fœminæ, hoc est suæ comparis aspectu adeo captus est, vt obstupuerit: sed sibi constans sapienter ei nomen indidit dicens.

**Hęc vocabitur virago, quoniã de viro sumpta est.**

*Hierony.* Hieronymus in lib. q. super Genesim: Nõ videtur, ait, in Græco, & in Latino sonare, cur illic, **γυνή**, hic mulier appelletur: quia ex viro sumpta est. Nã Vir Latine, Græcè **ἄνθρωπος**, vocatur. Sed etymologia in hebræo sermo seruat: Vir quippe vocatur **אִישׁ**, is, & mulier **אִשָּׁה** isfã recte igitur ab **אִישׁ**, is, **אִשָּׁה**, isfã appellata est mulier. vnde & Symmachus etymologiam enã in Græco voluit custodire dicens: **ἀυτή κληθήσεται ἀνδρῶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐλήφθη ἀυτή.** quod nos Latine dicere possumus, hæc vocabitur virago, quia ex viro sumpta est. potest quippe **אִשָּׁה** isfã secundum varietatem accentus & Assumptio, intelligi. Hęc Hieronymus: qui à viro voluit fingere viram, quod ad Hebraicam rationem cõsequens erat: sed quantum latinitas pateretur, aliter expressit Hebraica. maluit enim à viro ducere viraginem, quàm viram: cum tamen virago mulier cordata, ac robusta vocetur. Sed Deo tacere, vnde nouit Adam mulierem de viro fuisse sumptam? nisi quod in somno illo diuinitus ei immisso hoc cum multis alijs mysterijs ipsi dormienti reuelatum fuit, vt ex Euangelicis & Apostolicis literis constat? Nam & ea quæ continuo scribuntur ab Adam dicta Magister cœlestis dominus Iesus Christus in Deum ipsum refert apud Matthæum Phariseis respondens, Non legistis, q, qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos: & dixit, Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna? Hęc itaq; verba, vt ait Augustinus, cū primi hominis fuisse, Scriptura testetur: Dominus tamen hic, Deum dixisse declarat: vt hinc intelligeremus propter eorum, quæ præcesserat in Adam, hæc diuinitus tãquam prophetam dicere potuisse. & de eodem Apostolus ait, Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ec-

clesia. In eo ergo quod Adã immo Deus per Adam subiungit:

**Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem suam: & adhærebit vxori suæ.**

Iura matrimonij præscribit. præcipit enim filio vel naturæ legè explicas, qua cauetur inter parētes & liberos cõiugia cõtrahi, vel potius cõiugale cõiuctu præfinites, præcipit in quã filio propriã matrē relinquere: vt & maritus fiat, & propriæ vxori adhæreat præcipit, & filij patrē suū relinquere, vt nubat viro, eiq; adhæreat. Idq; non tantum cotidiano cõiuctu, alternatque officiorum opera, quantum in dissolubili vinculo, maritali affectu, & coniugali opere. Facit ad hoc, quod verbu **דָּבַר** dabac, non modo significat adhærere: sed etiam pertinaciter coniungi: vt eam que est cõiugalis vinculi sancta & illibata cõnexio, nec non inuiolabilis thori fides, & legitima cõiunctio, adhæisionis vocabulo hoc loco penitus intelligamus. Vnde ab æuo condito scelestataque nefaria fuere semper habita parentum cum liberis suis coniugia. Quin & Gentium Doctor priuigno initum cum nouerca sua connubium vehementer execratur; Corinthios in hæc verba diuerberans: Audite inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, vt quis habeat vxorem patris sui. Attende autem, quàm firmiter Christus ex illis verbis Adæ,

**Et erunt duo in carne vna,**

Indissolubile esse coniugale vinculum colligat dicens: Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Quod si cum Phariseis insurgas, & contradicas: Quid ergo Moses mādauit dari libellum repudiij & dimittere, ductam subaudi. Audi quid dominus ait illis: Quoniã Moses ad duriciam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Grauitèr admodum Hieronymus. Quod dicit huiusmodi est: Nunquid potest Deus sibi esse contrarius, vt aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo frangat imperio? non ita sentiendum est. sed Moses cū videret, propter desiderium coniugum secundarum, quæ illis ditiores primis, vel iuniores, vel pulchriores essent, primas vxores interficere, aut malam vitam ducere, maluit indulgere, discidium quàm odia, & homicidia perferre. Simulque cõsidera, quod non dixit: Propter duritiã cordis vestri permisit vobis

*I. Cor. 5.*

*Matth. 19.*

*Ibidem.*

*Hierony.*

*Prone. 13*

*Ioan. 6.*

*Cant. 5.*

*Matth. 19*

*Augusti.*

*Ephe. 3.*



*I. Cor. 7.* bis Deus, sed Moses: ut iuxta Apostolum con-  
*Chrysof.* filium esset hominis, non imperium Dei. Pro-  
 pterea, ut Chrysoströmus annotavit, bene di-  
 xit, quod Moses hoc permisit: non præcepit.  
 quod enim præcipimus, semper volumus:  
 quod autem permittimus, nolentes indulge-  
 mus: quia malam voluntatem hominum ad  
 plenum prohibere non possumus. permisit  
 ergo vobis facere mala, ne faceretis peiora.  
 Ergo hoc vobis permittendo, non vobis Dei  
 iusticiam demonstravit, sed à peccato abstu-  
 lit culpam peccandi: ut quasi secundum legem  
 agentibus vobis, peccatum vestrum non vi-  
 deatur esse peccatum. Quare videtur mari-  
 tos tunc temporis dimittentes uxores iuxta le-  
 gis præscriptum lætali culpa non fuisse im-  
 plicitos: quoniam auctoritate diuina hanc de di-  
 mittenda vxore legem, sicut cæteras Moses tu-  
 lit. quam & Malachiæ. 2. rursus approbavit  
*Maluc. 2.* Deus dicens: Si vis dimittere, dimitte dicit do-  
 minus Deus Israel. Erat igitur vxoris repu-  
 dium ea tempestate, non crimen, sed im-  
 perfectum quoddam congruum duriciæ il-  
 lius populi cupientis vti licentia, qua potie-  
 bantur cæteræ gentes in repudiandis vxori-  
 bus. quod quidem imperfectum reduxit ad  
 perfectum primæ institutionis sublato de me-  
 dio tali repudio ille qui est alpha & ω. finem  
 ad principium reducens. Quamobrem quod  
 Adam dixit: Et erunt duo in carne vna, ita ac-  
 cipendum est, ut Christus exposuit dicens:  
*Matth. 19.* Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Non  
 quod non sint vir & vxor duæ personæ: sed  
 quod vtriusque corpus mutuae communionis  
 vnitate fit veluti vna caro ex duabus consum-  
 mata & in communem coniugum vsum ex-  
 pensa, dum iuxta Apostolum vir non habet  
 potestatem corporis sui, sed mulier: & mulier  
 non habet potestatem corporis sui, sed vir.  
 ex quo fit mirabile quoddam, ut vterque ha-  
 beat vtriusque corporis potestatem. nam cum  
*I. Cori. 7.* alter habet potestatem in corpus alterius ha-  
 bentis in corpus suum potestatem, possidens  
 alterum à quo ipse possidetur, in eodem v-  
 trunque possidet. Sic ergo ex vtriusque carne  
 fit vna tota quædam & communis vtriusque ca-  
 ro, adeo vtriusque coagmentata atque verbo  
 Dei eas in vnum redigente mirifice coniun-  
 cta, ut seruata personarum naturarumque in-  
 ter maritum & vxorem distinctione, vnior  
 multo fit vir vxori, quam pater filio, & rur-  
 sum, vxor viro, quam mater filio: vnior ite-  
 rum quam germana illa fratrum ex eodem vtero-  
 natorum cognatio. Quam pulchre Chryso-  
 strömus super Matthæum hoc explicat, ita dil-

serens: At dices, Si ergo quia est ex viro vxor,  
 & ex vna carne sunt ambo, relinquet homo  
 patrem suum & matrem suam: videtur, quod  
 maior nunc charitas debet esse inter fratres  
 & sorores: quia hi quidem ex eisdem paren-  
 tibus exeunt: illi autem ex diuersis. Huic ob-  
 iecto respondet: Sed hoc magnum est nimis:  
 quia fortior est Dei constitutio, quam virtus  
 naturæ. non enim præcepta Dei naturæ sub-  
 iecta sunt, sed natura Dei præceptis obtempe-  
 rat. Deinde fratres ex vno nascuntur, ut diuer-  
 sas vias petant. vir autem & vxor ex diuersis nascun-  
 tur, ut in vno cõueniant. Ordo etiã naturæ Dei  
 ordinationem sequitur, quod enim est in ar-  
 boribus humor, hoc est in hominibus amor.  
 humor autem de radicibus ascendit in her-  
 bam, & rursus transmittitur in semen. ideo  
 parentes quidem filios diligunt, sed non sic  
 diliguntur à filiis: homo enim non ad paren-  
 tes sed ad procreandos filios transmittit affe-  
 ctum. Et hoc est, quod dicit: Propter hoc re-  
 linquet homo patrem & matrem, & adhære-  
 bit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, ita ut  
 iam non sint duo sed vna caro. Vna, alterna  
 sui communicationis vnione: vna, indissolu-  
 bili coniugalis affectus vinculo: vna, eodem  
 gignendæ prolis voto, communi que liberos  
 educandi officio: vna, denique perpetui con-  
 uictus consuetudine. Hæc iuxta historiam sic  
 habent. Sed & secundum allegoriam inquit  
 Paulus, Sacramentum hoc magnum est. ego  
 autem dico in Christo, & Ecclesia. Ille namque  
 patrem reliquit, non loci secessu, sed confes-  
 sione ad carnem, & venit ad sponsam, qui  
 prius cum ignorasset, & relicta matre synago-  
 ga propter eius incredulitatem, sanctæ creden-  
 tium ecclesiæ adhæsit: eiq; vno in spiritu vni-  
 tus est. qui enim adhæret Deo, fit vnus spiri-  
 tus cum eo. Denique perpetuo erunt duo in  
 carne vna. quia Christus & Ecclesia in vno  
 mystico corpore in æternum coniuncti erunt.  
 Cæterum tanta erat in illo innocentia statu  
 originalis coniugij pudicitia, & sanctitas: ut  
 ipsa verenda, verenda non essent: ac perinde  
 nullis operimentis indigeretur. Hoc est enim  
 quod sequitur.

Erat autem vterque nudus, nec e-  
 rubescebant.

Nudi erant, quia amictu non egebant. erat enim  
 adeo perpetua paradisi temperies, & lo-  
 cus adeo amoenus: ut primi illi habitatores nu-  
 dis quamuis corporibus, vagantes, nec æstu  
 pulsarentur, nec imbri. Quid? quod illa nudi-  
 tas eorum nullatenus ipsis erat ignominia, sed

sed gloria: non insipientia, sed securitati, non  
 defectui, sed plenitudini. Idcirco non erubef-  
 cebant. non quod se nudos esse nesciuerint:  
 sed quod tegumentis se minus indigere no-  
 uerant. Nulla enim aderat turpitudine tegan-  
 da. quam postea ob culpam subortam triplex  
 est erubescendi causa consecuta: quas in pro-  
 ximo capite latius explicabimus. Interim non  
 erubescabant: peccato enim & præuaricatio

ne nondum præsentem, gloria, quæ superne ve-  
 nerat, vestiti erant: mira quidem & maiori,  
 quam vllus vestitus posset ornare. Tam mi-  
 rabili demum gloria tunc homo pollebat: ut  
 spiritus ille perfuga, & ei inuiderit, & serpen-  
 te indutus, ei fuerit insidiatus. cuius fraudu-  
 lentiam pestiferam sequentia docent, cum  
 dicitur.

Caput tertium.

Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ,  
 quæ fecerat Dominus Deus.

*Chrysof.* C Hrysoströmus. At forte hic dubitauerit  
 quis: & ut sciat, quæserit: Num hoc  
 animal rationis fuerit particeps? Non  
 ita est. Absit. nam sequentes scripturæ hoc ex-  
 pendere debent, quod verba quidem sunt ea  
 quæ sequuntur, diaboli sub serpentis forma  
 loquentis, quem sua inuidia concitabat, ut i-  
 ra hominem falleret. Animal autem hoc, ut  
 instrumento accommodo, utebatur diabolus:  
 quo suarum fraudum esca deuorata sup-  
 plantare primum posset mulierem, quæ faci-  
 lius decipi poterat: & postea per illam etiam  
 protoplastum supplantaret. Quamuis ergo  
 serpens cæteris animantibus ratione experti-  
 bus suapte natura sit callidior: tamen hic non  
 vtriusque naturalis eius astucia intelligenda est,  
 sed pessima dæmonis calliditas, qui spiritu  
 suo nequissimo, sicut olim Ethnicos vates,  
 serpentem implebat, per quem loqueretur.  
*Augusti.* Nec putandum est, ut ait Augustinus, quod  
 diabolus serpentem, per quem tentaret, sic e-  
 legerit, ut potestate sua illum sibi assumeret:  
 sed cum decipere cuperet, non potuit, nisi per  
 quod animal permissus est. Nocendi enim vo-  
 luntas inest cuique à se: sed potestas à Deo,  
 qui occulto suo iudicio alia alijs nocere per-  
 mittit. Augetur, & hinc diaboli malicia. tan-  
 to enim ob peccatum culpator est habendus:  
 quanto cæteris erat astutior, & intelligentior.  
 idcirco execrator fuit cæteris iuxta mysticam  
 Domini sententiam: quam in illum tulit in se-  
 rius dominus dicens: Maledictus tu præ om-  
 nibus animantibus. Et id quidem meri-  
 to, quoniam iustissimum est illud Christi apud  
 Lucam, Seruus sciens voluntatem domi-

ni & non facies multis vapulabit plagis. Sed  
 tentatoris fraudulentum ad interceptandam  
 femina discutiamus aditum.  
 Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit  
 vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno  
 paradisi?  
 Pro eo quod in Latino est, cur, in Hebræo est  
 אֲפֹכִי aph ki: quod potest significare nun-  
 quid. veluti dæmon in serpente loquens late-  
 ter interroget, ac si dubitet: ut ex mulieris re-  
 sponso capter explorandi eius mentem fallen-  
 dique occasionem. Nec multum ab hoc abest,  
 quod Latine interpretatum est: Cur præcepit?  
 Enimvero, aph ki, Hebræis proprie significat  
 quantum magis. ut hinc subaudiamus, quædam  
 alia præcessisse verba, quibus serpens cum mu-  
 liere insidiater egerit, ut Deo inuidiam apud  
 illam concitaret, scilicet blandis eloquijs viru-  
 lenta odiorum semina eius auribus instillans,  
 tanquam ægrè ferendum esset, quod Deus il-  
 lam nobiliore non fecerit, vel spiritibus quo-  
 que cælestibus excellentiorem. addebat etiã  
 ea quibus eadem mulierem & in superbiam  
 erigeret, & ad indignationem incitaret: & tã-  
 dem adigeret ad rebellandum Deo, cum ma-  
 ligne in homines affecto: eisque, quamuis à se  
 recenter formatis imperiose nimis dominã-  
 ti: ac subinde in argumentum eorum quæ me-  
 tiebatur, putatur acclamasse: Quantum magis,  
 scilicet, potestis cognoscere Deum vobis esse  
 infestum, atque iniurium, ex eo quod præcep-  
 tit vobis, ne comederetis ex omni ligno pa-  
 radisi. O verba mædossissima, inuidiosissima,  
 pesti-

pestilentissimoque veneno plenissima. Non inuidet optimus rerum parens creaturæ suæ, quam summa bonitate condidit, non est infestus facturæ suæ, quam non inuitus fecit, non omne lignum, sed vnum tantum summo consilio prohibuit. Heu minimū infelix mulier: heu male cauta: heu nimis inconsiderata: heu male capta: quæ captiosis diaboli blandicijs delinita, iniquisque laudibus tacta, plus æquo sibi placuit: animoque elata superbij: & quæ Domini præceptum grauius ferre cœpit. Id quod certe vel ex eo liquet, quod referendo Dei mandatum, vt illud grauius, & inuidiosum magis ostenderet, necnon intolerabilis redderet, quædam illius verba immutauit peruertitque: quædam ex suo nequiter addidit. dixerat enim Dominus Deus Adæ, Ex omni ligno paradisi comedere: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Retulit autem mulier:

De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud: ne forte moriamur.

Ecce pro ligno scientiæ boni & mali, mulier inuidiose posuit: De fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, quasi fructus illius arboris quæ esset in medio paradisi esset optimus, & quodam numinis odio prohibitus. Adhæc Deus præcipiendo, tactus non meminit: ipsa mentiens adiecit, Ne tangeremus: vt mandatum Dei superstitiosum insinaret, & insolens atque imperiosum. Demum comesturis ille absolute mortem interminatus fuit: hæc dubitandi notam male credula adiecit dicens, Ne forte moriamur. Quam quidem mulierem vbi tentator verbis suis commotam sensit, & elatam, præcepti impatientem, mendacem, atque dubiam, abusus oblata sibi occasione illam penitus euertendi, fallacissimam assertionem subiecit:

Nequaquam moriemini.

Aliamque impositi præcepti causam multo falsiorem allegauit dicens:

Scit enim Deus, quòd in quacūque hora comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis

sicut Dij scientes bonum, & malum.

Denique hac diabolica asseueratione mulier intercepta, Deoque non bene credula, calumniatori autem male credens, abiectioque omni de pectore suo timore, tam spe quadam obtinendæ diuinitatis alleccta, quam arboris specie, eiusque fructus suauitate illecta, manum suam ad verum pomum extendit: decerpit: tulit: comedit: deditque viro suo: perijtque simul, & perdidit. O quot, quantisque criminibus talibus ausis implicata fuit. nanque primum mulieris peccatum fuisse arbitror, superbam quandam, & ambitionem de se ipsa metis elationem: secundum, impatientiam quædam de diuino mandato conceptam, vt pote indignanter ferentis, quòd ei esset obnoxia: tertium, impudens mendacium traduentis ceu nimis grauem Dei iusionem: quartum, impiam & infidelem ambiguitatem, de morte diuinū præceptū violatū intentata: quintum, cordis leuitatem, qua calumniatori falsa suggerenti tam facile credidit: sextum, comestionem fructus vetiti contempta inhihentis autoritate: septimum, peruersam illam persuasionem, qua virum suum impulit eundem prohiberetur fructum comedere, eodemque scelere inuolui. Profecto subscribit huic sententiæ Nicolaus per commodum Literarum sacrarū interpret. Accedit quoque Diuus Augustinus dicens: Nec putandū, quòd homo deicere-tur, nisi præcessisset in eo quædam elatio comprimenda: vt per humilitatem peccati sciret, quā falsò de se præsumserit: & quòd nō bene se habeat natura, si à faciente recesserit. commendantur enim, quale bonū Deus sit, quando nulli bene est ab ipso recedere. Nec mirū videri debet alicui, hoc loco fieri illam verborum additionem superius positam: tum, quoniam ἡ ἀφ, particula, id est, etiam, semper addit aliquid super illud, quod eam sequitur: tum, quia mos est Diuinæ scripturæ, vt ex verborum sine faciat intelligi eorum principia. id quod liquet ex eo quòd exploratores, quos miserat Iosue, reuersi dixerunt: Quia dedit Dominus in manu nostra omnes habitatores terræ à facie nostra. Nec est consentaneum hoc tantum illorum fuisse verborum initium quoniam dictiuncula ἡ, id est, quia, rationem reddit eorū, quæ prius ab illis dicta fuerant. Scriptura itaque ex dictorum sine principium notificauit. In eo autem, quod veterator ille fallaciter pollicetur eis dicens, Aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum

Nicolaus August.

rum & malum, hoc persuadet, vt sub Deo se se nolint, sed similes ei essent, non indigentes illius interno lumine, sed viuentes propria pudentia ad dignoscendum bonum & malū quod ille prohibuisset. Non autem dixit, Scientes verum, & falsum, quæ ad simplicem scientiam maxime pertinent: sed bonum & malum, quæ ad voluntatem præcipue spectant: & quæ non ad exactè speculandum meditatione, quam agendorum experimēto cognoscitur. Porro sciebant Adam, & Eva, vt pote scientia pleni, prout ille ferebat status, naturam boni & mali. verum, quamuis essent experti bonum illius status, in quo erant: adhuc tamen aliquid aliud ignorabāt, quatenus nō dum fuerant experti malum, in quod erāt colapsuri. Vnde & serpens superiori potentia coactus est, prus illis bonum, quàm malum proponere dicendo, Scientes non malum & bonum, sed bonum & malum. At qui id circo bene hoc lignum scientiæ boni & mali nominatum fuerat: non quòd mulier antea simpliciter ignorauerit: serpenti enim illa inquit, Præcepit nobis Deus, ne comedamus ex illo ne moriamur: & sic plane sciebat, quòd mors poena esset, si mandatum præuaricaretur. sed quia post huius etum, & superna gloria spoliati, & sensibilem nudationē experti sunt, ideo vocauit illud lignum scientiæ boni & mali. circa illud lignū quāsi quædam obediētie deo reddēde exercitatio. Emvero quā verisimillimā fraudis fuit, tentatorē illis promississe diuinæ scientiæ similitudinem: vt improbo cosequendi illam appetitu in escati, excæcati atque furētes ad præcepti transgressionem incitarentur, immo impellerentur. Nec defuit serpentinis conatibus opratus successus. capti enim illi dolis & dæmonis arte. Dei legem temerè præuaricati sunt, ac subinde lapsi à bono in malum re ipsa miserabiliter calamitatē eam cognouerunt, quā antea simpliciter præcicerant: & qui prius simplici intelligentia noverāt, se non esse corporalibus indumentis vestitos, mox à peccato, apertis calamitosæ poenæ experientia oculis suis, vitandam tegendamque indecentis nuditatis turpitudinem viderunt. At vero neutiquam assecuti sunt illam, quantum fallaciter promissam, tantum insipienter appetitam scientiæ diuinitatem. quin potius, quam homo Dei dono habebat, amisit: secundum quod propheta Psalmogra plus testatur, dicens: Homo quum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Vnde & quidam putant Dominum Deum pos-

Psal. 48.

terius per ironiam dixisse: Ecce Adam factus est, quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum. Sane nunc operæ precium arbitror esse conferre perfectum scientiæ Domini nostri Iesu Christi cum imperfecto hominis primiti: vt eregione collatis innotescat, quàm procul alterum ab altero distet. De Christo igitur tale fuit vaticinium apud Esaiam: Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Quòd autem ait Butyrum & mel comedet, nihil insigne continēt, nisi per allegoriam dictū accipiatur: videlicet, quòd Christus Dominus, quantum ad morum pertinet rationem, dulcia tantum, Deoque grata gustarit: non vti que peccata quæ suapte natura sunt amara, summoque rerum iudici pernigrata, aliquatenus attigerit. Sed vnde hoc? inde profecto, quòd non modo scriuerit bonum & malum, secundū quòd eorū scientia ad simplicem pertinet cognitionem: sed ed etiam, quòd fuit ille prudens ac sapiens in reprobando malo, & eligendo bono. Nō igitur Iesus culpæ malum sciuit experientia, quod vitauit diuina prouidentia. sed nouit bonum summa sapientia, exactissimoque experimēto rum obediendo fruendoque Deo, tum vel in diluendo mortalium culpam, vel obtinendo puniendis veniam, vel denique promerendo beatificandis diuinam gratiam, pro quibus liberandis acceptissimum Deo patri in cruce sui sacratissimi corporis obtulit sacrificium. Quod mysterium ipse verborum ordo aperte fati indicat, nam ad hominem dictum est Scientes bonum & malum: ed quòd à bono casurus esset in malum: de Christo autem è diuerso, Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum: ed quòd malum depulerit, bonumque sit amplexus. ad quod quidem bonū malo propulsato capeffendū omne genus hominum cœlesti doctrina in auditis miraculis, validissimis exēplis magnifice inuitauit, & mirifice dignificauit: iuxta diuinum illud scire suum in reprobando malo & eligēdo bono. Sed hæc hæc hactenus.

Vidit igitur mulier, quòd bonū esset lignum ad vescendum: & pulchrū oculis: aspetuque delectabile,

In Hebræo pro eo, quòd est apud nos, Ad vescendum, habetur, לֶמַחֲלֵם, lemaachal, id est, in cibum. & Septuaginta ἰσ βρωσις, id est in cibum: & pro eo quòd est, pulchrum illic habetur ἡ ταυά, hoc est, desiderium quòd

quod per augeſim poſitum eſt pro ſuo con-  
creto. vt enim cum quis dicitur ſcelus, intelli-  
gitur eſſe valde ſceleſtus: ita hic dicitur deſi-  
deriū, quod eſt valde deſiderabile, & Græce  
ἀρετὸν, id eſt, placidum: & tandem pro eo  
quod eſt: Aſpectu delectabile, *לֵךְ הַחַיִּים*  
*לֵךְ הַחַיִּים*, id eſt, & cōcupiſcibile lignum ad  
intelligendum. conſonat & Hebraicis Græca  
ἐπιθυμία, id eſt, pulchrū  
ad intuendum ſiue intelligendum. Hebraico  
rū itaque ſumma eſt hæc. Et vidit mulier, q̄  
bonum eſſet lignum in cibum: & quod deſi-  
derium eſſet oculis: & concupiſcibilis arbor  
ipſa ad intelligēdum. Ia. verò quid eſt, quod  
ait: Vidit mulier: niſi quod illa approbavit ar-  
borem: ipſamque acceptavit: vt comedendo  
illius fructum, conſequeretur illa tria, quæ ſer-  
pens ei erat pollicitus. Nanque quod ſcriptū  
eſt, Vidit mulier, quod eſſet bonum lignum  
in cibum, reſpondet ei quod dixerat ſerpens,  
Eritis ſicut Dij. Et quod maius bonum quam  
Deo ſimilē fieri? Quod vero vidit, illud eſſe  
valde deſiderabile oculis, p̄tinet ad id, quod  
dictū fuerat, Aperientur oculi veſtri. Quod  
autem eſt vehemētius mortalibus deſideriū,  
quàm corporali frui pulchritudine, quæ cor-  
poreis hauritur oculis? Demum vidit, quod e-  
ſſet concupiſcibile ad intelligendum: quod  
manifeſte quadrat cum illo, Sciētes bonum  
& malum. Mirum autem eſt, quàm ſit curio-  
ſa hominum concupiſcentia, non tam in ag-  
noſcendis diuinis ſacramentis, quod eſſet ma-  
xime optandum: quàm in eo quod ſit maxi-  
me vitandum, videlicet, in perſcrutando oc-  
cultā quædam myſteria, quæ Magi falſo ſe ſci-  
re iactitant. vt ſtultos mortales fallant, falſo-  
que auenter expilent. Hunc ſanè locum Di-  
uus Ioannes imitatus videtur, cum vniuerſa  
generis humani vitia in tria illa capita rerulit  
dicens: Omne quod eſt in mundo, concupif-  
centia carnis eſt & cōcupiſcentia oculorum,  
& ſuperbia vitæ. quo ſuper loco ſentit nobiſ-  
cum Gloſſa marginalis ſub hac verborum ſe-  
rie: Omnes dilectores mundi nihil habent, ni-  
ſi hæc tria, quib⁹ oīa vitiorū genera cōprehen-  
dūtur, concupiſcētia. n. carnis eſt deſideriū  
oīum, quæ ad voluptates. & delicias corporis  
p̄tinet, vt cibus potus, cōcubitus, & huiusmo-  
di cætera: concupiſcētia oculorum eſt omnis  
curioſitas, quæ ſit in diſcendis artibus magi-  
cis, in contemplantis ſpectaculis, in ſuperua-  
cuis acquirendis reb⁹ temporalibus, in dig-  
noſcendis, carpēdisque vitij⁹ proximorum.  
ſuperbia tandem vitæ, cum quis ſe iactat in

honoribus, magnasque familias expetit. per  
hæc denique tria victus eſt Adam, quia cibū  
vetitum concupiuit. voluit eſſe ſciens bonū  
& malum: voluit eſſe etiam, ſicut Deus. Hæc  
ibi. Et quid putas aliud mulierem ſic affectā,  
feciffe quàm quod Scriptura prodidit?

Et tulit de fructu eius, & co-  
medit.

Cōcupiſcētia cū cōcepta fuerit pariet pecca-  
tū: peccatū autē cōſummatū cū fuerit, generat  
mortē vt ait Iacob⁹ ille Tonitruī fili⁹. Cui ac-  
cinit & Pfaltes loquēs de hōie prauo, qui poſt  
concupiſcentias ſuas abit: Ecce parturit iniuſ-  
ticiam, concepit dolorem, & peperit iniqui-  
tatem. Rariſſimum vitæ eſt inuentu, vt qui  
concupiſcentia illeſtus, attractusque pertur-  
bationi ceſſerit, hortatoriſque ſcleris voto af-  
ſenſerit, ita ſibi conſtet, quin oblata opportu-  
nitate illud aſtione compleat. Nec verò ſatis  
fuit audaci mulieri Dominicum præceptum  
violafſe: ad ſimile quoque facinus maritum  
ſuum coegit.

Deditq; viro ſuo, qui comedit.

Quomodo autē dedit? niſi iam abuſiuo quo-  
dā imperio, vel certe improbitate muliebri:  
non enim ait, Perſuaſit illi: vt in eo ſibi crede-  
ret, in quo crediderat ipſa ſerpenti. Vir nanq;  
inquit Apoſtolus, nō eſt ſeducus, ſed mulier.  
Qualis autem, vel quanta ſit mulieris impro-  
bitas, paſſim non ſolum diuina, ſed etiam hu-  
mana teſtantur exempla. Ergo cogendo po-  
tius, quàm ſeducendo, imperādo magis, quàm  
ſingendo effecit, vt obediret vir eius voci.

Quia audiſti, ait, vocem vxoris  
tuæ: & de ligno, de quo præcepe-  
rā tibi, ne comederes, comedif-  
ti: maledicta terra in opere tuo,

Præuaricatus eſt itaque Adam domini præce-  
ptum iuxta Apoſtolum, haud deceptus, ſed  
iuxta Auguſtinum, in conſtantia quadam af-  
fectus minus virili: ne oblatum ſibi à ſodale  
ſua cibum, non edendo contriſtaret delicias  
ſuas. Quantum inſaniſſet, ſi deceptus fuiſſet  
qui videns ac ſentiens, vt dicitur, in ignē ma-  
num miſit, periſtque. Antiquiſſimum igitur  
malum eſt, viros alioqui inſignes in horreda  
quædam portenta à ſceminis deluſos adigi:  
nulliq; parcere iacturæ, modo amicæ ſuæ pla-  
ceant, & obtemperent. Eiuſmodi technis Gy-  
ganti moleſtiſſimis impudica improbaque  
Dalila Samſonem ſuum ſefellit, vicitque: atq;  
ſuperhumanis illis viribus expoliavit. Quo  
ſceminios

magis caueat, oportet vir prudens ac probus  
ſceminios dolos. Nihil enim eſt, quod ſcemi-  
na praua non tentet, quo virum capiat, per-  
uertat: & eundem, quo ipſa furit, furorem fue-  
re cogat. Suſpicor & hunc locum Titum Li-  
uium legiſſe, qui, loquens de Tullia ſuperbi  
Tarquinij vxore, quæ ſiſtentem aurigam car-  
pentum, quo illa vehebatur, ſuper ſtratum hu-  
mi patris ſui corpus inferre compulſit, crude-  
liſſimam vltra omnē humanitatem filia im-  
pietatem execrans exclamauit: Sed omne ma-  
lum à ſceminia. Exemplo denique Euz peſſi-  
mus mos hominibus perditiffimis inoleuit:  
vt conentur, quibus vitij⁹ ipſi laborent, alios  
penitus inſicire: ſcilicet, vt multitudinis pa-  
trocinio, quaſi quadam peccantium nube cō-  
teſti eorum morbus cæteris mortalibus leui-  
or videatur. Sed hi fruſtra homines alios aut  
latere aut fallere nituntur, qui Deum, neque  
latere poſſunt, neque fallere, nec pœnam effu-  
gere, quam illis per os Abacuc prophete cō-  
minatur Dominus dicēs, Væ qui potum dat  
amico, mittens ſel ſuum & inebrians, vt aſpi-  
ciat nuditatem eius: repletus eſt ignominia  
pro gloria: bibe tu quoque, & conſopire, cir-  
cumdabit te calix dextera Domini, & vomit-  
us ignominia ſuper gloriam tuam. Iam ve-  
rò expoſita primorum parentum culpa, con-  
ſequenter pœna eam conſequens declaratur.

Et aperti ſunt, ait, oculi ambo-  
rum.

Tale eſt & illud: Reuela oculos meos. tam e-  
nim hic, quàm illic de ſpiritualibus eſt: oculis  
ſermo. nec enim tunc primum corporales il-  
lorum oculi ſunt aperti, ſed ſpirituales. ſiqui-  
dem mox ab eſu fructus vetiti animaduerte-  
runt: nouerunt q; ſeipſos ob peccatū eſſe nu-  
datos gratia illa ſtatuſ perbeatī, qui diuini p̄-  
cepti obſeruantia in eis cuſtodiebatur, atque  
integer permanebat. Tale eſt & illud quod  
hoc in libro inferius habetur: Aperuit Deus  
oculos Agar, & vidit puteum aquæ. nō quod  
antea non habuerit oculos apertos: aut nō vi-  
deret: ſed quod mentem illius excitauit, vt il-  
luc aſpectus aciem intenderet, vbi puteum vi-  
deret. Sic & Lucas Euangeſtiſta de duobus il-  
lis diſcipulis in Emaunte cum Chriſto cenā  
tibus ſcripſit: Et aperti ſunt oculi eorum: &  
cognouerunt eum. quod ſanè non de ſenſibi-  
libus oculis, ſed de ſenſu mentis eſt accipien-  
dum: ſcilicet, quod panis fractione fuerit mēs  
illorum excitata, vt vehementius attenderent  
& acutius aſpicerent, quo inſignem illum pa-  
nis fractorem dominum Ieſum eſſe penitus

agnoscerent. Poſteſt quoque quod & ſuperius  
diximus, oculos eorum apertos fuiſſe, ſic ac-  
cipi: non quod antea non viderint: ſed quod  
comeſto fructu prohibito re ipſa iam cogno-  
uerunt, non modo bonum, ſed etiam malum  
experti ſunt: aduerteruntq; ſe nudos eſſe; a-  
miſtūq; indigere. quo regnante iam in eorū  
membris libidine contegerent improban-  
turpitudinem. hoc enim eſt quod ſequitur.

Cumq; cognouiſſent ſe eſſe nu-  
dos, conſuerunt folia ficus, & fe-  
cerunt ſibi periformata.

Ante peccatū igitur nouerant quidem ſe nō  
eſſe veſtimentis indutos: ſed à peccato con-  
feſtim cognouerunt eſſe ſe nudos turpi, & e-  
rubefcenda nuditate. Turpe quidem eſt totū  
corpus humanum, ſi totum ſit veſtibus expo-  
liatum: ſed inter omnes corporis partes illæ  
turpiſſimæ ſunt, quaſ verendā vocamus, hæc  
nanque non modo nuda pudore quodam na-  
turali auerſamur: ſed etiam eorundem opera  
quamuis legitimo ſint ſancta coniugio, ho-  
neſto pudore, ab humano proſpectu ſubmo-  
uentur. Merito ergo, vt tantam tamq; pudē-  
dam turpitudinem ab aſpectu tollerent, con-  
ſuerunt folia ficus. Tradunt enim Hebræi, ſi-  
cū fuiſſe arborē ſcientiæ boni & mali, quæ  
erat in medio paradifi: ad eamq; tam virum,  
quàm mulierem conſugiſſe, vt à Domini ſa-  
cie ſemet abſconderent: ex eiſdem quoq; ar-  
boris folijs putāt illos feciſſe ſuccintoria, qui-  
bus pudenda tegerent. quæ omnia ſatis con-  
ſonant his quæ de ligno ſcientiæ boni & ma-  
li in hoc capite traduntur. Fuiſſe autem ean-  
dem arborē, in qua peccatum eſt, & ad quā  
conſugiſſe eſt, ad ſalutiſeræ crucis myſteriū  
facere maxime videtur: vt homines iam mor-  
tales, originalisq; iuſticiæ gloria deſtituti, in-  
de ſibi nonnullum decoris amiſi remedium  
quærerent, vbi ſe peccaſſe nouerant: ibidēq;  
humanum quamuis aliquid paſſi, ſcleris ſui  
vltorem latere poſſe putarent, vbi illum offē-  
derant. Sic nempe primus Adam fuit figura  
ſecundi, Ieſu Chriſti videlicet: qui, qua Deus,  
iam ipſe lignum tunc notauit, damna vt lig-  
ni ſolueret, & qua homo, pro homine reparā-  
do medelam ferret inde, hoſtis vnde læſerat.  
Nonne ibidē æterno diuinitatis intuitu vi-  
dit verum illum Iſraelitam, in quo dolus nō  
erat, vitalis crucis beneficio ſeruandum? ad  
quem factus homo dixit: Prius quàm te Phi-  
lippus vocaret, cum eſſes ſub ficu vidi te. in Iu-  
bis quippe Adæ ſub ficu latentis erat Natha-  
nael, id eſt, donatus Deo: (ſic em̄ Nathanael  
Lati-

1. Ioan. 2.

Iaco. 7.

Liuius.

Abac. 2.

1. Ti. 2.

Pſal. 118.

Auguſt.

Luc. 24.

Iud. 16.

Ioan. 12.



Latinis interpretatur), et cur Deo donatus? nisi quia sub ficu praecitus & praedestinatus: ut inde per Apostolum vocatus Iesum saluatorem suum agnosceret, amplecteretur, & cofiteretur? Vnde & memorata à domino ficu non modo credidit, sed etiam Christum confessus est, dicens: Tu es filius Dei: Tu es rex Israel. Tandem, quamlibet haec scitu digna sint & pietate plena: nihilominus lectori admonemus doctissimum Hieronymum ad Algafiam scribentem tradidisse, Adam absconditum fuisse sub ligno vitæ, id quod ad vitalis crucis lignum manifestè pertinet. Consuetes itaq; folia ficus fecerunt sibi perisomata, quæ cingulos, vel succintoria, vel brachias possis interpretari, quibus pudenda teguntur, ut humano pudori consulatur. Nam, quamvis totius corporis nuditate experiretur, qui tamen non habebant, vnde se totos vestirent, ad tegendas partes corporis maiori turpitudine laborantes in primis se conuertunt: multisq; ficus folijs inuicem consutis (utebantur in frondium pediculis pro acu, filibq;) cinctuculos confecerunt, qui ab umbilico ad media vsq; crura decenter operirent. Ergo fuerit primum artis opus. Cæterum ut superius traditum est, erant ambo nudi, & non erubescerent. At mox à peccato ficulneum quendam (vrit. n. ficulneus succus) idest, libidinosum, turpemq; puritum in partibus corporis ignobilioribus senserunt, vehementiq; erubescencia affecti sunt. Quod si quis nosse velit, cur à partibus illis pudendis tam grauis verecundia, nudatis hominibus, quãuis probatissimis accedat: inseruiam illi libentissimè adscribens huic loco tres causas, quas ea de re diuus Cyprianus in tractatu De circumscriptione dominica concinnè tradidit. Est itaq; illarum prima, quod imbrobus membrorum genitalium motus hominem à sublimi vigen-tis rationis culmine in humilem, atq; brutum quendam affectum deturbet. Secunda ea est, quod, velit nolit volutatis (quæ in hominis regno arcem imperij obtinuit) caro quæ ancillari deberet, nimis ei rebellis aduersum spiritum mouetur, atq; concupiscit. Tertia demum causa est, quod perturbatio illa, quæ totum hominem maxime inflammat, & assidua quadam molestia male perurget, infestaque tyrannide diuexat, memoriale quoddam est praeruaricationis antiquæ, quo homo praesertim fidelis, occulto quodam instinctu ex ipso peruerso inter-narum virium ordine, quem in se manifestè experitur, quadam tenus monetur, ut acuta quadam solertia sentiat, atq; resciscat eam

ibidem.

Hiero.

Cyprian.

culpam, propter quam in tam foedam rerum confusionem deciderit. Nec grauior autoris grauisimi verba subscribere. Hæc, inquit, verecundiam post praeruaricationem vanitati subiecta non volens anima pertulit, & vim sustinet inquietudine perurgente & inuoluntarijs motibus fatigata infelicitatis suæ deplorat miseriam, liberari de corpore mortis huius desiderans, & pacifici tranquilliq; status à Deo postulat libertatem. Quotidiano sanè conflictu spiritus, & caro luctantur: & causatur ratio aduersus domesticum malum, quod ita exerceat regnum quasi natura sit vitium, & secum traxerit creatio prima peccatum. Hoc utiq; prima non sensit conditio, sed secutum est transgressionem supplicium, & adhæsit idiuidua pœna peccato, de quo erubescerent, quicumq; mundo corde regè in decore suo videre desiderant. Quis in tam assiduis illusionibus non confundatur? Quis non in tantis contumelijs non erubescat? fomes quippe huius mali intus in tenebrosis recessibus latitans, ut viderit animam alias occupatam, & in imis ad sui circumspectionem sollicitam, irruptionibus vehementibus erumpit: & blanditijs venerea supponens pudicitiae puritatem inopinatis inuadit assultibus. Ideoq; pudibundus homo nuditatem suam operit, & foeditatem confusus occultat. Si quis autem longè plura, multoq; explicatio-ra hac de re nosse desiderat, ea requirat apud Augustinum in capite duodeuigesimo libri decimiquarti operis illius luculentissimi, quod ille De ciuitate Dei inscripsit. Cæterum illis sua nuditate minus quàm par erat, operata confusis, dominus Deus, veluti clementissimus pater in filios perditos, reparare eos volens, quaerit: & veluti medicus ad infirmos accedit. Et hæc quidè, ut scripsit Chrysostomus, subforma corporis humani, ut ipse voluit, effigiata gerebat: secumq;, vel cum sanctis Angelis loquens, quantum nobis coniectare licet, minantia verba in serpentem scelerum inuictorem, miserisq; praeruaricatores intentabat, ut territos factiq; improbi poenitentes ad se reuocaret.

August.

Chrysos.

Et cum audissent vocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & vxore eius à facie domini Dei in medio ligni paradisi.

Nempe

Nempe sceleris sui conscij, pudentes, atque conterriti ad vmbrosalabula, audita increpantis minantisque voce protinus confugerunt. Id quod vehementi perturbatione districti fecerunt, tum insipienter, tum imprudenter. insipienter quidem: qui Deum, cuius oculis omnia sūt nuda & aperta, latere se posse putarunt. imprudenter autem: quia clementissimum, praesentissimumq; medicum eos curare molientem ægroti auersarentur, & fugerent. Enimvero pro eo quod Latinis est, Deambulantis Hebræis est מִתְהַלֵּךְ mithhaléch, quæ quidem dictio iuxta Hebraicæ linguæ proprietatem referri potest, & ad Deum, & ad vocem, & ad hominem.

Leu. 26.

Deut. 23.

Quod si referatur ad Deum, id dictum accipiendum est, ἀνερωσὸπαθῶς: quale est illud Leuitici: Ambulabo inter vos: & erodius vester. & illud Deuteronomij. Dominus enim Deus vester ambulat in medio castrorum. quo quidem dicendi genere non utique vera deambulatio, quæ incorporeis spiritibus congruare nequit, Deo accommodatur: sed proxima illius, & assidua cum mortalibus praesentia significatur. Si vero referatur ad hominem, sensus est, quod Adam & Eua deambulantes per hortum, audierunt vocem Domini. Nec te moueat quod verbum Audierunt est plurale, & participium illud est Deambulans singulare. Est enim peculiare apud Hebræos id, quod in Sacris literis frequenter vsurpatur, nomen singulare ad verbum plurale referri: quod fit maxime, quando designatur vnio quædam, indiuiduaq; conspiratio eorum qui simul vel separatim operantur illud, quod eiusmodi verbo significatur. Si deniq; eadem dictio referatur ad vocem Domini nihil aliud denotat, Vocem domini deambulare per paradisum, quàm per eam sonando vagari, crepituq; suo vsque ad eos, qui Domini loquentis mandatum violauerant, penitus permeare. Simili metaphora propheta Hieremias vsus est. Vox, inquit, eius sicut ser-

Hier. 46

Hierony.

pēs יֵלֵךְ, icléch, idest, ambulabit. ambulabit, posuit pro eo quod est, euagata circumquaque sonabit. Iam vero pro eo quod Hieronymus hic transtulit Ad auram post meridiem, idem autor in quaestionibus Hebraicis ita scripsit: Et audierunt vocem domini Dei ambulantis in paradiso ad vespeream: In plarisque, ait, codicibus Latinorum pro eo quod hic posuimus Ad vespeream, Post meridiem habetur. quia τὸ σελῶνυ Græcum sermonem ad verbum transferre non

possumus. pro eo quod in Hebræo scriptum est מִתְהַלֵּךְ le rúahh haióm, quod Aquila interpretatus est ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας, idest in vento diei, Symmachus verò διὰ πνεύματος τῆς ἡμέρας, idest per spiritum diei. Porro Theodoro manifestum ἐν τῷ πνευματικῷ τὰ φέειν τῆς ἡμέρας, ut meridiano calore trásto refrigerium auræ spirantis ostenderet. Qui interpretati sunt Ad vespeream, vel Post meridiem, intelligunt tempus quo declinat dies, quo fiat ventus. Quod autem Aquila interpretatus est In vento diei, potest hunc habere sensum: ut ventus diei dicatur ventus naturalis non violentus, flans à parte ea de qua radios suos diurna lux, idest, sol emittebat. Si quidem hæc, hora pomeridiana gesta narratur, perflante ortum vento ab Occidente spirante. Nec dissentit Theodoro dicens In vento ad refrigerationem diei, idest tempore vespertino quo solet aura captari refrigeradi gratia, id quod diuo Hieronymo placuisse maxime, liquet ex proximis eius verbis. Facit itè ad hoc, quod מִתְהַלֵּךְ rúahh interdum respiratio nem significat & refrigerium, ut sit sensus, Ad auram diei, idest, in tempore quo est diei respiratio, & aeris refrigerium. Quod autem Symmachus tradaxit, Per spiritum diei, forsam id fecit quoniam Dei praesentiam solet aura quædam commitari. Nam & in libro sancti Iob legimus: Respondit Dominus ad Iob de turbine, atque praesente domino percepit susurrum auræ tenuis. & Reg. 3. capit. 19. Ecce Dominus transit, & spiritus grandis subuertens montes. Tãdem potest accipi Ad spiritum diei, quod sit ad eam paradisi partem in qua vêtus liberius euagabatur: eo q; forte arboribus plurimis desior minus esset: vnde & subditur, illos audita voce dominica diuinâ maiestatem veritos ad arboris opaca confugisse. Ad hæc significantiam allusisse videtur Hieremias, quum ait cap. 22. Edificabo mihi domum mensuram (scilicet, magnarum) & cœ-

Iob. 38

3. reg. 19

Hier. 22

E scè



fese intulerint, donec ad arborem fici penetrarunt: sub cuius comis eos occultatos fuisse traditum est. Absconderunt autem se primi parentes à facie Domini, forsan humanū ali quid passi: putasse nanq; videntur, quempiā esse locum ita abditum, in quo Deum latere possent. Quo affectu traditur & Ionas tentat se fugere à facie Domini. quasi tantum Iudæā terrā habitasset ille, qui veraciter inquit: Cœlum & terram ego impleo. At quanto melius alius quidam fatetur, nullas esse latebras, in quibus homo Deo possit abscondi. In omni aut loco oculi eius contemplantur bonos & malos. Quanto item melius ille, qui ob insignem pietatem illuminatos habebat oculos, testatur: nullum esse peccatori effugium, vbi à Domini potestate sit immunis & alienus: *Ion. 1.* Quo ibo, inquit, à spiritu tuo: & quo à facie tua fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum ades: si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Sane hinc discimus, omnem animi perturbationem non nihil intelligentiæ male affectis adimere. Id quod ingenue fatetur ille qui ait: Turbat<sup>9</sup> est à furore oculus meus. Bene quoq; quidā eorum sapientum, quos mundus miratur, dixit venerē cor surripere. quo significatur, voluptuarium affectum sapientibus quoq; mentis prudentiam, atq; intelligentiam, aut adimere, aut decurrare. Quare nō mirum est, si homo, qui male affectus, non tantum Domini præcepto non obtemperavit, sed falsum illud ei adiecit, ne tangeremus, & à gratia illius cecidit, & non nihil à sciētia sibi infusa defecit: vt iam inde constet, verum esse, quod longo post tempore sapiens dixit: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Quare vt & admisisti sceleris, & pudendi erroris arguerentur, ad absconditos ille deambulans accessit. *Hier. 23. Pron. 15. Psal. 138. Psal. 6. Plato. Sap. 11.*

Vocauitque Dominus Deus Adam.

Hoc in primis ad significationem pertinet, quod sicut viro præceptum est datū, per quē veniret ad mulierem: ita vir interrogatur, prius quàm mulier: vt per expostulationem viro factam ad expostulationem mulieris veniatur. Vocat autem Dominus Deus Adam: vt ad eum redeat per pœnitentiam: qui non vult mortem peccatoris. sed vt conuertatur & viuat. Vocat itaque eum, vt misericors & iustus: vt misericors quidem, quia veniā gratis offert: vt iustus autem, quia pœnitentiam

ab eo exigit, & vt à latebroso & ignobili loco eum patratri sceleris arguat.

Dixit ei: Vbi es?

Hæc enim verba sunt increpantis, & ad salubre m commissi facinoris confessionē vrgentis.

Adam vbi es?

Neutiquam interrogat Deus, quod nesciat: sed vt commodius præuaricatores vlciscatur & cum modum in puniendo teneat, quem illi in peccando tenuerunt: & tandē à sua ipso rum confessione eosdem coarguat. Sic interrogauit Cain parricidam: Vbi est Abel frater tuus? & ad Balaam ariolum, & ad Ezechiam regem Iuda: Qui sunt isti viri, & vnde venerunt ad te? & Christus ad discipulos, Vnde ememus panes, vt manducet hi? & tamē interrogans ipse sciebat, quid esset facturus. & plura his similia. Ahsistit ergo latentibus illis, & quasi mansuetus & misericors iudex in tribunali terrore & horrore pleno sedet: & examinat diligenter: per hoc nos docendo, ne quem fratrum nostrorum condemnemus, nisi causa diligenter cognita. Sed iam ipsius Adæ responsonem discutiamus. *Infr. 4. Esa. 39. Ioan. 6.*

Qui ait: Vocem tuam audiui in paradiso: & timui: eo quod nudus essem: & abscondi me.

Plane magna est diuina circa peccatorē gratia, aures eius ad Domini vocem excitatas sic aperiri, vt alloquētem sibi Deum audiat, momentem & increpantem agnoscat, seq; illum male agendo offendisse norit, qui præceptū ipsi imponere potuit, atq; pro illius transgressione pœnas prædictas exigēdi ius habet. Ex hac enim respicientia salutaris quidam concipitur timor. De quo Esaias dicit: Domine in angustia requisierūt te, in tribulatōe murmuris doctrina tua eis: sicut quæ concepit, cū appropinquauerit ad partū, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua domine: concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Quod etiam in Adam factum ex parte nouimus. non enim parum percepta Domini increpatoria percunctatione profecit: quippe qui agnouit iustissimum patratri criminis vindicem: qui non modo Deum tanquam iudicem timuit, sed etiam tanquam parentem veritus sese abscondere curauit, ne tantæ maiestati nudus adstaret. Hæc enim omnia ad quādā erga dominum hominis perturbati reuerentiam pertinent: & præludia quædam sunt

sunt ad veram pœnitentiam. Quin & præsentissima sūt auxilia peccatoribus, ab ipso Deo vt conuertantur, pientissime admota. qualia per officiosē & peramāter expebat ipse Dauid, adesse his qui perperam & impie dixerunt: vt est in Psalmo: Possideamus nobis habitacula Dei: Deus pone eos sicut rotam, sicut stipulam coram vento, sicut ignis qui ardet in sylua, & sicut flamma quæ cōburit mōtes: ita persequeris eos in tempestate tua, & turbine tuo terrebis eos: imple facies eorum ignominia, & quærēt te domine. Quærat tamen aliquis merito, qualiter huiusmodi affectus Adæ faciebāt ad habendā aliquādo pœnitentiā, cum expostulanti domino respōderit: Mulier, quā dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Quibus verbis videtur Adam iniqua excusatione, vel in Deum, vel in mulierem, immo in vtrunque culpam suam rejicere, quod est scelus sceleris adde-re. Respondendum nobis huic obiecto videtur, id quod forte non sit inconuenienter dictum, videlicet istius modi Adæ verba nō esse tam diffidentis facinus à se temere admisum, quàm extenuantis: nec tam calumniantis autorem, quàm occasionem quandā peccandi prætendentis, quod sociā suam in primo congressu cōtristare noluerit, vt vel hinc nonnullum aditum adueniam consequendā haberet. Erant itaque ea verba hominis perturbati, & nonnullam vnde cunque criminis sui excusationem captantis: non tamen prorsus impij, aut omnino superbiētis, & in Deū rebellantis: qui licet in illo cōfabulationis articulo forsan ad pœnitentiā perfectum nondum peruenit: tamen postea tum correptionis diuinæ crepitatione territus, tum in festis miseræ mortalitatis stimulis adactus verē pœnituit, atq; perfecte erroris sui veniam, duce quidem, nec non auxiliante sibi Dei sapiētia proculdubio obtinuit. Hæc enim, vt de ipsa Sacra testatur scriptura, illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cū solus esset creatus, custodiuit illum, & eduxit à delicto suo. Ad quod & Oseas propheta respexisse putatur, cum describens ille modum illum misericum, quo optimus rerum parens peccatores, quamuis à se auersos, ad se clemētissimē reuocat, ipsius Adæ tractum in exemplum assumit: inducitq; Deū ipsum ita profantem. In funiculis Adam trahā eos, in vinculis charitatis. Tandem necesse est fuisse factum, quicquid in Sanctis scripturis factum esse legimus: licet, quādo factum fuerit, igno remus. Tacuit quidem Geneleos mundanæ

historia primi parentis pœnitentiam, obtentamq; à Deo ipso veniam: ne si statim à com-merita pœna concessa damnantis venia, con-scriberetur, apud improvidos audacesque mortales vltio diuina vilesceret: & supplicium, quod erat in exemplum vltiora vitandi cri-mina, facilitate sua in irritamentum malorū verteretur. Verum pœnituit ille proculdubio veniamq; de peccato optatissimam est cōse-cutus qui pœnituisse, peccatq; sui remissionem obtinuisse in libris canonicis refertur, Cui dixit Deus.

Adæ nēpe insipienter abscondito ab eo quē latere non poterat, & stulte nuditatem suam causanti. Quasi verò Deo nudus displiceret, quem ipse nudum fecerat. Est enim frequens hominum error: vt quod cuique displicet, Deo displicere semper arbitretur. Talia igitur causanti amarulenta percunctatione im-properat Deus.

Quis enim indicauit tibi, quod nudus esses: nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti?

Ac si dicat. Proculdubio facinus quod à te cōtra me audacter perpetratum est, ostendit tibi: immo effecit nuditatem tuam turpē pudendamq;, quæ antea erat & honesta & præ-clara. hoc loco pro eo quod est: Nisi quod, in Hebræo habetur. *אין* hamin, id est An de? vt sit literæ series. quis ostendit tibi quod nudus esses. an de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Estq; An, vel, Nunquid particula, non vti que dubitantis, sed velut admirantis, & vehementer increpātis insolentem hominis audacissimi temeritatem: qui nihil timuerit recenter creatus recens præceptū ab ipso sui conditore sub mortis interminatione paulo ante promulgatum transgredi: nec modo transgredi: sed quadam tenus in Satanæ partes concedens præuaricari. Nec minus proteruū, vel vt mitius loquar, aut iniquum, aut ineptum habendum est, im-mo & insolēs, quod dño obiurgati respōdit.

Dixitque Adam.

Scilicet ad excusandas excusatiōes in peccatis. Mulier, quā dedisti mihi sociā, dedit mihi de ligno & comedi. Satius dixisset cum Dauid: Tibi soli peccaui, & malū coram te feci, vt iustificeris in sermo-nibus tuis, & vincas cum iudicaris: vt con-

2. REG II.

festum audiret, Dimittitur tibi peccatum tuum velut habet historia Regum. melius respondisset sicut idem rex à propheta de adulterio; necnō homicidio rephesus gravissime, Peccati Dominus: ut & mox audiret: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Porro, quæ admodum iustæ cuiusdam modestiæ, atque animi summissi fuisset, percontanti Domino culpam suam fateri: eiusq; genibus aduersum totum corpore humiliter accidere: veniamq; de præuicatione sua ab illo precari: sic & in modestiæ cuiusdam fuit, & elatioris spiritus in sociam sibi à Deo datam culpam suam reijcere: eandemq; consequo quodam in Deum retorquere, qui talem ei dedisset comitem, quæ sceleris esset autor. Nonnulla igitur superbiæ labe insolens, & reprehensionis impatiens pro se alios criminabatur. Enimvero ea superbia (quantum nobis intelligi datur) minime fuit in ipso Adam primum omnium peccatum. hoc enim in viro exitit praua quædam affectio hominis vxori suæ intemperanter complacentis: sed fuit illa (vt superius insinuauimus & nunc explicamus) circumstans malum & coniunctum, & consequens improbum illum affectum hominis perturbati quemlibet errori suo colorem apponere curantis. Itaque ex nimio pudore, nimioq; excusandi seipsum affectu in ipso suborta est, atq; foras et upit improba quædam animi elatio, quam comitata est aperta in mulierem accusatio, & tacita in dominum expostulatio, nō tam voto expetita, quam ex turbulento quodam hominis pudore, timoreque perstricti turbine prolata. Sane ad hunc sensum reuocare videtur ea, quæ de superbia primi parentis classici Christianæ pietatis auctores tradunt. Diuus Thomas Aquinas egregius valde talium explanationum artifex. Dissimulata interim viri excusatione, quamuis non modo non idonea, sed etiam non nihil incommoda, conuersus est.

Et ait Dominus ad mulierem: Quare fecisti hoc?

Non ait: Quare comedisti, sed quare fecisti hoc? Quia comedisse fructum tanta autoritate, tantaq; interminatione inhibitum manifestissimæ contempionis fuit opus & inexcusabilis culpæ crimen, sed de illo mulierem arguit: quod grauius fuit, & nocentius, nēpe illam eundem fructum veritū viro vescendum porrexisse. quod quidē fuit grauioris culpæ, quoniam grauioris culpæ proculdubio est aliud ad peccandum inuitare, quam propria libidi-

ni cedere. Fuit & maioris nocimenti, quod ab Adæ iusticia pendeat totius humani generis salus. Etenim decretum Dei positum erat, vt Adam, aut Deo parens beatos gigneret filios, aut Deo non obtemperans mortales, & infelices generaret. Sed mulier malū docta subtrahit, quod grauius erat, se virum suum ad præuicationē incitasse, se ipsamq; comedisse: quod leuius erat, excusauit.

Quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi.

Superbius quoque Eua respondit, & pro summissa confessione, veniæq; precatione, sicut fecerat & vir suus; non se peccatricem confitetur, sed in serpentem, ac subinde in serpentis auctore culpam suam regerit. sed id facit iniuria; quia Deus permisit quidem hominem tentari: non vt deiceretur, sed vt victor coronaretur: & dæmon permissus nequiuir hominem ad peccandum compellere, sed tantum allicere. ac potuit illicere. potuit quidem, sed si allicienti mulier non annuisset, nunquam decepta fuisset. Sed quia serpentis blandicijs illecta, aditum se fallendi tentatori aperuit intantum decepta fuit, vt sperarit comestio fructu ligni sciētiae boni maliq; non solum se minime morturam, sed etiam diuinam quandam scientiā consecuturam esse. Videatur quæ adituisse impiam pestilentemq; de pluribus dijs opinionē, eam dæmonē illi suggerente, atq; dicente: Eris sicut Dij. Quo super Petrus Damiani eleganter inquit: Ecce, frater, si vis diaboli gratiamaticam discere, discere Deum pluraliter declinare. artifex enim doctor, dū artem inobediētiae nouiter condidit, ad colendos etiam plures Deos inuitans. inaudita modo declinationis regulam introduxit. Hinc vsuuenit, vt quatuor reuera vnus sit tantum natura Deus, iuxta illud, Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est: tamen dæmones abusiue, Dij quoq; nūcupentur, sicut Psaltes ait: Omnes Dij Gentium dæmonia. quoniam & viri iusti, præsertim iustitiæ colendæ principes, veluti quadatenus diuinæ consortes naturæ Dij etiam vocentur: ad quos Psaltes, Ego dixi, Dij estis, & filij excelli omnes. Quare minus mirum lectori videri debet id quod Iustinus martyr in Admonitorio ad gentes tradit, Eua serpentis suāsu deceptam, putasse alios Deos esse, idque peccatum non aduertisse, credentem pro sola comestione fructus veritū panitos esse, ac subinde Deorum nomenclaturam filijs tradidisse. id quod verum fuerit, nec

Pet. Da.

Deut. 6.

Psal. 95.

Psal. 81.

Iustinus.

ne; pio ac diligenti lectori penitus examinandum relinquo. Denique Adam & Eua requisiti ad penitentiam, vocem defensionis contra iustam correptionem protulerunt. Vnde nunc vsq; in vsum peccatum trahitur, vt culpa, cum agitur, defendatur: & vnde finiri reatus debuit, inde cumuletur. Est autem operæ precium scire, quare diabolus homini sit insidiatus adeo maligne, eumq; tantopere decipere studuerit: semperq; eidem nocere molitur. hæc igitur omnia veterator ille pessimè facit, tum quia conditoris odio in ipsius creaturam sauit: tum quia quanto magis propriam salutem desperat, tanto magis inuidet homini ad gloriam, quam ipse amisit, pro mouendo: tantoq; maiore liuore tabescit, quanto iacet inferius. Denique quanto casum, deiectionemque sui impatientius fert, tanto magis in Deum insurgere conatur: tantoq; implacitates inimicitias in ea quæ Dei sunt assidue exercet: licet ipsis suis conatibus plerunq; frustratus miserimè fleat: vel optatis malè potius in dies etiam atque etiam grauius torqueatur iuxta illud Psalmistæ, Deiecisti eos cum alleuerentur, & illud, Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Pulchre Chrysostomus super Matthæum. Conatus dæmonis omnino aduersus nos est: causa vero, atq; origo, vt nos impugnet, ab odio quo in maiestatem diuinam fertur, profecta est. denique inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Quare merito multo aliter aduersus serpentem sese habuit dominus, quam aduersus homines: multoque infestius illum tractauit, damnauit vehementius, perpetuoq; oppressit. Quod manifeste patet ex his quæ & ipse dixit ad serpentem, Quia fecisti hoc: non enim interrogat eum, sed statim increpat, damnat, & punit, quoniam hortator primus scelerum nullam habet excusationem, nec responsionem, quia mendax est, & pater mendacij. nec penitentiam vnquam meditatur, quia ab initio diabolus peccat, & princeps est eorum, qui lætatur cum male fecerint, & perpetuo in ipsum Deum insurgit. De quo cum ministris suis in Psalmo scriptum est, Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Astipulatur his glossa marginalis: quæ sic habet: Serpens non interrogatus prior excipit poenam, qui nec confiteri potest, nec habet, quo se excuset. Maledixit ergo Dominus serpenti dicens.

Psal. 72.

Psal. 73.

Chrysol.

Sap. 2.

Sap. 2.

Quia fecisti hoc, maledictus tu inter omnia animantia & bestias terræ.

tias terræ. Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vite tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius. Ipsa conteret caput tuum: & tu infidiaberis calcaneo eius.

Tota hæc sententia figurata est. nam serpentis appellatione proculdubio diabolus intelligitur: cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Nihilominus tamē minus simpliciter credendum, oia fuisse reuera dicta, factaq; q̄ hic dicta factaq; describitur. quare hic nō tā serpens, q̄ dæmon sub serpentis imagine lærens diuina execratione percutitur. quia non ipse serpens propria voluntate, & natura hoc fecit, sed de illo diabolus, & per illum, & in illo, qui iam impietate, & superbia æterno igni destinatus fuerat. Ad ipsum ergo diabolū refertur, quod serpenti dicitur: & qualis humano generi futurus sit ostenditur.

Maledictus, ait, tu inter omnia animantia & bestias terræ.

Execrator enim est diabolus, quam vniversi, qui ambiciosa animorum elatione superbiētes, aut qui auidissima diuitiarum terrenarum cupiditate grassantes, aut qui improbis fœdæ libidinis voluptatibus capti, turpiter lenocinantes, Deo optimo, maximoque abominabiles facti sunt. Omne enim animi vitium tanto consecutus in se crimen habet, quanto qui peccat maior habetur, vt Poeta Satyricus dixit, quod est consentaneum ei, quod sapiens ait: Potentes potenter tormenta patientur. Hinc insuper constat, grauius multo peccare, Deumq; plus offendere patrandi sceleris hortatorem, quam is, qui dolis illius interceptus, atque verborum blandimentis male persuasus deliquerit. Siquidem duriori serpens feritur execratione, quam femina: & ampliore femina, quam vir. Tormentum circumstantium criminum agitur rei, qui alijs initium peccati præbet, quot perpetrarint illi, qui impio hortatu, prauoq; eorum exemplo corrupti perperam agunt. Crescit igitur talibus maior suatoribus in dies assidua poena, grauiorq; cruciatus pro peccatorum prauitate, numeroque. Quid enim aliud intendit Christus noster, nisi minacibus verbis auertere nos à perniciosissima eiusmodi reatus peste? cū apud Matthæum inquit, Quicūq; scandalizauerit

Inuenal.

Sap. 6.

vnnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Profecto istius modi facinorum, flagiciorumque incentores dignis, turpibusq; non enclaturis in Sacris literis traduntur. nam modo dictur angeli diaboli, Ite, inquit, maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius: modo nuncupatur iniustitiæ operatores, vt ibi, Discedite à me omnes operarij iniquitatis: modo Satanæ ministri vocantur, sicut apud Paulum de Antichristo verba faciētem, iam ministeriū eius operatur in filijs diffidentia: de quibus & Ioānes, Nunc multi sunt antichristi: & de quibus iterum Paulus Ad Timotheum, Multi ambulāt, quos sæpe dicebam, & nuuc flens dico, inimici crucis Christi: quorum finis interitus est: quorū Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt: & id quod ex Habacuc propheta superius attulimus: quod & hic reperere nō me piget: & his, qui principatum in quavis re ineunt, præ oculis semper habere percommotum est, atque necessarium, Væ qui potū dat amico suo, mittens fel suum, & eum inebriās, vt aspiciat nuditatem eius: repletus est ignominia præ gloria: bibe tu quoque & confopire, circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominia super gloriam tuam: quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas iumentorum deterrebit eos, de sanguinibus, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Si quis autem nosse velit, quā ad amūsim instituto nostro hic locus cohæreat, Diui Hieronymi commentaria in eundem, quem modo citauimus prophetā, consulat. Sed repetamus vltiora diuinæ imprecationis verba: Super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Duo quippe damna præcipua homini serpens intulit. nam & deiecit eum à tua ipsius dignitate secundum illud Psalmographi, Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: & fuit eidem causa, vt redigeretur in puluere. cui ad peccati vltionem dictum est, Puluis es, & in puluere reuerteris. Duobus itidem damnis dæmon à domino punitur: altero quidem, vt pectore repar sordidus, & abiectus, Videbam, inquit, Dei filius Satanam tanquam fulgur de cælo cadentem: & vt notauit Diuus Hieronymus, signatè dixit, peccatus: vt calliditatem & versutiam cogitationum dæmonis aperiret, idest, quod omnis gressus eius nequiciæ est, & fraudis. Et, vt i-

Mat. 25

Mat. 7.

Eph. 2.

1. Ioan. 1.

Philip. 3.

Abac. 2.

ps. 48.

Luc. 10.

Hierony.

dem autor secundo commentariorum libro super prophetam Abacuc refert, Tradunt Hebraei, quomodo in Euangelio princeps demonum dicitur esse Beelzebub: ita רשעל Reseph dæmonis esse nomen, qui principatum teneat inter alios: ipsumque esse qui in paradiso sub figura serpentis mulieri sit locutus: & ex maledictione, qua à Deo condemnatus est, accepisse nomen. siquidem רשעל Reseph reputans ventre interpretatur. Altero autem punitus est, quo puluerem comederet. At quem puluerem? illum profecto ad quem dominus, Puluis es, & in puluere reuerteris. Nimirum puluis vocatur homo peccator, quoniam carnalibus mundanisque affectibus præfractus, contritus ac dissolutus nihil habet in se viroris nihil humoris, nihil solidæ virilitatis, nihil denique firmitatis spiritualis, quo, aut sibi constet, aut melioribus hæreat, aut superiori fulciatur potestate: sed semper in fetto impiarum cogitationum spiritu impellitur: semper vehementi prauarum actionum turbine rapiatur, tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Quod si nobis opponas illud eiusdem propheta de eodem serpente dicentis: Quia in ipsis incrassauit partem suam, & escæ eius electæ. Respondemus, appetere quidem illum electas escas, idest, iustas, piæque animas mandere, atque deglutire: verum nequit eas tangere, ne dicam deuorare, donec ipsius illæ, aut fraudibus captæ, aut blanditijs illectæ, sponte sua comestibiles eidem sese præbeant, cadentesque ab excelso spiritalis iusticiæ statu, Deo reprobatæ: ab eoque derelictæ ingrediantur inferiora terræ, vt sint ibi partes vulpium illarum, quæ demoliantur vineas sorcæ, idest, electas. Et neputes breui quodam temporis spacio talibus cibis serpente rem abuturum, adiecit: Omnibus diebus vitæ tuæ: Namque dies vitæ dæmonis, mensurantur æuo: ac perinde in sempiternum durant, qui nullo tempore clauduntur. ac perinde perpetuo sordidis illis puluerulentis, execratisque alimentis vescetur. Iam verò, si cunctis diebus vitæ suæ diabolus vilibus, & abominandis cibis alitur, scelicissimis Messia, idest, Christi Iesu liberatoris nostri diebus nullum habiturus erat leuamē, vt melioribus vesceretur: sed potius triste grauamen. quod liquet eo, quod dæmones per mundi redemptorem ab homine, quem malignè violenterque occupauerat, confestim expellendi ab eo obnixè petierunt, vt permitteret eis subintrare porcos, animalia immunda, foetida. & hominibus olim sub mysterio comedi prohibita: hoc est, quod aiunt, Digna

ps. 1.

Abac. 1.

Luc. 8.

Digna labra lactucis. Ex quo aliud quoque nobis elucet mysterium, nempe, propterea primum diaboli peccatum non fuisse in ipso Sacrarum literarum limine, idest, in primo mundanæ creationis contextu conscriptum, quia illud sacratissimo Iesu Christi piaculo non erat expiandum: nec sic finiendum, sicut hominis culpa patiente domino fuit penitus expiata, deque medio sublata. Ad quod aperte facit, quod sequitur, Inimicitias ponam inter te & mulierem. Mulier hoc loco non videtur accipienda Eua, quæ prima fuit humanæ calamitatis causa: sed Maria potius, quæ pereuntimundo remedium, filium altissimi pariendo, foeliciter attulit. hæc enim, vt quidam eleganter ait, inimicitijs opposita est serpentis. Ponam, inquit, inimicitias inter te & mulierem. non certe Pono dicit, ne ad Euam hoc pertinere videretur. verbum promissionis est Ponam, quod transmittitur in futura: Ponam, inquit, inimicitias inter te, & mulierem, illam vtique mulierem, quæ saluatorem paruriat, non quæ generet fratricidam: Ponam, inquit, inimicitias inter te & mulierem, idest, suscitabo mulierem, quæ repudiata facilitate credendi, non solum te non audiat, si suauitatem pomorum pro adpersione oculorum, aut dijs similem esse promiseris, sed etiam ipso Gabriele deferente verbum, rationem de promissionis exigat nouitate, dicendo, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Inter dæmonem ergo, & mulierem, præcipue Mariam inimicitias tunc Deus posuit, cum beatissimæ virginis affectus serpentis affectibus omnino contrarios indidit. nam ille visa pulchritudine sua ambijt magnificare se dicens: Ascendam in cælum: hæc autem audita excellentia sua, ait, Magnificat anima mea Dominum. ille super stellas, inquit, Dei exaltabo sedem meam: hæc autem, Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. ille, Sedebo in monte Ecclesiæ, in lateribus Aquilonis: hæc, Quia respexit humilitatem ancilla suæ. ille, Ascendam super altitudinē nubium: hæc, Ecce ex hoc beatam medicent omnes generationes: quia fecit mihi magna, qui potens est. Ille, Et ero similis altissimo: hæc, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, & cætera, quæ nunc explicare inimicitias à Deo quoque positas inter serpentis semen, atque mulieris. etenim semen serpentis arbitror appellari refugorum cæcus spirituum, quos ille non vtique natura genuit, sed voluntaria abortiuit malicia, suisq;

Luc. 8.

Esa. 14.

Luc. 1.

imitatione peruersa. sicut & Christus prauos illos homines diaboli filios esse censuit, quibus dixit, Vos ex patre diabolo estis, & opera patris vestri vultis perficere. Semen autem mulieris congruentissime Iesus Christus intelligitur. Vnde signanter dixit Mulieris, & non Viri: quia non ex virili semine, sed mystico spiramine verbum Dei factum caro, fructusque ventris floruit. Has demum inimicitias aduersus demones adeo graues Christus dominus exercuit, vt inimicis eius viribus illi depressi, plurimumque vexati conquari compellerentur, & clamare, Quid tibi, & nobis Iesu Nazarene? venisti ante tempus perdere nos? Scimus quod sis sanctus Dei. Idem quoque professus est Iesus Dominus noster, quando dixit, Venit princeps huius mundi & in me non habet quicquid. & illud, Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Ad quod & maxime facit id: quod euestigio subditur, Ipsa conteret caput tuum. Notauit & hunc locum in quadam epistola doctissimus ille, iuxtaque pietissimus iuuenis Ioannes Picus Mirandulanus Comes. cuius vestigia secuti, adnotemus: quod pro eo quod in Latino habetur, Ipsa, est in Hebreo רשעל, hu, quod, ipsa, vel, ipse verti potest. quod si vertatur, Ipsa, referatur ad mulierem, idest, beatissimam virginem, quæ serpentis caput contriuit: non modo, quia Christum maximum illius contritorem, atque validissimum perbeatè, perque oportune genuit: sed etiam, quia ipsa met vniuersos callidissimi tentatoris conatus. vt potest summa virtute prædita, sapientissime eludit: superbumque illius caput, mirifica comminuit modestia: atque illecebrosū eiusdem viri insigni pudicitia florens prudentissime vitauit. Quamobrem admirandus sponfus ille cælestis, eximiam tantæ virginis probitatem in Canticis canticorum exclamauit, Quæ est ista quæ progreditur. quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol; terribilis vt castrorum acies ordinata. Clarissimum est hoc de gloriosa virgine præconium: adeoque gregias, summasque ipsius virtutes commemorat, vt merito eandem tanquam nostræ salutis autricem Diuus Hieronymus autor grauissimus venerandum censuerit: scilicet, quoniam gratia huic admirabili foemina diuinitus collata, nec non beneficentia, qua ipsa in nos vta est, ipsius liberatoris nostri gratiæ, atque in genus humanū beneficentiæ proxima fuerit. Si aut illud רשעל, hu, Hebraicū Latinis verratur, Ipse, ad ipsum Christum

Ioan. 8.

Luc. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 12.

Picus

Canti. 6.

Hierony.



proculdubio pertinet, qui ex muliere virgine natus, exemplo singulari Deus & homo, colubri veteris caput penitus perfregit. Id quod consequentius esse putavit Diuus Hieronymus dicens: Melius habet in Hebræo, Ipse cõteret caput tuum, & tu conteres calcaneum eius: quia nostri gressus præpediuntur à colubro: & Dominus conteret satanam sub pedibus nostris velociter, vt Paulus inquit. Sensit & nobiscum Hebræus quidam apud suos nõ parui nominis dicens, Hic est redemptor noster, eo q̃ ab Esaia dictũ est, Et redemptor noster natus mulieris. Vtinam hic Hebræus hoc quantulocunque veræ intelligentiæ lumine profectus ad Iesum Nazarenum veram lucẽ peruenisset: ne perpetuis horrendisq; Iudæicæ perfidiæ tenebris comprehensus, obrutusq; fuisset. At quia libero arbitrio vim tentator inferre nequit, sed fraudulētis illecebris mortalibus nocere molitur, de occultissimis illius insidijs subiungit, Et tu insidiaberis calcaneo eius. id quod, si simpliciter intelligatur talem habet sensum. Quod tunc serpentis caput conteritur, quando primus incitatoris ad nequiciam instinctus refringitur. quo semel represso rursus callidissimus alia ratione pugnam repetit, bellumq; longius trahit, semper insidians, si forte aliquando homo infestis, aut carnis vitillamentis implicatus, aut mundi calamitatibus defatigatus interito vulnere pateat: sic vt in calcaneo feriat, id est, ad extremũ pleno: vel inconcessæ voluptatis, vel pniciose iniquitatis cõsensu percussus infeliciter intereat. Ad hoc respexisse videtur Psalmographus, quum dixit, Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me. At vero gratius elucet hic locus, si ad Christum referatur. Nam vt superius ex Hieronymo citauim⁹ Hebræa sic habet *וְאַתָּה תִּשָּׂא אֶת־רֶגְלֶךָ עַל־אֶבְרַת־אֵשׁ* & tu percuties eum in calcaneo. Nonne diabolus insidiatus est Christo, quemadmodum & Adæ insidiatus fuerat, quando illum triplicenti tentatione fuit aggressus: vt vel ipsum tantquam hominem interciperet: vel eum Deum esse aliquo dicto factõue deprehenderet, satisque cognosceret? At vbi violentus coluber diuinissimis, & inopinatisimis Domini respõsis elõsum se, suaq; spe frustratum pensit, alia longè diuersa via ingressus tentauit eundẽ: molirusq; ipsum in calcaneo, id est, in humanitate assumpta, mortaliumq; laboribus, passionibusq; exposita lethali acerbissimæ crucis spiculo percutere. Etenim per calcaneum humanam Christi naturam intelligi non modo ex eo constare potest, quod sicut calcaneũ est

Rom. 16.

Psal. 48.

Matt. 4.

infima corporis pars, sic in Christo humanitas est diuinitate multo inferior: sed ex eo quoque, q̃ magnus Baptista domini Iesu humanitatem prædicans & extollens ingenue confessus est, se non esse dignum soluere corrigiã calceamenti eius: id est, in carnationis eius mysterium perferuari, non se dignum esse perhibuit. Ex quibus plane nobis innotescit, hoc in loco fuisse oraculo diuino prædictam diaboli capitis cõtritionem crucis Christi scipione futuram: hominisq; perditii reparationem per eundem Christum egregium generis humani principem consummandam. Id quod diuinus Paulus in epistola ad Hebræos apertè contestatur dicens: Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini: & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolus: & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Deniq; subiecto diris serpente.

Matt. 1.

Hebr. 2.

Mulierem quoq; dixit, Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios: & sub viri potestate eris: & ipse dominabitur tui.

Postquam igitur maledixit serpenti, continenter maledixit & mulieri, vt iuxta peccantium ordinem sit & punitionum series. par enim erat, vt qui prior deliquerat, prior quoq; maledictioni esset obnoxius. Post serpentem ergo his maledixit mulieri, Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. In Hebræo significatiuè habentur *רַבְרַבָּה אֲרָבָה* *harbãh arbã*, id est, multiplicando multiplicabo, nam in Sacris literis frequenter per epistolam eadem dictiones germinantur, vt amplius significetur, vel loquentis vehementia, vel eorum quæ dicuntur copia. sic est in Psalmo scriptum, Expectans expectaui, pro, eo quod est, valde expectaui. & princeps sacerdotum ad Apostolos, Præcipiendo præcipimus vobis, pro vehementer & pluries præcipimus. & illud libri primi Regum, Loquens locutus sum: pro sepæ locutus sum. Sic & in hoc loco dictum sit, Multiplicando multiplicabo, pro valde frequenterq; multiplicabo: vt mulier quæ perstas in innocentia forte paritura solos esset electos, iuxta illud, quod Gregorius inquit in quarto Moralium libro: Si parentem primum nulla putredõ peccati corrupisset, nequaquam ex se filios Gehennæ generaret: sed qui nunc per redem-

Psal. 93.

Act. 7.

1. Reg. 2.

Gregori.

Psal. 50.

Osee. 6.

Iob. 16.

Psal. 47.

redemptorem saluandi sunt, soli ab eo electi nascerentur: post peccatum plures pareret, prout quidam ex illius posteris in psalmo quinquagesimo quæritur humani gñis corruptelam deplorans: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: quæ verba proculdubio labem originalem à primis parentibus in posteros suos gignẽdo trãsfulam haud obscure demonstrat. Id quod apertius expressit Oseas propheta dicens: Ipsi autem, sicut Adam, transgressi sunt pactum: ibi præuaricati sunt in me. Deus est n. qui loquitur: hic autem multiplicabo, inquit, ærumnas tuas, & conceptus tuos: in doloribus paries filios. per erumnas, arbitror, accipienda esse menstrua & sordes & onera & fastidia, quæ plurima mulier patitur, partum ante conceptum, dum menstruo fluore fordescit, partim, dum grauida vtero gestat infantem: partim post partum, dum natum lactat, lactatẽ sinu vehit, pannisq; adhuc inuoluiti illuuiem emundat, & eũ irrequieta sollicitudine curat, alitque. Per cõceptus autem multiplicandos non modo indicat numerosam cõcepturam copiam, sed etiam superfecturam, quãdo foemina adhuc prægnans, antequam foetus alter ædatur in lucem, alterum concipit, id quod prægnantes molestissime degrauiat, easq; frequenter in vitæ discrimen trahit, & abortum crebro facit. Profecto parientis dolorem acerrimum esse, tum ex eo patet, quod perunq; sua nimietate secũ mortem enitenti foetum fundere miserabiliter adducit: hinc illud Euangeliiũ, Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: tum quod huic dolori, tanquam maximo, grauisissimi damnatorum apud inferos cruciatus assimilantur: vnde est illud, Ibi dolores, vt parturientis. Quæ omnia mala damnosãq; incõmoda mulier proculdubio vitasset, si diuinis iusionibus obtemperans iustitiam coluisset. Præclare Augusti nus libro decimo quarto de ciuitate Dei, sic ait, Tunc temporis, ad pariendum non doloris gemitus, sed maturitatis impulsus foeminea viscera relaxaret: sicut ad concipiendum, non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtiusq; coniungeret. Quod autem sequitur, Et sub viri potestate eris, apud interpretes multam habet varietatem: nam septuaginta sic extulerunt. *Και προς τον άνδρα σου ή αποστρεψη σου*, Et ad virum tuum cõuersio tua. Hieronym⁹ in quæstionibus Hebraicis, pro cõuersione inquit Aquila societatem, Symmachus appetitum, vel impetum transtulerunt. In He-

bræo est, *רַבְרַבָּה* *tesucathêch*, q̃ ergo in Latino est sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, hunc facit sensum, & tu obedies viro in omnib⁹ quæ tibi præceperit: quia tu es in potestate illius, vt eius facias voluntatem: omnia enim ex eo pendeunt, & non ex te, quæ consilium habes imbecillius. & fueris à serpente facile decepta. Quod autem est in Hebræo, *tesucathêch*, id est, appetitus tuus, & desiderium, tale est ac si dictum sit, Tu quidẽ amoris impotens & coeundi inflammata libidine ad virum tuum conuerteris, ipsiusque nuntum expectabis: quoniã non erit tibi frons nisi perulca impudicitia laboraueris, vt aperta vitiaq; voce expetas rem iam tua ipsius culpa turpissimam. Potest & quod Aquila traduxit societatem, & Symmachus impetum, insinuare, quod Deus mulierem multauerit, & improba & improvida habitandi, congregandiq; cum viro concupiscentia, ac veluti vasano quodam coeundi impetu, ita vt neglectis tantis incommodis, scilicet grauisissima ærumnarum mole, auidissima concipiendi libidine, infesta parienti difficultatẽ, sordidissima natorum procuracione, anxia. nimis alendorum sollicitudine, viro semper adhære repercupiat, eiq; ancillari optet, quem semper sentiat dominum, & plerumque experietur eundem seuum tyrannũ potius agere, quàm officiosum maritum. Nunquid non longè miserabilior est mulieris cõditio affectantis perpetuo esse adglutinatam imperioso mari, eiusq; luxuriosis foeditatibus semper expositã esse, quàm infirmorum seruorum, qui libertatis in partem haud minimam referunt, si longius à dominis suis agant. Dixerit quispiam. Subiecta erat, & foemina viro ante peccatũ. Sed tunc non erat mulieri labori nec dolori, parere viro suo liberali quodam principatu ipsam regenti. æqua. n. mente, & spontanea inferiori superiori ministerium, si quid olim opus esset, præstabat illa, cui nihil grauius ferendum præcipiebatur. At vero à peccato in pœnam grauisissimam celsit mulieri etiam inuite imperijs interuire mariti quamlibet grauisissimis. Astipulatur & his dictis Augustin⁹ ita differens. Quod dictum est: Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui, videntũ est, quomodo proprie possit accipi. sic enim & ante peccatum facta est, vt vir ei dominaretur, & ad eum conuersa seruiret. sed potest intelligi hanc seruitutem potius esse conditionis, quàm dilectionis, vt etiam talis seruitus, qua postea homines seruirent hominib⁹ de pœna peccati orta reperitur. possunt igitur

Symmach.

August.



tur coniuges per charitatem sibi seruire inuicem: sed mulieri in virum dominari non permittitur: quod nisi caueatur, deprauabitur natura, & augetur culpa. hæc ille. Pulchrè quoque Chrysoſtomus. Quod dominus Deus mulieri inquit, Ad virum tuum cõuerſio tua, & ipſe dominabitur tui, tale eſt ac ſi dicat, Quia neſciuiſti imperare diſce bene regi. melius enim eſt, vt tu ſub illo ſis, & illum dominum habeas, quàm quod impauide & liberè viuens per præcipitia feraris. Itaque conſidera quod tibi vtile eſt, ad illum te habere volo conuerſionem: & ſicut corporis eſt, caput ſequi, dominum eius ſuauius agnoſcere.

Chryſo.

Collatio pœnarum culpa-  
rumq; Eua.

Placet autem & nunc conferre pœnam vatriam à domino Deo iuſtiſſimo quidẽ iudice mulieri peccatrici illatam, ad multiplicem illam culpam per quam in comedendo fructu vetito illã offenderat. Peccauit igitur illa quinque. Primo quidẽ, viſione cordis: vnde, Vidit mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum. Secundo, oculorũ deſyderio: vnde, Et deſyderabile pulchrumque oculis. Tertio, concupiſcẽtia intellectus: vnde, Et aſpectu delectabile, & deſyderabile ad intelligendum. Quarto, fructus vetiti comestione: vnde, Et tulit de fructu eius, & comedit. Quinto, inuitando virum ſuum ad eundem illicitum eſum. Digēta igitur quincupli culpa, digeramus & pœnam quincuplicem, hoc eſt, par ſceleribus ſupplicium. Prima itaq; pœna fuit, menſtruum foeditas, & foeda coitus turpitudine: vnde, Multiplicabo grumnas tuas. Secunda, onera, & grauidi vteri faſtidia: vnde, Et conceptus tuos. Tertia, partus dolor: vnde, In dolore paries filios. Quarta, appetentia maris impotẽs: vnde, Ad virum tuum deſiderium tuum. Quinta, ſubiectio quẽdam, veluti ſeruilis, ad virum: vnde, Et ipſe dominabitur tui. Hoc eſt quod aiunt, Meſura contra meſurã. & in Apocalypſi, Quantum exaltauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentorum. At ne quiſpiã, memor eorum quæ in ſuperioribus diximus, cũ digēſimus quædam alia mulieris peccata, nitatur tollere de medio hanc culparum, pœnarumque mulieris ſymphoniam, animaduertat dominum non expoſtulãſſe eam de omnibus ſuis culpis: ſed de his tantum, quæ circa

Eſa. 27.  
Apo. 18.

lignum vetitum perpetrãuerat, cuius eſum a pertẽ illi prohibuerat: & idcirco pœnas illis correfpondentes expreſſit. Tacuit denique mortem quod communis eſſet viro & mulieri connumeraturus eandem inter viri pœnas propter eam rationem, quam ſi nos Deus docere dignat' fuerit, paulo poſt reddemus,

Collatio beatiffimæ virginis  
Mariæ cum Eua.

Hic locus exigit, vel certe inuitat, vt conferamus inuicẽ duas nobiles fœminas, Eua, atq; Mariam: deſcribentes, quantum meritis & præmijs altera alteri antiſtetur. Accedit igitur ad mulierem ſerpens, Monſtrum horrendum ingens: illa nihil commouetur, ſed blandis illius alloquijs capta, illico animo efferatur. Ingreſſus eſt ad Mariã Angelus facie rutilans, ſpecie quadam cœleſti honeſtus, ſalutat reuerẽter, & fœliciter & pie dicens, Ave gratia plena dñs tecum, benediãta tu in mulieribus, & turbata eſt in ſermonẽ illo: ſignum ingens pudiciſſimi pectoris, nec animo elata eſt, ſed prudentiſſime cogitabat, qualis eſſet ea ſalutatio. Eua indignata quæritur, q̃ prohibitus fuerit ei fruct' arboris, quæ eſt in medio paradifi. Maria timet, horretq; aliũ cõtingere fructũ, quã eum qui ſit ligni vitæ: quẽ quidẽ pientiſſimũ timorẽ, vt ab ipſo mēte Angel' adimat, ſecuramq; reddat, adiecit, Ne timeas Maria inueniſti enim gratiã apud dñm, ecce cõcipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomẽ eius Ieſum. &c. Eua mentita eſt, addẽs illud: Sed nec tãgeremus: & dubitauit circa diuinã ſentẽtiã cũ dixit, Ne forte moriamur. Maria veritatis cultrix, certaq; de diuino oraculo, modũ quærit, dicẽs, Quomodo fiet iſtud, q̃ noniã virũ nõ cognosco? Eua ſtultiſſimẽ putauit tranſgreſſiõe diuini præcepti, nõ modo euaturã mortẽ, ſed & adepturã diuinitatẽ. Maria prudentiſſimẽ ſperauit, Spiritum ſanctũ ſuperuenturũ in ſe, obumbrandamq; virtute altiſſimi. nam & credens non eſſe impoſſibile apud Deum omne verbum, & ineffabilem Dei erga ſe dignationem humillima mente amplexa inquit: Ecce ancilla domini, fiat mihi ſecundũ verbum tuũ. Eua deniq; offert lethale fructũ viro ſuo in perniciẽ totius generis humani. Maria offert benediãtũ fructũ v̄tris ſui p̄ manus iuſti. Simeonis Deo patri in redemptionem totius generis humani. nec enim obtulit illũ, diuiniſſima prophetiſſa, ignara illius myſterij

Luc. 1.

Luc. 2.

Luc. 1.  
Hiero.

Anſelm.

Eze. 44

Eſa. 7.

Hiero.

Luc. 1.

Eſa. 19.

myſterij: quod iuſtus ille ſenior, vt pote domini ſacerdos & propheta explicuit, prædicens matri amarulentam filij pãſionẽ, Ecce, inquit, poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum: & tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit. Acceptauit Maria lignum crucis, vt ligni nocuentum de medio tolleretur: ideoq; benediãta inter omnes mulieres, & ab Angelo, & ab Eliſabeth prædicatur, ac perinde lãgẽ fuit aliena ab illis maledictionib', quibus fuit obnoxia Eua. Quoniam non ſolũ non multiplicauit Deus illi ærumnas, ſed & abſtulit ab ea: nec. n. tacta eſt erubeſcẽtia, quæ improbos carnis motus ſequi ſolet, beatiffima virgo: cuius cor & caro ab extanti conceptionis ſuæ exultauerunt in Deum viuũ. quod & ipſa decantat dicens, Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus, in Deo ſalutari meo. Quin & ſi diuo Hieronymo credimus, Maria haud infecta fuit menſtris ſordibus, quibus aliæ fœminæ foedãtur. quod. n. illæ Principiæ virgini tribuit, multo verius Mariæ cõuenit: alloquitur autem illam in hæc verba; Tu nunquam habuiſti muliebria: ſex deuoratur à virgine. Chriſtum portat in corpore, iam poſidet, quod futura eſt. Nec hoc incredibile videtur, ſiquidem, vt ait Anſelmus: Decuit virginẽ ea puritate nitere, qua maior ſub Deo nequeat intelligi: ad quod alluſiſſe videtur Ezechiel propheta dicens, Vidi Dominum egredientem per portam Orientalem, & plena erat domus à maiestate eius. Ad hæc beatiffima Dei mater nullatenus paſſa eſt violatæ virginitatis ærumnas, aut vel tãtilla virginei pudoris diſpendia, quæ virgo concepit, & virgo à partu permanſit, iuxta illud Eſaiæ vaticinium, Ecce virgo concipiet, & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Ema-nuel. Ad hæc geſtabat quidem virgo inſancti in vtero: ſed foetus ille cœleſtis min' erat onerofus, ac faſtidioſus matri. Vnde Hieronymus ad Marcellam: Maria mater Domini poſtquam ad eam facta eſt Angeli Domini promiſſio, & vterum ſuum intellexit, domũ eſſe filij Dei, derelictis campeſtribus ad Montanã cum feſſinatione, & ſalutauit Eliſabeth: id q̃ manifeſtum fuit in iudicium & alacris ſpiritus, & corporis minime degrauati. Iã verò quod fugit in Aegyptum, vt natum ab Herodis impia manu eriperet: ad myſterium pertinet: Eſaias. n. inquit, Aſcendet Dominus ſup nubem leuem, & commouebuntur omnia ſimulachra Aegypti: ſicut & illud ingens continet

ſacramentum, quod dolens quæſitum reperit in templo ſedentem in medio doctorũ: imò quæ multas habuerat de filio reuelationes, non putauit ipſum perijſſe, ſed abijſſe. Im-munis, & fuit à ſecũda pœnã fœliciſſima Dei mater: quæ vnicum concepit filium, ad eõ generoſum, ad eõ excellentem, ad eõ innumeris filiorum millibus præſtantiorem, vt dignitas, & honeſtas, quæ de tali cõceptu matri de cõdem optimè meriti accēſit, & hominum & Angelorum captum ſuperet. Lætã igitur tali, ac tanta prole contenta, nephas duxit alteram expetere, ac ſubinde quam antea nouerat virginitatem perpetuo ſeruauit. Id quod & pientiffimi viri, ac eruditiffimi tradiderunt. & q̃ præcipuum eſt ſancta mater Eccleſia nobis certa fidẽ tenendum decreuit. Agamus de maledictione illata Eua, & conſtabit alienã fuiſſe ab ipſa Virgine deipãram: quippe quæ nihil doloris in pariendo ſenſit, quemadmodum Eſaias id ipſum teſtatur, dicens; Antequam parturiret, peperit: & antequam partus adueniret, peperit maſculum. Porro pro eo quod in Latino eſt, Part' in Hebrẽo eſt חֵלֶב hēbel. quod propriè dolorẽ ſignificat in plerisque ſacræ ſcripturæ locis: è quibus vnũ tantum citemus, qui eſt apud Oſeam. cap. 13. Dolores parturientis venient ei. Et ego cũ mulieres ſoleant in pariendo difficultatem pati, & ex difficultate dolorẽ, teſtatur Eſaias vtrũq; abſuiſſe à partu virginis, nec. n. ſenſit illa difficultatẽ, quæ antequam parturiret, ideſt laborioſo conatu niteretur foetum edere, peperit: nec dolorẽ paſſa eſt, quæ prius quàm veniret dolor illi, peperit maſculum. Alioqui ſi partũ legas, quomodo potuit parere ante partum? quem nodum vt ſolueret Nicolaus expoſuit partum, ac ſi dictum eſſet dolor partus. ſed re-petendum erat idioma Hebraicum, vel certe vt interpretatio ſanè commoda haberet fidẽ. hunc autem locum ad rẽ facere reſtatur gloſſa, quæ inter lineas inſertatur ibidem. Oſtendamus quarto loco deſiderium illud, atq; effrenem impetum, quo aliæ mulieres ad viros conuertuntur, rapiunturq; longè fuiſſe ab ea quæ tantẽ extitit puritatis, vt mater Domini eſſe mereretur. Id quod conſtat ex eo, quod ad Angelum dixit, indicans ſe conſtati animo propoſuiſſe, nunquam virilem congreſſum admiſſuram. Quod ſi obijcias illam duxiſſe virum: Duxit quidem, ſed tantũ in cuſtodem potius, quàm in maritum; quantum ad vſum pertinet coniugalem. Admiſit, inquit, coniugem oraculo diuino admonita, ſed certa, quod permãſura eſſet intacta, tantũque abſuit

Luc. 2.

Eſa. 66.

Oſea. 13.

Nicolaus

abfuit illa ab expetendo virili congressu, vt suum ipsius maritum in eandem sententiam afferet, vt secum virginitatem profiteretur, vt diuus Hieronymus contra Eluidium scribens testatur, in hæc verba vrgens hæreticū: Tu dicis Mariam virginem non permanfisse: ego mihi plus vendico, etiam ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam: vt ex virginali coniugio virgo filius nasceretur. Si. n. in virū sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum uxorem habuisse, non scribitur: Mariæ autē, quam putatus est habuisse, custos potius fuit quam maritus: relinquitur, virginē eum mafisse cum Maria, qui pater domini meruit appellari. Quantum ad quintum, fateamur oportet Mariam dominam Angelorum, & hominum, obsecutā fuisse viro suo Ioseph, ne utiquam inuite & feruiler, sed placidē & officiose: quod vel ex eo constat, quod ob honorem illum prætulit, cum filium alloquens dixit, Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Cæterum Ioseph minime dominabatur illi, cuius sanctitatem admirabatur, quam ob reuerentiam traducere nolebat, à cuius autoritate totus pendebat: sed officiosissimē inseruiebat ei, quam Spiritu sancto afflatam noverat, & de eodem esse spiritu quicquid in vtero haberet. Subscribit diuus Augustinus dicens, Beata Maria vera æstimatione à quibusdam generalibus excipitur, quia nec conceptus multiplicauit, nec sub viri, idest, mariti potestate fuit: quæ integerrimis visceribus de Spiritu sancto Christum suscepit. Tandē ad damus & illud: Euam quidē ob superbię malum amisisse diuinam scientiam, quam maxime expetiuit: Mariam verò virginitate, atque humilitate præditam, ac perinde Spiritu sancto edoctam, ad eodē plenissimam de diuinitate sapientiam obtinuisse, vt non modo cunctos mundi sapientes sed & Patriarchas, Prophetas, & Apostolos superarit, vt pie credere dignum est. Quim etiam virginali fecunditate scælix, ea præconia, quæ de sapientia diuina in archiuis Sacre scripturæ traduntur, in seipsam quodammodo reuocauerit, ad quod alluisse apertē satis videtur Hieronymus in Epistola ad Nepotianū dicens: Amplexetur me modo sapientia: et Abisac nostra, quæ nūquam senescit, in meo requiescat sinu: impoluta est virginitatisq; perpetuæ. et quæ in similitudinē Marię, cum quotidie generet paruriatq; semper incorrupta est. Sed iam tempus est, vt transeamus ad excutiendam vltionem, quam in Adam dominus exercuit. qua de re talia mirabilis hic propheta infert.

Adæ verò dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes: maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ: spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua assumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Iam singula verba huius pericopæ expositiorius sermo percurrat. Adæ verò dixit, nihil igitur tā nobile charumq; Deo est, quod nō luat debitas pœnas, si contra autorem suum cristas erexerit. Sit tibi exemplo pulcherrimū ille Lucifer è cœlesti fastigio in ima tartara deturbatus. sit & homo & singulari Dei consilio & magnifica eius manu ad imaginem & similitudinem Dei formatus: qui propter temerariam præcepti diuini præuaricationem & agitur exul à paradiso, & sexcentis obijcitur calamitatibus. propterea punieturus dominus Deus Israel Heli sacerdotem irreuocabili sententia premens, q̄ filios suos in Deum impię, atque sceleratē multa committentes, minus exactē quā op<sup>o</sup> erat, corripuerit, ait, vt legis primo Regum cap. 2: Loquens locutus sum, vt domus tua & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Nunc autem dicit dominus: Absit hoc à me: sed quicumque honorificauerit me, glorificabo eum. qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Adæ ergo quoque maledixit, prius tamen refert meritæ punitionis causam dicens: Quia audisti vocem vxoris tuæ. audisti posuit pro, obedisti. crebro. n. sacris in scripturis audire vsurpatur pro obedire. quia in proximo est, vt obedias ei, quem libenter audis. Et vocem dixit non præceptum, vt ostendat culpabiliorem multo Adæ facilitatem in obsequendo illius voci, cui superiore dignitate præditus silentium imponere debuisset. vnde & Vxor tuæ adiecit. non Mulieris, quæ potuisset esse aliena, vt eum admoneret iuris quod habebat ad corripiendā castigandamq; eam, cui maluit inique obtemperare,

perare, quā ipsius improbitatē maritali autoritate cohibere. Nec tantum de perpetrato in me facinore vxorem tuam non increpasti: sed & tu comedisti ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes. profecto vehemens est omnis amor: vehemens & qui eum sequitur timor, ne rem perdas amatā: sed nullus amor esse potest tam improbus, nullusq; metus tam iustus, quibus affecto tibi liceat diuinum transgredi præceptū. Extenuant quidem vehementiores illi affectus, atque turbulentiores interdum humanam culpam: sed nunquam illam de medio profus tollūt, nisi prius hominē demētauerint. En tibi Adā cōtra fas & ius comedit de ligno verito nimio vxoris incensus amore: sed non inde cœlestū euasit vltionem, quam verba sequentia continenter explicant. Maledicta terra in opere tuo in Hebræo est, ארצה המדברת לך, idest, maledicta humus propter te. humus, inquit, idest, adamā, alludens ad nomē Adæ. vocauit enim eum Adam, idest, hominem: q̄ ex adama, idest, humo sumptus esset. Cæterum, vt annotauit diuus Hieronymus, Opera, hic non ruris colendi, vt plerique putant, sed peccata significāt, vt in Hebræo. et Aquila non discordat dicens, Maledicta humus propter te. et Theodotio, Maledicta adamā in transgressione tua. Maledicitur autē terra, & non Adam, ne videretur Deus, si Adæ maledixisset, penitus demoliri benedictionē illam, qua eum, cum primo conditus fuit, affecerat. Paulus. n. inquit, Sine pœnitētia sunt dona Dei, & vocatio: quæ, quamuis interdū ob humani iniquitatem intercludantur: non tamen quum intercluduntur, semper in perpetuum antiquantur: sed interdum pœnitentia reuocantur ab eo, qui ineffabili prouidentia nouit peccantem aliquando ad meliora reditutum. Maledicitur itaque terra, vt germinet tribulos & spinas, quibus stimulatus Adā pœniteat, & per fructus pœnitētiæ dignos benedictionem peccato interclusam recuperet. At verò Cain sceleratissimus ille parricida inferi<sup>o</sup> maledicetur, quia nec fuerat olim à Deo benedictus: nec vnquā ille in malicia sua obduratus ab illo esset benedictionem consecuturus. Terræ autem, vt ait Alchuius, maledixit, non aquis, quia homo de fructu terræ cōtra vetitum manducauit: non de aquis cōtra præceptum aliquid bibit: & quia peccatum in aquis erat abluendum de fructu terræ contractum. Animalia quoque terrestria plus maledictionis habent, quā aquatilia: quia plus viuūt de maledicta terra. Vnde & Chri-

stus post resurrectionē de pisce manducauit: non de terrestri animali. Maledicta, ait, terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea. hoc est illud alibi scriptum: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. quia ocio, quo in paradiso fruebarur Adam abusus, cibum diuini<sup>o</sup> sibi prohibitum comedit: in eiusmodi peccati pœnam labor assiduus ei rependitur: videlicet, vt de terra laboriosē culta necessariū sibi victum cōparet, & vt est in Psalmo: Qui manducatis panem doloris: facit nimirū cū Psalmo Hebraica dictio, בְּעִצְבוֹן בעֲבֹדָה beghizabon, id est, in dolore, sicut supra mulieri eadē dictione vsus, protestatus est illud, In dolore paries filios tuos. quin & inter laborem & dolorem, aut nihil, aut parum interest: cū alter oriatur ex altero: sitq; labori dolor natura cōiunctissimus. Propterea & Græcis κόπῳς, cōpos, vtrunq; sonat, laborem atq; dolorem. Eo autem quod adiecit, Cunctis diebus vitæ tuæ, definit homini laborandi tempus. nā labor hic quæritandi miserē cibum è subacta, permollitaq; terra duntaxat, exercet hominē cunctis diebus vitæ suæ: in quibus vita hæc animalis & corruptibilis viuatur. Vnde & paulo post dicitur homini eidem, In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua assumptus es. At vbi venerit dies illa, Quā fecit dominus, dies in quā, Dominica, gloriosissima domini Iesu resurrectione illustrata: dies illa, in quā resurgem<sup>o</sup> reformati in similitudinem gloriæ corporis Christi: tunc enim, cum adparuerit Christi<sup>o</sup> vita nostra, similes ei erimus: tunc denique omnis creatura, quæ ingemiscit & parturit vsque adhuc, liberabitur de seruitute corporis mortis huius, & in libertatem filiorū translata, absque vlllo labore comedit panem suū in saturitate: non hūc corruptibilem, sed panem illum angelorum manducabit, quem, q̄ manducat, beatus est in regno Dei: vbi iam non erit labor, neque luctus, sed nec vllus dolor, quoniam Priora transferunt. Hanc planē summam quietem, diuinamq; beatorum alituram adsignificauit cibus ille Israelitis obuius, & diuinitus expositus, hoc est, Manna, quo illi absque vlla cultura potiti sunt, & in deserto quadraginta annis aliti. Qui etiam cœlestis ille Eucharistiæ panis absque vlllo labore solo Dei verbo consecratus, solus dat vitam mundo: & eos, qui talem cibum operantur, æternæ vitæ quietissimāq; alimoniam, atque beatissimā facit esse participes. Nunc igitur est laborandi, colendiq; terram tempus: vt inde victum mendices, quod hoc

Hiero.

August.

Hierony.

Hiero.

Ro. II.

Alchui.

Reg. II.

Raban.

si ocio indulgens illam colere cessaueris, inculta squallebit: & pro frumento spinas, & tribulos germinabit tibi. Cæterum, vt ait Rabanus, spinæ ante erant, & tribuli: sed non vt homini laborem inferrent, at post peccatum cœperunt esse illi labori, & impedimento agriculturæ. quod vt significaretur, additum est, tibi: id est, in tuam molestiam atque nocuumtum ea agminatim erumpent, quæ ad totius naturæ complementum & auctoris admirationem impune faciebant. Neq; ociose addidit, Et comedes herbas terræ: ac si diceret: in medijs spinarum & tribulorum aculeis, quamuis acerbe dispungaris, cogaris herbas colligere, quibus renuiter, & horride vescaris. Et quidem ante peccatum datæ sunt quoq; homini herbe in cibum: sed paradisiacæ atque satiuæ, ac perinde esui suauissimæ. nunc autem in pœnam produntur agrestes & insipidæ: quas, vt vitare miser homo possit, assidua cura & cotidiano labore exercenda ab illo est tellus: quo humaniores, ac placidiores ei cibos proferat, cui dicitur, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Dices, Multi mortalium occiantur: & tamen opiparè epulantur. hoc mihi nimè tibi concesserim. nam obsecro: quotus quisque hominum qui hoc sint nomine digni, inueniri poterit, qui vel hoc, vel illo modo non laboret, sudetq; vt pane suo vescatur? alius enim manibus suis terram colit, alius agricolarum curam gerit, alius alio atque alio officio communi studet vtilitati: alius itè reipublicæ, aut diuinæ, aut humanæ partes agit. nullus deniq; est qui aliquid non negocietur: nisi sit ignauus, & iners: immo nescio quomodo hic miserius cæteris & sudat & alget, quem nihil agentem natura stimulat, honestas tangit, pudor afficit, & conscientia interrim torquet, quod alijs laborantibus ipse solus ocietur, & nulli sit vsui rebus humanis. Vrget & eum, qui talis est, Paulus, cum prohibet manducare non laborantem. & iterum admonet, vt q; furabatur, iã nõ furetur: magis aut laboret manib; vt habeat, vnde tribuat indigenti. Quæ testimonia valde vrgeant. distinguntq; eos, qui pro virili portione hominum vsibus, vel corporalibus, vel spiritalibus promouendis minimè adlaborat: ostenduntq; istiusmodi inertiam non esse alienam a culpa lethali, uel certe graui. Quod si hoc Domini dictum de laborandi necessitate non sit præceptum: sed maledictum: tamen, quoniam ea pœna non obruit, sed ad meliora promouet, vt eos qui dextere ipsa vtantur: in tua situm est cum auxilio Dei po-

Eph. 4.

testate, vt hanc maledictione in benedictionem conuertas. Labores inquit, quia manuum tuarum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. In sudore itaque vultus tui vesceris pane tuo, ne ocio tabescas inertis: sed assidua exercaris actione, vt corpore valeas, vt sensibus vigeas, vt mente polleas, vt labore atque sudore patienter toleratis, non solum peccatorum tuorum: veniam à iusto iudice, sed etiam optatam quietem & sempiternam lætitiã promerearis. In labore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua assumptus es. Quandiu vixeris, laborandum est tibi atque sudandum: cui necessarius est cibus ne fame pereas. Est crimen, si quantum in te est, eam in ediam, quæ mortem inferre potest, diligenter non vites: esto quod nullius alimentum beneficio tibi ob culpam mortali præstari iam tibi potest sic longior vita, quin aliquando corporis interitu dissoluaris, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Profecto non solum corpus hominis puluis quidam est humore compactus: sed & ipsius anima carnaliter, & intemperatè viuens, puluis quidam dicitur, vnde: Non sic impij: sed tanquam puluis, quem proiecit ventus à facie terræ: Et illud, Nunquid confitebitur tibi puluis? Quemadmodum. n. humanum corpus humore carè in puluerem resoluitur: ita & mens hominis, Christi spiritu vacca in spiritualem quandam puluerem resoluitur ac perinde, si charitatè illam non habeat, quæ est vinculum perfectionis, continuo dissoluta diuagatur huc & illuc, & circumfertur omni vento doctrine: vt iam non solum corpus hominis peccatoris, sed etiam ipsius gloria in puluerem mortis deducatur: fiatque talis, de quo Esaias inquit, Serpenti puluis panis eius, eo quod, vt superius dictum est, Diabolus puluerulentis vescatur hominibus, illis nempe qui tantum terrena sapiunt. Quare mors hæc quotidiana, qua dissoluimur, si tantum humani corporis compactionem consideres, nobis est naturalis: sed tamen in pœnam est quoque homini illata: quia ob culpam suam priuat' fuit dono illo mirifico, quo à conditione sui præditus poterat non mori, & in æternam viuere. Pulchrè Gregorius. Homo ita conditus fuit vt manente illo decederent tempora, nec cum temporibus transfirer. Stabat ergo in momentis decurrentibus, nec ad vitæ terminum per dierum momenta tendebat: quia semper stanti in hærebat, vbi autem vetitum contigit, offenso creatore, ire cœpit cum tempore. vnde Terra es, & in terram ibis, statu scilicet immo-

ps. 127.

Psal. 1.

Psal. 29.

Esa. 63.

Grego.

Iob. 13.

mortalitatis amisso cursus mortalitatis hominem absorbit, & ad mortem transeundo didicit, quia stãdo, fuit. Cuius quidem radices amaritudinem nos eius posteris, quasi in virgulto quodam tenemus, quia eius cursum nascendo sortimur: vt ipso momento quo viuimus, à vita transeamus, dum infantia ad pueritiã, pueritiã ad adolescentiam, adolescentiam ad iuuentutem, iuuentus ad senectutem, senectus transit ad mortem. homo enim natus de muliere, vt sanctus Iob lamentatur, breui viuens tempore repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & cõteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Quales ergo primi parentes ob peccatum facti sunt, tales & filios genuerunt mortales, & sexcentis laboribus sudoribusq; interim obnoxios. Et quemadmodum primi parentes filios iustitia originali adornatos genuissent, si in collata eis diuinitus sanctimonia perstitissent: sic & illa denudatos, filios eadem priuatos, parentumq; pœnæ addictos generasse ostendit dicens:

Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua.

Hebraice dicitur חַוְוָה hhuah. & questio quare Eua vita sit appellata demonstrat, eo quod sit mater omnium viuentium. חַוְוָה hhuah quippe transfertur vita à verbo חַיָּה hhaiáh, quod est viuere, mutatione Iod literæ in uau, id est, in, u, consonantem. quæ quidè permutatio harum inter se literarum propter ipsarum affinitatè est, & reciproca, & apud Hebræos frequens: ac perinde iuxta phrasim Hebraicam proferendum nobis esset Hauah, non Eua. Sed quare nunc potius, quàm antea vocauit vxorem suam Euam? nempe, quod cum vidisset in se latam à domino mortis sententiam, consolatus est vt, cunq; ineuitabilem iam sibi mortem liberorum spe: animaduertit enim illam parituram sibi filios, qui essent ei superstites, in quibus idem vir defunctus quodammodo viueret: Mortuus est, ait, pater, & quasi non est mortuus: reliquit enim filium similem sibi. Sed quæritur qualiter Eua sit mater omnium viuentium, cum reliqua uiuant animantia, & eorum non sit Eua mater? An per ἀνοτομασίαν, homines insignite dicuntur viuentes, quia ob humanam vitã, vel fouendam, vel instituendam contigit, vt cætera animantia, cum procrearentur, tum uiuerent? An potius, quia solæ hominum animæ vitam habent immortalè, eedemq; solæ cor-

Ecl. 30.

pora sua sunt iterum olim animaturæ: qua de causa homines mortui in Sanctis scripturis præ cæteris animalibus viuere poduntur. Id quod dominus noster Iesus Christus vnica vita & resurrectio nostra patenter ostendit: quum Saduceos Iudeorum abiectissimos, atq; contentiosissimos de resurrectione mortuorum secum discepanes penitus oppressit, dicens: De resurrectione verò mortuorum non legitis, quod dictum est nobis à Deo, qui ait, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: non est Deus mortuorum, sed viuentium. Nec est profecto incredibile, de mortuorum resurrectione Adam iam olim prophetaffe: qui superius in carnali matrimonio prophético spiritu viderat iuxta Paulum magnum illud mysterium in spiritali Christi & Ecclesiæ coniugio. Nec mihi obijcias peccatum illius: si quidem per peccatum non sic amisit rerum sciētiam, quin postea filios suos naturæ secreta doceret: nec ita cognitione diuinorum mysteriorum fuit priuat', quin pen fidē quæ est in Christum Iesum per ouerè amissa vitam se recuperaturum aliquando speraret. Iam verò quis turpissimam illam primorum peccatorum nuditatem alius, quàm dñs Deus tegere poterat?

Mat. 22.

Eph. 5.

Fecit itaque Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas.

Commédatur hoc loco per benigna Dei opti mi, atque maximi erga creaturam suam misericordia: quod ipse per se dignatus sit nudis faceret tunicas, quibus toti tegerentur: sic vt non tantum eorum pudenda vtrinque laterent, sed ipsorum quoque corpora de paradiso mox excludendorum ab æstu frigoreque protegerentur. Quid? quod ob hominem, quamuis peccatorem, Deus non solum eo sese dimisit, vt coriarij sartorisq; mun' obiret: sed ipse propria manu eosdem, quos ob merita puniebat, admiranda familiaritate conuestiuit: sequitur enim:

Et induit eos.

Sic & in deserto vbi filij Israel inuidiosis murmurationibus aduersus illos insignes principes suos Moysen & Aaronem improbe contenderunt: deniq; grauissime offenderunt, inter ipsa supplicia, miserus ille miserabilis ipso, cum stulticiæ tum calamitatis, donauit ipsis defluum ex aere cibum: Ego, ait, pluam vobis Manna. Quodque magis stupeas, nec donatum postea abstulit, quum nõ multo post, in Deum ipsum impijssimè præuaricati,

Exo. 16.



uaricati, vitulum in idolum sibi adorandum confluauerunt: verū sic illos flagellis exercuit, vt rāmen & foueret, celestibusq; panibus aleret. Faciebat hoc summa dispensatione optimus rerum pater, vt filios, quos nutrebat, & exaltare parabat, hinc minis terreret, hinc cruciatibus constringeret, hinc promissionibus alliceret, hinc demum alimēto suauissimo recrearet: ac perinde, vel terrore, vel amore, vel certe vtroq; in colenda iusticia contineret. Profectō hoc est quod Hieremias propheta infinitos misericordiae diuinæ thesauros decantans ait: Quod si perauerit, ipse sanabit: quia non continebit in ira misericordiam suam. Denique dum pellicea inuestitura primorum parentum nuditatem, turpitudinemq; dominus protexit, vniuersos mortales docuit, monuitq; priscę culpę meminisse, vestiumq; delicatarum molliciem min⁹ appetere: & honestis dumtaxat vti vestimentis, quibus turpitudinem illam confusionemq; a peccato prouenientem ab spectantiū oculis procul depellamus. nec solum eos induit: sed etiam vt miserabilem indutorum statum indicaret.

Ait, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis sciens bonum & malum.

Hic nomen Adam videtur esse non propriū, sed commune: prapōnitur enim ei articulus Ha, qui apud Hēbræos nusquam iūgitur nomini proprio. Quare Adam hoc loco, non modo virum sed mulierem quoque conſignat: ac perinde totum genus hominum, quos ob Adā culpam innumeris calamitatib⁹ obnoxios, alternisq; humanarum rerum mutationibus agitados, bonū, & malum experiri necessariū est. Et vide, nō dixisse Deū: Adam factus est vnus ex nobis: quia fieri nequit, vt homo quantumuis diuina quadam iusticia perficiatur, natura fiat Deus: quanto minus homo peccator malē agēdo, per quod maxime procul à Deo recedit, in Deū transire nequit. Non itaque dixit absolute, Factus est vnus ex nobis: sed adiecit particulam, Quasi, quę habent vim quandam diminuendi: quo subindicaret, hominem diuinum præceptum præuaricando, fuisse aliquatenus quasi Deum factum: quia quodam nouo modo assimilatus est Deo, abutendo boni maliq; eligendi libertate, ac si sub lege nō fuisset: sicut Deus qui nullius legi subiectus esse potest: ipse enim solus sibi est lex quādā æterna. Ad quod facit

manifeste quod addidit, Sciēs bonū & malū id est, sua ipsius eligendi quod malit facultate potitus; & vsus autoritate sua, expertus est bonū & malū, velut esset Deus quidam nullius lege cōstrictus. Alij per ironiā dictū fuisse putāt: Ecce Adā factus est, quasi vnus ex nobis. *ἰσοπέδος* autem, id est, simulator eiusmodi dicēdi tropo maxime negat id, quod maxime probare videtur. Quibus Augustinus dissentitur dicens: Replicatur igitur in caput superbi ad quem venerit exitum, quod à serpente est suggestum, Eritis sicut Dij: nec sunt verba insultantis Dei, sed à superbia detrētus alios videntes hominem, non esse factū, qualem voluit: sed amisisse, quod factus sit. Deniq; sicut homo in hoc est imitatus magnū illū superbūq; Luciferum dicentem, Ero similis altissimi: sic expertus est similitē ruinā licet reparabile. Venit enim filius hominis saluare qđ perierat. non vtiq; dāmonē: sed hominē. Sed quia humani status instauratio multis postea seculis per Iesum Christū faciēda manebat: prospexit Deus Adā ne miserimā hanc vitā diutius viueret, quā opus esset ad humani generis institutionē. id quod sequētia docēt.

Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiā de ligno vitæ, & viuat in æternum.

Cum ait, Nunc ergo, manifestaria est apofiopeſis, id est reticēcia, quę irato & perturbato maxime conuenit. non quod Deus his affectibus tangatur: sed quod effectibus talis nobis videatur. Cum igitur ait, Nunc ergo, subaudiendū est, caueamus. Nec putandū est, quod ociose dixerit, nūc, quod ad præſens tempus pertinet: sic. n. positū est ac si diceret, nūc caueam⁹, ne is, qui ab immortalitatis statu cecidit, gustat ligno vitę viuat in æternū. nūc ergo caueam⁹: nā futurū est postea tēp⁹, in quo mittet ad lignū vitę manū fidei, credēs in eū, qui ex nobis futur⁹ est homo, & viuet in æternum. Porro lignū vitę (vt superius claruit) arbor quādā erat reuera corporea, cuius fruct⁹ ea vis erat, vt corporalem comedētū vitam vel iustis perpetuā, vel peccatoribus diuturnissimam redderet. Et quidē in alijs paradisi arboribus congruū erat alimentū: in hac autem non solum erat viuificum alimentū, sed etiam mirificum Sacramentum: præsignabat enim viuificum crucis lignum, in quo pependit vitalis ille fructus, qui dat vitā mūdo. Hic sanē fructus summus optimusq; Christus Iesus est, qui est virtus & sapientia patris: quę quidem

quidē patris sapiētia est lignū vitę, ijs qui apprehēderint illā. Apprehēdit hanc sapiētiā Adā credula mente, cū in Christū credidit: gustauit tandē de fructu ipsius, vt iam æterna vita potiretur, quādo resurgēte Christo, multisq; sanctorū corporibus cū eo, cū alijs resurgentibus resurrexit: vt primus Adā redēptus gloriosissimū secundū Adā triumphū in primis comitaretur. congruum enim fuit, vt qui omnium mortalium primus Christi meritis amissam cum Deo gratiam recuperauit: primus victorem clarissimum ad patrem redeūtem comitaretur, Caterū quod modo ait, Et viuat in æternū, in Hēbręo est *חַיִּים*, *leogholam*: quod nomē hic nullatenus significat ab solutā æternitatē, sed lōgissimā ætatē. Et quo modo poterat in æternū viuere peccator, cui peccaturo certissima mors à Deo ipso fuerat intērata, cū dixit ei, In quacūq; hora ex eo comederis, morte morieris: hoc testimonio Iudæos vrgebimus, cogemusq; fateri verbum *legholā* in Scripturis sanctis nō semper æternū, sed plerūq; in sæculū. i. longū tēpus indicare. Et profectō diuino quodā cōsilio arbitror euenisse, vt prima vice, qua Spiritus sanctus hac voce vsus est, nō æternitatē, sed diuturnitatem designaret: vt habeat Christianus *ἡ ζωὴ τοῦ αἰῶνος*, quo obstruat os Iudæi circūcisionē pertinaciter æternitatis. Deniq; quod ad iicit, forte, ambiguitatis notā: ad humani arbitrij libertatē, nō ad diuinā p̄scientiā referri debet. Sic & pater celestis referēte vnigenito apud Mathæū, Verebūtur, ait, forte filiū meū. nō quod ille dubitaret, quid essent agricolę facturi: sed quod liberū erat illis, aut vereri, aut nō vereri filiū ad ipsos cœlitus missū. Inuenies & plurima his similia in sacris literis, quę oīa ad hoīs libertatē sunt referenda, nō ad Dei prouidentia, cuius oculis oīa nuda sunt & aperta, Quę sunt, quę fuerint, quę mox vëtura trahātur. Porro, Cū primū, & miserimā Adā cōditionē oñdit: & ne calamitosus in æternū viueret, diligenter cauit.

Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis.

Scilicet in locū ei congruū. Nec em decebat habitare peccatorē innocētię locū. nec passionibus, mortique subiecto cōgruebat sedes imperturbatis, vitęq; seruantibus destinata. Euestigio autem, id quod talem exclusionem necessario sequebatur, adiecit dicens:

Vt operaretur terram, de qua assumptus est.

Vt qui ex terra formatus fuerat, ex terra sibi cibum quæreret. ex ijsdem enim nutrimur, ex quibus sumus. Operaretur, inquit, opere laborioso, & sudoribus pleno: vt laboris patientia, & sudoris tolerantia Deo vindici placeret quo tandē in meliorē statū reuocaretur. Aduerte quoq; vtrū & in hoc primus Adā secūdi gerat imaginē. siquidem Verbum patris è cœlo demissum est in terrā, cum Verbū caro factum est, & habitauit in nobis: vt seruiret propter terrā, eamq; Spiritus sancti sarculo coleret: & fluētis aquę vitę salētis in vitā æternā copiosissimis in mirificā spiritaliū fructuū abundantia irrigaret. Ex terra nauq; virginea, atq; sanctissima Dei filius secundū qđ homo est, assumptus est. De qua confidenter David rex prophetauit: Etenim dñs dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructū suū. quod & confirmauit angelus cum beatissima virgine, de mirabili illius conceptu agens, & dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

Eiecitq; Adam.

Sicut enim cū malus inter bonos viuere cœperit, si in melius mutari noluerit, præuæ consuetudinis pōdere pressus, ac proteruus de bonorū cōgregatione pellitur. Sic & Adā è consortio angelorū, quibus cū in paradiso etiam terrestri quadatē cōuerſabatur, p̄cul exclusus est. Eiecitq; Adā nō dubiū, quin dñs.

Et collocauit ante paradisu voluptatis Cherubim, & flammeū gladium, atq; versatilem ad custodiendam viam ligni vitę.

Hieronymus. Non quod ipsum Adam, quę eiecerat Deus, habitare fecerit contra paradisu voluptatis: sed quod illo eiecto ante fores Cherubim & flammeum gladium posuerit ad custodiendum paradisi vestibulum: ne quis posset intrare. Dixit autem, flammeum illum gladium fuisse versatilem, eo quod iuxta mysticos intellectus gladius ille vltione diuina flammatus, quo primus Adam ad vitę lignum regredi arcebat: vt tendus esset, & auertendus, atq; remouendus per secundum Adā, qui solus nobis est via veritas & vita. Id quod euidentius multo fiet, si diuinum Paulum imitati vtrunq; Adam inuicem conferamus, sicut superius Euam, deiparamq; virginem haud inutiliter contulimus.

Collatio primi Adæ cum secundo.

F Primus

Supra. 2.

Mat. 18.

Mac. 21.

Pro. 3.

ps. 84.

Luc. 11.

Hierony.



1. Cor. 15.

Primus igitur Adam, ut Apostolus Christi docet, de terra: quia tantum homo. secundus de coelo: quia Deus, & homo. Ille terrenus, quia vitæ terrenæ parens: hic vero cœlestis, quia vitæ cœlestis autor. Ille ex terra virginea formatus est: hic ex virginea carne conceptus. Et fuit quidem ille ad imaginem, & similitudinem Dei factus: hic autem est imago Dei inuisibilis. Ideoque inspiravit illi Deus spiraculū vitæ, & factus est homo in animā viuente. huic datus est spiritus non ad mensurā, & factus est in spiritu viuificantē. Dormit Adā in horto, & euulsa de latere ipsius costa in mulierē ædificatur. dormit Christus in cruce, & fluentibus de latere ipsius sanguine & aqua, formatur Ecclesia. Primus itē Adā peccauit, sed secundus peccare nequiuit. Ille totum genus hominum originali macula polluit. hic sanctus nascitur, & pro suis seipsum sanctificat. Ille tentatur & vincitur. hic tē tatus superauit. ille cedit mulieri: hic serpentē fugat. ille facile inuolutus gula, ambitionē, & auaritia, vinculis mortis hominum genus impediuit: his gulā parsimonia, superbiā modestia, parcitatēq; magnificentia propulsans, impeditos alacriter expediuit. Et quidē ille: ne

mulierculam contristaret, cōtra Deū egit. hic autē, ut obsequatur Deo, faciē suā cōtristantibus offert. Primus quoq; Adā male peccatū suum excusans, culpā in mulierē reijcit. secundus aliena crimina salubriter fatetur, quasi sua, cum ait: Longe à salute mea verba delictorum meorū. Ille quoq; insolētia priorē amicitiatē statū nunquā sibi vllis obsecrationibus recuperandū: hic effundēs preces ad eū, qui liberare eū poterat, exauditus est pro reuerentia sua. Et quēadmodū ille delicijs in cōcessis vacās, ex paradiso fuit exclusus: ita & hic durissima patiēdo, voluit intrare in gloriā suā. Deniq; primus Adā filios genuit carnales: secundus spirituales. qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestis. Ex quo factū est: ut, sicut in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificentur: vtiā sicut fuit vnus mortis autor: sic & vitæ vnus fit autor: & quidem talis autor, qui mortales ad se confugientes longe maioribus bonis afficeret, atq; locupletaret, q̄ fuerant mala, quæ ille alter eis intulerat: quoniam vbi abūdauit delictū, superabūdauit & gratia. Sed iā trāseamus ad tractādas primorū parētū generationes, quas nobis scriptura tradit dicens.

Psal. 21.

Caput quartum.

Adam vero cognouit Euam vxorem suam.

Imirū rē iā ob peccatū turpissimā Sacra scriptura verbo Cognouit honestius insinuauit. At si quæras. Cur potius hoc verbū, q̄ aliud ad id significandū trāstulerit? considerā, an id euenerit, ideo q̄ semen virile de fluit à cerebro, in quo sedē esse sapiētiae physici tradunt. generatio autē hominis eo tēdit vt procreetur animal mēte præditū: cæterisque animātibus cognitiōe præstans. Vnde & apud Hebræos signanter filij dicuntur בְּנֵי בֵן benim à verbo יָבַן ban, quod est intelligere, vt filij dicantur benim, quasi banim, hoc est, intelligētēs. An potius id verbi vsurpatū est, quoniā ex nimio sciēdi cognoscēdiq; appetitu homo ruit in peccatū, ac subinde ab hoc in turpissimā illā concupiscentiā. Hinc beatissima virgo Maria, quæ ab omni peccati laqueo prorsus erat immunis, iure suo respōdit angelo, Quomodo fiet istud, quoniā virū nō cognosco? ac si dixerit: Ego quæ nō modo non peccaui, sed diuina quoq; magnificentia ab originali macula penitus p̄seruata fui, prorsus aliena sum ab illa improba cōcupiscētia, & carnis prurigine, quæ alias fœminas, vel ad vi-

Luc. 1.

rilem congressum adigit, vel interius vrit, & stimulat ad coitum: & quæ sic aliena sum à qualibet libidinis carnalis cogitatione, vt voto memet adstrinxerim, in perpetuum me virū non cognituram, id est, viro intatā permansurā. Deniq; primiparētēs, qui angelis persimiles in paradiso steterāt, ob peccatū mortales effectū generationi dāt operā: vt olim morituris filij supstitēs relinquātur. Nō q̄ non fuisset in paradiso humana generatio: sed quia in paradiso fuit virginitas, extra paradysum nuptiæ. quia ante mutuū cōgressum primi parētēs paulo post à mulieris formatione, & peccauerūt, & à paradiso fuerūt exclusi. Alioqui, vt Augustinus tradit, fuisset & in paradiso honestū coniugiū, nisi prius inobediētia meruisset exiliū, q̄ Deus induxisset carnale consortium. Extra paradysum itaque cognouit Adam Euam vxorem suam.

August.

Quæ concepit & peperit.

Cain. Eclipsis est, & debet suppleri. sic: Concepit & peperit filium:

Et vocauit nomē eius Cain, dicens: Possedi hominē per Deū.

Hiero-

August.

Hieronymus in quæst. Acquisiui, siue possedi hominē per Deū. Cain acquisitio, siue possessio interpretatur. κατήσθη. vnde & Etymologia ipsi exprimes ait ἡτῆρ canisti. i. possedi hominē à Deo. Et est sensus: Habui vim cōcipiendi, pariēdiq; virū per Dñm: & Dño tū in cōcipiēdo, tū in pariēdo mihi cooperāte. Fatetur itaq; Eua Deū ipsūm cooperatōre esse naturæ in rebus producendis, p̄sertim in humanā propagādo naturā, quæ licet possit præparare forū, cui sit anima rationalis infūdēda: nequit tñ eā producere. Verū vt asserit Augustinus. Anima creatō à Deo corpori infunditur: & in fundēdo à Deo creatur. Quoniam hominis mēs, neq; ex tra duce venit in corpus: neq; ex materia vi gignentiū educitur: neq; aliubi creata inducitur in corpū suū. Sed simul ab ipso solo creatore, & in corpore creatur, & corpori infūdatur. Astipulatur & Augustino Psalmographus Deū animas hominū creatē his verbis celebrās: Qui fingit singulatim corda eorū. Et vt noueris, corda hoc loco pro animis, quibus sapimus debere accipi, subiecit euestigio: Qui intelligit omnia opera eorū. Eodē tropo Christus cor pro mente posuit, apud Mathæū dicēs: De corde exeūt cogitatioēs. Illud idē sensū alius propheta de cōditore dicēs. Qui creat spiritū hoīs in ipso. Et Dñs apud Ioānē: Vsq; tñ Pater me⁹ operatur, & ego operor. Sūt quoq; qui putēt ἡτῆρ, eth: p̄positi uculā Hebraicā posita p̄ Cū p̄positiōe Latina, ac si gauisa fuerit Eua. q̄ si in primorū parētū. i. sui, atq; Adā cōditioe nemo fuerit Dño cooperat⁹: ipsa tñ cū Deo fuerit operata, vt sibi filiū acquireret atq; possideret. Targū etiā habet: Corā Dño id est, Dño sentiente, atq; volente. Ponitur & hoc loco nomen τετραγαμματον, quo Deus significatur, prima essentia: & à se, & per se vita, ac perinde princeps substantiæ, vitæq; cūctis, q̄ sūt viuūtq;. quia ex sūma pietate, vel dedit Eue vim cōcipiēdi atq; pariēdi vel certe datā à peccatrice nō abstulit. Quin etiā vide quomō poena inflicta mulierē emē dauert meliorēq; reddiderit. nā puerū natū, nō naturā, sed Deo acceptū tulit. suāq; gratitudinē declarat dicēs: Possedi virū p̄ Dñm. Interi annotādū putari hūc locū eis suffragari, q̄ putat hebraicā linguā primā oīm lingua rū fuisse. cōstat. n. inter oēs eruditos etymologia nō trāsire ab alia i alia linguā. nec. n. licet Hebraicę distiōis originē, atq; appellationē i Græcā vel Latinā linguā reuocare. nō. n. qm ἡτῆρ ghalma apud Hebræos est virgo abscondita, est eius origo referēda ad nomē Latinū,

1. 32.

Mat. 15.

Ioan. 5.

quæ nobis sanctā & pulchrā & altricem sonat: sed cuiusq; distiōis, etymologia à sua ipsius lingua est petēda. sic Adā dictus est ab Adamā, quod est terra: Eua à ἡμῶν hhaiāh, quod est, viuere, iod mutata. 7. vau: & Cain à קַיִן canah quod est possidere. Proculdubio harū distiōnū, aliarūq; similitū originationes, quæ in Sacris literis ex Hebræo accersitæ passim reperiūtur, manifestario sunt argumētō, non solū Hebraicā linguā fuisse omnīū primam, sed etiā dñm Deū cū primis illis hominibus, suisq; posteris Hebraice fuisse locutū, Hebraicūq; fuisse omne nomē, quod imposuit Adam animali viuenti: & ipsum esse nomen eius. Demū q̄ nōnulli Chaldaicæ linguæ primatū dedere, inde venit: q̄ Hebræa lingua adeo est affinis Chaldaicæ, vt ille in plarīsq; distiōnibus inter se sola declinatione varient.

Rursūq; peperit fratrem ei⁹ Abel.

Hic quoq; Eclipsis est sic supplēda: Et addidit vt cōciperet, & pareret fratrem eius: & vocauit nomē eius Abel. nepe אָבֶל hébel interpretatur vanitas. i. res quæ nō est quidpiā, aut quæ cito definit, vt status qui exit ab ore. p̄sagio itaq; breuissimæ vitæ, quā Abel à fratre suo interimēdus videtur erat, Abel est nūcupatus. Nec mirū hoc sentire de Abele indigna morte ante tēpus de hac vita sublato: cū idē de vniuerso hominū genere rex ille Dauid pronunciet: Homo vanitati similis: dies eius sicut umbra prætereūt. quin & alibi multo significantius idē extulit, Vniuersa vanitas omnis homo viuens. eodē quoq; verbo vsus filius eius plenius multo insonuit: Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. huc etiā respiciens Paulus dixit: Vanitati subiecta est omnis creatura nō volēs propter eū, qui subiecit illā in spe. Deniq; hinc & apud gētes illud prouerbio iactatur: Homo bulla. quo monemur humanā vitā nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. est. n. bulla tumor ille inanis, qui visitur in aquis momēto tēporis enascēs, simul & euanescēs. Iacobus quoq; Apostolus filius ille tonitruī mortalis vitę inanitate uapori assimilauit dicens: Quæ est. n. vita nostra? vapor est ad modicū apparens, & deinde euanescens. Sed hæc alias. Nūc ad id, quod tractabamus, reuertamur. Rursūq; peperit fratrem eius Abel. Pensiculate admodū Chryostomus: Quia pro nato puero grata fuit & Deo: non naturæ partum prius adscripsit propterea & alium accipit puerum. talis em̄ est dominus noster, vt his qui sunt grati pro prioribus, posteriora accumulēt beneficia. Augēt denique

Ps. 143.

Ps. 38.

Ecclesi. 1.

Rom. 8.

Iac. 4.

Chryso.

filios, quia summo, postquā subintravit mortalitas, cōsolatio erat numerosa filiorū successio. Quæritur. Quare ad Abelis conceptum, partūq; verbū illud Cognouit in Cain generatione prius positū nō fuit replicatū? fortasse, quia satis erat illud semel explicasse in primo conceptu: vt idē in sequentibus intelligeretur, & si nō exprimeretur: oportere videlicet secundū ordinē ipsi naturę à Deo p̄scriptū, marē foemināq; ad prolē gignendā coire, iuxta id quod superius dictum, expositumq; est. Et erunt duo in carnem vnā. An iuxta mysticos intellectus diuinius est aliquid inquirendum, id quod apertius cognoscemus, si Abel cum Iesu domino nostro, cuius expressam gessit imaginem, congruentissimis similitudinibus contulerimus.

Collatio domini Iesu cum Abele.

**I**n generatiōe igitur Abelis, nulla fit Admetio, sed tātū Euę: idq; merito. quia Abel imaginem Christi præferbat, quem Christū nequiquam Adā, id est, vir aliquis genuit: sed sola foemina de Spiritu sancto concepit, iuxta illud apertissimum Esaię prophetę vaticinium: Ecce virgo cōcipiet, & pariet filiū: & vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscū Deus. id quod maxime consentit cum altero eiusdem prophetę testimonio, quod ad explicandā Christi diuinitatē facere videtur: Generationem eius quis enarrabit? quia abscisus est de terra viuētiū. Videtur propheta sentire, propterea Christi generationem esse inenarrabilem, quia decisus est ille, atq; deriuatus, & de sinu patris ortus, profectusq; de terra viuētiū, quæ patria est cœlestis secundum illud Psalmographi, Credo videre bona domini de terra viuētiū, à qua Verbum Patris æterni ad nos descendit. vt quemadmodū præsignauit Abel, esset & ipse pastor ouium, de quo Esaias, Ipse sicut pastor gregem suum pascet. & ipse de se apud Ioannē: Ego sum pastor bonus. Accedit ad hoc, quod, sicut Abel munus obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, id est, selectam Deo victimam mactauit: ita & Christi hostiam egregiam, sanctam, optimā, summāq; id est, suam ipsius, tam patris cœlestis opificio, quā matris terrenę vtero conceptam immaculatam carnem: quippe quæ nulla cuiuspiam labe commaculari potuit, obtulit Deo in odorem suauissimum. Ego, inquit animam meam pono pro ouibus meis. Placuit item domino Abel oblatio: vnde, Et respexit dominus ad Abel, & ad munera eius.

Supra. 2.

Esa. 7.

Esa. 53.

Psal. 26.

Esa. 40.

Ioan. 10.

Ioan. 10.

Fuit & acceptissimum Deo patri sacrificiū Christus, & gratissima propiciatio pro peccatis nostris iuxta illud: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Cadit tandē Abel innocens à sæuissimo fratre suo per inhumane cœsus. & Christus innocentissimus ab impio populo cognato suo crudelissimæ neci traditus est. Enimvero, sicut vox sanguinis Abel clamat coram Deo: sic & sanguis Christi ipsos sui crucifixores conclamare compellit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Nec id mirum. siquidem antea illis cōminatus fuerat, dicens: Requiritur à vobis sanguis omnium prophetarū à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zacharię. Nonne luce clarius constat, cotidie sanguinem exquiri à Iudaico populo vbiq; gentium tot iam seculis excisso, dissipatoq; & vbiq; gentium extrema seruitute oppresso, & apud omnes nationes abiectissimo, & vbiq; terrarum in modum Cain profugo vagoq;? Deniq; sicut literis Euangelicis Abel iusticia commendatur: sic & eisdem celebratur iustitia Christi: qui Traditus est propter peccata nostra, resurrexit propter iustificationem nostram. Deniq; spero neminem putaturum officios esse huiusmodi collationes, nec à proposito nostro alienas, qui reuera cognouit mundanę creationis historiam, esse quoque non minus, quā legem spiritualem.

Mat. 3.

Luc. 11.

Rom. 5.

Fuit autem Abel pastor ouium. Siue pecudum. Et in hoc mirabilis quædam in Deum Abelis obseruantia eminet. abstulit enim à colenda terra, eo quod esset à Deo maledicta.

Cain verò fuit agricola.

Nam maledictionem diuinam, quasi inanem aspernatus, fructuū benedictionem, copiāq; à terra execrationi subiecta carpere nitentur. nec officium alterius alteri præferimus, tanquam sentiamus, terram non esse colendam: sed quod sapiētis sit, ea quæ Dei maledictis minus obnoxia sunt, sibi tractanda deligere. Nam & idcirco in describēdis vtriusque fratris officijs minor maiori præfertur: quia & Abel pietius egit, & occupationem rerū diuinarū cōtēplationi minus aduersam sibi elegit. Seruat enim Scriptura sancta pro alijs, atq; alijs rerum, personarūq; gradibus, atq; meritis variam dicendorū seriem: vt in præsens tempus omittam maius quoddā mysterium, quod hac minoris fratris supra maiorem prælatura insinuat.

Factum est autem post multos

dies

dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.

**Chrysof.** Chrysofostomus. Quæras. Quis docuit hos duos primos fratres, aliquid Deo esse offerendum? Certe nemo. Neque enim Cain doctorem aliquem habuit, neq; Abel suggestorē, & consiliarium: sed vterque conscientię suę magisterio, & sapiētia diuinitus humano generi suppeditata, ad offerendum aliquid Deo incitatus fuit. Sciebat enim vterque, & claresciebat, quod congruum esset ex suis possessionibus aliquid Deo offerendum: non quod eo dominus indigeat: sed vt suam gratitudinē declarat is, qui tali beneficio fruitur. Nulla enim re indiget Deus: nullisq; nostris opus habet: sed ob ineffabilem misericordiam ita nostrę infirmitati se attemperat, & propter salutem nostram hæc fieri tolerat: vt Dei agnitio humanę naturę virtutis sit schola. Bene itaque Cain nouit, aliquid esse Deo offerendum: sed non bene offerenda selegit. nā cum diuinus hic propheta inquit, vt offerret Cain de fructibus terræ, non ait, de cunctis fructibus, nec de potioribus: sed in cōmuni ait, De fructibus terrę. quo denotatur proculdubio offerentis, tum in obseruantia, tum in ciuilitate: qui sine delectu id, quod primum obuium habuit, Deo optimo, ac maximo obtulerit, cui vni egregia, potissimaq; munera sunt offerēda: qualia frater illius Abel, & piē, & liberaliter obtulit. de quo sequitur.

Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum.

**August.** Probe Augustinus. Abel, ait, De placidis potiora elegit, quæ Deo offerret, vt pius & vrbanus: vt deniq; sapiēs, ac diligēs. Cain verò, velut rusticus & negligēs, velut insipiens & impudus, nullā fecit electionē: vt per hoc intel ligatur minus deuotus. Sane operæ preciiū esse arbitror, ad ducere nūc ex Malachię cap. 1.

**Malach. 1.** quibus verbis sacerdotes sacrorū negligēs adhuc sub legis vmbra degētes ipse Deus ex postularit dicēs, Offeratis super altare meū panē pollutū: & dicitis, In quo polluimus te? In eo qđ dicitis: Mēsa dñi polluta est. Si offeratis cœcū ad immolandū, nōne malū est? & si offeratis claudū, & languidū, nōne malū est? Offer illud duci tuō si placuerit ei? aut si susceperit faciē tuā? dicit Dominus exercitū. Ex hoc loco constat & illud, dandū esse nimirū sacerdotibus Euangelicis crimini, si ad synaxim conficiendam vinum euāidū, aut ac-

tosum, aut vappidū, vel panē cariosum, muscosumq; vel alioqui vitiatū, cortuptūq; cōferant. Iā verò quanto dicerniculo sacerdotes in sacris agendis studiosos ab ignaui dominus Deus dirimat ex sequentibus constat.

Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autē & ad munera eius nō respexit.

Super quo Chrysofostomus sic philosophatur. Quid est & aspexit? id est, approbavit, laudauit mentē, coronauit voluntatē, & quasi quis dicat, factō cōtentus est. Attende rem mirā. ouiu oblationē dona vocauit: quia p̄ciosa, eximia, & immaculata obtulerat. non quod nullis votis asperla: sed quæ vnde quaq; preciosa erant, tum ob mentem eius qui obtulerat, tū quod primogenita erāt, & ex illis electissima, & ex adipibus ipsi, hoc est, ex optimis optima. Ad Cain autem, & ad munera eius non aspexit: quia & offerens Deo displicuit, & munera eius reprobauit. scriptū est enī, Vitimæ impiorū abominabiles sūt Deo: vota iustorū placabilia: Neq; enī vt Gregorianis verbis vtar, in omnipotentis Dei iudicio tā quid muneris, quā à quo detur inspicitur. hinc est enim quod scriptū est, Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autē, & ad munera eius nō respexit. Ex qua re patenter ostenditur, quod non tantum offerens à muneribus, quantum munera ab offerēte Dño placuerūt. dona quippe impiorum nō probat altissimus: nec respicit oblationes eorū: nec in multitudine sacrificiorū propiciabitur peccatis eorū. Placet igitur Deo pius offerentis affectus, eoq; placet & ipse offerēs: placēt & externa munera, cum fuerint à pia, castaq; mente profecta. Deniq; sicut gaudio fuit Abeli iusto, fecisse iusticiam, dona q; sua Deo accepta fuisse. sic fuit maximo dolori in iusto Cain, mūera sua dño minime placuisse. Et iratus es Cain vehemēter: & concidit vultus eius.

Chrysof.

Prone. 15

Gregor.

Prone. 15

Hieron.

Theodot.

2. Pa. 7. d.

deuorandum solitum venire de caelo, & in  
 3. re. 18. f. & quando Helias in monte Carmelo cōstru-  
 xit altare. Aduerte tamē, lector, quod & si do-  
 ctissimus Hieronymus Theodotionis inter-  
 pretationem adprobauit, vt propositam que-  
 stionem solueret: idem tamen Hieronymus  
 iuxta Hebraicam proprietatem recte transtu-  
 lit, non Inflammavit, sed Aspexit. nusquā em̄  
 alibi in Sacris scripturis verbum **אָפֵקַת** sag-  
 hāh inflammare significat, vt inde hāc Theo-  
 dotionis interpretationē iuxta sacrae linguae  
 proprietatem firmare possimus. Theodotio  
 itaque rem ipsam expressit, quae velut index  
 quidam diuinam acceptionem, fauoremque  
 secuta fuit. Hieronymus verō ipsius Hebrai-  
 cae dictionis significantiā penitus explicauit.  
 Chrysos. Sed & audiendus est Chrysostomus dicens:  
 Quod autem ait facer propheta: Aspexit  
 ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autē, & ad  
 sacrificia ipsius nō attēdit: intelligamus, vt de-  
 cet digne Deo. vult em̄ dicere: nō, q̄ De⁹ ipse  
 aspexit vt aliquid de nouo videret, pbaretq̄;  
 sed q̄ cognoscere illos fecerit, se illi⁹ approba-  
 re volūtātē, hui⁹ autē repellere ingratiudinē.

**Dixitque Dominus ad eum.**

Non dubium quin Cain. Omnem autem la-  
 pidem mouet misericors, & miserator domi-  
 nus, vt errantem peccatorem ad se tādem re-  
 ducat: reducat, inquam, non vtique vi illata,  
 nec enim ad malum cogit: sed pietissima ad-  
 monitione, quippe qui ad bonum inuitet.  
 Quo quidem bono fit indignus, quisquis ob-  
 latum sibi negligat: ac subinde æquissimo of-  
 ferentis iure ab eo inuitatus excluditur. quē-  
 admodum illi, qui fuerant inuitati ad opipa-  
 ram illam maximamq̄; coelestis maximiq̄ue  
 patris familias coenam, eo ipso sunt in aeternū  
 exclusi, quod impio quodam fastidio negle-  
 ctuq̄; superbo illam fuerunt aspernati. Vrget  
 itaq̄; dñs Cain duplici interrogatiōe: altera:

**CUR IRATUS ES?**

Altera:

**Et cur concidit vultus tuus?**

Illā, arguit eum impiē fuisse in Deum com-  
 motum, iratumq̄; quod nō acceptauerit eius  
 munera: hac indicat, ipsum iniq̄ue, inuidisse  
 fratri suo in tantum, vt tristi vultus deiectione  
 animi liuorem proderet: cum nequaquā  
 Deus, sed sua ipsius impietas fuerit in causa,  
 vt eius sacrificium Deo fuerit ingratum: neq̄;  
 eidem frater suus impedimento fuerit, quo  
 10. c. 144 magis placeret illi, qui diues, largusque est in

omnes qui inuocant eum: dummodo inno-  
 cent eum in veritate. Immo quod amplioris  
 est gratiae proponit dominus Cain speranda  
 longe meliora: facitq̄; ei copiam obtinēdi de  
 cogitato parricidio veniam, modo resipiscat:  
 intentatq̄; nihilominus ipsi merita certissi-  
 maq̄; supplicia, si forte indulgentia inuitan-  
 tis abusus fuerit. Ait itaq̄;

**Nonne si bene egeris recipies?**

Hebraea sic habet. **הֲלוֹא אִם תַּעֲשֶׂה לְיְיָ**  
 halōim tetib ceēth. Cogimur profecto hoc in  
 loco plurium expositorum sententias refer-  
 re, quae ex alia atque alia dictionum Hebrai-  
 carum significatione originem habuere. Er-  
 go si verbum, Tetib, significet reddideris te  
 & verbum ceēth sit idem, quod eleuare, & at  
 tollere erit sensus: Nonne, si te bonum, pul-  
 chrum, atque iucundum, placentēmq̄; diui-  
 no aspectui feceris, poteris eleuare, & attolle-  
 re oculos tuos, quos praepudore, & erubescē-  
 tia, alijsq̄; turbulētis affectibus deiecisti? Qui  
 sensus plane responderet ei, quod superius dix-  
 rat: Cur concidit vultus tuus? Similiter etiam  
 dictum esse legimus Iob capite vndecimo:

Quia tunc **תִּצַּן פָּנֶיךָ** Tica panécha, idest,  
 eleuabis faciem tuam à macula. potest & hic  
 esse sensus: Certe o tu Cain, qui confusus es,  
 atque trepidus, & pudefactus, quia frater tuus  
 iudicio diuino, indicioque coelesti tibi fuerit  
 ob insignē pietatem praelatus, si conatus fue-  
 ris sanctimoniae decore pulchrescere, odioq̄;  
 fraterno deposito indes melior fieri: poteris  
 æmulatione deposita, æmulatus charismata  
 meliora, perpetuo virtutum incremento eo-  
 tandem prouehi, vt non solum adæques, sed  
 etiam vera pietate fratrem superes: attollasq̄;  
 in caelum oculos tuos, haud vtique, superbia e-  
 latus, sed iusticiae cultu superiores. Quod si  
 verbum Tetib, bene facere significat: verbū-  
 que ceēth pacere sonet: hæc erit horum sen-  
 tentia verborum: Si benefeceris, hoc est, si re-  
 sipueris, & poenas de teipso sumpseris, tū ob  
 iniustam in Deum iram, tum ob iniquum in  
 fratrem odium, conceptamque perperam ad  
 uersus vtrunque impietatem deposueris, con-  
 festim ipsum parcere, idest, ipsa venia coeli-  
 tus demissa poenitenti tibi aderit.

**Sin autem male.**

Subaudi, Feceris, ad ianuam culpa tua cubat:  
 hoc est, poena peccato tuo digna praesto est.  
 Profecto cubare ad ianuā, & esse in foribus,  
 sermo est puerbialis: quo significamus aliqd  
 esse in pximo. qua dicēdi figura percōmodē  
 apud

Mat. 24. apud Mathæum Iesus dominus vsus, vt ad-  
 uentum suum iam instare doceret ita & vos,  
 ait, cū videritis hæc fieri, scitote quia prope  
 est in ianuam. Quare cubare ad ianuam hoc lo-  
 co insinuat aperte presentaneam esse, vel poe-  
 nitenti veniam, vel impoenitenti supplicium:  
 ad vtrunq̄; enim illud referri potest, & ad par-  
 cere, & ad punire. Neque enim est Deus, aut  
 promptior aut concitator ad puniendū, quā  
 ad parcendum: cuius proprium est dissimula-  
 re peccata hominum propter poenitentiam.  
 Aliter Hebraica glossa: Si bene egeris, indul-  
 gebitur tibi, idest, remittetur tibi, quāuis gra-  
 uissimum sit peccatum odium, quod in fra-  
 trem tuum concepisti: Si autē non bene poe-  
 nitendo egeris, ad hostium erit peccatū tuū,  
 accubans scilicet ad sepulchri tui hostiū, tuū  
 seruabitur peccatum, nō tantū hoc in seculo  
 sed in futuro quoq̄; puniendum. Deniq̄; qui  
 peccatoris mortem ostium sepulchri nuncu-  
 pauit, videtur ad Euangēlicas inferi portas al-  
 luisse, quae aduersus Christi ecclesiam preua-  
 lere non possunt: quae mirificis illis clauibus  
 à Christo sibi traditis competenter vsa, verē  
 poenitentes ab orci faucibus eripit. Alludit &  
 his Paraphrastes Chaldaicus. Sic enim habet  
 Dixitque dominus ad Cain. Cur irasceris tu,  
 & quare ceciderunt vultus tui? Nonne si be-  
 ne egeris, opera tua dimittentur tibi? Et si nō  
 bene egeris, in diem iudicij peccatum tuum  
 seruatū est, in qua futurum est, vt vlciscatur  
 de te, si non conuerteris: & si conuerteris, di-  
 mittetur tibi. Ad hæc, quoniam praedictum  
 verbum **תַּעֲשֶׂה**, ceēth apud Hebræos, nō mo-  
 do parcere, & eleuare: sed etiā recipere signat.  
 Nicolaus à Lira in libro Differentiarum ita  
 eundem locum interpretatur: Nonne si be-  
 ne egeris recipies, mercedem videlicet:

Mat. 16. Nicol. Sin autem male, statim in fori-  
 bus peccatum tuum aderit.  
 Idest, ita patens erit mihi, sicut id quod est in  
 ostio domus trāseu tibus patet. Porro ad in-  
 stitutum quoq̄; nostrum non parum facit cō-  
 tinuo subijcere, id quod supra hunc locū Di-  
 uis Hieronymus scripserit. nanq̄; cū vir ille  
 omnifariā eruditus ad uertisset Septuaginta  
 trāstulisse, Nōne si recte offeras, nō autē recte  
 diuidas, peccasti? quiesce, ad te cōuersio ei⁹,  
 & tu dominaberis illi⁹. Ita inquit necessitate  
 cōpellimur, in singulis diuti⁹ immorari: siqui-  
 dem & nunc multo alius in Hebræo, quā in  
 Septuaginta translatoribus sensus est. Ait  
 enim Dominus ad Cain, Quare irasceris? &  
 quare concidit vultus tuus? nōne si bene ege-

ris, remittetur tibi? & si non bene egeris, ante  
 fores peccatum tuum sedebit, & ad te socie-  
 ras eius? Sed tu magis dominare. Quod autē  
 dicit, hoc est: Quare irasceris, & inuidiā in  
 fratrem dolore cruciatus vultum demittis in  
 terram? nonne si bene egeris, dimittetur tibi  
 omne delictum tuū: siue, vt Theodotio ait,  
 acceptabile erit: idest, munus tuum suscipiā,  
 vt suscepi fratris tui. Quod si male egeris illi-  
 co peccatum ante vestibulum sedebit, & tali  
 ianitore comitaberis. Verū, quia liberi arbi-  
 trij es, mōneo, vt non tibi peccatū: sed tu pee-  
 cato domineris. Hæc Hieronymus. Cui ger-  
 manē satis accesserit Augustinus eadem de  
 re differens: ne interpretatio Septuaginta ma-  
 neat in exposita, In hac admonitione, inquit,  
 quā Deus protulit ad Cain, illud quidem  
 quod iuxta Septuaginta dictum est, Nonne  
 si recte offeras, recte autem non diuidas, pec-  
 casti? quia non elucet, cur, vel vnde sit dictū,  
 multos sensus peperit eius obscuritas: cum di-  
 uinarū scripturarū quisq̄; tractator secūdū fi-  
 dei regulā id conatur exponere. Rectē quip-  
 pe offertur sacrificiū, cū offertur Deo vero,  
 cui vni tantūmodo sacrificandū est. Non au-  
 tem recte diuiditur, dum non discernuntur  
 recte, vel loca, vel tempora, vel res ipsae quae  
 offeruntur, vel qui offert, vel cui offertur, vel  
 hi quibus ad vescendum distribuitur, quod  
 oblatum est: vt diuisionem hic intelligamus  
 discretionem, siue cū offertur, vbi nō oportet,  
 aut quod nō ibi, sed alibi oportet: aut qd  
 nō tunc, sed alias oportet: siue cū id offertur,  
 quod nusquam, & nunquam penitus offerri  
 debuit: siue cum electiora sibi eiusdē generis  
 rerū tenet homo, quā sunt ea quae offert Deo:  
 siue cum eius rei, quae oblata est, sit particeps  
 prophanus: aut quilibet, quem fas non est fie-  
 ri. In quo autē horum Deo displicuerit Cain,  
 facile non potest iuueniri, sed quoniā Ioānes  
 Apostolus cū de his fratribus loqueretur, Nō  
 sicut Cain, inquit, qui ex maligno erat, & oc-  
 cidit fratrem suū. & cur⁹ gratia occidit eū? quia  
 opera illius maligna fuerūt, fratris autē eius iu-  
 sta: datur intelligi propterea Deum non re-  
 spexisse in munera eius, quia hoc ipso male  
 diuidebat, dans Deo aliquid suum, sibi autē  
 seipsum: quod oēs faciūt, qui nō Dei, sed suā  
 sectātes voluntatē, idest non recto: sed per-  
 uerſo corde viuentes, offerunt Deo munus,  
 quo putāt eū redimi, vt eorū non opituletur  
 sanandis prauis cupiditatibus sed explendis.  
 Hæc ille. Enimvero vides, q̄ facile ea q̄ super  
 hoc vno loco in mediū sunt allata, cādido le-  
 ctori psuadere queāt, q̄ sit operosū Scripturas  
 F 4 sacras



facras ad vnguem intelligere. Vtinam dominus noster Iesus Christus sanā in huiusmodi locis explicandis mentem nobis donet: sicut aperuit discipulis suis sensum, vt intelligerent scripturas. Notandus præterea & in hoc eodem loco verborum ordo. Dicens enim, Nōne si bene egeris, recipies? Si autem male, statim peccatum tuum in foribus aderit: prius proponit bona, quibus neglectis, subinde intentat mala. quoniam Deus, quæ sua est bonitas, potius vult humanas animas misericordia seruate, quàm iusticiam perdere. Id quod & sapienter adnotauit Theophilactus, tractans illud Pāuli Apostoli, Reuelatur ira Dei. &c. Post meliora, inquit, infert Paulus, quæ formidinem incutiant. multi enim mortalium timore ad virtutem induuntur. Sic nanque & Deus post regnū celeste, & gehennam cōminatur. Prophetæ insuper bonis propositis & mala prænunciant: quia illa Dei præcedente sententia, hæc nostra obuenant negligenteria. Ex quo animaduertimus, Deū ipsum voluntate illa, qua quæuis nostra merita præcedit, velle quidem omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: voluntate autem eā, quæ culpā nostrā, non vtique tēpore sed ratione sequitur, velle eundē peccatores, vel in presenti spontaneā pro suis sceleribus expiandis pœnam subire, vel si lethali crimine detenti animam hinc egerint, in perpetuū ignem protrudi. At verò ne quisquam eorum, qui æternis cruciatibus traditur, cauatur se peccandi necessitate constrictum aliquando deliquisse, contestatur Dominus ipsi Cain, habere, eundem absolutam arbitrij libertatem, qua valeat reprobare malum, & eligere bonum. Ait enim.

**Sed subter te erit appetitus eius & tu dominaberis illius.**

Idest non modo appetitus mali tuæ suberit potestati, nequando id quod iniquum sit, in quempiam cōmittere cogaris: sed si illi (quæ humana est infirmitas, libidoque) aliquando imprudenter cōsenseris, in id quod prauum sit perpetrandum, adhuc tamē quantauis grauius morum facinorū mole sis pressus, tu sic dominaberis illius, vt arbitrio tuo vsus, Deoque tibi auxiliante, ipsius iugum excutere possis: vt tandem ad meliora conuersus, optima capeffas. Profecto hoc loco velut ingēti quodam saxo facile cōteritur insanum illud Martini Luteri caput, qui tartareo quodam furore percitus homines ad imaginem & similitudinem Dei factos in bruta reuocat, dum

ab eis auferre liberum conatur arbitriū. Nec illud interim prætermittamus, pro eo quod in Latino est, Sub te appetitus tuus, in Hebræo legi וְאֵתְּ לְבָבְךָ תֵּשֶׁבֶת, veelēcha tesukā thō. quod Septuaginta transtulerūt: Et ad te conuersio eius. & Hieronymus in libro questionum: & ad te societas eius. Alius, Ad te obedientia eius. sane horum omnium talis potest esse sensus: Concupiscendi vis, quantumuis improba: tamen, vel prorsus rationis imperio reprimatur, vel certe conuertitur, vt tibi ad votum cedat, obtemperetque; dum modo tu super custodiam tuam stes: atque fatagas, vt dominus illius. neque enim inferior if te appetitus homini datus est, vt superiori irrefrenatē subsulteret, & aduersetur: sed vt tanquam socius, & famulus ei pareat, & obsequatur. Alius demum sic interpretatur. Ad te appetitus eius, id est, contra te militat peccati fomes, & carnis concupiscentia, quæ te deijcere, à rationis statu iugiter tentat, conaturque. Sed Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Siquidem in tua situm est manu aspirante Deo, vt tu illi domineris. quod si ignauus & iners cessaueris, ac subinde iniquē egeris, nihil est quod præendas, vim tibi fuisse illatam ad excusandas excusationes in peccatis. Cæterum Cain homo ingenio malo, prauoque, neque Dei ipsius blanditijs allicitur, neque à patrando facinore minis vllis deterretur. tantisq; nefarij liuoris stimulis actus fuit, vt contempto tanto admonitore, neglectisq; intētatis supplicijs, incredibili audacia iura, tam humana, quàm diuina violarit, & in audito exemplo parricidium perpetrarit: terramque ante id tempus virginem atque synceram humano sanguine polluerit, fraternoque funere incestarit.

**Dixitq; Cain ab Abel fratrem suum. Egrediamur foras. Cunque essent in agro confurrexit Cain aduersus Abel fratrem suum, & interfecit eum.**

Artificiosè propheta vtrūq; nomine proprio exprimit: vt ex nominū claritate noui facinoris immanitas amplius innotescat. & fratrem addidit, vt inauditam inhumanitatem arguat. Sane in Hebræo nō explicatur, quid Cain dixerit fratri suo: sed, vt sentit Hieronymus subauditur, ea quæ locutus est Dominus. Superfluum ergo est, quod in Samaritanorum, & nostro volumine reperitur, Transeamus in campum. nam quod est in Septuaginta & nostris

Orige.  
Aquila.

nostris codicibus, Egrediamur foras, ex eo addi potuit, quod paulo post inferius scriptum est: Cunque essent in agro: videlicet, qd Cain fratrem Abel in agrum se duxerit, vt ibi sine testibus eum occideret. facit & ad hoc, quod Origenes inquit. In Hebraico nō scribitur, quid Cain à Abel dixerit, & ipse Aquila demonstrat Hebræos dicere in arcanis haberi, egrediamur foras: quod excipientes posuerūt, hoc loco septuaginta. Cum Hieronymo quoque cōueniunt Hebræorum nūnulli interpretes, qui tradunt, Cain omnes reprehensiones, quas in eum dominus intulerat, coram Abel exposuisse, veluti indignabundus, quod fratris iustioris cauita sibi dedecus accessisset: adeoque perturbatum fuisse, iraq; impotentem in tantum incanduisse, vt nec à Deo præmonitus, nec à fratre admonitus de contraria bonorū, malorūque mercede respuerit. Quin potius nimis incredulus ea impie adiecisse, quæ ab eodem in Chaldaica translatione responsa referuntur: vbi sic habetur, Dixit Cain ad Abel fratrem suū: Non est iusticia, neq; iudex, neq; seculū aliud, nec præmia recipiunt iusti, neq; pœnas luunt improbi: quibus, cū Abel fide præditus, cōfortatusq; cōstanter refragaretur, repugnarēque: ex acerrima vtriusque contentione Cain arrepta occasione impius piū crudelissimè interficere prorsus decreuit.

**Cunque essent in agro.**

Semotis, videlicet, arbitris, occultandi facinoris spe.

**Cōsurrexit Cain aduersus Abel fratrem suum.**

Præmeditatus necem contra securum armatus, contra inermē, immanis contra mitem, inhumanus, contra humanū, impius, deniq; contra piū.

**Et interfecit eum.**

Quicquid illud fuit, quo illum interemerit: siquidem, Quodcunque rimanti telum facit ira manus, vt insignis ait Poeta. Perpetrato autem tam nefario scelere, Dominus accessit interrogaturus Cain: non ignarus vt discat, sed iudex, vt aut sceleratum conuertat, correctumq; seruet, aut sceleris pertinacem vltimo supplicio puniat.

**Et ait dominus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus?**

Vrgentissima interrogatio, acriq; voce: minaciq; vultu proferenda.

**Qui respondit, Nescio.**

Cain amarulenta interrogatio pulsatus, districusq; nec vllum inueniens, quem tantæ immanitati colorem obduceret, totiusq; consilij inops insipientissimè respōdit, se nescire, quæ certo loco cōdiderat, nec aduertit insipientes nullatenus posse latere Deum, opere iam perpetratū parricidium, qui prius illud in intima molientis ipsū cogitatione penitus cognouerat. Addidit itaque impius Cain scelus sceleris, qui Domino voluntariam; opportunitamq; tantī facinoris confessionem exigenti vt vel inde nonnullus aditus esset ad illius cōdonationem, diffites parricidium, quod à se fuerat sceleratissimè perfectum, non modò inuerecunde illud se nescire respondit dicens, Nescio: sed etiam obstrepera, superbaq; ironia abusus ab eodem Domino percunctatus est dicens:

**Nūquid custos fratris mei ego sum?**

Mentitus est nihilominus, se non esse fratris sui custodem. nam & naturale ius, & diuinū fas exigunt, vt & frater fratrem & maior minorem seruatum velit, curetq;: quanto enim quisque est cuiuslibet coniunctior, tanto maiori vinculo rependendi vel certe præstandi officium adstringitur.

**Dixitq; ad eum Dominus.**

Tanquam proteruū, & insipientem, alia eūdem acriori vrget interrogatione Dominus dicens:

**Quid fecisti?**

Nullatenus potes, hominum perditissime, facinus tuum istud immane, ingens, & horrendum tegere. quid fecisti? frustra impudenti peruicacia nugaris. nanque

**Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra,**

In Hebræo est, Damim, id est, sanguinum pluraliter: vel quia multis ictibus ab illo Abel fuit confossus, perq; plures vulnerum aperuras cruor effuebat. Ex quo maior fratris, in fratrem arguitur sæuitia: cui nō satis fuerat semel percussisse. vnde & signanter scriptura truculentos homicidas Viros sanguinum appellare solet, tanquam pessimos immanitatis: ain primi humani sanguinis effusoris imitatores vel iuxta secretiorem intellectum, per sanguines aliquis accipiat, nō solum Abel occitum, sed etiam posteros ab eo progignendos, multiplicandosq;: si non ante diem suum ille in-



teremptus fuisset, ac perinde eius nece interclusus, & gigni nasciq; prohibitos: hosq; sanguines arbitretur, conclamasse ad Dominum, sicut semen filiorum Iudæ missum in terram, ne humana generatio sequeretur, sic ad Dominum clamavit, ut eos interimeret. Immo videtur Deus pari poena ipsum Cain puniisse quando inducto terris diluio cunctos illi<sup>o</sup> posteros aboleuit: sicut idem Abel fratrem sua posteritate priuauit. Denique, sicut apud Deum extremo supplicio digni habentur, qui filios spirituales prauis doctrinis peruertunt, & enecant: ita & qui, ne doceantur homines catholicam fidem, Deoq; noui filij baptismate generentur, impediunt, grauissimis cruciatibus obnoxij censentur. Quod autem dicit, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, tandem est, ac si dixerit: Facinus maximu commisisti: nec vlla ratione illud, aut tegere, aut minuere poteris: nec alicuius accusacione, ut damneris, opus est. Nam euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. preferuim cum ego, quem nullum latet secretum huius tui sceleris sum testis, & iudex. Quare, ut vel tu corrigaris, vel alijs sis exemplo: necessum est, te meritas dare poenas.

Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suu, & accepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cui operatus fueris ea, non dabit fructus suos: vagus, & profugus eris super terram.

En tibi poenas parricidarum principi intentatas, illatasq; suis scelerib<sup>9</sup> aptissimas, ad numeratasq;. Deliquerat enim Cain, primum in eo, quod non obtulit Deo optimo ac maximo optima, præcipuaq; sacrificia: ob idq; primum punitur, eo quod non respexit dominus ad illum, nec ad munera eius. secundum illius peccatum fuit, eum non credidisse Deo profitenti, & pijs, & impijs sua præmia præparata esse: Nonne, ait, si bene egeris recipies: si autem male, statim peccatum tuum in forib<sup>9</sup> aderit. pro quo secunda afficitur poena. Et præterea maledicitur, ita ut sit maledictioris qui parricidium commisit in fratrem, quam terra, quæ maledictioni fuit obnoxia, non propter se, sed in poenam Adæ, qui nimio quodam in vxorem suam affectu, præceps diuinum est præuaricatus præceptu: Maledictus, inquit tu super terram. Super terram dixit, pro eo,

quod est, plus quam terra, sicut alibi scriptum est, Dominus protectio tua sua super manum dexteram tuam: id est, plus quam manus dextera tua. firmatur & hic sensus, eo quod in Hebræo est. מִן הָאֲדָמָה Min haadamá, Min autem particula, cui apud Latinos responder, Præ, præpositiuncula. comparatiua est particula, vel potius prælatiua, ut in Psalmo, Mirabilis facta est scientia tua præ me: confortata est, & non potero ad eam. In hoc igitur loco מִן הָאֲדָמָה Min hadamá sonat, Præ terra, id est, plus quam terra. Tertio peccauit Cain fratrem suum in agro occidens. Et tertio maledicitur à Deo loquente, Cum operatus fueris eam, non dubium, quin terram, non dabit tibi fructus suos: ut ea quæ aperuit os suu, & accepit sanguinem fratris tui de manu tua maligne, & penè inuitè iacta semina suscipiat nec ea semel obruta benigne foueat, indigna ta scilicet quod in sinum eius fraternum corpus obrueris, quæ se iactat potius esse hominum altricem, quam cadauerum sepulchru: ac subinde nec fructibus sit fecunda, quam fraterna progenie priuasti, quæ ipsam esset cultura, ut agriculturalio opere subacta, permolitaq; innumeras opes mortalium vsibus profuturas vberimis prouentibus largissimè proferret. Quartum denique eiusdem crimen fuit, quod quærenti Domino ab eo, atque dicenti, Vbi est frater tuus superbo mendacio quærentem repulit: impudentissimæque peruicacia respondit, Nescio nunquid custos fratris mei sum? Ob quod illa vagabunda instabilitate damnatur, ut qui certum fratris à se sepulti locum negarit, eiusdemq; se custodem abnuerit, sedibus incertis passim oberret, neque vsquam locoru præformidine, scelerisq; patrati cõscientia consistat: Vagus, ait, & profugus eris in terra: quod vbiq; terrarum exagitatione essent illu vltices curæ, & timor & pauor, & plurima mortis imago.

Dixitque Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear.

Cain vbi se vidit diuina sententia constrictu, velut amens culpam suam agnoscit, inutiliter cõsitetur, eamq; exaggerat: nec de peccato suo veniam petit, sed desperata salute seipsum cõdenat, dicens: Maior est iniquitas mea quam ut venia merear. id quod significatius multo in Hebræo legitur גָּדוֹל עוֹנֵי מִנְּשׂוֹנֵי גַדּוֹל ghauoni minego, id est, maior est iniquitas

tas mea, quam parcere. Hoc est, quam ipsa propiciatio. Nec abnuunt Septuaginta interpretes qui transtulerunt μέγαν, ἢ ἀδικία μου τὸ ὑπέσθηναι/με, id est, maius est delictu meum, quam ut remittatur mihi, nempe hoc sensu, quem tum Hebraica, tum Græca faciunt, non sum videtur excludi à facultate culpam expiandi hominis puri meritum, & gratiæ diuinæ vacui, auxilioq; cœlesti deserui. id quod vtcunque tolerabile fuisset. Neque enim quispiam hominum potest, postquam peccatum est, per solas vires suas naturales primã à Deo gratiã obtinere: nec humanis tantum virtutibus primã de peccato veniam ab illo propter iusticiam suam, vel ut optatis condignam promereri. gratis. n. à Deo iustificatur peccatores per fidem quæ operatur per delictionem quæ est in Christum Iesum, ut multis diuinus Paul<sup>9</sup> passim docet. Verum, quod est scelestissimum atque maxime impium, eo dicto, Cain quendã immensæ Dei omnipotentis pietati terminu in miserendo præscribit: cum tamen Dei pietatis neuitquam magis vilo sine claudatur, quàm infinita illius natura, sapientia, bonitas, potentiã, atq; benignitas. Allusit & ad hoc diuus Bernardus, cum suggillans eundem desperatorem in clamauit in eum dicens: Mentiris Cain: maior est Dei misericordia, quam omnium peccatoru miseria. Adde quod & ille videtur, summo maximoq; domini nostri Iesu Christi merito derogasse. qui enim dixit. Maior est iniquitas mea, quam parcere, certe quemuis ab obtinenda pro peccato venia modum in omne tempus, ac subinde in tempus, saluatoris mudi exclusisse censetur. Neq; contra dicit, maius fuisse peccatum suum, quam hoc vel illud parcere: sed absolute & in vniuersum, quam ipsum parcere. Ex quo fit etiam compertum, huc desperantem ea impia voce non tantum fuisse iniurium benignissimo clementissimoq; rerum parenti, sed pietissimo quoque & misericordissimo eius filio qui factus est nobis ab ipso eodemq; patre hostia, piaculu, virtus, sapientia, sanctitas & redemptio. Idẽ ut in alio loco scriptum, redemptor & redemptionis preciu, preciu maxime preciosum, singulare, electum, summu, latissimum: utpote cuius minima sanguinis guttulla mille valeat, quantumuis impios expiare mundos. Accedit enim creaturæ ab ipso creatore, cui supposito iungitur pondus quoddam infiniti valoris. At verò tanto in fratres suos amore flagrabat mundi seruator, ut pro reparandis illis absque vilo modo pro-

prium sanguinem fuderit: idque donec illius caro sacratissima penitus exhausta, sicut arida testa, linqueretur. Id quod sapiētissimè fecit: nimiru, ut etiã, etiã mudo patefaceret innumerabiles bonitatis sue thesauros: quodq; mortalibus amplio psuasum esset, atq; fide indubitata certu haberetur, apud dominu esse misericordiam, & copiosam apud Deum redemptionem Christu videlicet apud Patrem, & in verbo humanitatem: ne si forte peccaueris veluti Cain, salutem recuperandam desperes: cui liberando præsentissimus sit apud iudicem patronus, & hostia gratissima. Nulla denique potest accedere reis, quando in corpore viuunt, causa, vel tam dubia, vel tã depulorata, de qua non liceat eis meliora sperare, interpellante illo, qui est propiciatio pro peccatis nostris. Probè itaque Isidorus de Cain: Peccata peccatis adijciens desperat: nec credit veniam se posse adipisci, quod est blasphemia in Spiritum sanctum, quæ non remittitur in hoc seculo, nec in futuro: quia putat Deu, aut nolle dimittere, aut non posse, tanquam omnia, aut non possit, aut humanæ inuideat saluti. Non Deum sibi iratum graue putat: sed timet, ne inueniatur, & occidatur. Quare patrati sceleris haud poenitet amice, sed futura metuit dispendia seruiliter. Id quod manifestè sequentia eius verba produunt:

Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra. Planè quod ait: Eijcis me hodie à facie terræ, perturbatus nimis exaggerat iudicium Dei in se, dum vagabundam super terram instabilitatem suam exilium vocat: quod licet non sit illa fluctuatione multo grauius, nescio tamen quomodo non nihil magis odiosum sonat. Quod autem dicit.

Abscondar à facie tua.

Id ipsum perpetuo inuenies ferè apud omnes peccatores, ut humanum aliquid passi, sicut Adam prius, & modo Cain, effugere se manum Domini, aspectumq; diuinu latere posse putant. Taliter afficiendos olim descripsit eos, quibus propheta Esaias comminabatur dicens: Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragine terræ à facie formidinis Domini, cum surrexerit percutere terram. Tales quoque fuere, quas prædixit Christus præ animi angore dicturas motibus, Cadite super nos: & collibus, Cooperite nos: Fugit & impius nemine persequente. Sed quo se recipiet

Ps. 129.

Isidorus: Mar. 3.

Bernard.

Esai. 2.

Luc. 23.

Prou. 28.

ps. 138. piet, vt Domini manum aspectumq; Dei eua-  
dat: stat etenim ex aduerso David Rex, atq;  
propheta sub persona sua cōsistens à Deo nul-  
lum esse alicubi peccatoribus effugium. Si  
ascendero, ait, in cœlum, illic es: si descēdero  
in infernum, ades: si sumptero pennas meas  
diluculo, & habitauero in extremis maris: ere-  
nim illic manus tua deducet me, & tenebit  
me dextera tua. Ecce inquit, abscondar à fa-  
cie tua: vt iam nō tibi dicam, & respice in me,  
& miserere mei, latebōque opetua deser-  
tus, humanisq; viribus, quibus impiē in fra-  
ternam cœdem fui abusus, omnino destitu-  
tus.

**Omnis igitur, qui inuenerit me  
occidet me.**

Abalienat<sup>o</sup> à Deo sordescit adhuc, magisq;  
sultreicit, & Dei iudiciū calumniatur, quod  
vltra miseram fugam, & triste exilium, & in-  
quietissimam fluctuationem vitæ perdendæ  
discrimini exponatur: formidabat enim velu-  
ti proscriptus quidam, tum corporis tremore  
tum mentis agitatione motus, ne deprehēsus  
occideretur à quolibet: qui iusta ira concita-  
tus in primum parricidam, nec non in scēusis-  
imum fœderis humani generis germaneq;ue  
charitatis violatorem insurgeret, communē  
scilicet toti humano generi illatā vltur<sup>o</sup> iniu-  
riam. At verō nonnulli qui offenduntur ho-  
minum paucitate, qui tunc temporis viue-  
bant: de quibus, vtpote paucissimis, Cain  
haud congruebat adeo generaliter fuisse lo-  
cutum, illam generalitatem non ad homi-  
nes tantum, sed etiam ad reliqua referūt ani-  
mantia, quibus obnoxius patebat Cain. Sub-  
lato, vt aiunt, ab eo terrore illo, quo Deus ho-  
minem aduersus cuncta animantia munierat  
non min<sup>o</sup> ante diluuiū q̄ postea, cum egres-  
sus de arca dixit: Et erit terror vester super o-

infra. 9.

Sap. II.

omnia animalia, scilicet, vt qui non exhorruer-  
rat fratrem occidere, reliquis animalibus nec  
honoris esset, nec terrori, iuxta illud, Per quæ  
quis peccat, per hæc & torquetur. Idem ta-  
men tradunt, Deum audita ipsius Cain con-  
quæstione eidem eundem restituisse terrore:  
quod tutus à ferarum incurfibus diutius viue-  
ret: idq; fecisse magna in tantum peccatorem  
vsum misericordia, si forte aliquando diutur-  
nis calamitatibus afflict<sup>o</sup> respiceret. Enim-  
vero nos hanc hominū vniuersitatem, à qua  
Cain sibi timebat, eam intelligam<sup>o</sup>, quæ iam  
tunc aderat. Siquidem post multos dies à na-  
tiuitate viriusque fratris hæc gesta fuerunt, in  
quibus primi parentis progeniem plurimū

fuisse multiplicatam non est incredibile. Nā  
plerosque alios filios genuisse constat Adā  
præter eos quos scriptura proprijs compellat  
nominibus. quos quidem multo maiori nu-  
merosa proles proventu multiplicatos credi-  
derim, quā in Ægypto filios Israel, qui in-  
tra ducētos, & septuaginta annos, qui excurre-  
runt à nuptijs Jacob vsque ad egressum eorū  
de Ægypto è septuaginta tantum hominib<sup>o</sup>  
illuc ingressis ad sexaginta virorum millia  
præter reliquum mulierum puerorumq; vul-  
gus aucti fuerunt. Quid? quod illa parricidæ  
formido videtur, non tantum iam natos respi-  
cere, sed eos etiam qui futuris temporibus eo  
adhuc viuente nascituri sperabātur. Sed iam  
quid huic obloquutori longanimis Dominus  
respondeat, differamus.

**Dixitque ei Dominus: Nequa-  
quam ita fiet: Sed omnis qui oc-  
ciderit Cain septuplū punietur.**

Dicit igitur Dominus ipsi Cain: Nequaquā  
ita fiet, vt quispiā impunē te interficiat. Adeo  
enim detestor homicidium, vt si quis priuata  
voluntate, sine publica autoritate homicidā  
necauerit sit & ipse homicidij reus. immo ne  
quis alius tuo nefario inductus exemplo au-  
deat simile facinus in te committere, placet  
augere pœnas. Nanque omnis qui occiderit  
Cain, septuplū punietur. At si quis nosse cu-  
pit, quam variam intelligentiam hic locus ad-  
mittat, legat ea, quæ doctissimus Hieronym<sup>o</sup>  
super hac quæstione ad Damasum Papam di-  
ligenter, & erudite ad modum scripsit. Cæte-  
rū liceat nobis per candidum lectorem eū-  
dem hunc locum simpliciter exponere. Pro  
quo est considerandum, moris esse Scriptura-  
rum sanctarum primis vsque ad quinarium nu-  
merū, rerū paucitatē designare, vt tertio Re-  
gum. 17. vidua Sareptana: En, ait, colligo duo  
ligna, Duo posuit pro Paucis. At numeris  
procurrentibus à quinq; vsque ad decē mul-  
titudinem denotare solet. ad quod faciendū  
septenariū numerum multo frequentius vsur-  
pat, vt ibi: Septies in die cadit iustus, Septies  
pro Multoties positum est: & illud, Apprehē-  
dent septem mulieres virum vnū. illud quoq;  
Petri ad Christum, Domine si peccauerit in  
me frater meus, septies dimittam ei? ad quē  
Christus. Non solum septies: sed etiam sep-  
tuagies septies. vbi sicut beatus Petrus po-  
suit, Septies pro Multoties. Ita dominus  
Iesus subiecit septuagies septies, pro eo quod  
est infinities. Quare quod hoc in loco positū  
est

Hiero.

Pro. 24.  
Esa. 4.  
Matt. 18.

est, Septuplū, id est Septies punietur, tantū va-  
let, ac si diceret, Pluries multo punietur: tan-  
toque grauior de eo fiet vltio, quanto maiori,  
clarioriq; ipsius Cain cruciatu præmonitus  
contemptius egit, atque ferocius humanum  
sanguinem iterum effundendo, neque idem  
sceleris repetere erubuit, neq; timuit. Suffra-  
gatur & nobis Glossa marginalis, quæ Diui  
quoq; Hieronymi titulo pnotatur: adscribā  
& illi<sup>o</sup> verba: Si quis, ait, te interfecerit, septu-  
plū, id est, grauisima vltione punietur. non  
debit homo occidere, cui Deus reseruauit  
vitam, vel ad pœnam ipsius vel ad aliorū cor-  
rectionem. Denique ex huius pœnæ tenore  
constat, Cain timuisse inferendam sibi necē  
ab hominibus potius, quā à feris. Siqui-  
dem pœnā haud brutis, sed hominib<sup>o</sup> Deus  
est comminatus.

**Posuitq; Dominus in Cain sig-  
num, vt non eum interficeret  
omnis, qui inuenisset eum.**

Nihil valeat hoc loco illa Dialecticorum lex,  
qua negatio præposita signo vniuersali, facit  
illud æquipollere particulari. Nā hic, Nō om-  
nis, haud est, Aliquis non: Sed Null<sup>o</sup>. sicut &  
in Psalmo, Non iustificabitur in cōspectu tuo  
omnis viuens: Non omnis positum est, pro  
Nullus. Præsentia igitur in hunc sensum ac-  
cipienda sunt, vt nullus, qui inueniret Cain,  
interficeret eum. signum autem tanquam a-  
muletum quoddam à Domino in Cain posi-  
tum fuisse quidam putant, vel horribile ip-  
sius aspectum, vel fulgur quoddā vultus eius  
haud plane lucidum, sed velut fumo caligino-  
sum, vltionem diuinam in ipsum Cain indu-  
bitato commostrans. Alij verō signum illud  
fuisse assiduum concussū corporis tremorem  
infestamq; perturbatæ mentis agitationem.  
Sed de his supersedendum cēseo, ne de re in-  
certa certam sententiam ferre videamur. satis  
sit, compertum esse nobis, quodcunque fue-  
rit signum illud, tale fuisse, quod facile potuit  
quemuis hominem, & quamlibet feram ab  
illiis necē deterrere, atque procul auertere.  
Magna Dei pietas, qui non modo confestim  
non occiderit parricidam sceleratissimum:  
sed potius apposito signo canit, ne ab aliquo  
necaretur, si forte diutius viuens aliquādo eū  
patrati facinoris pœniteret. Deniq; tali no-  
ta insignis abit.

**Egressusq; est Cain à facie Do-  
mini: & habitauit in terra pro-  
fugus ad Orientālē plagā Eden.**

Quid mirum Cain à domino procul abijisse?  
Sicut enim pijs, prōbisq; viris est chara, iucū-  
daque Domini facies, In quem desiderant vi-  
dere facies Angelorum: & ij, quibus dicitur,  
His fieri incipientibus, respicite & eleuate ca-  
pita vestra, quoniam appropinquat redemp-  
tio vestra. Sic & impijs, atque improbis est  
illa terribilis atque nimium tristis, tanquam  
deploratis, desperatisq;: qui vt ait, Paulus, da-  
bunt pœnas sempiternas à facie domini, & à  
gloria virtutis eius. Cain itaque desperata ve-  
nia Deum auersatus, faciēq; ipsius exosus ab-  
scēdit, non tantū pedibus ab ea specie, in qua  
illi Deus loquebatur, sed etiam affectibus, ab  
eo, quem vbiq; locorum præsentem esse, ne-  
cessum est. Sicut illi, de quibus Deus queritur  
dicens: Recesserunt à me, & abierūt post va-  
nitates suas: & quibus Esaias inquit: Iniquita-  
tes vestræ diuiserunt inter vos, & Deum ve-  
strum. et quia longē est à peccatoribus salus,  
Sane quoq; intelligitur Cain egressus à facie  
Domini, quia propter abominabile, & per-  
niciosum facinus, Dei præsidio fuit nudatus,  
& habitauit in terra profugus. Septuaginta,  
Et habitauit in terra Naid. Super quo Hiero-  
nymus. Quod Septuaginta, inquit, Naid trā-  
stulerunt, in Hebræo נוד. Nod, dicitur: & in-  
terpretatur: σαλευόμενος, id est, fluctuans &  
instabilis & sedis incertæ. Non est igitur ter-  
ra Naid, vt vulg<sup>o</sup> nostrorū putat, sed expletur  
sentētia Dei, quod huc atq; illuc vagus & pro-  
fugus oberrauit. Hæc ille. At verō nō tantum  
nostri, sed etiam Rabbi Salomon tradit, ter-  
ram Nod esse eam, ad quā demigrabant pro-  
fugi, quo & demigrasse ferūt Adam à paradī-  
so expulsus. Quin & Moses vrbes refugij ho-  
micidis Orientem versus sitas esse decreuit:  
vel forte sic dicta est iuxta Septuaginta terra  
Naid, ac si diceretur, terra vagariōis, hoc est,  
commota & instabilis: eo q̄ quocunq; Cain  
pergere volebat, terra quam pedibus terebat,  
ei commouebatur, & contremiscebatur, velut à  
se nefarium excutiens, pro densq; parricidam  
Huic sententiæ Chrysostomus quoq; suffra-  
gatur. Hinc alius: putauit terrā illā, in qua exū-  
lauit Cain ab eo vocatam Nod, eo quod in  
ea oberrauerit ille vagus & profugus. enim ve-  
rō pro Hieronymo faciūt vn<sup>o</sup> & alter loci su-  
periores, in quibus eadem dictio Nod, neuti-  
quam est nomen loci, sed vagū profugumq;  
significat. Dixit enim Deus, Eris profugus: Et  
Cain, Ero profugus. Præferēda igitur est Hie-  
ronymi sententia: cum quo sentit & Chalda-  
ca æditio, quæ nomen Nod, non vt propriū  
integrum reliquit, sed, vt appellatiuum in aliā  
vocem

Luc. 11.

2. Tes. 1.

Esa. 59.

vocem mutavit. Nam pro Nod traduxit in-  
tilit, quod nomen Chaldaeis sonat profugus.  
Habituavit igitur profugus in terra ad Orien-  
talem plagam Eden. In Hebraeo est **קִדְמָתְךָ**  
**קִדְמָתְךָ** Kidmath gheden, pro quo Græce **Κα-  
τ'ανατολῆς** id est, è regione Eden, & supe-  
rius dictum est de Adam: Et collocavit eum  
ante hortum Eden. secundum hanc igitur in-  
terpretationem videtur uterque tam Adam,  
quam Cain exulasse ex adverso paradisi, ut præ-  
senti amissæ felicitatis memoria miserius af-  
flicterentur, vel certe illius recuperandæ, vel  
quod verius est, potioris obtinent desiderio  
tacti aliquando respicerent. Hæc iuxta Se-  
ptuaginta. At verò & doctius, & verius Hie-  
ronymus interpretat<sup>r</sup> est ad Orientale plagam  
Eden, ut Edē sit regionis nomē, ad cuius eam  
partem, quæ vergit ad solis ortum Cain ha-  
bitavit. Nam kedmath, Hebræis nō tā ex ad-  
verso, q̄ ab Oriente solē ppriè significat.

Collatio inter duos fratres  
Cain, & Abel.

Nimvero priusquam ad ulteriora proce-  
dam<sup>9</sup>, haud erit prorsus inutile hos duos  
fratres inter se comparare, tropologiam,  
quæ nunc explicare molimur, ab eorū no-  
minibus auspicientes. neque enim ociose sūt  
cuique nomen diuinitus est impositum, id  
quod ex illorum interpretationibus liquido  
constabit. Cain igitur interpretatur Posses-  
sio, Abel Vanitas. Cain profecto symbolum  
fert hominis temporalia bona possidere cu-  
pientis, is quippe improbus est, & iniquus  
negociator, qui quicquid in hoc mūdo mor-  
talibus preciosum est, per vel fas vel nefas to-  
tis conatibus obtinere molitur, siue illud ad  
concupiscentiā carnis, siue ad concupiscen-  
tiam oculorum, siue ad superbiam vitæ per-  
tineat. Abel autem intelligens, quàm sit vni-  
uersa vanitas omnis homo viuens, nihil eorū  
quæ sæculum hoc profert & ostentat, verè sa-  
pienti multum diligendum censet: contem-  
ptisq; terrenis opibus, & abiectis corporalibus  
voluptatibus, atq; deposito omni super-  
cilio paucis contentus agit: conaturq; pijs ob-  
sequijs modestissima de mētē profectis sum-  
mum rerum iudicem in primis parentes eo-  
rumque progeniem iuste iratum placare.  
Vnde ut & propriam imbecillitatem, & ani-  
mi facilitatē, & votū quodā in aliorū cōmo-  
da ppensum ipsis victimis designaret imbel-  
lia quædā aialia facileq; ductilia, & in huma-  
nū tantūmodo vsum nata, quæ Deo offerret

sapientissime delegit. Ex quo iure euenit, ut  
eiusmodi sacrificijs vera pietate plenis dño  
valde placuerit, tātūq; apud illū valuit, quod,  
ut scriptum est, Respexit Dominus ad Abel,  
& ad munera eius. Præterea Cain terrenis o-  
pibus congregandis inhians, & libidini ser-  
uiens, nec tam veram pietatem, quàm illius  
ymbram consecrans, vile munus obtulit Do-  
mino Deo, de fructibus scilicet terræ te-  
mere repertis: munus obtulit, inquam, ina-  
nime, ut pote nolens perdere animam suam  
in hoc mundo, ut in vitam æternā custodiret  
eam: propterea merito displicuit Deo, nec a-  
liqua ex parte litauit, sicut scriptum est: Ad  
Cain autem & ad munera eius non respexit.  
Abel item, ut humana hæc tanquam perfun-  
ctoria bona nihili pendet: ita & huic vitæ tē-  
porariæ fouendæ, parum attendit immo to-  
tam spem suam in futuram sic alacriter exten-  
dit, ut tanquā vir reuera Euangelicus oderit  
animam suam in hoc mundo, ut in vitā æter-  
nam seruet eam. Ad hæc sciens quod in ocio  
sapientia percipitur, nunquā extra se huc &  
illuc discurrens euagatur: nec ut victum sibi  
quereret, nisi quantum naturæ necessitas co-  
git, sed totus sibi constat dicens, Mihi autem  
adhærere Deo bonū est. ideoq; præuenitur à  
Deo in benedictionibus dulcedinis. Cain ve-  
rò iuxta dñi maledictū vagus & instabilis fer-  
tur, Per mare, per terras auar<sup>9</sup> querit aurū:  
iam petit Indos, iā repetit vltima Tule: nulli  
parcit labori: à nullo sibi discrimine cauet: ni-  
hil est tam sordidum, ac turpe lucrū, ad quod  
non se demittat: nihil tam iniquum, aut in ci-  
uile, quod aggredi non audeat, si modo spes  
refu llerit nummi, ut cupito potiatur auro, ut  
tandē male parva voluptatibus explendis pe-  
ius insumat. Porro, quemadmodum Abel  
pijs honestisq; actionibus imbutus ampliore  
fide indies augetur: & spem solidiorem con-  
cipit: & ea quæ spiritus sunt ardentius ample-  
ctitur. ita & è diuerso Cain conscientia scelerum  
districtus lucem odit, tenebras petit, ob-  
reccatusq; à furore mentis suæ oculis passim  
oberrat offenditq; nec non ea, quæ veræ sunt  
fidei mera somnia putat esse: à fiducia cadit,  
& pro amore odium creatori suo rependit.  
Insuper ille iusticiæ coronam, quam repromi-  
sit Deus diligētibus se, pmeritus: transit à bo-  
norū futurorū vmbra in ipsā rerū verarū ima-  
ginē, ab imagine in ipsū corp<sup>9</sup> solidāq; glo-  
riā, cōsummatāq; felicitatē. Hic verò immi-  
nere sibi pœnas sentiens, grauiāq; sibi mane-  
re tormēta pspiciēs desperata venia fugit ab  
ipsa vita: vagatur ī terra Naid huc illuc agit<sup>9</sup>  
&

& miserrime fluctuabundus: ac demum alijs  
atque alijs cruciatibus diuexatus tranfit ab a-  
quis niuium ad calorem niuium. Abel deni-  
que huic mundo penitus mortuus Deo solu-  
m viuebat, & in hoc vno impius frater ei  
præter spem plurimum profuit, quod ipsum  
ante crucem Christi martyre fecit, & ab hac  
calamitosā vita in iustorū sinum extruditur.  
Cuius quidem Abel pietatem, fidemq; diui-  
nus Paulus in Epistola ad Hebræos celebrans  
inquit: Fide plurimum hostiam Abel quàm  
Cain obtulit Deo: per quam testimonium cō-  
secutus est, esse iustus, testimonium perhiben-  
te muneribus eius Deo: & per illā defunctus  
adhuc loquitur. Et quomodo is qui primus  
hominum mortuus fuit, adhuc loquitur? nisi  
eo quod huc vsq; insigni veræ pietatis exem-  
plo reliquos mortales admonet iusticiā sum-  
mopere colere? At verò Cain mors haud ita  
sicut Abel speciatim describitur, quia ob per-  
tinacem impietatem nunquam fuit mortuus  
miserijs: Sed ab his temporarijs in perpetuas  
incidit: factusq; est eorum princeps de qui-  
bus in Psalmo: Descendant in infernum vi-  
uentes, viuentes quippe in infernum descen-  
dunt, qui hanc viam suoapte modo perperam  
degentes, & videntes, & sentientes se perire,  
pereunt: idq; sine salubri pœnitentiā dolentes  
vtrōq; miserrime discruciantur. Quam ob  
rem, aut talium interitum deplorans, aut diui-  
nam de illis vltionem prædicens, merito Iu-  
das Apostolus inquit: Væ illis, qui in viā Cain  
abierunt. Profecto in viam parricidæ abeunt,  
quicunq; fratribus invident, invidentes ira-  
scuntur eis, eosq; irati persequuntur, persecu-  
ti tādem occidunt. hi nanq; adeo correpti nō  
corriguntur, & ab illo abiecti haud recte mœ-  
rent: sed omnino perturbati, atq; furentes di-  
uinam providentiam negant, qua contēpta  
procliues, atque præcipites per vniuersa vi-  
tia velut insipientes diuagantur, fallacibus di-  
uitijs abutentes incōcessis voluptatibus fru-  
untur: donec improvīsa morte circumuenti  
in perpetuos grauissimosq; cruciatus rapiū-  
tur. O quàm benignè, quàm opportunè Ioā-  
nes Evangelista Christo credentibus dissua-  
det, Cain impietatē imitari. hæc, ait, est annū-  
ciatio, quam audistis à principio, ut diligatis  
alterutrum: non sicut Cain, qui ex maligno  
erat, & occidit fratrem suum. & propter quid  
occidit eum? quoniam opera eius maligna e-  
rant: fratris autem bona. Hac deniq; de causa  
ab æuo cōdito perpetuū & implacabile bel-  
lū geritur inter pios, & impios, probos, & im-  
probos: ut Aurelius Augustinus liculente ad-

modum docet in libris illis omnifaria erudi-  
tione opulentissimis quos De ciuitate Dei in-  
scripsit. Sed iam ad reliqua.  
Cognouit autem Cain vxorem  
suam, Quæ concepit, & peperit  
Enoch.  
Queritur. Vnde habuit Cain vxorē quā du-  
ceret? nēpe habuit sororē sibi nascēdo cōpa-  
rē. simillimū enim verò est, immo & necessā-  
rium esse videtur, id quod Hebræi tradunt,  
Euam videlicet, quæ mater foret cunctorum  
viuentium singulo quoq; partu gemellos di-  
uersi generis edidisse: hoc est marem & fœ-  
minam. Necessum enim erat, fœminas cum  
maribus gigni, ut essent, qui coniugio copu-  
larentur. Quare probe Hieronymus aduer-  
sus Heluidium scribens. In primis ait homi-  
nibus fratres sororibus iungebantur: sed pro-  
pter aurium sanctitatem id ipsum Scriptura  
non nominat, malens intelligi, quàm profer-  
ri. Ex sorore itaque ille filios genuit, & ædi-  
ficauit Ciuitatem pro quo in Hebraeo est  
**וַיְבַנֶּה עֵינֹךְ** vaih boneh ghir, & fuit  
vel erat ædificans, hoc est, ædificabat ciui-  
tatem, quod sub forma temporis imper-  
fecti scriptum esse putatur: quoniam im-  
piorum opera, quamuis speciosa, reuera im-  
perfecta sunt. quippe quæ ad illum omnium  
desiderandorum vltimum finem, quo vniuer-  
sa perficiuntur, nunquam perueniunt. Augu-  
stin<sup>9</sup>. Queritur, quibus adiutoribus Cain eā  
ciuitatem ædificauit, si plures homines non  
fuerunt, quàm Scriptura dicit? Sed sciendum  
est multo plures fuisse tunc temporis, quàm  
Scriptura explicat: quia diu homines illi vi-  
uendo, plures poterant generare. nec hoc mi-  
rum: cum filij Israel per quadringentos an-  
nos sic multiplicati leguntur, ut eorum non  
posset exercitus numerari.  
Vocauitq; nomen eius ex nomi-  
ne filij sui Enoch.  
Ab Enoch enim Enochiam appellauit. Am-  
bitiosa proculdubio denominatio, & homi-  
nis, qui mundi gloriam mallebat, quàm eam  
quæ ex Deo est. hinc præterea, exemplū illi  
sumpsere, quos è latere diuin<sup>9</sup> ille Plates per-  
euitit dicens: Vocauerunt nomina sua in ter-  
ris. Caterum Philo in libro Antiquitatum.  
Hebraicarum tradit, Cain ædificasse, nō vnā  
& primū filium vocauit Chanoth, & pri-  
mam ciuitatem hominum. Vtrunq; verò de-  
nomi

1. Iob. 2.

ps. 38.

supra. 41

1. Iob. 12.

1. Iob. 12.

ps. 72.

1. Tim. 4.

Hiero.

Augu.

psal. 48

Philo.



**Deut. 20.** Nominavit, à verbo Chanac, quod interpretatur dedicare. eodem enim verbo usus est Deutero. 20. Quis ait, vir, qui edificavit domum novam, & non dedicavit eam. Porro Enoch genuit Irad: & Irad genuit Mauieael: & Mauieael genuit Mathufael: & Mathufael genuit Lamech.

Ne mireris has omnes generationes diluio rotas delendas recesseri nunc diligentissime. facit enim hoc mirabilis hic vir, ut ostendat qui fuerunt principes earum artium, quæ ad vitæ humanæ cultum percommodæ sunt, & necessariae. Nam ab his inuentioribus per manus filiorum Noe in futura post vniuersale orbis excidium sæcula fuerunt traditæ: quibus & posteriores gentes usæ sunt: eas denique nouis inuentis auxerunt & expolierunt. Mirum autem illud videri debet, quod nullæ earum artium autor è iustorum progenie & numero fuisse describitur: tanto maius erat illis colendæ nutriendæque pietatis, quam talium artium excogitandarum studium. Enumeratis aut alijs, ac prætermis de Lamech, sic infert.

Qui accepit duas vxores. nomē vni Ada: & nomen alteri Sella.

**Hiero.** De quo pulchrè Hieronymus ad Saluinam. Lamech maledictus, & sanguinarius, & de Cain stirpe descendens vnam costam diuisit in duas: & plantarium digamiae protinus diluuij pena subuertit. Vnde præfatio quodam diuino non dictus est Melech positus ex ordine literis: Sed inuersis Lamech eo quod coniugij rationem à Deo primum institutam, ut vni vna tantummodo nuberet, duabus vxoribus ductis peruertit. Melech autem Hebraeis regen sonat, quo nomine indignè, peditur, is qui conjugale regnū diuisit, euertitque.

Genuitque Ada Tabel.

Non dubium, quin Ada è Lamech genuerit illū: sed filius matri adscribitur, quæ vno fuit contenta marito, non viro qui introducta digamia prolem ab vnitatē diremit vterina ac subinde germanam integramque charitatē in duas partes dissecat vtrinque diminuit.

Qui fuit pater habitantium in tentorijs atque pastorum.

Pater hoc in loco dicitur Iabel, pro eo quod est autor, & inuentor. nam Hebraei primum alicuius rei artificem, primumque magistrum

patrem vocant, quasi eius artis, quam excogitarit, genitorem. Sic & Helisæus Eliam patrem, id est, magistrum appellauit. Salomon quoque Iram patrem vocauit, eo quod egregius esset artifex fuit itaque Iabel tabernaculorum inuentor, & primus tentoria fixit, sub quibus pastores imbrium & æstus iniurias vitaret. Sed dices. Quomodo Iabel traditur pastorum pater, cum multo ante illum fuerit pastor Abel? Sed aduerte, quod Iabel non dicitur primus pastor, sed pastorum pater: quia primus fuit ille oues curandi magister, artemque de re pastoricia diligenter inuentam exactè posteris tradidit.

Fuit & nomē fratris eius Iubal.

Nam hoc loco Iubal legendum est per Iod: non utique Thubal per Tau: id quod ex Hebraica constat lectio, atque Græca.

Ipse fuit pater canentium in cythara, & organo.

Quæcunque illa fuerint instrumenta, nam eorum forma qualis fuerit, posteriores latet. nec aliud pro certo habetur, quamuis hic cytharam nominet, ponens pro genere speciem, nisi quod illa pulsatis nervis sonabant, melosque reddebant: extat nihilominus tractatus diuini Hieronymi De musicis instrumentis, quæ in Scripturis sacris memorata reperiuntur.

Sella quoque genuit Tubalcain qui fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri.

In Hebræo qui fuit acuens omne opificium æris & ferri: vel sicut ait Nicolaus, Limator omnium artificij, nam *Wb* lotes, est acues *Wb* hores, artificium. Profecto Philo in libro Anriquitatum Hebraicarum facit hunc sculture inuentorem, Thobel, ait, ostendit hominibus artes in plumbo, stanno, & ferro, & æramento, & argento, & auro: & tunc, ut ille ait, coeperunt habitantes in terra facere sculptilia, & adorare ea.

Soror verò Tubalcain Noema.

Namque cum Lamech authore Iosepho fuerint filij septem, & septuaginta: qui ex duabus vxoribus ei sunt nati Sella & Ada, Noema peculiariter scribitur soror Tubalcain: tū quia ex Ada prognati fuerant, tum quia, sicut Tubalcain inuenta arte ferraria fuit clarus, ita Noema inuēto lanificio fuit insignis. Enimvero tradunt Hebraei hanc idcirco præcæteris illius tempestatibus sceminis fuisse nomina-

in

tam, quod futura esset vxor Noe. Quod si verum est, constat non nihil generis Cain in communi clade humano generi per diluuiū illata, reseruatū fuisse, id quod iustissimam Dei misericordiam in primis declarat, qui parentū impiorū, atque dānandorū pios filios ad meliora seruare nouit. At Berolus Chaldeus historicus, vxorem Noe Tyream vocat. Nobis sit satis hæc ad antiquitatis noticiam retulisse quoquo modo res habeat. Cæterum iuxta tropologiam, de digamia nascitur Iabel, habitans in tentorijs: quæ cum sint hinc inde mutabilia, instabilitatem eorū figurant, qui circumferuntur omni vento doctrine. Nascitur & Iubal qui fuit inuētor musicæ, de qua dicitur: Aures per canora musica tentat. & illud Nasonis: Eneruant animos cantusque, lyrae, cytharæque, & vox, & numeris brachia mota suis. Nascitur & Tubalcain, qui per opera aris concupiscentiam oculorū inuitauit, & arte ferraria bellorum crudelitatem excitauit: per cuius soror quæ Noema vocatur, interpretaturque voluptas, carnis concupiscentia signatur. Notandum quoque horū, partim per nominū interpretationes adūbrantur, partim per hominū actiones figurantur. quæ ratio in Sacrarū scripturarum decursu diligenter obseruata plurimum, atque maximorum mysteriorum mirabilem intelligentiam parit.

Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite vocem meam vxores Lamech: auscultate sermonem meum.

Cogeminar eundem sensum, ut attentiores reddat: & auditū ab vxoribus exigit, non eū qui patulis tantū auribus percipitur: sed eū precipue, qui ad mentis arcanū penetrat. Quas & ab auditoribus suis magister cœlestis exigebat, quādo diuina voce illud personabat: Qui habet aures audiendi audiat. Quid autem Lamech vxores suas velit audire, statim subiūgit.

Quonia occidi virū in vulnus meū: & adolescentulum in liuore meo: septuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies.

Duos se fatetur Lamech homines occidisse, alterum virum, alterum puerū, alterū vulnere. i. sectione, alterū liuore, hoc est, ictu. Vnde & ipse sese condēnans qui homicidiū geminauit, re & colligit, multo grauiorē sese luitu-

rum pro duplici homicidio penā, quæ pro simplici quisquis ille fuerit, qui Cain interfecerit. hæc iuxta literam simpliciter exposita certiora esse videntur, quàm quædam alia, quæ super hunc locū sola coniectura traduntur, quæ si nosse voles, ab ipsorum inuentoribus petito. Extat tamen ea de re locuples, & elegans ad Damasum Papam beati Hieronymi libellus. Cognouit quoque Adam adhuc vxorem suam & peperit filium & vocauit nomen eius Seth.

Ex hoc quod in præfati textu additum est illud Adhuc, alij dicunt, Adam infensum Abel necē à generādo destituisse, admonitumque, deinde oraculo diuino de felicissimo prolis successu, quod ex ea Christus esset nasciturus, qui mortem penitus vinceret, rursum generationi operam dedisse. Alij fabulantur, illū logo post tempore à coitus cessatione, conjugale congressū reperit, ut tali exemplo Lamech vxoribus viro suo debitū reddere persuaderet. At nobis videtur nullatenus Adā à gignendis liberis cessasse ob Abel interfecionē, quamlibet indignam & iniquam: quia ille bene nouerat sese potissimum inter omnes mortales ad gignendos filios vrgeri illo præcepto Domini superius sibi tradito de augendo, multiplicandoque hominū genere. Ex quo in contrarium cadere videtur, quod scriptū est: Adam adhuc cognouit vxorem suam: hoc est, quod non obstare miserāda Abel iusti necē, Adā tamen obtemperas diuinæ iussioi cognorit adhuc vxorem suam. Quod si in nos insurgas, dicasque, sententiæ nostræ refragari historiarum seriē, quæ logo post à necē Abel, scilicet post colloquiū Lamech cum vxoribus suis inducit Adā conjugale reperit thorum. At non est ita. Sed historicus diuinus cum culpā penāque, Cain enarrauisset, oblata sibi occasio vsus perrexit tradere (seruato eodē orationis filo) illius progenie: quo negotio absoluto cōfestim trāsit ad describendam generationē Seth. nā & quod inferius cap. 5. traditur, Adā anno vitæ suæ centesimo trigésimo genuisse ipsum Seth, multū pro nobis facit. Si enim sacrificia Abel & Cain facta sunt post multos ab illorū natiuitate dies, nec mirū est, nec incredibile, Adā prope ceterisimum trigésimū vitæ suæ annū egisse, cum frater fratrem occidit: pauloque post à morte Abel. i. anno ceterisimo trigésimo illū genuisse filium Seth. Ambiguūque est in Latino sermone, imposuerit ne nomē filio receter nato pater, an potius mater. Sed ex Hebræo facile hæc ambiguitas tollit: in quo non modo noia, sed verba quoque genere

Berolus.

Philo.

Mai.

Iosepho.



genere distinguuntur. Quod igitur apud Latinos est Vocavit, quod ad marem & foemina referri potest, in Hebraico est **וָקָח** vaticrah, verbum, quod ad foemineum tantum sexum pertinet. ut sit vaticrah, vocavit illa, non ille. Id quod iuxta mysticum sensum, Mariam beatissimam illam scilicet deiparam virginem procul dubio respicit: quippe quae ipsa etiam aliquando filio suo de Spiritu sancto cocepto salutare nomen erat impositura secundum illam Esaiam prophetiam: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen eius Hemanuel. Scio apud Esaiam in Latino haberi, Vocabitur, sed dictio.

Esai. 7.

Hebraica **וָקָח** vecarath, significat, & vocabit ipsa, nepe virgo illa, ad quam angelus Gabriel, Ecce concipies & paries filium. & vocabis nomen eius Iesum. potest & ea vocatio quoque ad Spiritum sanctum referri. Nam & spiritus apud Hebraeos **רוּחַ** ruahh foemineo genere profertur: & ipse per angelum matri precepit, ut vnigenitum Iesum vocaret. Id quod iuxta Angelicum dictum re ipsa fuisse perfectum Lucas Evangelista testatur, cum agens de pueri circumcissione inquit, Et vocatum est nomen eius Iesus, quod impositum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Et reuera nomen Iesu gloriosum, omnique cultu dignissimum nomen quod est super omne nomen, non debuit primum ab hominibus appellari, neque ab eis afferri in mundum, sed ab Spiritu sancto aeditum per nuncium caelestem ad humanas aures in primis deferri decuit. Vocavit igitur Eva nomen pueri Seth.

Luc. 1.

Luc. 2.

Dicens: Posuit mihi Deus semine aliud pro Abel.

Hieron.

Hieronimus. **וָקָח** Seth proprie **שֵׁט** seth, idest, positio dicitur. Quia igitur posuerat eum Deus pro Abel, propterea Seth, idest, positio appellatur. Denique Aquila. Et vocavit, inquit, nomen eius Seth dicens: Quia posuit mihi Dominus semen alterum. & ita est in Hebraeo. Sane hic quoque secundum mysterium de coceptu virginis paulo ante pertractatum signanter dicitur Semen alterum: quia beatissimae virgini posuit Deus filium, non ex virili semine: sed ex altero nepe spiritali. quod enim in ea fuit, de Spiritu sancto fuit. quod autem inquit, Pro Abel, ad Iesum quoque spectat. quoniam sicut Abel a fratre suo fuit occisus: ita Christus positus est a Patre caelesti, ut pro mundo reparando pateretur & occideretur a fratre suo. i. populo sibi cognato. At pro eo quod subiecit,

Aquila.

Quem occidit Cain.

In Hebraeo est, Quia occidit eum Cain. Ratio igitur. quare substituitur Seth est: quia occisus est Abel. Et ratio propter quam natus est secundus Adam positusque est in ruinam, & resurrectionem multorum, ea est: quod inimicus homo nempe diabolus venit noctu fallaciarum tenebris septus, & mortifera superfeminavit zizania, quae primum Adam veneno suo strangulaverat. Alludit & his non nihil Marginalis glossa quae sic habet: Per Seth, qui interpretatur resurrectio vel positio potius, significatur Christi vita ex mortuis repetita repositaque. id quod in verbis matris insinuat dicens: Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel. ac si dicat, Quae luctum pertuli de mortuo, rursum de reposito, idest, resuscitato gaudeo. Nec praetereundum censeo, id quod Chrysostomus acute notavit: Quippe quod Eva his verbis partim gratias agit Deo pro nato puero, partim appellando proprio nomine puerum, quasi infamat Cain, qui vere luctum non mediocre parentibus attulerat armata aduersus fratrem dextera tam charum & amabilem, quem & illis ostendit humi iacentem mortuum, & sensu carentem. Nam & si sententiam mortis acceperat Adam, verbis tantum illam nouerat, haud facie, donec frater fratrem liuore furens crudeliter interemit.

Chrysostomus.

Sed & Seth natus est filius.

Si iuxta praepositam allegoriam Seth imaginem Christi commode praefert, per eum modo nulla facta coniugij, congressusque carnalis mentione traditur, natum fuisse filium ipsi Seth: quo intelligas, renasci Christo ex aqua & Spiritu sancto spirituales filios absque villo carnis & spiritus connubio. haec enim sibi inuicem aduersantur, nec bene eueniunt ad vnam eandemque prolem gignendam. quia Quod nascitur ex carne caro est: & quod nascitur ex spiritu spiritus est. Id quod apertissime confirmatur eo testimonio, quod beatus Ioannes de efficiendis spiritalibus Dei filiis tradit dicens: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Nec alienum est ab eodem mysterio nomen, quod Seth filio nato indidit. Nam:

Ioan. 3.

Ioan. 1.

Et vocavit nomen eius Enos. Iste coepit inuocare nomen Domini.

Etenim Eusebius Caesariensis lib. 7. De praeparatione Evangelica tradit, Enos interpretari verum hominem: quod solus is, verus sit homo, qui Deum agnoscit, & in spiritu & veritate inuocat nomen Domini. Idem rursus lib. 11. scribit. Adam

Eusebius.

Adam quidem ab Adama dictum, quasi terrenum: Enos vero vocabulo non terrenum, sed rationale naturam significari: & si verbum de verbo exprimas, obliuiscens, iuxta id, quod in Psalmo: 8. legis. Quid est Enos, quod memor es eius: aut filius Adam, quoniam visitas eum? Ac si dicat: Quid est iste homo, iste, ut ita dicam, obliuiscens: quod tu, qui es Deus, memor es eius, quamuis ipse sit obliuiscens, aut filius Adae. i. terreni hominis: quamuis visitas eum tu, qui es omnium dominus. Ita, ait ille, carnalis homo Adam, rationalis vero Enos appellatione significatur. & paulo post etiam dicit, Rursus Hebraei **שֵׁט** seth, virum vocant: quod quidem vocabulum ab **שֵׁט** es, quod ignem significat deducitur, ut natura virilis ignea, & calida eo verbo exprimitur. Nec dissentit ab Eusebio Hieronymus dicens: Quomodo Adam homo interpretatur, ita & Enos iuxta Hebraeae linguae varietatem homo, vel vir dicitur. & pulchre, quia hoc vocabulum habuit, de eo scriptum est, Tunc fuit initium inuocandi nomen Domini. licet plerique Hebraeorum aliud arbitrentur: quod tunc primum in nomine Domini, & in similitudine eius fabricata sunt idola. Accipiunt autem Iudaei animum sententiandi ex eo quod in Hebraeo non habetur **שֵׁט** seth, hoc est ipse: Sed **שֵׁט** az. i. tunc: & ex eo quod **לְהוּיָהּ** huihah, verbum significare potest, tum coeptum est, tum prophatum est, & pollutum. At vero pro Hieronymo stat consequentia textus: stat & Septuaginta, qui transtulerunt: Hic sperauit inuocare nomen Domini: stat & Targum: Tunc coeperunt filij hominum orare in nomine Domini. Quod si contradixeris, multo antea Abel iustum inuocasse Deum, cui obtulerit sacrificium. Esto. Sed Enos dicitur coepisse inuocare in nomine Domini **טַעַרְגָּאָרְמַרְטָו**, eodemque mirifico vel certe Enos diuino instinctu incitatus, doctusque tradidit quosdam colendi Deum ritus, precesque, quibus Deus obsecraretur, & in Deo

ps. 8.

Hieron.

Hieron.

ipso praecipua specie esse collocanda mortales docuit. Praeterea illud etiam addamus, nomen Enos proprie deduci a verbo **שָׁח** shach, quod est dolere: quod omnibus diebus vite suae hic obliuiscens doleat. propterea scriptum est de eo Psalmo: 9. Et scient gentes, quod Enos. i. homo sunt. i. animal multiplici dolori obnoxium, & obliuioni subiectum, iuxta illud Iob: Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Tandem perstrictes incepta allegoria obseruamus, quod huic filio non haec, sed hic. i. non mater sed pater nomen Enos indidit. quoniam Christus aeditus ex virgine, discipulos suos multis tribulationibus, multisque doloribus diuexatos vocaturus erat Ananiam. i. homines, prius quidem dolentes, postea vero dolorum obliuiscetes. Id quod Dominus Iesus re ipsa firmavit, eum dixit illis: Munde gaudebit, vos vero contristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudium: Mulier, cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: postquam vero peperit, non meminit praesurae: quoniam natus est homo in mundo. Merito quilibet Christi discipulus praereliquis filiis Adae veraciter, verus homo habendus & appellandus est: quippe qui solus adorans Patrem in spiritu & veritate nouit patrem Deum inuocare in nomine Domini. Et ne videamur priores sanctos posterioribus succedere ab schola Christi secludere, memineris ad eiusdem disciplinam pertinere cultos verae pietatis cultores, qui fuerunt ab Abel iusto usque ad vltimum electum, qui futurus est in fine mundi. in cuius rei figuram accedente domino Hierosolymam innumera populorum turba stipato, & qui praebat, & qui sequebantur, laudabant Deum clamantes & dicentes: Osanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis. Sed iam ad quintum caput explicandum accedamus.

ps. 9.

Iob. 13.

Ioan. 16.

Caput quintum.

Hic est liber generationis Adam in die qua creauit Deus hominem.

**A** Nacephaleosis est. i. eorum, quae a principio praescripta fuerat, recapitulatio. Descripta. n. familia Cain per diluuium delenda, repetit summatim Adae creationem, ut commodius texat iustorum genealogiam ab ipso Adae per

Seth usque ad Christum profecturam. praesciuit diuino afflatus spiritu futurum esse, ut aliquando domini nostri Iesu Christi genealogia a sancto Ioseph Mariae virginis iuncto, ac perinde ab ipsa beatissima virgine, quod eiusdem essent

Commentariorum

tribus vsque ad Adā per varios generationis gradus ascendēdo per Seth reuocaretur. Magno itaq; mysterio omnia singulariter efferūtur. Liber, ait, nō Libri: Generationis, nō Generationū interpret transtulit: Adā. i. Hominis, nō Hominū designat: nāq; hoc tradēdi modo mirabilis hic propheta rotā narratiōis huius historiā vniuersū genus humanū ad vñū, primūq; omnīū hominū parentem reducere: in quo cūcti homines certo quodā modo contenti, tanquā vnus homo habētur. Ex quo arguē colligit Lactātius Firmianus, philosophos non mediocriter peccare in eo, qd non hominis causa, sed hominū dicunt mundum esse creatū. vnius enim singularis appellatio totū comprehendit humanum genus: sed in hoc ideo errant, quoniā ignorāt vnū hominem à Deo esse formatū: putantq; homines in omnibus terris, tanquā fungos, esse generatos. Quid? quod in eo quod subiūgit: In die qua creauit Deus hominem, commentatur creatoris vnitas: vt potentius admoneatur omnes homines, germanam inter se fraternitatem & fraternā charitatem concordī voto seruare, fouere, atq; augere. quippe qui habeant non solū eundē parentem in terris, quā per corpus mortales sunt: sed etiam eundem parentem in caelis, quā per spiritum fieri possunt immortales. Hinc merito Malachias propheta acriter inuehitur in eos, qui impio, iniquoq; fratru odio fraternae mutuae beneuolentiae iura violant. dicens: Nunquid non pater vnus omnīū nostrum. nunquid nō vnus Deus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; proximū suum, violans pactū patrum nostrorum. Mirē autē & ad hanc rē facit qd Lucas Euangelista retexens Christi Iesu genealogiam, non sistit in Adā: sed ad Deū ipsum ascendit, qui Iusiurandū iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis: scilicet, vt quibus non satis erat ad constituendam, amplectendamque germanam inter se pacem tanta parentum vnitas, ad eam incundam sufficeret & pelliceret: immo & coagmētaret eos mirifica fraternitatis vnio in vno fratre, eodemque Deo simul & homine Christo Iesu. hunc enim & in caelo patris, & in terra matris vnicum esse filium, eundemq; eximīū supremūque & hominum & angelorū caput singulariter extare, cūm tota lex clamat, tum Euangelium idipsum manifeste conclamat. Ipsius deniq; opus est, reliqua membratum sibi tum inuicem connectere in vnitate spiritus, & vinculo pacis: pacis, inquam, Dei, quae exuperat omnem sensum. Huc tandem

Lactant.

Malac. 2.

Luca. 3.  
Luca. 1.

pertinere arbitror, quod saepe saepius dñs, vt est in Euangelicis literis, se se filium hominis appellabat: scilicet, vt se ipsum fratrem nostrum ingenuē profiteretur: quod, quatenus homo, ab eodem originem nobiscum traheret: sicut & quatenus Deus mirificē dignatus est Patrem suum caelestem nobis communicare. Id quod apertissimē testatur est, cū abiturus in caelum dixit: Ascendo ad patrem meū & patrem vestrum, Deum meum & Deū vestrum. Hic, ait, est liber generatiōis Adā, in die qua creauit Deus hominem. Sane retro dixerat, Deum finxisse, seu formasse hominem. hic verō ait, creasse illum. id quod annotauerunt pleriq; apud Gracos asserentes, tunc de corpore fingere dictum, nunc verō creare de spiritu. Censent .n. fingere, siue formare ad corpus dumtaxat pertinere: creare autem ad animum spectare. Obseruatum quoque idē est à beato Basilio, cuius ea de re hęc extat sententia. Iam quidam reperti sunt, qui dixerūt, Formauit Deus, dictum esse de corpore, Creauit verō de anima. & forte non abest à verō. vbi enim dicitur Deus creasse hominem ad imaginem suam, creandi verbum vsurpatum est: vbi autem de figmento corporis habetur mentio, verbo fingendi ad significatum est. Psalmista quoque hanc differentiam fingendi & creandi aperte ostendisse videtur. Siquidem canit, Manus tuæ me creauerunt & finxerunt me. creauit enim interiorem hominē, finxit autem exteriorem. nam fictio luto conuenit, creatio verō ad imaginē Dei pertinet. quare caro quidem formata est: spiritus autē creatus est. De quo quidem spiritu accipiendum præcipue est id quod statim inferat.

Ioan. 20.

Supra. 2.

Basilius.

ps. 118.

Ad imaginem Dei fecit illum.

Hunc quoque locū diligēter & subtiliter tractat Augustinus in libro duodecimo De trinitate. Summa disputationis eius est. Dixerat Deus superius faciamus hominem ad imaginem nostram, quod non ad vnā personam referri potest, sed ad plures. Quia ergo homo fiebat ad imaginē Trinitatis, quæ vnus Deus est, nequis audiens, Faciamus hominem ad imaginem nostram, putaret plures esse Deos ad quorum imaginem fieret homo, medetur huic malo Scriptura referens, Ad imaginem Dei fecit illum. Dei inquit, singulariter: vt discas vnum Deum esse tres illas personas ad quarum imaginem factus sit homo. denique vsitata esse in Sanctis scripturis tales locutiones, in quibus nomen pro respondente sibi pronome ponitur, ibidem multis exemplis

Augusti.

exēplis idem autor ostēdit. Quale est illud in Psalmo, A te eruar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. In Deo meo dixit, quasi, in te ipso. & iterū, Populi sub te cadent in corda inimicorū regis: ac si diceret, In corda inimicorū tuorū. & multa alia. Quod ergo, ait Ad similitudinem Dei fecit illum, magnam continet emphasim, vt prius disseruimus. quod autem subiungit.

Masculum & foeminam creauit eos.

Eos, inquit, non eū: ne quasi monstruosum aliquid homo creatus intelligeretur. sicut sunt quos hermaphroditos vocāt. præterea dicto, qd Deus fecerit hominē ad imaginē Dei, adiecit, Masculū & foeminā creauit eos: vt commonstret, ad imaginē quidem Dei factā humanā naturā, quæ ex vitroque sexu cōpletur, nec tñ ab insigni imaginis Dei honore foeminā remoueri. nec em̄ Apostolus excludit illā ab eī dignitate, quū scribēs ad Corinthios inquit, Vir quidē nō debet velare caput suū, quoniā imago & gloria Dei est: mulier autē gloria viri est. nā qui dixit, mulierem esse viri gloriā, minime negauit eandē esse Dei imaginē. vterq; igitur est imago Dei, quia vterq; mēte, rationeq; pollet. sed quia primas in hac excellentia ille partes obtinuit, ex quo mulier sumpta est, vir ipse per se p̄dicatur gloria Dei: mulier verō gloria viri: & per virū gloria Dei esse cēsentur: i deoq; velato capite iubetur orare: vt norit virū suū quoddā velamē esse, atque interstitiū inter se ipsam, atq; Deū. Querariā diligēs lector, cur homo potius quā angelus in Scripturis sanctis ad imaginem Dei conditus esse tradatur? Idcirco nepe, quoniā promptū erat, in quouis spiritu caelesti incorporeæ naturæ excellentiā percipere: non ita corporeæ dignitatē, quam vt intelligeres per antonomasiā de hominis creatione replicatū est, Ad imaginem Dei fecit illū. Adde qd periculi nihil imminēbat, quāuis homo diceretur Dei imago: sicut si angelus tali nomenclatura, sicut homo manifestē donaretur. Audi Theophylactum ea de re probē philosophantē. Sacrarū, inquit, literarū subtilis & perspicax contēplatio hominē quidē imaginē Dei appellat, & filiū dicit: angelos verō nequaquā quia angelicæ naturæ celsitudo celerrimē ad impietatē auditores impelleret, existimantes cū Deo parē angelū dignitate: in homine verō vilitas ipsa, & humilitatis p̄sumpta opinio certiores nos facit, vt nihil huiusmodi suspicemur. Quod autem sequitur.

I. corin. II.

Theophil.

Et benedixit eis.

Superius abunde declaratum est.

Et vocauit nomen eorum Adā in die quo creati sunt.

Hieronymus. Adā. i. homo. hominis nomen tā viro, q̄ foeminæ conuenit. Sed apud Hebræos modō pro primo parente, modō pro quolibet homine vsurpatur, id quod disceritur plerūq; articulo, אָדָם, qui quidē articulus frēq̄nter appellatiuis nominibus, proprijs aut nunquā p̄ponitur. Iā verō vt verbis Steuchii utar, varia est hominis etymologia: tā apud Gracos, quā Hebræos, ac Latinos. primi em̄ vocū inuentores nō eandē rē spectabant. itaq; is qui apud Gracos finxit nomina, siue Deus, siue quiuis alius, nō idē animaduertit, quod & is qui Hebræis appellationes notauit. Græce .n. si Platoni credimus, homo ἄνθρωπος, vocatur, qd os sublime teneat, sursum que aspiciat ab ἄνω sursum & ὀψω aspicio, si autē homo Latine ab humo dicitur, conuenit cum etymologia Hebraica: ab Adā enim homo. i. ab humo Adā dicitur esse: quā Iosephus ab Edom, hoc est, rubro id nōmē duci putet. fictū em̄ esse hominē in agro Damasceno, eamq; terram ē qua compactus fuerit rubrā extitisse. quod tamen nō improbo, Sacrae tamē literæ docent, Adā ab Adā dictum esse. Verissima igitur hominis, ac maxime ad hominis proprietatē accedens etymologia erat, vt à terra terrenus vocaretur. Deus. n. more sigulorū, his literis docētib; hominē luteū prius finxit omni sensu omni motu carentē. cui cū inspirasset, repente animatus fuit. Igitur si id potissimum ac maxime memorabile, dū efficeretur homo, contigit, vt prius fuerit terreus: honestissima fuit eius appellatio, vt Adā quasi terreus vocaretur. Vt ergo humanū corpus ē terra ductū, factūque est: ita nomen hominis à terrē nomine duci par erat. Quod autē addidit. In die quo creati sunt: commonstrat die sexto quū primū vir & mulier creati sunt, Deū id nomē illis imposituisse. nāq; hic traduntur, per recapitulationem referuntur, explicatius tamen, & vt sequentia aptius connectantur.

Hieronym.

Steuchus

Plato.

Iosephus

Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad similitudinem & imaginē suā.

Iā hic Adā nō significat vtrūq; sexū, sed pro primo tantū viro ponitur, ideoq; statim singulare verbū subiecit dicēs: Et genuit filium

ad imaginem & similitudinem suam. In Hebraeo neutiquam additur Filium: Sed absolute ponitur, Et genuit: interpretis autem como de eius dictionis defectum suppleuit. Enimvero cum quique filij hominum suis parentibus similes gignatur (nascuntur enim ex hominibus homines) non ab re in generatione Seth precipue appositum est, Adā genuisse filium in imaginem & similitudinem suam: sed ut manifestaret in eandē, quantum ad humanam naturam rationem attinet, imaginis dignitatem, similitudinis perfectionem liberos, posterosque Adā fuisse procreatos. Præterea, nec in Cain nec Abel generatione, vel imaginis, vel similitudinis meminit, quia alter immatura morte interceptus est: alterius generatio, tãquam impij per diuuium deleta fuit. Iure autem optimo, & similitudinis, & imaginis mentionē in Seth generatiōe fecit: quoniam per ipsum Seth erat hominum genus longius profertur usque ad Christum: in quo illa Dei imago, atque similitudo per Adam deformata, in pristinam dignitatem longe meliori nota reformanda foret, iuxta illud Pauli, Nam quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. & illud, Nostra autem conuersatio in caelis est, unde etiam saluatorē expectamus dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ conformem corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiã potest subijcere sibi omnia.

Vocauitque nomen eius Seth.

Hoc loco nomen nato filio impositum ad patrem refertur. nã, Vairã, & vocauit ipse, Hebræis masculinum est. confirmauit enim pater nomē à matre communi filio inditum. Sic & nomina & dona, quibus Ecclesia Christi mater nostra filios suos in terra afficit à patre cœlesti rata, firmatque habentur. Id quod discipulis suis dominus apud Matthæum promissit dicens: Amen dico vobis, quæcūque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo: & quæcūque solueritis super terram erunt soluta & in cœlo. iterum dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quæcūque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est.

Et facti sunt dies Adā, postquam genuit Seth octingenti anni, genuitque filios, & filias.

Quemadmodum superius ex parte attigimus,

Hebræi filios & filias vocant banim, & banotim quæ nomina deduci possunt à duobus verbis altero ban, quod est edificare, ut sit Banim & Banotim intelligentes, & edificantes: Nec enim aliam ob causam voluit Deus homines gigni, nisi ut intelligerent suam ipsorum dignitatem, qua ad imaginem & similitudinem Dei facti, reliquis animantibus antestant: & per quam Dei viuendi, fruendi que capaces summa ope niterentur edificare sibi domos spirituales in celestibus. Creauit enim Deus hominem, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo eo denique frueretur. Hæc est, ait, vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. sequitur.

Et factum est omne tempus quod vixit Adam anni nongenti triginta, & mortuus est.

In primis illud constare oportet, hos annos quibus supputatur spatium vite primorum parentum fuisse, non utique, vniuerses, nec trimestres, sed duodecim mensium, quos scholares astrologi vocant. Id quod vel ex eo liquido sciri potest, quod inferius cap. 7. legitur, Anno sexagesimo vite Noe mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ. Si igitur dies constat viginti quatuor horarum intervallo, ut superius traditum, expositumque est: ac mensis ex pluribus consistit diebus, triginta videlicet, aut propere nec non annus, pluribus mensibus efficitur. Scribiturque rursum huius lib. cap. 8. Decimo enim mense, primo die mensis apparuerunt cacumina montium, liquet huiusmodi annos eos esse, quorum singuli tot mensibus consistunt, quot sol per duodecim Zodiaci signa circūlaris sui orbis peragere, atque peragere moratur. Ineptè itaque Varro, ut ait Lactantius, argumentari nixus est cur putaretur antiqui mille annos vixisse. Ait. n. apud Aegyptios pro annis menses haberi, ut non solis per duodecim signa circuitus faciat annum, sed lunæ, quæ orbem illum signiferum triginta dierum spacio lustrat. Quod argumentum perspicue falsum est: nemo enim tunc mille simum annu transgressus est: nunc vero qui ad cetera simum peruenerunt, quod sit sapissime mille eerte, ac ducetis mensibus viuunt. Et autores idonei tradunt ad centum viginti vite annos peruenire solere. Sed quia ignorabat Varro, cur aut quædovita hominis esset diminuta, ipse diminuit cum sciret, mille & quadringentis mensibus posse viuere hominem. Hæc Lactantius. Quæ omnia diligenter

diligentius, ut cetera in libri quindecimi De ciuitate Dei cap. 14. Diuus Augustinus excusit. Iam quaerat opportune quispiam. Cum antiqui tam longo tempore vixerint. cuius rei talem rationem Iosephus affert, quæ non sit aspernanda. nullus, inquit, breuitate vite nostræ considerans falso scribi opinetur, tam magno annorum numero priscos vixisse. illi enim Deo amici, & ab ipso immediatus producti, & integri vites alimeto, quod longiore tempore poterat permanere, non iniuria longioribus temporum spacijs viuere. præterea etiam virtutis gratia, & ut res posteris peritiles astrologia, geometriaque, inueniret, longa sibi diuinitus vita largita fuit: quæ inueniri non potuissent, nisi saltem nongentis annis solaribus quibus magnus annus voluitur, vixissent. Hæc Iosephus. cuius libetius mentionem fecimus, quæ diuturnæ priscorum vite causam in diuina precipue refert voluntate. cui & Diuus Augustinus magnopere suffragatur, in eandem Dei voluntatem rationem viuendi tempora potissimum reuocans.

Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos.

Non utique, eos annos expressit, eo quod Enos fuerit primogenitus Seth. multos enim filios, & filias ille antea genuerat: sed ut supputaretur tempus, & decerneretur, in quo fuit natus Enos, secundum quod ipsius Seth genealogia usque ad Noe tempus describitur: id quod etiam de sequentibus est intelligendum. in hac enim genealogie serie, non secundum primogenitos, sed secundum iustos natiuitatis tempora & anni supputantur. Cõtextur enim generationes, per quas deriuati sunt patres nostræ fidei, ex quibus est Christus secundum carnem, ut Lucas Euangelista tradit. Subscribit & Augustinus.

Vixitque Seth postquam genuit Enos octingentis septem annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nogetorum duodecim annorum & mortuus est. Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainã: post cuius ortum vixit octingentis quinquaginta annis, & genuit filios & filias. factique sunt omnes dies Enos nogetorum quique annorum: & mortuus est. Notandum quod in genealogia Seth nulla femina interpõit, sicut in generatione Cain. Noe enim fuit notatiue posita, nimirum, quia iustorum est omnia viri liter agere, nihilque femineum, ac fragile subire.

Vixit Cainã septuaginta annis, & genuit Malalehel: & vixit Cainã, postquam genuit Malalehel, octingentis quadraginta annis: genuitque filios & filias. & facti sunt omnes dies Cainã nogeti decem anni & mortuus est. Vixitque Malalehel sexaginta quinque annis, & genuit Jared. & vixit Malalehel, postquam genuit Jared, octingentis triginta annis, & genuit filios & filias & facti sunt omnes dies Malalehel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est. Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, & genuit Enoch. & vixit Jared, postquam genuit Enoch octingentis annis, & genuit filios & filias. & facti sunt omnes dies Jared nogeti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porro Enoch vixit sexaginta quinque annis & genuit Mathusalem. & ambulauit Enoch cum Deo.

Profecto verbum וַיִּתְּחַלֵּךְ, vaithaléch, Hebræis significat non simpliciter Ambulauit, sed Ambulauit intrinsecus, motus scilicet & velut intimo quodam Dei instinctu. nec aliud est ambulare cum Deo, quam hominem, gressus, affectusque, suos moderari iuxta interiorem diuini spiritus actum: ac subinde cogitatione, verbo, & operatione Deo inferuire, atque placere. Hinc Philo, veluti paraphrastes sensum explicans, trãtulit, Placuit autem Enoch Deo, ad eundem quoque modum Septuaginta ἑνωθησάντων & ενωθησάντων, placuit autem Enoch Deo. At qui hoc in libro viri tres insignes cum Deo ambulasse traduntur, Enoch, Noe, & Abraham: vel quod omnis perfectio consistit in tribus, principio, medio, & fine: aliter, in substantia, virtute, & operatione: vel quod est diuinius, in fide, spe, & caritate. Enoch enim ante diluuium fide gressus suos firmas ambulauit cum Deo patre, veluti cum mundi creatore. Noe in diluuiio spe anchora subnixus arcam fabricat, & ambulat



super aquas cum Deo, ceu cum filio per sacrum baptismi lauacrum, mundi percuntis reparatore. Abraham denique summa charitate incensus ad sacrificandum unicum filium tres dies cum Deo ambulat, nempe cum Spiritu sancto graditur alacer, carnis circuncisione spiritus circuncisionem non tantum presignas, sed eam quoque prestans.

Et vixit Enoch, postquam genuit Mathusalem trecentis annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch, trecenti sexaginta quinque anni.

Plane tot annos traditur vixisse Enoch antequam tolleretur a Deo, quot dies habet annus solaris. quia nemo libero usus arbitrio ad Deum fertur, qui non expleuerit annum, in regnumque praestiterit dierum suorum, hoc est rectorum, piarumque actionum numerum, quo dignus quivis homo redditur: ut tandem admittatur ad contemplandum munda rectaque spiritualium oculorum acie splendidissimum illum, atque beatificum iustitiae solem, qui solis timentibus nomen domini placidus, & illustris semper oritur. Vobis, ait, timentibus nomen meum orietur sol iustitiae. Ex horum familia erat Enoch: ambulavitque cum Deo. Profecto non ab re replicat Scriptura, Enoch ambulasse cum Deo, id est, placuisse Deo. Quare, ut hortatur Chrysostomus, audiant hoc viri, audiant & mulieres, & discant iusti virtutem; nec dicant, nuptias in causa esse, quo minus Deo placeant, nam idcirco Divina scriptura semel & iterum assignavit dicens: Genuit Enoch Mathusalem, & tunc placuit Deo: & postquam genuit alios filios & filias, idem ingeminat, & repetit dicens, Et placuit Enoch Deo: ne quis existimet, obstaculum virtutis esse coniugium. quia, si sobrii sumus, neque educatio, neque coniugium, nec aliud quid nobis oberit, quo minus placeamus Deo.

Ambulavit itaque Enoch cum Deo: & non apparuit, quia tulit eum Dominus.

Magnificentissima fuit simul & mirabilis Enoch ablatio: & ex qua non modo insinuatur animae humanae, sed etiam corporis immortalitas, tum ea quae fuisset ante peccatum, tum quae per Christi gratiam futura est: qui proculdubio suscitabit corpora nostra in aeternum vitam. Merito ergo Ecclesiasticus hunc in-

signem Dei comitem celebrans inquit, Enoch placuit Deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus sapientiam. Et quam sapientiam nobis translatus dat? Eam profecto quae cunctis mortalibus sit auditu iucundissima, voto gratissima, perceptu saluberrima. Quae tandem scilicet indubitatum habere, nolle Deum mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & vivat. nec enim ex corde suo humano generi mortem inuexit: sed propter mandati sui transgressionem: & ut iustitiae suae satisfaceret, eum qui mandatum acceperat, condemnavit. At sanctum Enoch qui ad virtutum culmen ascendit, & Deo placuit, viventem transtulit: & in terrestri paradiso deposuit, ut tali excellentis Dei misericordiae exemplo mortales doctius saperent, meliora sperarent, scirentque paradysum per peccatum amissam, posse sibi per iustitiam recuperari, & Dei beneficio immortalitatem restitui. Illud quoque non est pretereundum, quod eodem verbo, quo Enoch scribitur hic raptus, est Elias vsus loquens ad Elisaeum de raptu suo, cum dixit, Si videris me, quoniam tollar a te. En tibi duae oliuae, & candellabra duo lucetia coram domino: quorum alter nuptus quia prius cepit ambulare cum domino: alter quia virgo, uterque nondum vidit mortem. De quibus Hieronymus ad Pammachium aduersus errores Iouinianiani scribens pulchre ait, Enoch translatus est in carne, Elias carneus raptus est in caelum, nec dum mortui & paradisi coloni, habent membra, cum quibus rapti sunt, atque translati. Quod nos imitatur ieiunio, illi possident Dei consortio. vescuntur pane caelesti & saturantur omni verbo Dei, eundem habentes dominum quem & cibum. Haec Hieronymus. At ne putes vel Enoch iam raptum esse, vel Eliam iam ascendisse in illud caelum, in quod dominus Iesus assumptus est, ut ad Patris dexteram federet, diligenter & recte obseruatum est, quod vbi in lib. 4. Regum. cap. 2. legitur: Et ascendit Elias in turbine in caelum, pro In caelum in Hebraeo est *הַשָּׁמַיִם* *hahasamaim*: quod sane intelligi potest versus caelum. unde & Septuaginta translulerunt, non utique *εως εις τον ουρανον* ut est in excussione Complutensi: sed ut est in Cephaleana, *εως εις τον ουρανον*, hoc est, velut in caelum. Quem quidem locum, sic ut notauimus, legit & interpretatur Ioannes Chrysostomus in tractatu De ascensione Domini. Stabant, inquit, angeliter caeleste monstrantes, non dubium, quin Apostolis aspicientibus in caelum: ne quis arbitraretur, quod tanquam in caelum ascenderit dominus, Sicut Elias: Sed ad caelum ascendit

ascendit, qui eleuatus est a nobis in caelum. ideo non simpliciter hoc addidit, sed ut ostenderet in ipsum aethereum intimumque caelum Iesum introisse. & Elias quidem, tanquam in caelum ascendit, nam seruus erat: Iesus autem ad caelum, nam Dominus erat. Astipulatur & Theophilus Philactus enarrans illud quod habetur in Euangelio Lucae, Et ferebatur in caelum: ferebatur, inquit, sursum in caelum: Elias inquit, quasi in caelum, videbatur enim quasi in caelum ferri. at Saluator ipse in caelum ipsum praecursor ascendit. Tandem quisquis cupit secretiora quaedam archana de hac triplici ascensione dignoscere, legito ea quae Gregorius Magnus scripsit in homilia illa elegantissima, quam super ascensione Domini edidit. Nos vero ad sequentia reuertimur.

Vixit Mathusalem centum octoginta septem annis & genuit Lamech.

Sicut alius fuit Enoch filius Cain ab Enoch filio Iared: sic & alius fuit Lamech filius Mathusael, qui duas duxit uxores, ab hoc Lamech, filio Mathusalan. Denique illi fuerunt de genere Cain prognati, hi vero de genere Seth: parumque prodest iniustis ad felicitatem consonantia cum iustorum nominibus: siquidem moribus quibus vita beata comparatur, illi ab his maxime discerant.

Et vixit Mathusalam, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis: & genuit filios & filias. & facti sunt omnes dies Mathusala nonageti sexaginta nouem anni.

Hic est ille Mathusalem, qui vixit plures annos ceteris omnibus mortalibus praeter Enoch, & Eliam, qui adhuc viuere traduntur. Mortuus est autem Mathusalae eodem anno, quo terrarum orbem aquarum moles obruit, id est anno septuagesimo sexto ab Adae morte: sexcentesimo autem a Noe natiuitate.

Vixitque Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium.

Cum de superioribus genitoribus scriptum sit, eos genuisse filios, & filias, de Lamech singulariter dixit, filium genuisse, quoniam egregius quidam & eximius filius gignebatur, per quem unum abolitis diluuii aliorum progenitorum

posteris, arcae diuino iussu fabricatae praesidio mundus esset reparandus. In quo proculdubio congruenter admodum adumbravit unicum illum Dei filium, qui deletis vanis inanum superstitionum ritibus, excisisque fictarum falsarumque religionum portentis genus humanum impietatis abyssu obrutum mirifico salutaris Crucis ligno esset ab extrema morte erepturus, & in statum instauraturus optatissimum. Etenim hic Lamech, siue eximita in Deum pietate praeditus fuerit (quod ego verius esse teor) siue minus eam habuerit, arbitrator non minus quam Balaam & Caypham prophetico spiritu tactum, fuisse vaticinium de instanti orbis terrarum excidio: ut praemoniti mortales, aut a vitijs ad virtutes reuocarentur, aut scelerum suorum pertinaces omni defensione deserti, manifestaria, iustissimaque Dei ultione in eos grassante, poenitus abolerentur. Constat autem eius de futura calamitate vaticinium ex nomine consolatorio, quod nato filio imposuit. Nam &

Vocauit nomen eius Noe.

Et rationem impositi nominis addidit, dicens.

Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum.

Septuaginta *επτας διακοσους*, iste requiescere faciet. Hieronymus *נח* Noe, requies interpretatur. ab eo igitur quod sub eo omnia retro opera quieuerunt per diluuium, appellatus est requies. Alludit & Hieronymo Philo, qui in libro Antiquitatum Hebraicarum inquit, Et vixit Lamech annos centum octoginta duos & genuit filium: & vocauit nomen eius Noe, dicens: Hic requiem dabit nobis & terrae ab his qui sunt in ea, in quibus visitabitur propter iniquitatem operum malorum. scribit & Chrysostomus eidem explanationi.

At vero quoniam verbum *נח* *nah*, ienahamenu non deriuatur a verbo *נחם* *naham*, id est, quiescere: sed a *נחם* *naham*, quod est consolari. quamuis enim Hieronymus in Quaestionibus etymologia huius nominis Noe iuxta interpretationem Septuaginta reddiderit: idem tamen Hebraici verbi proprietate seruans, traduxit, Consolabitur nos. Et reuera consolatus est Noe maiores suos, & anxios & metuosos: propter opera sua non bona, atque infrugiferos labores, quibus quoque malis filios suos infectos videbant, mundus esset aquis delendus. quamuis id ipsum haud certissima fide sed

Malac. 4

Chryso.

Eccle. 44

4. reg. 2.

Hieron.

Hiero. Philo.

tre-



trepida cogitatione tenerent atque timerent. Consolatus est inquam, illos ex Lamech vari-  
cinio, ut cunq; præcios & non nihil speran-  
tes, de quibusdam credulis loquor: non de  
illis qui tunc fuerunt omnino increduli his,  
quæ prædicebantur, per vnum Noe esse mû-  
dum reformandum, renouandumq;. Eratq;  
illis, qui eiusmodi vaticinio mouebantur so-  
lacio non paruo, quod per vnum Noe perue-  
niendum erat ad præsentissimum, expecta-  
tissimumq; consolatorem, & reparatorem  
Christum. Hic est ille iustus. de quo scriptû  
est: A facie iusti auferetur maledictio. Deniq;  
sicut:

In terra cui maledixit Dñs.

Iniquis operibus, & inanibus laboribus mor-  
tales defatigantur: ita & in terra cui benedi-  
xit dominus, ortus est fructus benedictus, in  
qua colenda æqua fiunt opera, & leues labo-  
res, & in fructu ligni decrepando fœlicitas,  
& in eo gustando suauitas beatissima. Et fru-  
ctus ait, eius dulcis gutturi meo.

Vixitque Lamech, post quã ge-  
nuit Noe, quingētis nonaginta  
quinque annis, & genuit filios  
& filias: & facti sunt omnes dies  
Lamech septingenti septuagin-  
ta septem anni: & mortuus est.

Ecce vita Lamech per tres septenarios duci-  
tur. vnde non ab re mihi credibile fit, hunc  
virum ad virtutum triadem, hoc est fidē, spē,  
charitatem peruenisse: nec solum prophetiæ  
spiritu donatum, sed etiam ante diluuiū fuisse  
sublatum, ne consolatoris filij pater valde  
affligeretur, si calamitatem, quæ genus hu-  
manum oppressura sperabatur, oculis pro-  
prijs cerneret. Illud quoque hic est adnotan-  
dum ab Adæ formatione ad Noe vsque na-  
talē effluxisse annos mille quinquaginta sex:  
quorum summa in hunc modum colligitur.  
Erat enim Adam centum & triginta annorū,  
quando genuit Seth. Seth verò centum &  
quinque, quando genuit Enos. Enos verò  
nonaginta quando genuit Cainam: at Cainā  
septuaginta, quum genuit Malalehel. Ma-  
lalehel verò septuaginta quinque, cum ge-  
nuit Jared. Jared verò centum & sexaginta,  
quando genuit Enoch. Enoch item sexa-  
ginta quinque quando genuit Mathusalem.  
Mathusalem verò centum octaginta septem,  
quando genuit Lamech. Lamech autē cen-

tum octaginta septem, quando genuit Noe.  
Quorum omnium summa mille quinquā-  
ginta sex annos amplectitur. Ex quo illud  
etiam constat, fuisse Noe decimū ab Adam,  
ut memineris decimam perfectionis drach-  
mam in Adam perditam, in Noe qui fuit ab  
illo decimus secundum trium decadum my-  
sterium inuentam. præfigurabat enim Chri-  
stum, qui scrutatus totam huius mundanæ  
fabricæ domum, naturam humanā olim per-  
ditam in salutem inuenit. Nec mirum hæc  
ratione, antiquum illum consolatorem Chri-  
stum præsignasse: siquidem erat vir perfectus  
in generatione sua. Et profecto omnis virtu-  
tum numerus curtus est & deficiens, nisi ad  
decimum suum, id est, Christum Angelorum  
hominumque caput reducat, perueniatq;.  
Noe verò, cum quingentorum  
esset annorū, genuit Sem, Cam,  
& Iaphet.

Noe amator castitatis, & alter Abel virgo  
permanet quingentorum annorum spacio:  
& tandem necessitate compulsus vxorem du-  
cit, & filios procreat, ut ex eis tanquam ex no-  
uellis furculis nouus succresceret orbis, ge-  
nuit ille tres filios, quorum primus non natu-  
ra, sed dignitate vocatur Sem, id est, nomen,  
quia re vera iustorum nomen dumtaxat est  
dignum, ut cunctis & Angelis & hominibus  
innotescat. immo ut ipsi Deo sit notum. Sic  
ille euidā iustorum dixit: Noui te ex nomine.  
& ad discipulos suos Dominus Iesus Chri-  
stus: Gaudete & exultate, quia nomina ve-  
stra scripta sunt in cœlis. Alter vocatus est  
Cham, quod interpretatur Calor: quoniam  
iustorum prolis est diuina dilectione conca-  
lescere eo igne incensæ, quem venit Domi-  
nus mittere super terram. Vltimus nomina-  
tur Iaphet, id est, Pulcher. quoniam opera eo-  
rum, quorum nomen redolet, sicut vnguen-  
tum effusum, & quorum odor charitatis igne  
resolutus longe lateq; dispergitur, pulchra  
sunt & Deo & Angelis & hominibus aspectu  
iucundissima & voto gratissima talium deco-  
rem utpote honestissimum Esaias celebrat di-  
cens, Quam pulchri pedes euangelizantiū  
pacem, euangelizantium bona. hæc ratione de  
Christo Psalmista canit, Speciosu forma præ  
filij hominum: & alia id genus multa.

Recensio & collatio genealogiarum  
iustorum, & iniustorum vsq;  
ad diluuium.

Nequa-

Nequaquã instituti nostri esse arbitror,  
profus præterire ea quæ in glossematis  
ordinarijs traduntur. Propterea iuuat  
interdum quædã ex illis decerpere, nostrisq;  
addere: tū quia his collectaneis maximè sunt  
agnata: tū quia id operis vsui fore lectori pu-  
tamus. tale est id, quo iustorū & iniustorū ge-  
nealogiæ inter se conferuntur, eorum videli-  
cet, qui vixerunt ab Adam vsque Noe, qui ab  
illo decim⁹ floruit. Ergo ut illic habetur, hæc  
computatio genealogiarū quasi ramos spar-  
git historiarum de quibus suis locis colligun-  
tur fructus mysteriorum. Et est in primis  
frandum, quod in generatione Seth nulla fœ-  
mina ponitur nominatim, sicut in generatio-  
ne Cain. iustorum enim est omnia viriliter a-  
gere, nihil fœmineum, nihil fragile vsurpare  
procedit enim hæc generatio per denarium  
vsque ad Noe: in quo præceptorum Dei sig-  
nificatur impletio, sicut per vdenarium in  
generatione Cain eorundem transgressio no-  
tatur. In generatione iniustorum primus E-  
noch ponitur, qui dedicatio interpretatur: quia  
reprobi in præsentis vitæ spei suæ radicem fi-  
gunt: & ab amore immarcescibilis hæredita-  
tis deficiunt, & diffidentia arescunt. De qui-  
bus in libro Iob scriptum est, Vidi iniustum  
firma radice firmatum, & maledixi pulchri-  
tudini eius statim. In generatione autem iu-  
storum Enoch ab Adam septimus ponitur:

Iob. 5.

Exo. 33.  
Luca. 10.

Luca. 12.

Esai. 52.

Psal. 44.

quia hic manentem ciuitatem non quærunt,  
sed expectationem suam vsque ad finem tem-  
poris extendunt, quod septenaria reuolutio-  
ne terminatur, quū illi æternitatis octaua suc-  
cesserit. Vnde iste Enoch, qui ponitur ab  
Adam Septimus, traslatusq; est, qui Deo pla-  
cuit, septimam requiem significat, ad quam  
post hanc vitam, qui Deo perseveranter ad-  
hæret, sine dilatione transfertur. Interpreta-  
tio quoq; nominum huius generationis idē  
significat. Adam interpretatur homo vel ter-  
ra rubra, Seth postior vel resurrectio, Enos ho-  
mo obliuiscens, Cainam lamentatio, Mala-  
lehel laudans Deum, Jared roboratus, Enoch  
dedicatio, Mathusalem mortis emissio, La-  
mech humiliatus, Noe requies. Procedens  
ergo homo de terra, resurgens à peccatis erit  
homo obliuiscens inuocans Deum, &  
deflens pristina peccata, sicq; laudans Deum  
roboratus spiritu Dei dedicatur in vitā æter-  
nam, atque victor mortis Deo subiectus re-  
quiem possidet sempiternā, quam significat  
Noe, qui requies interpretatur, decimoq; lo-  
co numeratur: quia per impletionem decem  
mandatorum possidetur regnum cœlorum.  
Vnde quærenti à Christo, quid facto opus es-  
set ad obtinendam vitam æternam, cœlestis  
magister respondit: Si vis ad vitam ingredi,  
serua mandata. Hæc hæc tenus.

Mat. 19.

## Caput sextum.

Cumq; cœpissent homines multiplicari super terram, &  
filias procreassent.

Hæc verborū series insinuare videtur ni-  
miã quandã & affectatã hominum ne-  
quitiam. hoc enim tempus superiora respicit  
tempora, in quibus humana malicia paula-  
tim crescens omni tandem vitiorū peste inū-  
dauit: quippe quæ profecta à filijs Cain ad fi-  
lios Seth sensim dimanauit. At verò in tan-  
ta flagiciorum, facinorumq; tempestate, di-  
uinitus de pessimorum hominum consortio  
Enoch fuit erept⁹, ne illorum contagio depra-  
uaretur. De quo pulchre Sapiens Placēs Deo  
factus dilectus, & viuēs inter peccatores trá-  
slatus est, raptus est, ne malicia mutaret intel-  
lectum eius, aut ne fictio deciperet animã il-  
lius. Denique cum hominis multiplicatiõe,

Sap. 4.

veluti vitiorum agmine facto, auctã est incō-  
cessa patranda scelera libido. fomes enim vo-  
luptuarius corporis medullis inhærens, velu-  
ti malus quidam genius infestus alsiduisq; ti-  
tillamentis ad nihil aliud mortales inclinat,  
incitatq;, nisi vt in terrã multiplicari procu-  
rent, generentq; filios non spiritus, qui cœlū  
aspiciant, sed carnis, qui terrenis inhærent. Hi  
sunt, qui plurimum multiplicantur: quia stul-  
torum infinitus est numerus: & peruersi dif-  
ficulter corriguntur. Enimvero quã bene  
corruptissimis illius tempestatibus cō-  
uenit id, quod sequitur, Et filias sibi procreas-  
sent, non ait: filios, sed, filias, gen⁹ scilicet mol-  
lius & explendæ venereæ voluptati semp ex-  
positum

Aristo.

positū. Sensit hoc pœnit<sup>o</sup> philosoph<sup>o</sup> ille, qui  
asseruit, materiā semper appetere formā si-  
cut fœmina virum. Natæ sunt eis igitur filia  
quas libidinoso affectu procreabāt, & in sum-  
mis delicijs nutriebant: vt plures essent, quæ  
suæ ipsorum libidini faciendæ passim inserui-  
rent. Sic & rex Ægyptius Hebræorū mascu-  
los occidi, fœminas seruari in Veneris abu-  
sum iubebat. Quare non absque ratione  
additum est, Et filia natæ sunt illis: sed vt  
multitudinem sic insinuet, procreandorum.  
nam vbi tanta radicū est copia, necesse est  
etiam multos ramos nasci: nec ociosè adiecit  
illis: vt ostenderet, quod ad eorum votum fi-  
liarum pluralitas eueniebat, vel forte medica-  
mentis quibusdam procurabant, vt plures  
filia, quàm filij nascerentur, quibus pro sua ip-  
sorum libidine abuterentur.

Ex quo accidit, quod videntes  
filij Dei filias hominum quod  
essent pulchræ, acceperunt vx-  
res sibi ex omnibus quas elege-  
rant.

Dicit quis: Nunquid videre pulchritudinē  
fœminæ peccatū est? minime, si vt ait Chry-  
sostomus conspecta pulchra facie conditor  
inde laudetur. Sed male videre in peccato  
est. Is autē male videt, qui vt fornicaria qua-  
dam voluptate delectetur, formosam speciē  
conspicitur. Qui uiderit, inquit, mulierem  
ad concupiscendum eam, iam mœchatus est  
eam in corde suo. propter hoc, inquit, inter-  
dico vobis illicitum visum, vt ab opere illicito  
vos liberem: ne putetis tamen, quod solus  
congressus peccatum facit, animus est enim,  
qui condemnatur. Quare non vtiq; simplex  
pulchrarum formarum visio, sed libidinosā  
perperam intuentium affectio reprehendi-  
tur, cum dicitur, Videntes filij Dei filias ho-  
minum, quod essent pulchræ. Hic autem lo-  
cus multiplex est, eo quod Elohim in Sacris  
litteris, modò Deum significat, modò Deos,  
modò iudices, modò deniq; principes. Aquila  
interpres, vt refert Hieronym<sup>o</sup>, filios Deo-  
rum ausus est dicere Deos, intelligens sanctos  
sive angelos: ergo filij Deorum dicuntur filij  
iustorum ex genere Seth descendentiū. ta-  
libus enim Psalmista canit Deū dixisse: Ego  
dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. hi ergo à  
syncera illa maiorum suorum pietate declinā-  
tes, capti q; pulchritudine, & allesti blāditijs

filiarum hominum, id est, iuxta eundē Aquilā  
ἐσθλῶν, hoc est gentium ex Cain genere descē-  
dentium libidini se totos tradidere. nec enim  
virginibus, nec viduis, nec nuptis parceba-  
tur hoc enim, qđ ait, Acceperunt sibi vxores  
ex oibus quas elegerant. Quod si filij Deorū  
intelligantur mali Angeli, nam de bonis ne-  
fas est tale quid opinari: vt cumque fouebitur  
commentum illud, quod non omnino derre-  
ctat Augustinus, incuborum videlicet dæmo-  
num operatione genitos fuisse gygantes, qui  
cum eiusmodi fœminis, vel earum sponte cō-  
gressi, vel eis vim inferentes omnia vulgo li-  
bidinibus conspurcarunt. Symmachus item  
interpretatus est δὲ καὶ τὸ εὐνοῦν, id est potē-  
tentum & principum quorum mos est pa-  
terna potestate in tyrannidem abuti, nihilq;  
sanctum, nihilq; intentatum relinquere, qđ  
non susq; deq; peruertant, corruptant, fœ-  
dentq;, quales legis primo regum filios Heli  
summi sacerdotis fuisse: hi ergo ipsa scelerū  
suorum impunitate audacissimi facti solaq;  
pulchritudinis habita ratione ad primū for-  
mosarum mulierum aspectum impotenti a-  
more capti, improbè cupiebant eas, quas sibi  
petulanter optabant: nec tantum ipsis inuitis  
virginibus, sed etiam repugnantibus earum  
parentibus nequissimam vim inferebant: vt  
tandem ex integris corruptas, ex virginibus  
adulteras & ex viduis meretrices facerēt. De  
nique in eo quod dicit, Acceperunt sibi vx-  
res ex omnibus quas elegerant, improbā ma-  
xime arguit illorum libidinem, quod adeo il-  
larum pulchritudine capti fuerint, vt non ex  
aliquibus pudicis, & honestis, atque pijs, qua-  
les filij Seth, ante mutuā commixtionē erant,  
sed etiam ex impudicis & inhonestis & im-  
pijs, quales filia Cain semper fuerē vxores  
sibi elegerint: neque contenti fuere pulchras  
eligere, sed ex pulchris pulcherrimas sibi im-  
optauerint, vt illarum amore intercepti, in sa-  
nius furerent: & adeo furerent, vt lasciuarum  
maleficarūq; mulierum congressu & ipsi pos-  
luti corrupti, & à vera religione auersi fuerint,  
& hi quos succedentibus temporibus pcrea-  
runt sceleratissimi fuerint, bellis, homicidijs  
violentiā & adulterijs insignes. Quorum fla-  
gicijs atque intolerandis facinorib<sup>9</sup> vehemē-  
ter iratus est Deus, eosque punire decreuit.

Dixitq; Deus: Non permane-  
bit spiritus meus in homine in  
æternum, quia caro est.

Hic etiam locus adeo varium recipit intef-  
lectum

lectum, vt metum, ne sim fastidio lectori a-  
liorum alias super eo explicando sentētijs re-  
ferens. Ergo ne nunc repetam id quod supe-  
rius verbis Augustini satis explicatum est, spi-  
ritum apud Hebræos & Latinos multo modò  
habere significationem. Nunc id, quod opus  
est explicemus. nempe יָדֹן Iadon, dictio-  
nem Hebraicam hoc loco positam vim va-  
riam habere: nam si deriuetur à verbo יָדָה  
Dun significare potest, iudicare, litigare, con-  
tendere, causam agere: Si vero deriuetur à no-  
mine יָדֵן Nédén, quod est vagina יָדֵן Ia-  
dón, quod est futuri temporis verbum si-  
gnificat, velut in vagina retinebitur. Et vt  
ab hoc ultimo incipiamus, Si verbum Iadon  
deducatur à Nédén, hoc est vagina sic inter-  
pretabimur, Non erit, id est, non retine-  
bitur spiritus meus in homine sicut in vagi-  
na in seculum. Et est sensus, quem retulit Pau-  
lus Episcopus Burgenis, Spiritus meus is nē-  
pe, quem ego creauī, quando in spirauī in ho-  
minem spiraculum vitæ: qui quidem spir<sup>o</sup>  
est anima rationalis, haud erit in humano  
corpore, veluti gladius in vagina in diutinu  
tempus detētus: sed exactis è corporibus suis  
hominum animis, delebo hominem, quem  
creauī, à facie terræ: idq; in æternū. nec enim  
si pro iusticia vitio geratur, vterius animas  
hominum corporibus infundendas creabo.  
Et ne huius terribilis in hominem sententiæ  
autor crudelis videatur, continenter illius cau-  
sam reddit, Quia caro est. ac si dicat. Presta-  
bat quidem hominem studiosis, pijsq; affecti-  
bus, & actionibus spiritum esse. Sed res lon-  
ge alias cecidit. nam ipse sese adeo carnis vo-  
luptatibus addixit, vt iure ipsū esse carnē pu-  
taueris & dixeris. At verò quia meapte natu-  
ra misericors sum, dabo eidem homini pœni-  
tendi locum, si forte respiscat.

Eruntq; dies hominis centum  
& viginti anni.

Cæterum hominibus prauis moribus perti-  
naciter hærentibus, iam iamq; horrendo hu-  
mani generis excidio instante sanctus Noe in-  
uenit gratiam coram Dño: quo apud Deum  
intercedente quædam humani generis reli-  
quia, id est, oēs tantum animæ seruarentur.  
vt inde felicior multo propago, vel certe ob  
Christi venturi gratiam postea succresceret:  
& animæ quæ pro iusticiæ seueritate creandæ  
nō essent, ex benignissima Dei bonitate pro-  
crearentur. Quod si Iadon significet litiga-  
re, iudicioq; cōtendere, huiusmodi sensus red-

ditur: Equidem agēs ipse actoris teiq; partes,  
hucusq; super homine interno quodam iu-  
dicio contēderam, mecumq; tractabā, esset  
ne hominum genus ob nefaria eorum facino-  
ra prorsus è medio tollendū: erant enim quæ-  
dam adhuc, quæ quidem festinatam vindi-  
ctam exposcerent: quædam autem, quæ ex ad-  
uerso starent, & quæ meliora quædam de ho-  
mine quadamtenus polliceri videbātur. Sed  
iam homo adeo effreni impietate fertur, vt  
spiritus meus frustatorium esse censet, ulte-  
rius hac de causa litigare: statq; sententia de-  
lendi hominis à facie terræ: idq; intra præ-  
scriptum terminum, si intra centum videli-  
cet & viginti annos minime deserit esse ca-  
ro, cœperitq; spiritus esse spiritui meo obse-  
quens, iustisq; meis obtemperans. Si verò  
Iadón verbum significet certare, atque pug-  
nare, videtur hic esse sensus: Adeo homo a si-  
due peccado abiit in effectum cordis, adeoq;  
obstinato animo me contempro tenebrarum  
principi seruit prauos mores sectatus, vt spi-  
ritus meus, id est, ratio superior, quā in eo po-  
sui, vt pugnaret aduersus carnē. i. inferiorem  
appetitū, veluti prauæ consuetudinis abyssō  
obrutus, sine vilo reluctamine feratur in præ-  
ceps: cædatq; appetitui trahenti se in omne,  
quod libet: ac perinde homo in explicabilib<sup>9</sup>  
peccatorum nexibus constitutus sit totus ca-  
ro & non spiritus. Quare, ait, Deus, quia iam  
homo ad malorum summam ferè peruenit,  
& proximus ei peccato quod non remittitur  
in hoc sæculo, neque in alio, delebo hominē  
à facie terræ, si non sibi cōsuluerit, alios mo-  
res sectando, idque intra centesimum vicesi-  
mum annum. Facit & ad hoc, quod Septua-  
ginta trāstulerūt οὐ μὴ καταμείνη, nō perma-  
nebit spiritus meus in homine scilicet obdu-  
rata mente pèrperam agente: quia caro est, id  
est, carnali voluptati totus addictus. Quo e-  
tiam insinuatur quædam calamitosa dereli-  
ctio, qua Dei spiritus deserit illum qui data o-  
pera ei renititur. In hunc planè sensum Chry-  
sostomus inquit: Spiritum suum Deus hic vo-  
cat vim suam, qua curam nostri agit, quæ il-  
lorū interitū pñūciat. Et vt scias, qđ de hoc sit  
fermo, quid subdat vide. Eo qđ ipsi, inqt, car-  
nes sunt, hoc est, eo qđ carnalibus operib<sup>9</sup> se  
ipsum totos dederunt, & animæ substantia abu-  
tantur, & quasi sola carne circumdati anima  
carerent, sic vitam suam absumant. Postu-  
mus & quod Septuaginta trāstulerunt, &  
Hieronymus eos secutus: Non permanebit,  
sic intelligere: vt sit, Non persistet indigna-  
tio

Aristo.

Exo. 1.

Chryso.

Mat. 5.

Aquila.

p̄. 81.

Burgen.

Aug.

Symma.

Chryso.

tio mea aduersus hominem, in eo quod caro sunt, vel quia cum errant, caro sunt **אנשי** besagam enim potest significare In eo quod, vel cum errant, secundum variam Hebraicorum dictionum compositione. Quia igitur Deus nouit figmentum nostrum esse fragile, & in voluptatem procliuē, reparabile tamen: prius quam meritas pœnas inferat, proloquitur, hominemq; solatur professus, nequam esse propositi sui hominem irreparabiliter perdere: dum modo ipse sibi in tempore opportuno pœnitendo prospiciat. redditq; statim causam, cur in hominē potius, quam in Angelum tanta clementia vtatur: scilicet, quod homo non tam malicia, ceu Angelus, quam infirmitate labatur, & ignoratia erret: quia carne aduersus spiritum repugnante, crebro dum aliud agit, repente intercipitur, & libidinis impetu pulsus, in id quod, nec fas, nec iura sinunt, temere præcipitatur. Quod si sciens, & prudens in ignem manū iniiciat, nec improbis affectibus constanter repugnet paulatim transit in affectum cordis: sic vt iam intemperanter agat, & maliciosē: quippe qui ex sententia peiora eligat. Tandem inducimus diuum Hieronymum, qui lucem superioribus addat. Sic igitur in libro **Quæstionū** super Genesim loquitur. In Hebræo est: Non iudicabit spiritus me<sup>9</sup> homines istos in sempiternum, quoniam caro sunt. hoc est: quia fragilis est in homine cōditio, non eos ad æternos seruabo cruciatus: sed hic illis restituā quod merentur. Ergo non seueritatem, vt in nostris codicibus legitur, sed clementiā Dei sonat, dum peccator hic pro suo scelere visitatur. Vnde & iratus Deus loquitur ad quosdam: Non visitabo filias eorum, cum fuerint fornicatæ, nec spōsas eorū, cum adultauerint: & in alio loco: Visitabo in virga peccata eorū, & in flagellis iniquitates eorū: verū tū misericordiā meā non auferā ab eis. Porro ne in eo videretur esse crudelis, quod peccantibus locum pœnitentiæ nō dedisset, adiecit **Erūtq; dies ei<sup>9</sup> cētū viginti āni.** Hieronymus. Hoc est, habebunt centum viginti annos ad agendam pœnitentiam. Non igitur humana vita, vt multi errāt in centū viginti annos contracta est. Sed generationi illi centū viginti anni ad pœnitentiā dati sunt. Si quidē inuenimus, q̄ post diluuiū Abrahā vixerit annos centū septuaginta quinque: & ceteri ampl<sup>9</sup> ducētis, & trecētis annis. Quia vero pœnitentiā agere contēpserūt, noluit De<sup>9</sup> tēpus expectare decretū: sed viginti annorū spatij ē sūma deductis diluuiū induxit anno

Hiero.

Osee. 4. ps. 88.

Hiero.

cētesimo agendę pœnitentię destinātō. Attramē Hebræi tradūt à diuinę cōminatōis die, vsq; ad diluuiū, totos cētū viginti annos. rāfa & os fuisse: vsq; scripturam eo tropo, qui à Græcis hystero proterō dicitur, in eo qd̄ pri<sup>9</sup> Iaphet generationē narrauit, q̄ Dei sententiā de hoīe delēdo latā esse scriberet, quæ quidē sententiā viginti annos ante Iaphet natiuitatē lata putat. sexcētesimo enim vitæ Noe anno inundauit diluuiū: quingentesimo autē nati sunt tres filij. ergo viginti annos antē, ea sententiā in genus humanum lata est. Chaldaica quoq; æditio apertissime hoc loco idē declarat. Sic. n. habet **אֲרְבָּא יְהוֹנָדָא לְהוֹן מֵאָה וְעֶשְׂרִין שָׁנִין אִם יִתְבַּנֵּן** Hoc est, Spaciū dabitur eis, si quomodo eos pœniteat centū ac viginti annorū si cōuertātur. Nec mirū ante Iaphet natiuitatē de vniuersali excidio Deū pronūciasse: iam enim omnis caro corruerat viā suā: iam omne vitū ad summā peruenerat: iam ipse Noe inter reliquos mortales inuentus erat perfectus. Nicolaus quoq; à Lira Augustinū secutus huic sententię subscribit. Nec tamē ideo Hieronymi sententiā est explodenda: Sed in ambiguo factō liberū est lectori vtrāuis sententiā amplecti: quod quidem temperamentum in similibus quæstionibus pie, cautēq; tenendum est. Sequitur.

Nicolau

Nume. 13

Berosus

Gigantes autem erant sup terrā in diebus illis.

Gigantes recte intelligim<sup>9</sup> hōies fuisse vasto corpore admodū robusti, violētī, religiōis cōtēptores, hominūq; oppressores. Nihil autē est, qd̄ aut mireris, aut dubites eiusmodi hominū mōstra fuisse ante diluuiū, cū fuerint & postea. Audi exploratores sic in Numerorū libro loquētes: Popul<sup>9</sup> quē aspexim<sup>9</sup>, p̄cere staturæ est: tibi vidim<sup>9</sup> mōstra quædā filiorū Enach de gñe giganteo, quibus cōparati quasi locustæ videbamur. Quos. n. Græci ob fortitudinē, quasi terræ filios nūcuparūt à γῆ, gē, qd̄ est terra, nā gigātes, quasi gigenes, hoc est terreginę dicūtur. idq; à poētis p̄cipue q̄ cōmenti sunt eos à terra genitos fuisse. Hebraice dicūtur nephilim **נְפִילִים** qd̄ recte interpretis cadētes vel cadere faciētes à verbo **נָפַל** qd̄ est cadere: eo q̄ vasto corpore: præualido robore, toruo aspectu, vultuq; minaci, adeo reliquos homines territent, vt eos animo cōsternari pessumq; cadere faciant. de quibus tamē Berosus refert. Scribunt illis tēporibus circa Libanum fuisse Enos urbem maximā gigantum, qui vniuerso orbi dominabātur ab

ab occasu solis ad ortum. hi vastitate corporis & robore confisi, inuentis armis omnes opprimebant, libidini inseruientes inueniunt papiliones, & instrumēta musica, & omnes delicias: manducabant homines: procurabāt aborsus, in eduliumq; preparabant: & commiscebantur matribus, filiabus, fororibus, masculis, & brutis: contemptores religionis, & Deorum. Hæc Berosus. Cui videtur magnopere ad stipulari Scriptura sacra in eo quod sequitur.

Postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominū, illaq; genuerunt, isti sunt viri potentes à sæculo, viri famosi.

Quid enim aliud hæc verborum series sibi vult, quam describere originem habitū moresq; gigantum, quos famosos vocat, id est, celebres viros, & inter mortales nominatissimos propter corporis vastitatem, viresq; p̄tantissimas, quanquam eo diuino munere a deo abuterentur, vt summa in Deū impietate nobiles: & extremis libidinibus foedissimi, & immanibus facinoribus insignes, gigāto machiæ argumentū præberint: vt opinatus est Eusebius Cæsariensis, scriptumq; reliquit capite quarto libri quinti eius operis, quod De præparatione Euangelica inscribitur. vbi sic legis: Plutarchus dicit fabulosas de Dijs narrationes res quasdas significare à dæmonib<sup>9</sup> antiquissimis gestas temporib<sup>9</sup>, & ea quæ de gigantibus ac Titanibus decantatur, dæmonum fuisse operationes. Vnde mihi, ait, Eusebius, suspicio nonnunquam incidit, ne ista illa sint, quæ ante diluuiū à gigantibus facta Diuina scriptura tetigit. de quib<sup>9</sup> dicitur: Cū autem vidissent angeli Dei filias hominum, quod essent speciosæ, elegerunt sibi ex illis vxores, ex quibus p̄creati sunt famosissimi gigantes à sæculo. suspicabatur enim fortasse quispiam illos & illorum spiritus esse, qui ab hominibus Dijs postea purati sunt: pugnasq; illorū tumultus & bella esse, quæ fabulose de Dijs cōscribebantur. Hæc Eusebius, quibus confirmare videtur sententiā Iosephi, & Augustini de gigantibus genitis à demonibus incubis & succubis. Ad quod & illud facere videtur, quod per nephilim, id est, cadentes aliquis putabit recte intelligi dæmones, eo qd̄ è cælo ceciderint. Sed horum sententiā præualidis argumentis cōfutat inter ceteros Hebræos, Cræcos, atque Latinos autores, Chrysofostomus, quæ longum esset in præ-

Eusebius

Plutarc.

Chryso.

sentiarum repetere: ideo verba quibus suam sententiā explicat, tantum subscribam: ait, enim: Gigantes vocat Scriptura, non inusitatum hominum genus, aut insolitam formam sed heroas & viros fortes, & bellicosos Theodoritus quoque inquit: Quos nam vocat Sacra scriptura Gigantes? quidam aiunt, eos qui multis annis vixissent alij vero eos, qui Deum non venerarentur, impij; essent, atq; hi qui hoc sentiunt, non eos existimant celsiore, q̄ reliquos fuisse statura. Ego vero inquit, ex multis Scripturæ locis colligo fuisse homines proceros & vasto corpore. Ioannes Damascenus de his sic scibit: Gigantes eos hic appellare scripturam existimo, qui robustissimo essent corpore, vt illud: Non saluabitur Gigas in multitudine virtutis suæ. Quare de veris hominibus potius quam de dæmonibus accipiendum est quod ait: Postquā enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum non dicit filias **אֲנָשִׁים**, aut si filias **אֲנָשִׁים** Enos; id est viri rationalis que: quæ nomina ad virtutem pertinet: & dignitatem quandā sonant. sed ait, filias Adam, quoniam nomen Adā vilicatē quandā & humilitatē denotat, & latenter hominē, peccatorē subindicat. Adam enim ab Adama ducitur. Adama autē terram rubram significat. nam & Edom rubrum sonat. at qui rubro, id est sanguineo colore peccatum significatur, cum ipsum peccatum in Sacris scripturis sanguinis nomine appelletur, vt apud Esaiam: Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. & apud Oseā: Et sanguis sanguinē tetigit. Ex quo videtur primum hominem quodam futuri peccati præfatio nominatum fuisse Adam, id est, rubrū, atq; sanguinolētum. Et fortassis hanc ob causam Christus tam crebro se filium hominis vocat: vt commonstret se, qui esset filius Dei, ideo filium hominis factum, vt primi Adam, id est, peccatoris in se ipso peccatum lueret: Venit, inquit, filius hominis saluare quod perierat. & in Psalmo: Quæ non rapui, tunc exolebam. denique apparuit Christus, non in carne peccati sed in similitudine carnis peccati. Probe igitur in superioribus dixim<sup>9</sup> tantundem valere illud: Ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, ac si dictum sit: Filij iustorum ad filias peccatorum. Quod essent pulchra. Hebraice **תִּבְוֹת** tobōth, id est, non modo speciosæ, sed ornatae quoq; & bene fortunatae. tob enim & bonum & pulchrū & profertum Hebræis significat. Deniq; datur vitio filij Seth, quod non tam oblatas admiserunt filias Cain, quam ad appetitas intrarunt, &

Theodor

Damasc.

ps. 32.

Esai. 1.

Osee. 4.

Mat. 18.

ps. 68.



& quasi nihili pendentes diuinam imprecationem in genus Caineum, non timuerunt eis misceri, & sociales cum eis habere delicias, quas ab aliorum communione Deus excluderat maledicens Cain, ac dicens: Vagus, & profugus eris super terram. Hęc ad superiorum complementum hoc loco non incongrue sunt apposta.

Videns autem Deus, quod multa malicia hominum esset in terra: & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore, penituit eum, quod hominem fecisset in terra.

Videns, ait, non audies: vt certissima de sceleribus atque flagitijs, quę perpetrabatur cognitio monstraretur: plus enim valet vnus testis oculatus, quam decem auriti. Et Deus ipse apud Hieremiam de se loquens peccatoribus humanum iudicium fallentibus comminatur dicens: Ego ero testis, & iudex. Videns igitur certissima & infallibili notitia sciens Deus, quod multa malicia hominum esset in terra, profecto quam Deus maliciam ab æterno præuiderat in tempore futuram in presentiarum videre dicitur iam existentem: sicut vidisse dicitur, cum illa præterierit, non quod in Dei visione sit vlla temporum vicissitudo cuius simplex & æternus intuitus semper & eodem modo fertur in vniuersa quę cognosci possunt: sed quod non videat rem esse sibi actu presentem quantum pertinet ad ipsius rei durationem, nisi quando ea persistit, postea quam illa ceperit esse. Nec enim res eadem, quę tempore clauditur toti æternitati coexistere potest: non enim Deus videt Antichristum, quem aliquando fore diuina oracula produnt, nunc temporis esse: quę tamen præuiderat aliquando futurum, idque non minus distincta, aperta, certaque notitia, ac si iam esset ille: quoniam æterno illius intuitui cuncta presentia sunt, non modo quę aliquando sunt, sed etiam quę esse in tempore possunt, licet nunquam futura sint: quoniam immobilis æternitatis immensitas cuncta temporum spatia intra sinum suum simul continet, & amplectitur. Quare recte dicitur, Videns Dominus, quod multa malicia hominum esset in terra. non ait, Ignorantia: quę nonnunquam prorsus excusare peccantem: sæpe culpam minuere solet: non item, Infirmitas inquit: quę nunquam non peccatum aliquatenus eleuat.

Sed quid ait? Malicia: quę perpetuo crimen auget. semper enim prauum quendam affectum & omnino culpabilem malicia sonat. qualis est eorum, qui nolunt intelligere, vt bene agant: qui dicunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, qui penitus corrupti ex proposito peiora eligunt. qui denique improbissimo blasphemie Spiritu furentes insurgunt aduersum omne illud, quod veram pietatem sapit. Quam quidem malitiam dicit esse multam, id est, plurimam. Hebraei enim, quia eorum lingua superlatiuis caret nominibus, plerumque positiua pro illis usurpant: vt bonum pro optimo, malum pro pessimo, pulchrum pro pulcherrimo, & hoc loco, multa, pro plurima. Quam culpam asserit esse plurimam, non modo, vt ostendat eam grauem, grandemque frequentissima peccandi diligentia adauctam, & quę apud Zachariam prophetam sub mulieris persona super plumbum sedere dicitur: Sed vt etiam manifestet, eandem fuisse multiplicem omnique vitiorum genere constare: iuxta illud Osee, Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem teugit. Et ne tantam morum corruptelam, aut stultissimè facto imputes, aut insipientissimè in Deum ipsum regeras: qui bonus bonam condidit naturam, testatur veracissimus hic scriptor, illam maliciam non fuisse syderum, non conditoris, non demonum, qui licet instigare, non tamen in malum perpetrandum cogere mortales queunt: sed ipsam esse tantum hominum. Quippe qui, vt illi impij qui in libro Sapientie describuntur, dixerunt cogitantes apud se non retere: Exiguum est & cum tædio tempus vitę nostrę: & non est refrigerium in fine hominis: & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus tanquam non fuerimus. Et paulo post amissa bonorum futurorum, spiritualiumque spe, ad fruendum perfunctorijs vitę presentis voluptatibus, atque delitijs sese adhortantes inquirunt: Venite ergo, & fruamur bonis, quę sunt: & fruamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino precioso, & vnguentis nos repleamus & non præterat nos flos temporis, coronemus nos rosas, antequam marcescant: nullum pratium sit, quod non transeat luxuria nostra. Vbi que relinquamus signa lætitię nostrę: quoniam hæc est pars nostra: & hæc est fors nostra. Opprimamus pauperem iniustè, & non parcamus viduę, nec veterani reueremur canos multi temporis. Sit autem fortitudo

Supra. 4.

Hiere. 29.

Ps. 35.

Iob. 21.

Zach. 5.

Osee. 4.

Sap. 2.

Ps. 73.  
Hiere. 13.

Hiero.

fortitudo nostra lex iustitię. Hęc scribuntur quidem in Sapientie libro: sed ea à priscis illis, primisque temporibus suscepta per Cham nequissimum Noe filium ad posteros dimanarunt. Traditur enim his simillima Cain illum impietatis inhumanitatisque principem, filios suos docuisse: qui, vt superius retulimus, cum fratre suo Abel nequissimo liuore contendens, vt eum à vera pietate colenda auerteret, his usum esse refertur: Non est iusticia, neque iudex, neque seculum aliud nec remuneratio iustis, neque punitio impijs. Quare talibus, tamque pestiferis imbuti primi priscique mortales in tantum malicię peruenerunt, vt non solum flagitiosissima pariter & sceleratissima perpetrarent: sed etiam omne illorum studium in ea quę sunt pessima tenderet: & cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore. In Hebræo: Et omnis imaginatio cogitationum cordis eorum tantum modo est malum omni die. Quibus sane verbis explicatius de notatur, in tantum hominum maliciam tunc temporis excreuisse, vt non solum cogitationes cordis eorum ab eis ipsis sponte expetite essent prauissimę: sed etiam quod ex prauo habitu ac diutino morbo, quem frequenter peccando contraxerant, fieret in eisdem ex improuiso quędam malarum cogitationum imaginatio pessima, & figmentum quoddam earum nimis peruersum, & affectio quędam improba nihil probum expetens: sed ad nihil aliud cor humanum incitans, nisi ad id quod esset turpissimum, iniquissimum, ac maxime danandum: idque haud tantum modo semel aut iterum: sed continenter die noctaque. Nec id mirum. Qui enim repetita prauitate frequenter vitiosum induit habitum, vel it nolit, eo degrauiatur omni tempore: ferturque præceps, quãdiu non respiscit, in id quod affectui suo consentaneum est, & appetitui veluti connaturale, vt satisfaciat morbo, quo maxime laborat. Huc pertinet illud: Superbia eorum qui te oderunt, ascendit in superbia, & illud: Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum? Et ne quispiam ex hoc loco perperam colligat, eos qui prauè agendo transierunt in affectum cordis non posse ad meliora reuerti. quoniam quamuis eis sit hoc difficillimum, possibile tamen est Deo adiutore: placet verbis Hieronymi eiusmodi errori contradicere. ait enim is hunc Hieremias locum exponens: Hoc testimonio vtun-

tur aduersus Ecclesiam, qui diuersas cupiunt asserere naturas: & tantum dicunt esse, vel nigredinem, vel varietatem peccatorum; vt in candorem & vnius coloris pulchritudinem, transire non possint: non attendentes hoc quod sequitur: Et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. quicquid enim discitur non naturę est, sed studij & proprię voluntatis, quę nimia consuetudine & amore peccandi quodammodo in naturam conuertitur. Sed hoc quod hominibus impossibile est, Deo possibile est: vt nequaquam Æthiops & pardus suam videantur mutare naturam. Sed ille qui in Æthiopo operatur & pardo, dicente Apostolo, Omnia possum in eo qui me confortat Christo Iesu. Vnde & in alio loco: Amplius, inquit, illis omnibus laboraui: non ego autem: sed gratia Dei, quę in me est, & Vivo iam non ego, viuit vero in me Christus. Et iterum scriptum legimus: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Quas ob causas non gloriatur sapiens in sapientiã suã, neque fortis in fortitudine suã: nec diues in diuitijs suis, nec pudicus in sua pudicitia, sciens, quod in omnibus his virtus Christi sit, non eorum qui in suis virtutibus gloriantur. Porro quęcunque Deus in Scripturis sacris, aut probat, improbat, tanquam morum leges habenda sunt: vt illa præstes: hæc vites. Ecce hic Deus cogitationem in malum intentam reprobat, quę etiam prophetica voce damnatur: Væ qui cogitatis inutile, & operamini illud in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud. Reprobatur quoque cogitatio in malum, in illud scilicet quod bonum non est, ac perinde ociosum & inutile. de talibus enim ociosis cogitationibus illud Psalmistę simpliciter accipi potest. Dominus nouit cogitationes hominum, quod vanę sunt. condemnatur cogitatio intenta in malum, hoc est, in periculum, vbi in procliu est: vt ex eiusmodi cogitatione alliciaris in id quod vel turpe, vel iniquum est. Cautissime igitur Iob. Pepigi, ait, fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem quidem de virgine, Ceterum diligenter aduerte hoc in loco, vitio dari simpliciter eam cogitationem, quę sit in malum propensa: non autem omnem mali cogitationem potest enim vir bonus & sapiens, pie, probeque cogitare de aliquo malo, pœdendo, reprobando, discernendo vi-

Phili. 4.  
1. cor. 15.

Gal. 2.  
1. cor. 4.

Hiere. 9.

Mich. 2.

Ps. 93.

Iob. 31.



tando, atque penitus abolendo. Sic enim faciebat pientissime Esaias maxima, plurimamque populi sui mala considerans, ut illum ab eis auerteret, talibus ipsum admonens: Aufer te malum cogitationum uestrarum, quiescite agere peruerse, discite bene agere. Tandem addamus & illud, non ab re imputatam esse homini cogitationem malam, haud alienam sed cordis sui. patitur enim nonnunquam homo improbas quasdam φαντασίας per angelos malos immittas, quas, si non amplectitur nec in opus extendat, nihil eidem damnationis afferit: quin potius illarum repulso non paruum sibi gratiam apud Deum promeretur. Non enim quod intrat per os, ut Praeceptor caelestis asseruit, coinquinat hominem: quia illud non intrat cor: sed in ventrem vadit, & in secessum emittitur. quae autem procedunt de corde, de corde exeunt & ea coinquinant hominem. de corde enim exeunt cogitationes prauae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. hae sunt quae coinquinant hominem. Super quo pulchre Hieronymus: De corde exeunt cogitationes malae. ergo, ait, animae principale, non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est. & arguendi ex hac sententia sunt, qui cogitationes a diabolo immitti putant, & non ex propria nasci voluntate. Diabolus enim adiutor & incensor malarum cogitationum potest esse: auctor esse non potest. Sed iam videamus, quid visa grauissima, plurimamque, atque pertinacissima hominum malicia Deus senserit, decreueritque. Poenituit, ait, eum, quod fecisset hominem in terra. Non utique, ut quidam ait, in Deum reuera poenitentia cadit, cui est de omnibus tanta fixa sententia, quam certa scientia. sed utitur Scriptura uisitatatis uerbis, coaptans se nostrae paruitati, ut ex cognitis incognita cognoscamus. Nam ira Dei non est in eo animi perturbatio, sed iudicium, quod irrogatur peccatori: cogitatio uero cordis eius est, mutandarum rerum immutabilis ratio. Quare poenitere Deum hoc in loco nullatenus significat ipsum, vel poenam aliquam subire, vel respiciere: sed decernere, se demoliri hominem, & abolere, quem antea fecerat, mundi que colonum constituerat. Non ut genus humanum omnino interiret, quamuis peccatorum abyssus demersum: sed, ut sublati de medio impoenitentibus & deploratis, uirtutibus auctum in feliciorum ob prauisam a parte caelesti Christi gratiam promoueretur statum. Interim eo malorum deuentum est, ut praesentis-

Esai. 1.

Mat. 15.

Hiero.

simo remedio humana flagitia, sceleraque, sint intercidenda. hoc nempe est quod sequitur. Et praecauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem, quem creauit a facie terrae.

Quonia duo superius dixerat, & quod multa malicia hominum esset in terra, & quod cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum, duo etiam nunc adduntur: alterum, quod Deus in futurum praecauit, ne putris malae cogitationis arbor longius latiusque, iniquitatis ramos expanderet, malosque, fructus plures faceret: alterum, quod ueluti penitissime dolens propter humana scelera, haud aliter ea reprimenda decreuerit, quam hominem extremis supplicijs puniendo ac uelut insanabilem prorsus excidendo. Sed quia misericors est, & penes inuitus & dolens, ad puniendum tandem accedit. Traditur id facere uelut coactus & nimio, intimoque dolore affectus, praesertim quod eo magis ingemiscit, quod non sunt hi puniendi tales, qui poenis corriguntur: nam nonnullam consolationem affert recte puniendi puniendorum expectata correctio: praesertim cum is est, qui uiscitur qui non cruciat ut noceat, sed castigat, ut cruciatus emendet. Hinc Deus ipse quamuis iratus populo graui iniquitate, quamuis filijs sceleratis influens, qui beneficijs eius fuerant abusi, adhibendam eis in suam ipsorum utilitatem, castigationem uocat suam consolationem apud Esaiam dicens: Heu consolabor de hostibus meis, & vindicabo me de inimicis meis. Et perpende obsecro circumspicissimam iudicis principisque prudentiam. prius enim mala committenda celeriter intercludit: deinde commissa acriter punit. quorum alterum est praesidium innocentiae: alterum exemplum aduersus improborum audaciam, dicente Salomone: Flagellato pestilente stultus prudentior erit. Quin etiam, iuxta secretiores intellectus, omnes hi affectus humani, qui hic Deo μεταφορικώς adscribuntur, aduibrabant futurum quoddam tempus, in quo is, qui Deus foret, in assumpta carne, pientissima misericordia, moestissimoque dolore usque, ad lachrymarum effusionem tangendus esset. id quod expletum esse constat, cum uident Iesus ciuitatem Hierusalem miserimè defolandam, fleuit super illam: & cum instante passione sua coepit tristari, tædere, & moestus esse. nepe

Esai. 1.

Prou. 19.

Luca. 19.

Mat. 14.

pe iamiam deleturos hominem ueterem sacratissimo sanguinis & aquae de latere pendentis in cruce exeuntium diluuium: ut in semetipso nouum conderet hominem qui secundum Deum creatus est: Delebo, inquit, hominem quem creauit a facie terrae. Magna Dei ira, & terribilis furor, qui nec creaturae suae parcat, alioqui clementissimus. Nam & in his uerbis quamlibet minacibus, pellucet tamen quoddam ipsius clementiae uestigium. non enim ait, In nihilum redigam. non enim morte totus homo perit: Nolite, ait, conditor ipse, timere eos, qui occidunt corpus: animam autem occidere non possunt. Sed quid inquit? Delebo, hoc est penitus eradam, & tanquam sordes, & reiectamentum quoddam ita illum a facie terrae propulsabo, ut nullam ipsius restet ibi uestigium, adeo exacta erit rasura. Nec me ab incerto creatoris ratio reuocabit. tam grandis enim creaturae extat offensio: ut creatorem suum, quamuis clementissimum, in suam ipsius perniciem irreuocabili decreto prouocarit. Nec putes ociose adiectum fuisse, A facie terrae: quia deletur quidem homo, cum moritur, a facie terrae, sed non a Dei, spirituumque caelestium facie deletur, si iustus sit. Iustus enim pro Christo occidendis dictum est: Gaude & exultate, quia merces uestra copiosa est in caelis. Nec item deletur homo, cum moritur, a facie gehennae atque daemonum, si sit iniustus. De talibus enim Psalmista intonat: Ibunt in inferiora terrae, tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt. Nec tantum inquit in hominem sauiet ultio mea: sed etiam cuncta abolebo.

Mat. 10.

Mat. 5.

Ps. 62.

Ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad uolucres caeli.

Merito pereunte homine cuncta reliqua uiuentia, & animalia, & reptilia, & uolucres intereunt. tum, quia iustum est, ut pereunte domino pereant & illa, quae in illius ministerium facta sunt: tum quoniam par est eis mortales priuari, quibus nefaria ratione sunt abusi, & in horreda flagitia, atque facinora secum simul agenda praeter eorum naturam instituerint. Id quod uel ex eo constat, quod inferius generatim profertur: Omnis quippe caro corrumperat uiam suam. nec id incredibile uicidam uideatur: siquidem ex animalibus, constat, bruta quaedam assuera humanos expetiuisse concubitus: adeo brutescit homo peccator, ubi libidine furere coepit. adeo fit ut equus & mu-

lus, in quibus non est intellectus: ut ipsae quoque bestiae sentiant illum, qui sic obruitur ipsis bestialibus moribus cum eis belluinam quaedam cognationem affinitatemque contraxisse. Iure igitur tam immania facinora conditor exosus intulit:

Poenitet enim me fecisse eos.

Bone Deus: Cur cum omnium sis praescius futurorum, fecisti id, quod aliquando te fecisse poeniteret? Quoniam, licet poeniteat me malorum, quae impiorum interitum deponunt: placet tamen mihi iustorum pietas: quae suam ipsorum salutem exigit. Iure itaque meo permitto illorum iacturam quamlibet multorum: ut aliqui sint qui misericorditer seruentur. Volo te quoque scire, iudicium de homine per diluuium delendo. nunc instans illius extremi, in quo res humanae omnino finem accipient, expressam imaginem praeseferre: tunc enim, sicut & nunc, ex multis uocatis pauci saluabuntur electi. tunc duo erunt in agro: unus assumetur, & unus relinquetur: duae molentes in mola, una assumetur, & una relinquetur: duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquetur. Nec putes hac assumendorum, & relinquendorum partitione significari, eos fore numero pares: sed docemur ex qualibet hominum conditione, quosdam esse ad uitam beatam gratis admittendos, quosdam uero in sua damnatione iuste derelinquendos. Denique instabat & nunc extremum humani generis excidium. At ne penitus interiret, ineffabili Dei dispensatione, & summa bonitate contigit, ut esset, qui apud infernum iudicem pro seruandis nonnullis illius reliquijs intercederet. Ita è regione eius, quod paulo superius dictum fuit, dominum Deum humanis sceleribus fuisse commotum, ira & dolore tactum, hic positum est unum, Noe Deo placuisse, acceptumque ei ac pergratum fuisse. nam sequitur.

Mat. 24.

Noe uero inuenit gratiam coram Deo.

Quid enim aliud est Noe inuenisse gratiam coram Deo, quam fuisse gratum, acceptumque Deo? Sic & de Ioseph adolescente honestissimo inferius scribitur: Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo: & ministrabat ei. hic aperte constat, Inuenisse gratiam, positum esse pro, fuisse gratum. & dominus ad Moysen: Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me, pro eo quod est, Fuiisti mihi gratus. & Exo. 33. Holofernes ad Iudith, Inuenisti gratiam

Infra. 39.

Ind. 12.

Commentariorum

Luc. 1.

coram me, pro, Fuisti mihi grata & accepta. Ergo iuxta hunc tropum Angelus Gabriel ad beatissimam virginem: Ne timeas, inquit, Maria, inuenisti gratiam apud Dominum, id est fuisti grata, acceptaque Domino: id quo a deo, ut pater ipse coelestis temet pro maximis meritis tuis ex omnibus mulieribus vnā optarit, ut mater sis eius, qui sit altissimi filius. Secundum hanc quoque rationem fuerunt quidem opera Noe pia, sancta, honestaque: adeoque bona, ut essent Deo pergrata: nec nō sic accepta, ut propterea eundem Noe benignissimis oculis respexerit: ac subinde, velut alterum Adam, à communi totius humani generis strage exemptum superstitem reliquerit, per quem iterum melior orbis adolefceret. Nec immerito, fuit enim in hoc viro admirabilis probitas: qui, tamen si omnium mortalium multitudo in tantam maliciam exciderat, quanta verbis explicari nequeat, iustus tamen hic scintillam virtutis seruaui, & alijs omnibus omni tempore loquebatur eos corripuens: & dum hortabatur, ut à malicia desisterent, simul se interim liberum ab aliorum mœore seruauit. Insuper sicut illi malis operibus misericordem Deum ad indignationē prouocauerunt: sic & ipse virtute pollens gratiam inuenit coram Domino. Sequitur.

Hæ sunt generatiōes Noe. Noe vir iustus, atq; perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulauit: & genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet.

Attende lector, quod mox, vbi dixerat, in tanta Dei indignatione Noe fuisse illi gratum, adiecit. Hæ sunt generatiōes Noe. Post quod statim quoque addidit testimonium iusticiæ illius dicens. Noe vir iustus, atq; perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulauit. quo posito illico etiā digessit triū filiorū eius generationem dicens: Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet. Ex quibus omnibus inuicem collatis intelligere possumus duas generationes, alteram spiritus, alterā carnis. Spiritualem quippe generationem, pariter & carnalem iusinuauit, cum dixit: Hæ sunt generatiōes Noe. Spiritualem autem, cū præmissa Noe gratia, qua fuit acceptus Deo, iusta illius opera fuisse atque perfecta declarauit. gratia em̄, ut ait Augustinus, iustis operibus meretur augeri ut aucta mereatur & perfici. De quo est illud Pauli ad Galathas: Iam

Aug.

Christo credentes, sed nondum integris verē pietatis numeris perfectos, filioli, ait, mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Et iterum: Exhibete membra vestra seruire iusticiæ in sanctificationem.

Galat. 4.  
Rom. 6.

Generationem autem carnalem explicuit, in eo quod replicuit id, quod iam dixerat: Et genuit Sem, Cham & Iaphet: vtraque tamen in vno Noe coniunxit: quia ille princeps erat vtriusque: alterius, docendo mortales verum Dei cultum. alterius, filios gignēdo, ut essent qui veram pietatem docerentur. ait iraque: Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis. Multa veniunt hic notanda: primū quidem, Noe nomen frequentissime replicari, Noe inuenit gratiam corā Deo, Et hæ sunt generatiōes Noe: & Noe vir iustus &c. Id quod nequaquam putandum est ociosè fieri: seu ut frequenti appellatione patefiat familiaritas quædam huius mirabilis viri ad Deum ipsum: quem tanquam notum & amicum proprio nomine, atque frequenti ille cōpellare dignatur. vnde ad Mosen Deus inquit, Noui te ex nomine, quia inuenisti gratiam coram me. & Psaltes de eripiendis per Deum iustis agens testatur eorū nomina nō tantum illi esse nota & familiaria, sed etiam honorabilia: Ex vsuris, ait, & iniquitate redimet eos: & honorabile nomen eorum coram illo. Diuinus quoque Paulus ex frequentissima, iucundissimaque cōsuetudine, quam habebat cum eo, de quo inquit, An experimentum quæritis eius qui in meloquitur Christus. gratissimum sibi, atque suauissimum seruatoris nostri Iesu nomen in singulis fere scriptorum suorum versibus peramanter interserit. Quanta foelicitas, quanta dignitas eorum, quib⁹ dicitur, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis? E contra rario autem impiorum reprobiorūq; nomina raro aut nunquam in medium proferuntur: nisi quando plenus eorum que traduntur sensus illis tacitis haberi nō potest. Iuxta illud Psalms. nō accipiā nomē eorū in labijs meis, nec memor ero illorū p os meū: & illud: Nomē eorū delesti in eternū. Firmat plane vtrūq; Christ⁹, q apud Lucā Euāgelistā iustū illū pauperē, atque mendicū, proprio nomine Lazarum cōpellat: iniusti autem & misericordis diuitis epulonis nomen silentio præterit. denique quanta infelicitas, quanta ignominia illorum de quibus dicitur & præcipitur, Deleantur de libro Viuentium, & cum iustis non scribantur. Alterum hic animaduertendum est, ipsum Noe hic non hominem dici,

Euo. 33.

ps. 71.

2. cor. 13.

Luc. 10.

ps. 9.

Luc. 16.

ps. 68.

Lactan.

Hiero.

dici, quod vtrique est naturæ vocabulum, & terrestrem quandam humilitatem denotat: sed virum idq; haud quidem à vi corporea, vastaq; membrorū mole, sicut superius. inde gigantes Scriptura vocauit viros famosos: sed in summam laudem ipsum denominat virū à mentis vi, hoc est, ab animi virtute, perfecta que illa iusticia, quæ virtutes in se continet omnes: & eas profecto, quæ hominem erga proximum suum perficiūt: & eas que ipsum apud Deum commendant. hæc enim est illa perfecta iusticia, quæ opera simul & fidē amplectitur: & quam in Sacris literis passim celebratam Lactantius Firmianus recte cōpletq; definit dicens: Iusticia est Dei vnici pia, & religiosa cultura. Tertium denique notandum est, id quod additur, In generationibus suis, posse bifariam accipi: vno quidem modo, quod sit per diminutionem dictū, ut ostēderet quoddam iusticiæ Noe imperfectū, quasi non fuerit illa absolute perfecta, sed quodammodo perfecta. nempe non per se sola, sed generationibus suæ tempestatis corruptis moribus deprauatissimis comparata. Vnde Hieronymus signanter ait In generatione sua, ut ostenderet, non iuxta iusticiā cōsummatam, sed iuxta generationis suæ eum iustum fuisse, iusticiā. & quod hoc est, quod in Hebræo dicitur: Noe vir iustus perfectus erat in generationibus suis: cum Deo ambulabat, hoc est eius vestigia sequebatur. Potest & omnino in laudem dictum accipi, ut mirabilis & egregiæ cuiusdam virtutis fuerit inter tam impios, & tam prauos homines, non solum non fuisse illorum conuictu deprauatū, sed iustum euasisse atque perfectum. Quanto fuisset perfectiori iusticia, multoq; præstantior se ipso, si cum optimis versatus fuisset: nēpe ad summā verē pietatis conscendisset. Nā si audiens sapiens sapientior erit, & qui cum iustis graditur, fit iustus, proculdubio ei qui dono Dei singulari suapteq; natura in veram pietatē est propensus, ex pientissimorum congressu virorum maximum accedere probitatis incrementum est necesse. Sensit & nobiscum quisquis ille fuit, qui scripsit epistolam cautē tamen legendam ad Demetriadem virginem, quæ inter opera diui Hieronymi circumfertur: Noe, inquit, iustus in generatione sua & perfect⁹ asseritur: cuius sanctitas eo magis est admirabilis, quod toto prorsus à iustitia declinante mundo, solus iustus inuentus est: nec ab alio sanctitatis quæsiuit exemplum, sed ipse præbuit: & ideo totius orbis imminente naufragio solus ex omnibus meruit

audire, Intra tu & domus tua in arcā, quia te vidi iustum in generatione ista coram me. Ergo quia iustus erat & perfectus, cum Deo ambulauit. Et quid est cum Deo ambulare? nisi non ire post Deos alienos: diuinos, magos, & ariolos non consulere: nihil impium, nihil iniquum, nihilq; turpe agere: sed vni tantum Deo verōq; adherere: eius vestigia sequi, id est, quod vocat pergere: eius præceptis parere, consilijs obsequi, profectibusq; spiritualibus omniariam studere: inde Deo ipsi placere, eundemq; fide, spe, & charitate colere. Deniq; hoc ipsum proculdubio est generationis iustorū, cum Deo ambulare, cuiq; spiritu duci, tunc etiam cum carni naturali pro necessitate satisfacere coguntur: in quo præstando maximum atq; insigne est nobis exemplum Noe, qui annis quingentis à coniugali congressu abstinuit, ut liber à re vxoria Deo liberius vacaret. At verò cum diuino monit⁹ oraculo fuit, opus esse eum gignēdæ proli operam dare, sic ea quæ sunt carnis execut⁹ est: ut ea quæ sunt spiritus nequaquam extingueret, sed alterum cum altero per eum, quantum natura rerū patitur, amice conueniret. Vidē qualiter vtrunq; Scriptura sacra coniungit dicens: Noe vir iustus, atq; perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulauit: & genuit tres filios Sem, Cham, & Iaphet. Nequaquam genuit Noe filias, sicut illi⁹ maiores de quibus scriptū est, eos genuisse filios & filias. Genuit igitur dūtaxat mares. haud enim decebat virū iustū reparādo mūdo prædestinatum, foeminas gignere, quæ diluuii perirent: fuisset enim acerbū valdē amico Dei cernere oculis suis filias suas cum peccatoribus aquarum mole obrui: ad de q̄ foemina voluptuariarū delicatarumq; ac perinde prauarū operationum symbolum gerunt, à quibus fuit alienissimus hic excellens atq; præclar⁹ vir. genuit ergo viros, qui & à diluuij calamitate seruarentur immunes, & virilia opera, virtutisq; incrementis plena cōgruenter & vtiliter adūbrarent. Neq; fuit solius Noe hæc foelicitas: nam & Abraham genuit quidem filios, nullam autem filiam. Fuit & eiusdem foelicitatis consors Isaac illius filius. Cæterum Iacob infelicior habetur in eo quod cū duodecim filijs vnā genuit filiam, quæ sua leuitate atque impudicia paternæ domui maximas turbas dedit. Huc etiam pertinet eundem tres tantum filios genuisse: omnis enim virtus consistit in tribus, initio videlicet, & medio, atque fine: & à tribus, Patre, & Filio, & Spiritu sancto, H 3 secun-

Supra. 4.

secundū eorum potentiam, sapientiā, & bonitatem virtus quaelibet humanis mētibus gratia infunditur. ad idē quoq; spectat, qd Sem minor natu ipso Cham in ordine narrationis ei præfertur: vt inde sciamus in mysticis his scripturis, non solum virorū, sed virtutum quoque generationem spiritus sancti penicillo effigiari. Denique iterum atque iterum huius studiosissimi viri castitate expendē. quingentorum erat annorum, quum gignendis filijs operam dare cœpit: & tribus cōrentibus ab opere carnis cessauit: eoq; fuit admirabilior, quod eam virtutem alioqui raram præstitit eo tempore, quo reliqui mortales, velut equi infantes, libidinis impetu furebant. Hoc enim est quod sequitur,

**Corrupta est autem terra coram Deo: & repleta est iniquitate.**

Pro eo quod corrupta est, in Hebræo ponitur verbum *תהו ורהל* vatifah hērh, quod significat corrumpi, non solum libidine, sicut patet in inferius, Omnis quippe caro corruperat viam suam: sed etiā idololatria, vt Exodi. 32. traduxit Hieronymus, Peccauit populus tuus: pro eo quod est Idola coluit. hic igitur intelligamus terram fuisse corruptam, vel libidinibus, vel idolatrijs, vel potius vtriusq;. Reor em̄ data opera Spiritus sancti esse vsum eo verbo, quo vtrunque vitium notaretur: vt proderet vtroque terram fuisse corruptam, & esse item hæc duo peccata inter se maxime cognata. nam & libidine sequitur idololatria, & idololatriā libido. Nanque quia Balaam ariolus compertum habebat corporalibus voluptatibus deditos, vanis superstitionibus facile corrumpi Balac regi consuluit, coram filijs Israel foeminas Moabitidarum pulcherrimas prostituere: vt illi concessio earum amore capti, ipsiq; mixti foemineis dolis deciperentur, & ad colendos earum Deos traherentur. Et rursum, quia idololatriæ superstitio cuncta luxurie genera fouet, Sapiens ait, in sanctorum enim idolorum cultura cunctorum malorum fons est & origo, id quod Paulus gentium doctor in epistolæ ad Romanos capite primo multis verbis explanare pergit: arbitror hæc esse precipuam causam, quare in Sacris scripturis fornicari pro Idola colere vsurpetur. Nec ociosè addit Coram Deo: sed vt declararet, quod manifestissime peccabatur, & sine vlllo pudore, nulloq; timore, facinora scelestissima perpetrabantur: quamuis non esset ignotum peccatibus, Deum illa penitus nosse, eaq; profus odisse. Denique tales erant illius tempestatis

homines, qui nec Deum timerent, nec hominem vererentur: & quibus apertissime illud Esaiæ conuenit, Peccatum suum quasi Sodoma: prædicauerunt, nec absconderūt. Enimvero terram vocat homines terrenis curis, & voluptatibus deditos. hos enim & carnis & terræ notis Scriptura sacra traducit, tãquam eos qui sceleribus & flagitijs humanū genus denobilitent. Vnde sequitur: Et repleta est terra iniquitate *תהו ורהל* hhamâc, quod Hieronymus iniquitatem interpretatur, Hebraice violentiã, vimq; significat. Quod malū peculiare fuit ei tempestati propter immanitatem, roburq; gigantū, quorū eximia erat proceritas, vires autē pene ferreæ, vt habetur in Deuteronomio ipseus Dei testimonio dicentis, Tradidi tibi Amorrazū, cuius proceritas instar cedri erat: robur autē vt quercus. Veriq; esse simile videtur bella crudelissima tunc fuisse, factamq; maximā humani sanguinis effusionē. vires. n. corporis hominē superbū atq; arrogantē, Deiq; contemporem reddūt: eoq; nō iniuria scribūtur Gigantes Deū suis detrudere regnis, manibusq; cœlū rescindere voluisse. Dei ergo contemptus generisq; humani cōtrucidatio intulit diluuiū. Potest & hic locus, sicut Hieronymus transtulit, nō modo de violentiã, sed in vniuersum de omni peccato accipi, quo scribitur, terrā, nō solum iniquitate plenā, sed repletam quoq; fuisse. Nam iniquitatis nomē nō tantū iniurijs, quæ in cōmitandis rebus sūt: sed & vniuersis peccatis accommodatur: Omnis em̄, vt diuus Ioānes ait, qui peccat, iniquitatem facit: & omne peccatū est iniquitas. Quoniam siue quis proximi diripiat opes, siue Deo debitū honorē subtrahat, siue se ipsum flagitijs deturpet, iniuriam facit & iniquitatem, hoc est, iniusticiã exequitur. Siquidē his omnibus modis alteri quod eius est, auferre: esto iniustus sit ablator alieni. Quare autē iniustus sit habendus, qui cū alliciente ad venerem meretrice scortatur: plane quia qui fornicatur, in corpore suo peccat. quia qui pulcherrimā Dei imaginē in se ipso turpitudinū fuligine denigrat, infert, & iniuriã supremo artifice cuius opus perperā fœdatur, & aboleretur. Quare recte dicit, & accipitur, cunctos mortales fuisse repletos iniquitate, hoc est, rapina, iniuriãq;: p̄ quā à Deo, & proximo, atq; ab ipso peccate ea remouetur, quæ aut præstari, aut seruari inuiolata deberēt. Hūc sane locū videtur imitatus Esaias, cum Deo his agens: Proiecisti em̄ inquit, populum tuū domū Iacob: quia repleti sunt, vt olim, id est, repleti sunt nunc iniquitate, quæ admodū & ante diluuiū mortales multa malicia

licia repleti fuerant.

Cumq; vidisset Deus terrā esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suā super terrā.) Præter id autem quod de corruptis reliquis animantibus superius dictū est, Omne genus hominū: omnes enim mortales à recta declinauerunt corrumpentes viam suam, hoc est, legem naturalem eorum mentibus inditam de colendo vno, verōq; Deo, deq; seruanda in quolibet hominē iusticia & æquitate: ac perinde simul inutiles facti sunt, tam filij Dei, quam filij hominū. Siquidē ex omnibus illis nō est, qui faciat bonū, nō est vīq; ad vniuersum Noe virum iustum & timentem Deum. Quorū primum intuitum eum rapacem, noxium, immanemq; minime fuisse, quod ad hominē spectat, alterum Deū non spreuisse, sed summam eum pietate coluisse. Cum itaq; inter ceteros mortales impietate, sceleribusque deprauatissimos hunc vniū insignem meritum & pietatem virum Deus vidisset.

**Dixit ad ipsum Noe: Finis vniuersæ carnis venit coram me.**

Iam supra dixerat: Delebo hominem quem creavi à facie terræ. Nunc autē ait: finis vniuersæ carnis venit coram me, vt obstruat ostentū iniqua. Nam diceret quispiā dominator optimus, si decreueris hominē aboleri, potestati tuæ quis resistet? quantumvis sit innocens, atque pius? Cui Deus ex aduerso respondet: Nequaquā equidē veluti violentus, quispiam sæuusq; tyrannus tantū totius mundi excidiū meditor, sed ipse finis vniuersæ carnis venit coram me, scilicet, à peccatoribus oblatum, nō per me quaesitum, qui Nolo mortem peccatoris, sed magis, vt conuertatur & viuat. Enimvero tam aperta sunt hominū flagitia, tam immania mortaliū scelera, tã grauiā, horrendaq; vniuersæ carnis facinora, vt ipsa per se passim sese meis oculis ingerant, vt veluti quodā totius nature non feretis tã indigne se pollui atq; violari, maximo clamore, totū mundū interitū deposcāt. Nequeo. n. nō respondere tã iuste meritarū poenarū exactiōi, nisi, profus oblitus fuero me vniū taliū iniuriarū vindicē esse. Mihi em̄ vindicta, & ego retribuā. Vniuersi deniq; p̄dendi, quia cuncti eisdē criminibus infecti similes poenæ rei habebantur, secundū quædam, Repleta est terra iniquitate à facie eorum: Et ego disperdā eos

cum terra.

Superius notauimus, pro iniquitate, quæ vniuersa peccata quodāmodo cōplecti potest, in Hebræo haberi *תהו ורהל* hhamâc: quæ vox Hebræis sonat p̄prie eam iniquitatem, quæ sit violentia rapina, & iniqua violentia. Paraphrastes quoq; Chaldaicus pro iniquitate interpretatus est rapinis. Vnde illud, De iniquitate, hoc est, rapina, quæ est in manu eorum. Iam quærat merito quispiā. Qui fieri potuit, vt Deus agēs cū sancto viro sup̄ excidendo terrarum orbe, vim atq; rapinā vel solā, vel certe precipuam causam alleget, ob quā tam graue iudiciū in mortales sit exercendum? Ait enim, Repleta est terra iniquitate à facie eorum. Et ego disperdā eos cum terra. Crediderim ego, summum rerū parentē id fecisse, vt & ignaros doceret, quā grauius ferat iniuriam homini ab homine illatam: & audaces ab inferenda imbecillioribus vi procul deterreret. Nam vt persuadeatur nobis haud esse alienā à Deo iniuriam, cū violentia proximis irrogatur iniqua: nec posse hominē homini nocere, quin id nocenti Deum ipsum, ceu communem tangat parentem, frequentissima de non nocendo proximis in Sacris literis præcepta passim replicantur. Et quoniam radix omnium ferè malorū, quæ ab hominibus inuicem inferuntur est ambitiosa cupiditas, recte Ennius: Si violandum est ius, propter regnum violandum est: nam cetera pietatem colas. huic em̄ maximo malo Deus, nūc consilijs, nunc iussis, nunc minis, nunc promissis mederi continēt ab æuo cōdito molitur. Idcirco & in Lege, & in Prophetis, & in Psalmis & in literis Euangelicis & Apostolicis grauisima extermaque supplicia violentis raptoribus imminencia frequenter prænunciat, & intentat. Vt his territi mortales à mutua cæde raptorque procul abstineant. In Genesi ob mutuas rapinas orbem diluuiō delecti in Prophetis adeo illas odio habet, vt nec in holocaustum inde munus admittat. rapinarum malum est illud, quod præcipue vel certe frequenter Iudæis exprobrantes Prophetæ toties exiliū & mortem eis comminabatur. Christus quoq; dominus nequaquā permittit Deo munus ab illo offerri, contra quem, veluti violentum atq; raptorem frater eius aliquid habeat: immiseriordes insuper tanquam ipsa eorum nimia parcitate raptores quosdam æterno igni deputat: & eos qui exterius egregiā quandā sanctitatem simulato pietatis vultu totiusq; corporis habitu præ se

Exo. 32.

Hiero.

Num. 22.

Sap. 14.

Esai. 3.

Deut. 2.

1. Io. 3.

Esai. 2.

Ennius.

Mat. 5.

Mat. 23.



ferunt, arguit interius dolo rapina & iniquitate esse plenos. Denique quid magis contra naturam, quam te alienis incommodis rem tuam velle augere? Quid magis tumultari facit hominum genus, quam ex rapto viuere? Quid perniciosius domibus, ciuitatibus, regnis, totiq; humano generi, quam iniqua rapinae, & inhumanæ cedes? Quare merito violentia, atque rapina fuerunt aquarum mole obruendæ, quibus obrutis continentior, peccatiorque multo rerum humanarum status succederet, eo vindice atq; autore, qui Regnum à gente in gentem transfert, propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos. Quare filij hominum, si tandem malo alieno sapitis, rapinas nolite concupiscere: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, quoniã rapina impiorum detrahet eos, quia noluerunt facere iudicium. In violentos igitur, & in raptos supremus iudex intonat: Et ego disperdam eos cū terra. In Hebræo **וְיִפְּרֹדֵם** vehenim, & ecce ego. Profecto aduerbiū Ecce magna emphasim habet: rē enim improuissimam horredamq; atq; inuitabilem insinuat: & pronomen Ego singularem quandam Dei autoritatem, priuatamq; efficaciam, quæ ille declarat, haud vel incerto quodam infortunio, vel fatali quadam à syderibus profecta calamitate cunctos homines perituros: sed seipso virore & autore perdendos. Quod autem vehementius Nicolaus laborat verum facere, terram etiã cum perdendis hominibus fuisse disperditam, minus multo id nobis ne gotium facessit, scientibus Hebraicam particulam **אֵת** eth, pro qua posuit interpres Cum præpositiunculam, ab Hebræis frequenter usurpari pro Ab, vel De, præpositionibus, id quod huic loco maxime quadrare videtur: vt sit sensus. Et ecce ego disperdam eos à terra. sicut paulo superius eundem sensum extulit dicens: Delebo hominē, quem creauit, à facie terræ. & inferi<sup>o</sup> capite. 8. Delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terræ. Nec tamen ita sentientes pertinaciter repugnamus doctoribus tradentibus ipsam quoque terram nonnihil detrimenti diluuiō inundatam fuisse perpeffam: eiusq; virorem & fecunditatem longe inferiorē esse post diluuium, quam antea: ideoque inde hominibus esum carniū concessum, cum antea tantum terræ fructibus victitarent. Quæritur autem. Cur audita tam graui comminatione, Noe pientissimus vir, Dominum non orauit, vt à factura sua tantum furorem, vel omnino auerteret, vel certe diminueret? An à precibus cessauit, quia minime nouerat in

Eccle. 10.

Psal. 61.

Prou. 21.

Nicolaus

vnierfo hominum genere decē auctos (octo enim tantum seruati sunt in arca) ac subinde pro paucioribus seruandis nō est ausus apud Deum intercedere: sicut postea Abraham, cum bis terque dominum precatus esset pro Sodomis non euertendis, cum ad denariū numerum deprecādo peruenit, infra illum, velut religione quadā constrictus minime descendit. An quia iam spiritu nouerat illud Ioannis: Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatū ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis: & illud Regum primo capite. 15. quod Samuel propheta diuinæ sententiæ certus non reuocandæ aduersus regē Saul ei dixit: Scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Israel non parcat tibi, nec pœnitentia fleatur: nec enim homo est, vt pœnitentiam agat. Forte contradices: Si pœnitentiā Deus nō agit, quomodo supra dixit: Pœnitet me fecisse hominem? Sed vbi pœnitere Deus dicitur, mutatio rerum signatur, diuina præscientia immutabiliter permanente: vbi verò non pœnitere dicitur, intelligitur non mutare id, quod decreuerit omnino futurū, vt ait diuus Augustinus. Consentaneum autem est credere, virum iustum audito toni<sup>o</sup> orbis excidio, humano affectu tactum valde doluisse, cuius dolorem, ut ex parte dominus minueret, cum consolatus est: eo quod alijs, scelerū, tantorūq; flagitorū inueteribus, hortatorib<sup>o</sup> atq; perpetratoib<sup>o</sup> simul pereūtibus solus ipse cū sua familia ferā dus esset, propter insignem suam virtutē, vnde euestigio dauersum quoddā infert, ac si dixerit: Sic alij perdentur.

1. Ioan. 5.

At tu facti tibi arcam de lignis leuigatis.

Enimvero aliter poterat Deus Noe domum seruare: sed iussit arcam fieri, vt mortales notuam tanti ædificij molem admirati, causam cur construeretur, quærent: quia cognita, crederent Noe prædicenti instare diluuiū, quo totus terrarū orbis submergeretur, si nō pœniterent, & à patrandis sceleribus desisterent: quod si minime crederent, tanto maioris criminis reos esse conlaret, quanto magis ipsius Noe factō valde mirabili moueri debuerant, cum viderent Noe virum egregium sapientem, ac principem tam longum tēpus, centū fere annos totos infumere in cōstruēda tāti nauigij mole. Vtgebis nos forsità, & dicet: Si certū erat, diluuiū fore, quid proderat admo-

Roma. 2.

Hieron.

Hieron.

Strabus.

admonere nō pœnituros: scilicet, vt cōperum esset, non stetit per Deum, quin pœniteret, si voluissent: sed propria eos malicia nō respiciisse: ac perinde iuxta Apostolum, secundam duriciam suam, & impœnitens cor thesaurizasse sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicique iuxta opera sua. Ergo ait: Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Tibi, dixit, quia nullus alius præter ipsum Noe, eiusq; domesticos erat intra arcā recipiendus. Porro, vt ait, Hieronymus, pro leuigatis, in translatione Septuaginta habetur τετραγωνων, id est, quadratis. Idem Hieronymus in lib. quæst. pro quadratis in Hebræo haberi, inquit, bituminatis. Nempe Hebræi tradunt **גֹּפְתֵר** gopher speciem esse arboris grandis & proceræ facile aquis veltandæ propter leuitatem, & nauigio pangendo aptissimæ: quod sit enodis, cuiq; nihil sordium inhæreat propter leuorē: nomen eius tacent, nisi quod quidam esse cedrum putant: quibus astipulatur interpres Chaldaicus **סִיְתָר** Citroc, id est, cedri, hoc est, ex lignis cedrinis. At Aben Esdra putat esse abietem. deniq; Hieronymus, qui ait in Hebræo haberi, Bituminatis, videtur legisse Cōper, quod bitumē sonat, pro gopher quæ est certa quædam arbor, cui<sup>o</sup> materia est ad pagēdas naues aptissima.

Mansiuiculas in arca facies.

Hebraice, chiuim, hoc est nidos, sicut & Septuaginta verterunt νεσσις των οικων κατὰ τὴν κιβωτόν, id est, nidos per totam arcam facies. Hieronymus sententiā vertit, quanquā in Iouiniano, Nidulos & mansiones legit: domunculæ enim instar nidorum erant, quod etiam sic in nauibus. Hebraicum elegantissima metaphoravitur, siue ad homines siue ad reliquas animantes nidos referat. Idem siquidem nobis domus est, quod auibus nidos. hic autem signanter nidos usurpauit, quia ingressuri arcam ibi manere poterant, euagari non poterant. Ait itaq; mansiuiculas in ea facies. Extimat Strabus arcam quinque mansionibus fuisse distinctam, sic quod prima, id est, inferior fuerit stercoraria, ad quam stercorea defluebant: ne qui essent in arca, fetore læderentur. Secunda verò mansio apothecaria tertia immitium animalium, & serpentium. quarta mansuetorum. quinta, id est, suprema hominum, & auium.

Et bitumine, ait, linies eam, intrinsecus & extrinsecus.

Bitumen hoc, glutē erat piceum, adeo tenax,

vt eo lita ligna nulla ventorum, fluctuumque violentiā dissoluantur.

Et sic facies eam.

Ergo non modo rerum diuinarum humanarumq; scientiam, quam sapientiam vocamus sed etiam artium notiones Deo primum tradente hominibus, acceptæ sunt & habitæ. hoc enim loco Deus ipse in arcæ fabrica modum, rationemque manifestat, quibus varia possunt fabricari nauigia: & sic, ait, facies eam.

Trecentorū cubitorum erit longitudo arcæ: quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorum altitudo illius.

Incertain adhuc est, fuerint ne hi cubiti naturales, an geometrici. Videntur autem pro arcæ magnitudine per quinque, aut sex stadia protensa, fuisse mathematici. deniq; naturalis cubitus proprie pedem cum dimidio continet: pes verò sexta pars est altitudinis in corpore humano: cubitus quarta. est & cubitus geometricus, qui tantum valet, seseq; porrigit, quantum sex nostri cubiti, vt Origenes & Augustinus tradiderunt. Ex his ergo geometricis cubitis tanta illius arcæ moles assurgere potuit. Scio multa de hac arca iuxta historiā multaq; secundum allegoriam ab egregijs autoribus exactissime tradita, quæ nūc non est repetendi locus. Verum illud non prætereū dum existimaui, quod quemlibet harum rerum cognoscendarum studiosum forte moueat. quid opus fuit arcam tanta mole ædificatam fuisse, quæ quamuis duplo, triploq; grandior esset constructa, nequaquam tot tantaq; animantia intra sinum suum capere possent? Siue ergo maior, siue minor illa facta fuisset, superiori, diuinæq; vi opus erat, quæ efficeret, vt illa vnierfa simul in se conciperet: ac perinde id non rerum naturæ, sed miraculo potius dandum esset. at miraculū eo fuisset spectatius, quo in angustiōri loco tam varia multaq; continerentur. non fuit igitur arca tanta mole fabricanda, vt in minori magnitudine magis, maiorq; Dei potētia aspiciētibus innotesceret. Ad quod respōdemus. Multis de causis nouum hoc ædificium in tantā mole creuisse: tum vt tali tantoque expectaculo homines tempestatis illius incitati, admonitiq; sibi timerent, sibiq; consulerent: atq; prophete tanti Noe, & si pene inuiti, tamen crederent, vera esse. quæ de instanti totius orbis excidio non tantum verbo, sed tanto quoq; opere prædicabantur: tum vt ex tali exemplo docerentur



tur homines in obeundis iussionibus diuinis non tantum vires humanas expendendas esse, quibus iubentis auctoritatem, qui ad iussa praestanda sedulo conantem occultis viribus adiutare solet. Nam, quisquis omnem quam potest curam in praestando officio a Deo sibi iniuncto adhibet, proculdubio dignum sese reddit, qui noua quadam ratione ab ipso Deo, cui inferuit, ad opus perficiendum opportunè iuuetur. Praclare Philo a Senatu Romano repulsam passus, his verbis sane magnificis est suos consolatus: Bono animo vos esse oportet: nam ubi humanum deest auxilium, necesse est adesse diuinum. facit & ad hoc, quod dominus cum populo suo victoriam de hostibus pollicitus esset, non modo decernebat Israelitas ipsos prodire in prelium armatos: sed etiam insidijs ad intercludendos ipsorum aduersarios uti iubebat. Simile est huic negotio, quod ipsis praedestinatis ad gloriam illam, quae reuelabitur in sanctis, non datur optata contingere metam, nisi iustis, eam pijsque operibus promerentur. hinc beatus Petrus merito Christo credentes certam facere vocationem suam per bona opera vehementer exhortatur. Quamobrem prudentissime Noe caelesti oraculo obsecutus ad praescriptum arcam struendam curauit, & si mente non omnino caperet, quo modo illam varia, tam multa, & tam magna animalia capere posset. Nouerat enim bene vir sapientissimus posse Deum multo plura, multoque maiora praestare, quam nos, aut petere, aut intelligere valeamus. Sed ad textum.

Fenestram in ea facies.

Pro fenestra in Hebraeo *çohar* *צוהר* sic appellata à verbo *çahar*, quod per eam lux ingreditur. Hieronymus in lib. Quæst. inquit, In Hebraeo, inquit, habet Meridianum facies arcæ: quod manifestius interpretatus est Symmachus dicens: *αφαιες*, hoc est dilucidum facies arcæ, volens fenestram intelligi. Cæterum fenestra Hebraice dicitur *חלון* *halon*, & meridies *צהריים* *zahoraim* sub forma duali, quia tunc lux est fortis ex utroque latere, id est, à duabus diei partibus præcedenti, atque sequenti ipsum meridiei momentum, quod utrinque, sol æquali libra diuidat. ergo *צוהר* *çohar*, si ad verbum Hispanè interpretetur est lumbræ. Latine forsitan luminare. denique quidam idem nomen audacius pro lucerna accipit, quasi in arca vndique circumclusa, non vna tantum sed plures fuerint lucernæ. Sed fenestra patribus placuit, quos duces sequi, filijs est maxime gloriæ, præsertim in Sacris scripturis explicandis.

Et cubito consummabis summitatem eius.

Non dubium quin arcæ ab inferiore enim latitudine secundum utrumque longitudinis latus in pyramidem arca surgebat, ut eius culmen vno cubito iuxta superiorem latitudinem concluderetur: secundum longitudinem vero summa illa tabula tectoria trecentorum erat cubitorum. Ea enim per summitatis formam arca erat capacissima, & illabentes pluuias facile expellere: difficulter autem ventis fluctibusque in latus impelli poterat. at mergi nunquam poterat.

Ostium autem arcæ pones in latere.

Hic distinguendum est. nam aduerbium deorsum ad sequentem clausulam pertinet. habetur enim in Hebraeo: Et portam arcæ in latere eius pones. constat autem arcæ latera ad ipsius latitudinem attingere. in altero igitur latitudinis latere ponendam portam iussit. Septuaginta quoque interpretes illud aduerbium inferius ad cœnacula, & triginta accommodarunt *κατα γωνιας* *δωροφα*, *και* *τριωροφα* *ποιησει*, hoc est, subterranea, bicamerata, & tricamerata facies. Quod igitur Hieronymus transtulit videtur ea posuisse pro eo quod distega. nam & cœnaculum est pars domus superior: & digeston est superior thalamus. hæc denique bicamerata & tricamerata distribuuntur in illas quinque mansiones, quas Strabus paulo superius digestifit: & quibus iam olim Augustinus annuerat.

Ecce ego adducam aquas diluuij super terram.

Hic iterum Scriptura sacra insinuat, nequaquam ex syderum influxu, sed ex Dei sententia diluuium terras inundasse. Cæterum quod nos legimus Aquas diluuij, in Hebraeo est Diluuium aquarum, quod Hebraice sit *מבול* *Mabul*, quod Latine recte interpreteris Defluxum à verbo *בול* vel *בול* *nabal*, quod est descendere atque defluere. Cataractæ namque coeli ruptæ sunt in diluuium, id est, in aquarum defluxum & inundationem.

Ecce, inquit, ego adducam aquas diluuij super terram: & interficiam omnem carnem, in qua est spiritus vite subter coelum: & vniuersa, quæ in terra sunt, consummentur.

Subter

Subter coelum, inquit, quia pacem summa tenent, neque caelestia corpora terrenis calamitatibus sunt obnoxia. Immo & iuxta mysticos intellectus, rerum dominus morti destinatus, haud utique ea quæ supra coelum sunt, vel substantia, quales beati spiritus, qui a Deo fruuntur, vel voto quales, qui quauis corporea grauitate in terra detinentur, spiritu super æthera veti, cum Paulo dicere veraciter possunt, Nostra conuersatio in caelis est. Sed ea morti destinatus, quæ sub coelo sunt, humi scilicet iacentia corda: & quæ tantum terrena sapiunt, veluti animantia bruta quæ natura, immo natura autor prona in ventrem finxit. Est & simile huic illud amarulentum Væ, quod Diuus Ioannes in Apocalypsi terrestribus intonat dicens, Væ habitantibus in terra.

Ponamque fœdus meum tecum.

In Hebraeo est signanter, Firmabo. iam enim cum viro iusto dominus fœdus inierat, quando coram illo gratiam inuenerat. confirmatum autem est nunc, arcam Noe iam iam ingressuro: ut noua confirmatione viri iusti fiducia foueretur, & omnino constabileretur. Porro inire fœdus eorum est, qui ea quæ sunt pacis cogitant, firmamque concordiam inuicem moliantur. ideoque frequenter legimus, Deum ipsum cum pijs pactum fuisse: eum impijs autem aut raro, aut nunquam: nisi forte non nihil spei appareret, eos ad meliora tandem aliquo intercedente fœdere esse redituros: fœdus autem, quod cum Noe dominus nunc statuit, non est aliud, quam de conseruando eo cum familia sua ad generis humani reparationem, modo quidem per eum corporalem, postea vero per Christum, spiritualem. id quod exploratum haberi potest ex eo, quod sequitur.

Et ingredieris arcam tuam, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.

At inferius multo aliter idem extulit: Egredere de arca tua, & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum. Ecce ingrediuntur arcam viri ab vxoribus suis seiuncti: at egrediuntur ab ea singuli quique cum vxoribus suis. quia Tempus amplexandi: & tempus ab amplexibus vacandi. Nec enim decebat ob carnis vitia orbe terrarum pereunte, eos qui propter insignem sanctimoniam intra arcam diuinitus seruabantur, carnalibus indulgere voluptatibus. Nec in ipso temporis articulo, in quo genus humanum interibat gignenda proli vacandum fuit, licet datis iam poenitentibus instau-

randum esset, atque multiplicandum. Porro ab arcæ exitu necessum erat, generationi vacare vel natura ipsa ad id impellente, vel certe ut pareretur illi diuino præcepto post diluuium replicato: Crescite & multiplicamini. Magna denique præbuit Dominus & in hoc iusto viro consolationem: ut non tantum ille, sed ipsius quoque familia propter eum à communi clade seruariet illesa. seruata sunt & à morte plurima viuentia, de quibus præcepit dicere: Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, ut viuant tecum, masculini sexus, & foemenini. De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ iuxta genus suum.

Augustinus. Quæritur de minutissimis animalibus quales sunt mures, & stelliones, quales, & muscæ, & scabrones, & scarabei, & pulices, si numerus seruetur? Sed quæ de coitu non generantur, sed de terræ humore, vel de cadauerum, vel aliarum rerum corruptione nascuntur, non fuit necesse in arca esse, quod inuitur, cum dicitur: De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo. illa quoque quæ in domibus versantur, sicut pulices, mures, muscæ, non fuit necesse secundum numerum esse, quæ intelliguntur, tunc in domibus plura fuisse. Quæ autem ex commixtione diuersi generis nascuntur, sicut muli, burdones, & huiusmodi, non est dicendum in arca fuisse. Quæ autem in aquis & in terris communiter viuunt, sicut luteræ, vituli marini extra arcam habebant oculos præparatos, quibus possent se recipere, velut in aridis. De auibus quoque marinis, & fluuiialibus idem sentiendum est. Quod autem cuncta animalium genera concluduntur in arca, significat, quod ex omnibus gentibus & nationibus congregatur ecclesia. Sicut autem in disco Perri munda & immunda sunt animalia: sic in Ecclesiæ sacramentis boni versantur & mali.

Bina ex omnibus ingredientur tecum, ut possint viuere.

Pro ingredientur tecum, significatius in Hebraeo *אניניך* *aniinij* *יאבול* *elecha*, id est, veniet vel intrabunt ad te. hac enim lectione manifestius ostenditur, animantia cuncta cunctoque serpentes, atque volucres in arca seruandos instinctu quodam diuino actos ad Noe venisse

Philo.

2. Pet. 1.

Hieron.

Philip. 3

Augusti.

Ecclesi. 1.

venisse, vt arcam ingressi, perq; suas stationes distributi manerent quieti, ibiq; seruantur. Nec enim venatu tantam tamq; variam animalium multitudinem Noe coepit: longissimi tēporis id negocij esset & homini per multa sæcula impossibile. Astipulatur vtiq; nobis glossēma quod inter sacras lineas iacet: In gredientur, ait, scilicet, sponte sua, non hominis auctu, sed Dei nutu, angelorumque ministerio deducta, & vndeunque terrarum adportata, vt possint viuere. Expressius in Hebræo, & apud Septuaginta: Vt viuifices, nutriasque ea, ne aquis videlicet obruta pereāt: & immenso diluuiō delecta penitus intereant, Tolles igitur ex omnibus escis quæ mandi possunt: & comporabis apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in cibum.

*August.* Augustinus. Solet quæri de animalibus, quæ tantum putantur vesci carnibus, vtrum præter numerum ibi fuerint sine transgressione mandati, quæ aliorum alendorum necessitas coegisset includi: vel quod magis credendum est, præter carnes alimenta esse potuerūt, quæ omnibus conuenirent. multa enim animalia, quibus caro cibus est, fructibus, pomisq; vescuntur: maxime fico & castaneis. Potuit ergo vir iustus, & sapiens, & diuinitus admonitus,

quæcunque congrueret, alimonia præter carnes reperire. Et eodem & omnibus vesci cogit fames. Et nihil est, quod Deus suauē & salubre facere nō possit: qui etiam vt sine cibo viuerent quibusdam donauit.

Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.

Etenim hoc viri iusti perfectum est officium; nihil eorum infectū prætermittere, quæ Deo ei faciēda præceperit. cui vni in vniuersis quæ iusserit explendis parere diligenter oportet, cum sit omnium dominus, eiusq; nutu, atque renutu cuncta semper & vbique dispēsentur. Velle autē Deo penitus in singulis quibusq; illius iussis obtemperare tam rectum est, tam sanctum, tam deniq; bonum, vt nusquā non piē, non sanctē, nō benē fieri possit. huiusmodi obsequendi Deo in cunctis iubendis votū habuit ille populus Israel promptior ferē semper ad promittendum, quàm ad præstandum quando apud Exodum respondit Moysi legislatori suo: Omnia quæ locutus est dominus faciemus, & erimus obedientes. Dignus denique fuit hic iustus, vt pote qui obedientiam diuinis mandatis plenā adhibuit, vt alijs omnibus pereuntibus Deum ipsum præsentissimum haberet, & in extremis periculis creptorem, & propensissimum insignium meritorum suorum coronatorem.

*Exo. 24.*

## Caput septimum.

Dixitque Dominus ad eum.

**N**on dubium quin ad Noe. Sane frequentius inducitur Deus huic iusto loquens, vt ex assidua colloquutione maiorem fiducia concipiat, & ex frequenti consuetudine solacium, & ex diuina præsentia securitatem. In stare de se poterat non superbē illud Psalmographi: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quē timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Et illud: Dominus diluuium inhabitare facit. Sed iam, quid dominus ei dicat videamus.

*ps. 26.*

*ps. 28.*

Ingrederere, ait, tu & domus tua in arcam.

Reuera non solum vult dominus Deus serua

ri iustum, sed & totam eius familiam: acerbissimo enim luctu & grauissimo mœrore proculdubio affectus ille fuisset, si quisquam è filijs suis diluuiō perijisset. Seruati itaque sunt filij Noe, nō tam proprijs, quàm paternis meritis. Solā enim patris eorum iusticiam, tantæ liberatiōis causam depromit ipse iudex, dicēs.

Te enim vidi iustum coram me in generatione hac.

Ingrata scilicet, mala, prauaq;: Aduerte autē, superius Noe dictum fuisse iustum & perfectum: hic dumtaxat dici iustum, vel quia supra loquebatur homo, nempe Moses: nūc Deus. Satis autem superq; est, vt is, qui videtur hominibus

*minibus*

minibus iustus, & perfectus, apud Deum iusti nomen obtineat. Nihilominus attende, quanto maius sit, esse iustum coram Deo, cuius intuitus falli nō potest, quàm fuisse iustū & perfectum in generationibus suis pessimis moribus deprauatissimis: quæ, quāuis essent alioqui probæ: iudicio tamen falli poterant. homo enim videt ea, quæ patent: Deus autē intuetur cor, vt ad Samuelem dominus dixit. Nam & ne hominū certum putemus esse iudicium, apud Hieremiam quoq; idem dominus dicit: Præuam est cor hominis & inscrutabile: quis cognosceret illud? Ego dominus scrutans cor, & probans renes, qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinventionum suarum. Patet ergo solum Deum nosse cogitationes hominum. Christus ergo Deus est, qui vidit eorum cogitationes. denique maximi proculdubio faciēda est huius viri iusticia, quæ Deo adprobata nobis commēdatur. Vel certe ideo dictus est in superioribus iustus & perfectus, hic autem tātum iustus, quoniam iuxta Ethicē, laudatio lōge plenior esse debet, absente eo, quem laudamus, quàm præsentē, vt enim par est eūctas absentis virtutes interdum laudando percurrere: ita, si præsentem laudes, oportet nonnunquā quædā illius præclara facta, dictaq; alibi pluribus celebranda, non maligne, sed prudēter subticere. Ne vel amplior laus, quanquā debita, adulationis notam subeat: neue ei, qui laudatur, sit incitabulum quoddam, quo superbius de se sentiat. Rara est enim inter mortales tam vera animi modestia, quæ dulcedine laudis non tægatur. quare periculosum est pro meritis, non modo velle laudari, sed laudem quoq; admittere, & si eam non appetas periculosum inquam est velle laudari cui nō licet superbire. Quod autem dixit: In generatione hac, præter id quod ad summam huius præclari viri laudem spectat, vt pluribus superius explanauimus: illud quoque notandum, hoc loco in Hebræo non haberi תיך in tholedā, quæ vox Hebræis sonat ipsam gignendi actionem, vt ibi, Hic est liber generationis Adam: & apud Matthæum: Liber generationis Iesu Christi. Sed scriptum est תיך dor, quæ nationem, gentem, & familiam, nec non ætatem, & seculum designat. In hac igitur generatione dictum est, pro, In hac gente, natione vel ætate. Sicut & apud Matthæum Christus: Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. vbi generationē pro gente & nationē posuisse constat. Iam verò præscribit ei modū, quem seruet in introdu-

*1. reg. 16.*

*Hiere. 17.*

*Supra. 5. Mat. 1.*

*Mat. 24.*

endis in arcam cæteris animantibus dicens. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculinum, & fœminā: de animantibus verò immundis duo, & duo. Sed & de volatilibus cœli, septena, & septena, masculinum, & fœminam, vt saluetur semen super faciem vniuersæ terre.

Ex omnibus, ait, animantibus mundis. nō quæ aliqua animātia suapte natura, vel munda sint vel immunda: sed quod multo postea lata de eis lege, aut munda, aut immunda essent habenda. vnde & ipsa lege per Christum abrogata, sublata est istiusmodi mundorum, immundorumque animalium discretio, secundum illud, quod Petro in discretos cibos aucto fanti à Domino præceptum est: Quod Deus mundauit, tu commune ne dixeris. Enimvero iure optimo quæres. Quomodo nondum lege prolata animalia munda ab immundis Noe potuit discernere? forsitan illorum discrimen diuino reuelatu cognorat: aut ea mundorum, immundorumque distinctio ante datam legem, sicut quædam alia, seruabatur. Ceterū naturalis ratio solum peccatum suapte natura immundam putat: sensus autem, eā tantum quæ horret, & fastidit, quasi immunda auersatur & reijcit. Sanctio autem diuina, quæ ad significandam morum fœditatē apta nouit, immunda censuit. E contrario munda per se sunt, quæcunque proba sunt, & honesta: deinde vniuersa illa, quæ per se pulchra sūt, & sentientibus grata & suauia demum cuncta, quæ Deus statuit humanarum actionum castitatem, atque mundiciem adumbrare, autore Ricardo de Sancto Victore. de animantibus autem immundis loquens nō dixit, fordidis, fœdis, aut pollutis: sed immundis, hoc est, non mundis: Lex enim domini immaculata, & quæ veraciter ait: Puri sunt omnes sermones mei. frequenter ea, quæ turpia sūt & spurca, quadam verborum mundorū circuitione tegit insinuatq;: quod doceat, se penē inuitam in turpium mentionem descendere: & vt homines admoneat in tantum se peccatorum sordes auersari, vt eas veluti nœuos quosdam pulchram faciem deturpantes in sermone suo omnino vitet. Quis nesciat, quanto pe re liberator noster cauit, ne castum illum Euāgelicę maiestatis vultum cœlesti quadam pulchritudine decorum, vel tantilla carnalium turpitudinū

*Act. 11.*

*Ricard.*

pitudinum mentione macularet. Nusquam enim tam vagi, quam coniuugalis congressus meminit, nisi cum necesse fuit, & antiquorum errata corrigere, & imperfectas ea de re traditiones emendare. Diuinus quoque Apostolus, cum necessitate compulsus, velut tertio quodam sublimium speculationum celo ad terram sese demittit, vt pudendas carnis spurcitas vehementissima orationis pudicissimæ grauitate damnet. confundat, & reprimat, sæpius mauult eas intelligi, quàm exprimi. hinc illud: *Quæ autem ab illis in occulto fiunt, turpe est dicere.* Quare doctor Euangelicus casta, quo ad id fieri poterit, mundaque dictione populos ad pietatem, pudicitiam, castitatem, frugalitatemque, colendas alliciet, mouebit & impellet: ne si nimius & explicatior in vitijs præsertim luxuriosis carpendis fuerit, aut castas audientium aures offendat, aut eorum animos maculosos turpium voluptatum imaginibus inficiat, oppleatque; talibus fœdarum delectationum memorijs, quæ non facile mansuetudinis expelli queant, quin sua ipsarum improbitate quedam carnis titillamenta ciat, quæ licet probas mentes minime trahant, defatigent tamen. Super eo autem quod superius scriptum est de animantibus mundis Septena & septena: & hic, De animantibus vero in mundis duo & duo, est considerandum: quæ tamen Hebræi, quàm Græci vtuntur nominibus numeralibus conduplicatis pro diuiduis nominibus, quæ Latini vsurpant ad certos paresque, numeros designandos, qualia sunt bini. æ. a. terni. æ. a. itaque; pro eo quod nos dicimus, bini, Hebræi dicunt *שְׁנַיִם שְׁנַיִם* Senaiim Senaiim, & Græci *δύο δύο* nulla interposita cōiunctione. id quod & Augustinus annotauit in libro, De locutionibus veteris testamēti. Quare sicut supra traducendum fuit, non bis: Septena & Septena: sed semel tantum, Septena: tantundem enim valet apud illos septem duplicatum, quantum apud nos simplum septena: sic & hic interpretandum fuit semel tantum Bina: tantundem enim valet apud nos simplum bina, quantum apud illos duplex, Duo duo. Facit & ad hoc plurimum quod nec apud Hebræos, nec apud Græcos inter hos numeros intercedit vlla coniunctio. Sed habet, *שְׁנַיִם שְׁנַיִם* Sibghá Sibghá. & *שְׁנַיִם שְׁנַיִם* septem septem. item senaiim senaiim, *δύο δύο*, duo duo. Quod euenit, quia hi numeri nõ agglomerantur in seipsos, vt summam maiorem reddant: sed replicantur, vt per eosdem numeros distribuât, ea quæ diuiduntur. Quod igitur

*Eph. 5.*

tur est in Hebræo, atque Græco, septem septem, non vtiq; faciunt quatuordecim, sed septena, id est septem ex qualibet mundorum animalium specie. & quod est, duo duo, non faciunt quatuor, sed bina. i. duo ex quolibet immundorum genere. Hanc profecto rationem secutus est interpret Marci. 6. & Lucæ. 10. in quibus locis agitur de missione discipulorum ad munus Euangelicum. Nam pro eo, quod est in Græco *δύο δύο*, id est, duo duo, nõ vtiq; traduxit duo duo. i. quatuor: sed binos, id est, per paria, siue per iuga: vt intelligas omnes duodecim missos esse. Sed sena iuga. i. sexies binos. Eadem ratio obseruata est ibidem: Facite eos discumbere in partes centenos & quinquagenos. His deniq; constantibus, manifestum est, ex singulo quoque animalium mundorum genere intrasse arcam tantum septem, tres mares, tresque, fœminas: atque septimum translato diluuium immolandum. At vero ex singulis animantium immundorum formis constat ad eandem rationem ingressa fuisse tantum duo, alterum marem, alteram fœmellam. Superat autem fere triplo mundorum numerus immundorum numerum: tum, vt plura essent, quæ hominibus prodesse, quàm ea quæ nocerēt: tum, vt ait Chrysostomus, vt superessent hostiæ pacificæ viro iusto: quas Deo ageret egressus ab arca, quod cum alijs pereuntibus diluuium non fuerit obrutus. Quo tendit hic tot animalium in arcam ingressus? vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ. In Hebræo habet, Ad viuificandum semen. quo sanè dicto patenter eliditur maxime pudendus philosophorum error, qui Dei potentiam, sapientiamque negâtes haud veriti sunt asserere, homines, aliæque animalia vbiq; terrarum temere, & ex accidente procreata fuisse: atque vel ex terra putrefacta paulatim erupisse, aut ex medio aere repente cecidisse. Quod si olim id fieri contigit: cur postea nunquam simile quid factum videmus, vt equos, aut leones, aut elephantos, ne dicam homines, aut terra sua sponte gignat, aut de celo cadant? Sileant necesse est, quia deprehensi in manifestissimo mendacio, nõ habent quo vanissimam commentationem suam tueantur. Quibus spretis, abiectisque libet cum Psalmista domino cantare, *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua.* quippe quæ te solum totius machinæ mundanæ autorem verissime docet: quæque ita rerum à te mirifice gestarum narrationem digerit, vt vbiq; & iustum principem, & sapientem, misericordem commonstret, qui

*Mar. 6.  
Luc. 10.*

*Mar. 6.*

*Chrysost.*

*Ps. 118.*

qui exactissimo æquitatis & iustitiæ examine simul, & peccatores deles, & iustum seruas. Quis non miretur absolutissimum magnificentissimæ sapientiæ tuæ opificium? qui adeo perfectas gignentium vires seruasti: adeo viuifica vi genitalia femina confouisti, vt multiplici, frequentissimaque, fœtura breuissimo temporis curriculo ex pauculis seruatis totus terratum orbis suis iterum colonis repletus fuerit. Vrget autem dominus ipsum Noe adimplere mandata, admonens eum iam iam diluuium instare dicens.

Adhuc enim & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terræ.

Tradunt Hebræi dominum hos septem dies donasse curandæ sepulturæ Mathusalem, qui fuit vir propheta meritis & pietate insignis. Sed verisimilius est, Deum ex superabundanti misericordia hos septem dies periclitanti mundo superaddidisse, si forte consummata arcae fabrica, conuenientibusque, cunctis animantibus, & reptilibus, & volucribus ad Noe, & arcam ingredientibus, quæ etiam ferrea pectora mouere possent, mortales ad credendum Noe imminens excidium prædicenti tãdem excitarentur: vt demum tam insuetis rebus, tantisque, terroribus, veluti quibusdam stimulis acti, resipiscerent, & ab ipso Deo summis votis veniam, ereptionemque, ab extremo damno peterent. Quem non moueret, quod terribiliter intonat? Ego pluam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terræ. pro Ego pluam, in Hebræo est *אָנֹכִי אֶפְרָח* anochi miamtir. i. ego plues, vel potius faciens pluerè: Sic enim per tempus præsens significantius, quàm per futurum proferatur instans aquarum diluuium, solaque vitæ prioris mutatione mortalibus euitabile. Hoc etiam tropo in Euangelio excidij statim futuri instantia significatur. Iam quidem, inquit, ad radicem arboris securis posita est: omnis arbor non ferens fructum exciditur, & in ignem iacitur. Firmatur & hoc loco, id quod superius notauimus, maximam hanc aquarum inundationem, quæ totus terrarum orbis fuit obrutus, nequaquam aliqua syderum vi accidisse: sed solo Dei, qui temperat omnia, nutu.

*Luc. 3.*

Ego, inquit, faciens pluerè: ac si dicat, Ego ipse, & non alius per me ipsum diluuium induco.

Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei dominus.

Profecto beneplacitum iusti in obedientia cõprobatur omnimoda: præsertim cum pareat imperanti, non solum in obeundis prosperis, sed etiam in perferendis aduersis: in quibus plus valet aliena, quàm sua voluntas. non enim aduersa toleranda susciperet, nisi eum, aut diuinum præceptum vrgeret, aut consilium inuitaret. Væ, inquit Paulus, mihi, si non euangelizauero: necessitas mihi incubit. Illud quoque notandum, quod supradictum est: Corrupta est omnis terra coram Deo, non, Corã domino: quia terræ corruptio diuinam vltionem exigebat, quæ ad nomen iustitiæ pertinet, quod *אלהים* elohim, id est, Deus. hic autem, vbi agitur de seruando Noe, ponitur Dominus, id est, *יהוה* iehoua, quod nomen Dei beneficentiam notat.

*1. Cori. 9.*

Eratque sexcentorum annorum, quando diluuij aquæ inundaerunt super terram.

Quingentorum etenim annorum erat Noe, quando Deus induendum diluuium mortali bus minatus est, dixitque: Erunt dies illius centum viginti annorum. A gente autem eodem Noe sexcentesimo vitæ suæ annum, inductum est diluuium. viginti ergo anni de tota illa summa succisi, subductique sunt: quia illi, non modo in suis peccatis impoenitentes perseuerabant: sed etiam indies grauiora prioribus facinora edebant. Auferendi igitur fuerunt de medio ante præscriptum terminum: vel quia desperabatur eorum emendatio, quæ fuit iustitiæ: vel ne peccata peccatis addentes, grauioribus supplicijs apud Gehennam mortui discruciantur: quod etiam cum ipsa iustitia non parum habet misericordiæ. Additi sunt autem illis centum annis adhuc septem induciarum dies: vt si forte, qui minime penituerant longissimo centum annorum spacio, concesso quàm breuissimo viuendi tempore cautiores redderentur, & resipiscerēt. Sed nulla ratione reuocati sunt, adeo extrema quedã, & obdurata malicia eorum corda penitus occupauerat. Et, vt testatur David rex, & propheta: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Quanto prudentiores, felicioresque, fuere Niniuitæ, qui ad triduanam Ionæ prædicationem penitentes ab immi-

*Ps. 72.*



imminenti clade seruari meruerunt. Deniq; quingentorum erat annorum Noe, quando præcepit Deus, vt arcam faceret: & sexcentorum, cum eam est ingressus. vnde aper. e colligitur per totos centum annos arcam fuisse fabricatam, Tantæ molis erat humanam recondere gentem.

Et ingressus est Noe, & filij eius, vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij.

In qua ille eũ tota domo sua seruatus est. quia scriptum est, A facie mali collectus est iustus. Et ideo in secundo capite epistolæ secundæ Petrus Ecclesiæ secundum Christum princeps de hoc iusto recte ait. Prisco mundo Deus nõ pepercit, sed octauum iustitiæ præconem seruauit, diluuiõ mundo impiorum inducto.

2. Pet. 2.

De animantibus quoque mundis, & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur super terram duo & duo ingresa sunt ad Noe in arcam. masculus & fœmina, Sicut præceperat ei Deus.

Vide quomodo prouidentia diuina non tollat prudentiam humanam: sed eam sibi coniungit. Nam quæ solius Dei sunt, solus ipse præstat: ea verò, quibus cooperari potest humana facultas, ab homine præstanda diligenter exigit.

Cumque transissent septē dies, aquæ diluuij inundauerunt super terram.

Vbi sunt qui domini minas contemnant? Ecce inuitabilis, & non credita calamitas inter oscitantes sceleratos oppressit.

Anno sexcentesimo vitæ Noe mense secūdo septimo decimo die mensis.

Si volumus scire, quo anni tempore aquarum diluuium inundarit, opus est præscire, quis fuerit mensis iste secūdos. Pro quo melius explicando est aduertendum, nonnullos autores esse, qui tradant, mūdum primo Vere fuisse conditum: tum quod tunc primum nõ tantum herbæ fructices, & arbores parturiunt, &

germinare incipiunt: sed & animantia gignē di libido in coitum præcipue stimulat: tum, quod eidem tempori congruere aptissimè videtur, quod in ipsa prima mundi constitutione Deus dixit: Germinet terra herbam virentem, & fructum pomiferum iuxta genus suū.

Supra. 1.

& ad animantia: Crescite & multiplicamini, & implete terram. Sed quoniam opera Dei perfecta sunt, vero similis est in primo Autumno Deum produxisse mundum, quando & fruges & fructus maturi sunt & perfecti, humanoq; vsui accommodatissimi. plæreque namque, aut omnes arbores fructibus suis creduntur onustæ fuisse, cum homini ex omni arbore quæ erat in paradiso, vnã dumtaxat excepta, comedere præceptum est. Qui ergo priorem sententiam tenent, hunc secundum mensē esse putant, quem Hebræi vocant יָאֵר iār, qui cum maiori, postremaq; Aprilis nostri, & prima Maij parte concurrat. Qui autem posteriorem, secundum anni mensē arbitrantur יְשׁוּבָה Martheuā, quem nos Octobrem appellamus, hi quoq; nimirū existimant secundum hanc posteriorem rationē menses totius anni fuisse ordinaros à mundi creatione vsque ad diluuij tempora, immo & vsque ad exitum filiorū Israel de Aegypto. tunc enim mutata est hæc annus inchoandi ratio, & ab Autumno in Ver translata, cum ob insignem Israelitici populi liberationē, tum ob insigniorem humani generis redemptionem olim præsignatam, & eodem anni tempore per Christum consummatam. Denique hæc ita se habere, constat eo, quod dixit dominus ad Mosē: Mensis iste vobis principium mensium: prius erit in mensibus anni. Non dixit simpliciter, Principium mensium, sed apposuit Vobis: ac si dixerit, Quamuis natura rerum antehac aliud tulerit, deinceps tamen vobis ex lege hic erit mensis primus. Ex quo & illud non ab re conijcio, menses vsque ad id tempus fuisse solares: inde verò per lunas digestos: idq; hoc pacto, vt apud Hebræos sit primus anni mensis יָאֵר Niçan qui prope semper Martio nostro respondet. Secundus יָאֵר iār, qui nobis est Aprilis. Tertius יְשׁוּבָה çiuān Maius. Quartus תַּמּוּז Tamūz Iunius. Quintus אָב Ab, Iulius. Sextus אֱלּוּל Ālūl Augustus. Septimus תִּשְׁרֵי Tisrī Septēber. Octauus מַרְחֶשְׁוֹן Martheuān October. Nonus כִּזְלֵו Chizléu, Nouēber. Decimus תֵּבֵת Tebēth Decēber. Vndecimus סֵבַת Sebāt Ianuarius. Duodecimus אֲדָר Adār Februarius

Exod. 12.

Februarius deinde אֲדָר Adarseni. i. Februarius secundus, qui & אֲדָר יִבְרִי hibūr dicitur. hoc est ἐμβολισμός. i. intercalaris. hic est em apud Hebræos mēsis quidā interiecticius à tertio in tertium annum recurrrens. Nā cū mēses apud Hebræos sint lunares, atq; duodecim lunæ reuolutiones ter cētū quinquaginta quinq; dies tantū reddāt, liquet deesse dies decē vsq; ad solaris anni cōplemētū: quibus quidē decē diebus ter replicatis tertio quoq; anno Adarseni. i. Februariū secundū cōstituunt ac subinde oēs huius tertij anni mēses sūt numero tredecim. de lunaribus loquor, nā solares sunt dūtataxat duodecim. Hinc forte vsu venit alios Ecclesiæ catholicæ doctores tradidisse, dñm Jesum ex beatissima virgine Maria natū fuisse mēse à cōceptu tēporali decimo, alios aut nono: nēpe, q̄ illi lunæ, hi aut solis circuitus rationē secuti fuerit: ac perinde vtriq; verū dixisse cōprobantur. Quæ, cum ita habeāt, nos inde à litera ad spiritū conscendentes, illū summū optimum, atq; sapientissimū pro tēporum varietate rerum omnium moderatōre cōprecemur, vt per ipsius munificentissimā beneficentiā, & iucundissimā bonitatem plenitudo optatissima illa lunæ solisq; .i. legis & Euangelij duodecimi Patriarchis, duodecimq; Prophetis, totidēq; Christi Iesu dñi nostri Apostolis cōsecrata, nobis fœliciter obtingat. Deniq; anno mense ac die prædictis,

Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ: & cataractæ cœli apertæ sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.

Rupti, ait, sunt fontes abyssi magnæ. nõ ocio se addit, magnæ. est enim abyssus quælibet incōpenetrabilis aquarū profunditas. sed hic abyssum magnam appellat vastissimū maris Oceanipelagus. nam quia peccatum erat maximū maxima inundauit abyssus, vt iuxta mensuram delicti esset plagarum & modus. Soluti itaq; sunt prius fontes abyssi magnæ, simulq; pluit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: postea, proxime tamen, diluuium inundauit, primum enim aqua repente erupit, continenterq; crescens paulatim in altum surgebat, vt præsentaneum vitæ discrimen mortales oculis suis cernentes, vel cūcti, vel plures, vel certe nonnulli peccatorum suorum pœniterent: deinde tota mole sese diluuium terris infudit, vt cūctos pariter incredu-

Deut. 25.

los inuolueret. Quia tamē Deus nõ continēt in ira sua misericordias suas, quādiu clementiæ locus restat, eos qui tunc perspecto tanto discrimine verè, pleneq; respuerunt: nec negandū est aliquos fuisse tales, piū est credere, quamuis ad præsens moreretur, seruatos fuisse; ne cū impœnitentibus perirent in æternū. Verū & in hoc non tā nostrā tradimus, quā Diui Hieronymi sententiā, eā, quoad melius saniusque possumus, reuerenter explicantes. Quam quidē sententiā autor ille posuit exponens illud Prophetæ Naum, Quid cogitatis contra Dominū: cōsummationem ipse facit: non cōsurget duplex tribulatio. i. vt Septuaginta translulerunt, Non iudicabit bis in idipsum in tribulatione: hoc est: quoties in hac vita homo verè erratorū suorum pœnitens intergras pro peccatis suis pœnas dederit, nullas alias in alia vita patietur. Subscribit & huic sententiæ Diuus Chrysostomus, Cataractas autē vocat, cœlestes aquarū scaturigines, à quibus pluuia tāto impetu ferebatur, vt ruere potius, q̄ descendere videretur. Dicit aut sunt cataractæ à Catarreo verbo Græco, quod est defluo. At verò אֲרַבּוֹת Arubōth Hebræis fenestras sonat, quò verbo purant illi insinuari, simul cū pluuia cadente intonuisse cœlū maximis horrēdisq; tonitruis & flāmeis fulguris æthera dispēnduisse: quæ cum sunt attonitis videtur mortalibus cœlos ipsos discindi, & intatissimas fenestras aperiri. Quinetiam viri cuidam hac ætate satis erudito probabile visum est, cœlū ipsum, quod Scriptura vocat firmamentum, pluribus in locis reuera patuisse, vastissimāq; inde aquarū flumina maximo cū fragore fuisse delapsa. Nec mirū, ait ille, si quidem inter aquas superiores, & inferiores positū esse firmamentū certissime Sacre asserunt literę: Super cœlestes quoq; aquæ sepe sæpius celebrātur. Cū igitur supra cœlum sint aquæ, quæ à nonnullis etiam cœlum crystallinum vocentur, hæc nimirum, patefacto cœlo, horribiliter eruperunt: breuique totum orbem inundauerunt. Nam his quoque aquis erat opus ad efficiendum generale diluuium. Alioqui, si imbribus tantum res acta fuisse, non modo quadraginta dierum ac noctium spacio tantum diluuium non effectum fuisset, sed ne quadraginta quidem annorum. Hæc ille forsitan audacius. Nam Deus ipse, qui dixerat, Congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida, potuit etiam dicere, Effundantur aquæ de loco vno, & operiatur terra. Sine vera igitur firmamenti diuisione, dilabentibus ex aere vastis imbrium fluentis,

Naum. 1.



& erupentibus abyssi magnæ fontibus, aquæ tantû augeri potuerunt, vt quindecim cubitis môtium cacumina superaret. Et facta est pluuia super terrâ quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Ergo toto illorû dierû, noctiû que spacio indefinêter cõplutû est, nullo dato mortalibus respirandi interuallo. Et egregius mûdi liberator quadraginta quoq; dies, & quadraginta noctes absq; vlla perpetui ieiunij intercapedine prælusit sacri baptismatis diluuiû: quo veterê hominê nouo delecta lauacro. **Quadraginta** item diebus & quadraginta noctibus, vt tradût, non modo phisici, *Augusti.* sed etiã Augustinus, fœtus humani formatio in matris vtero perficitur, vt subinde animitur: & eodê tẽporis spacio per diluuium deformatur, deleturq; homo, quem, vt Christus reformet atq; restauret, sub mystico eorundẽ dierû numero quadragesimo à nauitate die præsentatur in tẽplo: vt p̄ciosissimo Patri celesti munere oblato, homo pessimè venditus optimè redimatur. **Quadraginta** quoq; horis dñs in sepulchro iacet, vt aquis sepultos in vitâ sulcitet, erigatq;. **Quadraginta** demû diebus per vrgentia signa suã à mortuis resurrectionem confirmat: vt humanã naturã ab infestissimis miserandæ mortalitatis fluctibus ereptam totã gloriosam in supremû coelû mirabiliter cõuehat. Nimis longû esset, si nunc quadragenarij numeri sacramêta amplius enarrare pergeremus. Sequitur autem.

In articulo diei illius ingressus est, Noe, Sem, & Chã, & Iaphet filij eius, vxor illius, & tres vxores filiorû eius cû eis in arcã: ipsi & omne aïal iuxta genus suû: vniuersaq; iumêta in genere suo: cunctumq; volatile secundum genus suum: vniuersæ aues, omnesq; volucres ingressæ sunt ad Noe in arcam.

Enimvero quod dixit In articulo diei illius, subaudiendum est Sextidecimi, mensis secundi. Nã cû ingressus est arcã, puenit diluuium: quod decimo septimo die. cœpit inũdare. Ergo vltimo illorum septem dierum, post quos dominus prædixerat inducturû se diluuium, Noe est arcã ingressus. Porro pro articulo illius diei in Hebræo est **בַּיּוֹם הַזֶּה** beghêzem haióm hazé. i. in ipso met die. Sic e-

tiam Septuaginta **ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ** in hac die. Hieronymus aut̄ innuit Noe diei illi<sup>o</sup> oportunitatẽ obseruasse, quẽ à Latinis interdû articulus vocatur: atq; in ea occasiõe. i. opportunissima, & maxime idonea illius diei hora arcã ingressum. Porro veritatẽ Hebraicã Hieronymus paulo post expressit, cû vertisset: Eadem die ingressus est Noe cum filijs suis in arcam. Denique ingressa sunt.

**Bina & bina, ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ.**

Augustinus argutẽ quidẽ: Præceperat superi<sup>o</sup> *Augusti.* septena & septena de mûdis: duo & duo tolli de immûdis. quomodo ergo dicit nûc, Duo & duo intrasse, siue de mundis siue de immûdis? sed hoc refertur non ad numerû mûdorû & immundorû, sed ad masculû & fœminã: in omnibus enim duo sunt masculus & fœmina. Quod verò dicitur, In qua erat spiritus vitæ, nõ solû de hominibus, sed & de pecorib<sup>o</sup> dictû est: quia quidã de Spiritu sancto volunt intelligi, quod scriptû est, Insufflauit in facie eius spiritû vitæ. Sed quidã codices habet melius Flatû vitæ. p̄ doctẽ igitur Hieronym<sup>o</sup> *Hierony.* traxit spiraculû vitæ quod de spiritu aïali conueniẽter quoq; dictû intelligitur. vnde euestigio subiûxit, Et fact<sup>o</sup> est homo i aïam viuẽtẽ.

Et q̄ ingressa sũt masculus & fœmina ex omni carne introierũt.

Primû em̄ enumerauit aïantia in arcã ingressura: postea ostẽdit ingrediẽtia. vltimo narrat quæ fuerũt ingressa. Deniq; cũcta gesta sunt. Sicut præceperat ei Deus.

Nouerãt enim bene vir bonus ac prudẽs, nullo modo posse se suaque seruari, si ad amissim diuini mandati cuncta decreta executus nõ esset. Pro eo autem quod sequitur.

**Et inclusit eum Dñs de foris.**

Targû sic habet: Et protexit Dominus super eũ. Hebraica ad verbû **וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּיַּמַּיִם אֶת נֹחַ** vaiizgór Iehouã baghadó, & clausit Dñs pro eo. Quod ergo homo facere nõ poterat, dñs fecit: & ne aquæ per tabularû cõmissuras ad arcã interiora penetrarent, cuncta quæ aquis peruia esse poterãt, solidissimo bitumine obturauit. Tunc em̄ cõmodû se diuina virtus ostẽdit, quãdo pijs, atq; probis hominû conatibus suæ ipsorû vires deficiũt. Vnde Paulo carnis stimulo laborãti à Deo respõsum est, *2. cor. 12.* Sufficit tibi gratia mea: nã virtus in infirmitate perficitur. Significantius in Græco **δυναμὶς μου** potentia mea in imbecillitate perficitur, hoc

hoc est, perfectẽ ostenditur. Fecit insuper dñs hac clausura securû iustum, ne alicũde sibi timeret, qui Dominû sibi præsentẽ vsq; ad huiusmodi clausurã sentiebat. Quod aut̄ adiecit Foris secus, factû ita est, vt ne posset videre vir iustus generalem omnium interitû, qui fiebat: vnde maiore dolore conficeretur.

Factumq; est diluuium quadraginta diebus super terrã: & multiplicatæ sunt aquæ. & eleuauerũt arcam in sublime à terra: vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ:

Crescentibus igitur aquis, sursumq; se tollentibus, simul cum eis paulatim eleuabatur arca. Mirumq; fuit, & facultatis diuinæ dumtaxat, non fuisse illam, aut scopulis illisam, aut ventorum vi dissutam, aut fluctuum impetû hiasse, tanta denique pluuiarum mole nõ esse demersam, cum toto anno fluctuarit. hoc em̄ est, quod admiranter subditur.

Porro arca ferebatur sup aquas: & aquæ præualuerunt nimis super terram.

Paulo superius traduxerat, Inundauerunt, cum vitrobique sit verbum **וַיִּבְרָא** gaberû, quod dupliciter intelligi potest. vno modo vt sit, Præualuerunt, idem quod Multiplicatæ sunt. vt *Iob 36.* Job Indicabit eis opera eorum, scelera eorû, quoniã multiplicata sunt: & in Psalmo, Præualuit misericordia eius super timentes se: pro eo quod est, Multiplicata est. altero modo potest valere quantum Roboratæ sunt, quæque, scilicet, obuia superantes: ita vt rapido quodã impetu omnia prosternerent, domos, mœnia arces, turresq; firmissimas, ceteraq; id genus. videturq; interpretes vtrunq; significationẽ repperisse, dum traduxit, modo Inundauerunt, modo Præualuerunt. Siquidem vtrunq; tũc temporis accidit.

Opertiq; sunt omnes mōtes excelsi sub vniuerso cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.

Etenim, si terra Olympi, vt tradit historia, potuit inuadere spacium tranquillû aeris, vbi di-

citur, Nec nubes videri, nec vētus sentiri: cur nõ & aquæ crescendõ longẽ altius euaserint?

Consumptaque est omnis caro, quæ mouebatur super terram, volucrum; animantium, bestiarum, omniumque reptiliû, quæ reptant super terram, vniuersi homines, & cuncta, in quibus spiraculû vitæ est super terrã, mortua sunt.

Artificiose expositione, & totius cladis enumeratione vniuersam ipsam stragem ante oculos posuit. Et ne quis vilo modo existimet, horrendam hanc rerum deuastationem casu aliquo & non diuino nutu accidisse, iterum atque iterum Deum ipsum inducit eiusdem autorem dicens:

Et deleuit,

Non dubium, quin Dominus Deus,

Omnem substantiam, quæ erat super terram ab homine vsq; ad pecus, tam reptile, quam volucres cœli: & deletæ sunt de terra.

Sunt qui putant, neque terræ qualitatẽ talem, neq; altitudinem montium tantam ante diluuium fuisse, qualis & quanta est hodie, quasi ex diluuiio fuerit telluris facies diluta, a-bolita; atq; detrita; deformataque, ac torrentium vi effosa in latus vtrunque discessisse: ac subinde profundius quã antea valles subsedisse, montesq; altius multo surrexisse. Ad-didit & Alchuius: Ideo terrena potius animalia, quã aquatilia diluuiio perijisse, quia *Alchui.* terrestria de maledicta tellure cibum carpentes viuunt. Amplius videri potest, quæ in aquis præ his quæ degunt in terris seruata fuisse: quia illa nec inter se, nec cum vllis diuersi generis animantibus viam suam corrupetãt. Et, quod spiritualius est, quoniã seruati pisces aptissimo symbolo p̄ferebant eos, qui in salutarib<sup>o</sup> sac̄ifici baptismatis aquis degũt demersõ in baratrû mûdo, nullatenus interire, modo inceptã vitæ sanctitatẽ pie ac diligẽter seruare studeant: vel certe quæ nostra est infirmitas, aliquando amissam præsentissimo veræ penitentia remedio recuperare contendãt. Deus enim, qui peccatoris penitentiam

indixit agendam, proculdubio poenitentibus veniam promisit. Nam quæ diuina oracula peccatorum remissionem pollicentur, nulla ex parte sunt minus certa, quam quæ peccantibus poenas minantur.

Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca.

*Hebr. II.* Hoc est enim quod Apostolus in vndecimo epistolæ ad Hebræos capite inquit: Noe fide responso accepto de his, quæ adhuc non videntur, metuens aptavit arcam in salutem domus suæ: per quam damnauit mundum: & iu-

stitiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus. Obtinuerunt aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Signanter dicit Obtinuerunt, quia post quadraginta dies incrementi aquarum, ceterum & quinquaginta tenuerunt excellentiam, & statum suum aquæ super terram seruauerunt: donec die centesimo nonagesimo primo à prima eruptione minui cœperunt. Id quod amplius sequenti capite liquebit, in quo de exhauriendo diluuii pluribus agitur.

Caput octauum.

Recordatus est autem Deus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in arca.

**R**ecordari dicitur Deus: non quod in eum cadat obliuio: sed quia meminisse videtur, cum iam iam auxiliatricem manum porrigit ad liberandum, quem quasi oblitus calamitatum fluctibus iactari permiserat. Notandum & hoc loco iuxta multiplicem nominum Dei rationem, quam superius ex Hieronymo proposuimus, quod ubi Deus erat iure suo peccatores deleterus, positum est nomen tetragrammaton: habet enim sic: Dixit dominus, Delebo omnem substantiam: quod quidem nomen Deum ipsum misericordem adsignificat. quo insinuat magnos & incorrigibiles peccatores crebro scelerum suorum graditate obstruere aditum diuinæ misericordiae, & veluti compellere suapte natura elementem, vt seueriori iudicio in malorum pertinaces abutatur. Rursus ubi mundum sua ipsius bonitate restitutus est, positum est nomen Elohim, eundem Deum iustum denotans. ait enim: Recordatus est autem Deus Noe. quod ostenderet iustos pietate sua Deo acceptissima tantum apud offensum iudicem valere, vt ille in ipso ultionis articulo eorum gratia seueritatem in clementiam conuertat. Recordatus est autem Noe, quia placuerat domino, quia illum solum iustum inter homines illius tempestatis inuenerat, quia cum eo pepigerat. Recordatus quoque est cunctorum animantium qui cum eo erant. vt quæ admodum alia cum perdendis perierunt: ita hæc cum seruando seruarentur. In varios enim hominum vsus vel manifestos vel occultos re-

liqua fuerunt animantia condita. Sed cur in tam insigni recordatione memoratis brutis animantibus, filiorum Noe mentio non est facta? Quia illi pereunte mundo custoditi sunt, ne simul cum alijs interirent, haud tam proprijs, quam paternis meritis. id quod Ecclesiasticus testatur: Noe inuentus est per se perfectus, iustus: & in tempore iracundiae factus est reconciliatio: deo dimissum est reliquum terræ, cum factum est diluuium. Denique recordatus est Deus Noe, vt eum eriperet. Si modum quæris ereptionis, en tibi.

Et adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ.

Constat nimirum hoc loco spiritum pro vento fuisse positum, fuisseque adeo validum & virentem, vt & aquas penetrarit & absumpserit, & terræ faciem exiccarit. nam & simile quiddam habetur in Exodo de mari Rubro in partes discisso, fundoque eius penitus exiccatum: Cumque extendisset Moses manum suam super mare, abstulit illud dominus flante vento vehemēti & vrente tota nocte, & vertit in siccum. Omnipotens autem & sapientissimus Deus, qui poterat quippe genus hominum absque diluuii disperdere, poterat & sine ventorum flatu à superficie terræ aquas depellere. sed ille summa dispensatione, quoad fieri potest, vitur rerum naturalium viribus, in his etiam quæ mirifice & præter naturam morem operatur. tum vt res à

se conditas suis actionibus exornet, ne frustratoria vanaque illarum vis maneat: tum vt captui nostro ea quæ operatur mirabilia congruentissime attemperet: ne imbecillissimis nobis prorsus impossibile videatur id ad quod faciendum, naturam rerum suo conditori obsecuta cooperatur: tum denique vt re ipsa constet cunctis mortalibus, vrgente insensatos diuina ultione contra eos totum terrarum orbem acriter insurgere: & ediuerso aspirante pijs cœlesti numine ad liberandos fouendosque iustos, vniuersas conspirare creaturas. Hinc:

Et clausi sunt fontes abyssi.

Non ait hic, omnes fontes fuisse clausos, sicut supra dixerat eos omnes fuisse apertos. quoniam ad delendum tam vasto aquarum diluuii totum orbem terrarum, opus erat, ne fons quispiam clausus remaneret. cum autem idem terrarum orbis reparandus fuit, eidemque suis restituendus colonus, necessarium fuit nonnullos relinqui fontes apertos, quibus aquis abundantanter fluentibus, animantia cuncta futuris sæculis indefinenter potarentur: & vt vtrique essent argumento, vtriqueque, vi quadam ipsius Dei occulta factum fuisse, partim videlicet eorum aquis manare, partim à manando cessasse.

Et cataractæ.

Scilicet quæ antea fuerant apertæ, nunc quoque clausæ sunt: & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo.

Hæc cessatio facta est post primos quadraginta dies, in quibus aquæ creuerunt. nam postea totos centum quinquaginta dies in eodem statu permanserunt, donec minui cœperunt. hoc est enim quod sequitur:

Reuersæque sunt aquæ de terra euntes & redeuntes.

*Alchui.* Videtur, ait, quod omnis fluviorum decursus per occultos meatus ad Abyssum redeant, iuxta illud Ecclesiastes primo: Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt reuertuntur. Hieronymus quoque hoc loco notare præcipit, quod omnes aquæ, atque torrentes per occultas venas ad matricem abyssum reuertuntur. Eo igitur vnde effusæ fuerant, reuertuntur. Huc pertinet, quod adiecit, Euntes & redeuntes. Vult enim significare, quod totis centum quinquaginta diebus aquæ steterunt immotæ. At cum primum ventum illum vehementem, vrentemque Deus indu-

xit, & aquæ minui cœperunt, & venti illius impulsu agitatae huc & illuc fluere atque refluxere cœperunt: deficcataque terrarum facie Oceanus ipse, sicut ante diluuium facere solebat, antiquum seruas decretum ad littora nota accedere cœpit, ab eisque recedere. Ex quo autem quod mox sequitur.

Et cœperunt minui post centum & quinquaginta dies.

Videtur, quod paulo superius, ubi nos legimus Imminutæ sunt aquæ, commodius poterat interpretari, Et quieuerunt aquæ. quiescere enim significat verbum *שָׁכַח* sachach: sicut & Ester. capit. 7. Et ira regis quieuit. Ipse quoque rerum ordo sic exigebat, vt prius aquæ creuerint, deinde quieuerint, id est, ab incremento cessauerint. demum exactis centum quinquaginta quietis diebus minui cœperint.

Requieuitque arca mense septimo, vicesimo septimo die mensis super montes Armeniae.

Enimvero per Armenia in Hebreo est *ארָרָא* Ararâ, quam Hebræi tradunt, regionem esse Armeniae finitimam, contiguamque. Chaldaica additio habet, Super montes Cardu: quos quidem montes Quintus Curtius vocat Carduos: alij Carduenos. Berofus Chaldaeus quem & Iosephus citat, hæc de Noe & arca tradit: Vnus, inquit, inter gigantes erat, qui Deorum venerantior, & prudentior cunctis reliquis ex probis erat in Syria: huic nomen erat Noha, cum tribus filijs Samo, Iapeto, Chemi: & vxoribus Tirtea magna, Pandora, Noela, & Noëglâ. Is timēs, quam ex astris prospectabat cladem, anno septuagesimo octauo ante inundationem, nauim instar arce coopertam fabricari cœpit. anno septuagesimo octauo ab inchoata nauis ex improviso inundauit Oceanus, & omnia maria mediteranea, fluminaque, ac fontes ab imo ebullientes inundauerunt supra omnes montes ascendentes, atque impetuossimè & supra naturam à cœlo copiosissimis imbribus confluentibus, ita omne humanum genus aquis suffocatum, excepto Noha cum familia sua, quæ nauis erepta est. Nauis eleuata ab aquis in Gordiei montis vertice quieuit: cuius adhuc dicitur aliqua pars esse, & homines ex illa bitumen tollere, quo maxime vtuntur ad expiationem. Hæc ex Berofio ad noticiam antiquitatis huc ad verbum transtulimus. non quod singula eius dicta probemus.

*Curtius Berofus*



**N**am hic, sicut & reliqui Gentium scriptores verisimam historiam Sacrae narrationem partim tenuit, partim deprauavit. Sed & Hieronymus in libro Quæstionum super Paralipomenon talem de arca Hebræorum traditionem refert. Dicunt autem, Hebræi regem Senacherib in templo Dei sui Neirât in reliquijs Arca Noe idoli culturam habuisse. & videtur in hoc commoda vltio diuina, vt Senacherib rex, qui ligno, in quo merito patris filij erepti fuerât à diluuiio, abutebatur in stratum idoli, cui mactare destinauerat duos filios suos, ob tam impiam immanitatem ab eisdem filijs occideretur.

Requieuit itaq; arca mense septimo, vigesima septima die mensis super montes Armenie.

In Hebræo habetur Decima septima. & hic numerus maxime consentit cum illis diebus centum nonaginta vno, in quibus arcam diluuium agitans huc illuc vectitauit vsque ad præsentem diem. nam si supputaueris à die quo diluuium incepit, vsque ad hunc diem, inuenies centum nonaginta vnus summam: qui faciunt sex menses, septemdecimq; dies, depurando cuiuslibet mensis, Hebraico more, viginti nouem dies. itaq; decimus septimus dies mensis septimi fuit centesimus nonagesimus primus dies à principio diluuij.

At verò aqua ibant, & decredebant vsque ad decimum mensem.

Intercurrerunt igitur septuaginta dies à quiete arca vsque ad decimum mensem, ex quibus duodecim pertinet ad mensem septimum; ex reliquis autem quinquaginta octo diebus octauus & nonus mensis constituti sunt. Fluebant igitur, & resuebant aqua, & continuo his septuaginta diebus paulatim deficientes submittebantur, & descendebant vsq; ad decimi mensis initium.

Decimo enim mense primo die mensis apparuerunt cacumina montium.

Ergo cum arca super montes Carduenos resedit, adhuc aquarum moles eos tegebat, ita vt opus fuerit, illam septuaginta diebus paulatim deorsum abire, vt montium cacumina viderentur, modo oculi essent, qui illa possent aspicere.

Cumque transissent quadraginta dies.

Scilicet à primo die decimi mensis, Aperuit Noe fenestram arca, quam fecerat.

Si quæras quo horologio, eum solem Noe interim non videret, hos dies dinumerauerit. ipse nouerit, qui computauit, modo constet, eos illum dinumerasse.

Et dimisit coruum qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccaretur aqua super terram.

Scio & Septuaginta negatione huic loco interponere, sicut & Ambrosius & Augustinus negatiue eundem locum interpretatur. imo & Hieronymus aliquot locis. Nec meum est tantis doctoribus aut lectionem præscribere aut eorum expositioni detrahere. Attamen non mihi videtur à Christiana pietate alienum adnotare, quod videtur, ex Hieronymo abiq; negatione hunc locum transcripsisse, qui glossulas interlineales sacris textibus apposit. Sublata enim negatione, inquit, in Hebræo. Egressus est exiens & reuertens, donec siccaretur aqua.

וַיֵּצֵא אֶת הַכּוֹרֵב יָצֵא וְשָׁב, id est, egressus est egrediens & reuertebatur. sic enim habent Hebraica, atque Chaldaica. Stat & pro hac lectione manifestissima ratio. Nam, si coruus semel emissus amplius non est reuersus, quò obsecro in loco commoratus est: cum aqua siccatam nondum essent? Deinde si sacer historicus coruum regressum negauit, quomodo coheret, quod mox additur, Donec sicarentur aqua? Quid enim sibi vult, Qui egrediebatur: & non reuertebatur, donec sicarentur aqua? nunquid post arefactas aquas est reuersus? quod columba, nec ipsa quidem fecit. Quare vt verbis Elij Antonij Nebrissenis viri inter Hispanos suo tempore eruditissimi vtar: In codicibus vetustis Logobardis Gothicis inter Pœnos, & Latinos **N**7, Nō particula detracta est, Qui ibat & reuertebatur, inquit: qui sensus est manifestus & lectioni consentaneus, quia videlicet, cum terra esset aquis vndique obruta, non inueniens vbi consisteret, ibat & reuertebatur ad arcam, idque identidem faciebat, quod ostendit tempus imperfectum. Nam si coruus reuersus non fuisset, potius interpretatus fuisset per præteritum perfectum, iuit, & non reuersus est. Quid? quod post coruum columba dimissa quoquo versus volitans, nunquam, vbi conquiesceret, inueniens, ad arcam

Nebris.

redijt

redijt & post septem dies iterum remissa, surculum oliuæ detulit: vt credibile sit tantum arborum cacumina cepisse comparere. Cæterum cui hæc non placuerint communem lectionem teneat & classicos orthodoxæ fidei autores sequatur, & legat apologiam Ricardi Cenomani super Psalterium. Coruus igitur ex sententia Noe legationem non executus.

Emisit quoque columbam post eum, vt videret, si iam cessassent aqua super faciem terræ.

Etenim, quia mox vt coruus egrediebatur arcam, ad eam reuertebatur, nec remotius euolabat: emisit columbam, quæ procul à recto aduolare solet: vt ex illius aut missu, aut reditu cognosceret, esset ne facies terræ aquis detecta.

Quæ, cum non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aqua enim erant super vniuersam terram. Extenditque manum suam, & apprehensam intulit in arcam.

Quæstio est. Quomodo columba non inuenit, vbi in insideret, cum montium cacumina tradantur iam aquis nudata fuisse secundum præpositum narrationis ordinem? Respondet Nicolaus, columbam non inuenisse vbi requiesceret, quia terra adhuc erat lutulenta. Id quod, vt viro perdocto libenter demus, erant tam arbores, quibus insideret. nam post septem dies attulit ore ramum oliuæ virentis. ex quo facile arguitur arbores haud omnes diluio fuisse deletas. huc spectat superius de perdendis animantibus sæpe mentionem esse factam, de arboribus autem euellendis nullam. Ex quo videtur proposita quæstio posse facilius solui, si dicamus, Scripturæ autorem vsum fuisse præpostero ordine. scilicet, tam coruum quam columbam emissos fuisse, priusquam montium cacumina apparuissent.

Expectatis autem ultra septem diebus alijs, rursum dimisit columbam ex arca. at illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore suo.

Nō ergo arbores oēs, vt diximus, diluio perierunt. Ramum colubæ attulit, vel vt nidum conderet, vel potius instinctu quodam diuino: vt oliuæ ramo inspecto Noe habitum terræ disceret.

Intellexit ergo Noe, quod cessassent aqua super terram.

Sic videlicet, vt ea in cessui pateret humanorum & colli posset in fruges, fructusque ab ea olim produci solitos.

Expectauitque nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est ultra reuersa ad eum.

Hic sanè locus inuitat, vt repetamus quædam quæ hoc in capite continentur iuxta mysticos intellectus à Diuo Chryostomo quodam in loco diuinitus explanata. Recordatus, inquit, est autem Dominus Noe, pater nimirum filij sui, qui in diebus carnis, cum intrassent aqua aeris cruciatus vsque ad animam eius, patrem deprecans pro reparando homine exauditus est pro reuerentia sua nec solum illius recordatur pater, sed & cunctorum animantium, qui cum Paulo dicere possunt, Nostra conuersatio in caelis est: & omnium iumentorum: qui sub carnis fæce laborantes spiritui seruire conantur, cum eodem

Chryso.

Psal. 68.

Phil. 3.

2. cor. 4.

Nicolaus

Mat. 21.

respondit se nolle mandata subire: adhuc enim erant aquae inobedientiae cuiusdam refractariae super vniuersum eius cor. Sed transactis septem diebus, id est, exclusis septem viris, & inclusis septem Spiritus sancti donis, abiit iterum columba, & venit ad eum in articulo vesperae. poenitentia enim ductus, quod minus vrbane negauerat officium patri, abiit & coluit paternam vineam, redijtque ad eum in articulo vesperae. Omnia enim haec gesta sunt in nouissima hora, id est, in aduentu Christi quando beati illi Discipuli exiccata iam terra calore spiritus orabant dicentes, Mane nobiscum domine, quoniam aduersa spera scit & inclinata est iam dies: discipuli tamen adhuc latebant intra arcam: quia adhuc ianuis clausis praetimore Iudeorum intra domum manebant, & nondum per terram Euangelium praedicantes liberis gressibus incedebant. Refert autem columbarum virentis oliuae. quia omnis palme qui in vite illa ferulissima domino nostro Iesu Christo manet, inde fide viret, spe floret, & charitate fructificat. quia, ille, nempe, Christus ipsius miseris pro eodem voluit tormentorum praelo contudi. Oliua enim & misericordiam praetendit (oleo enim languida fouentur membra) & tribulationes designat, quod praelo contundatur. est & insuper pacis nuncia. ex quo illud insignis ait Poeta, Et ramum praetendit oliuae. Quae omnia proculdubio Christo conueniunt. Ipse enim est propiciatio pro peccatis nostris: ipse autem est propter delicta nostra: ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Tertio demum emittitur columba, & non reuertitur ad Noe. nempe filius ille, qui poenitentia ductus in pastinanda vinea patri officium praestitit, vbi surculo oliuae ostentauit pacem redditam terrae, non redijt ad Noe in arca manentem, id est, in cruce patientem, sed vbiq; terrarum in spiritu regnantem. Ait enim, Et si nouimus Christum secundum carnem, sed iam non agnoscimus eum secundum carnem. Sed haec haec tenus.

Luc. 24.

Vergil.

2. cor. 5.

Igitur sexcentesimo primo anno, mense primo, prima die mensis imminutae sunt aquae super terram.

Vt nullae videlicet aquae praeter consuetas ante diluuium manere, super terram manserint. Esto quod adhuc imbibitae erant in superficie terrae inde lutulentae, sed mox exiccatae: sequitur enim.

Et aperiens Noe tectum arcae as-

perxit: viditque, quod exiccata esset superficies terrae.

Ex hoc loco liquet, Noe non potuisse refraspicere per quam fenestram columbam emisit.

Mense secundo, septima & vigesima die mensis, arefacta est terra.

Animaduertendum est hic diligenter, quod ut superius habes decimo septimo die mensis secundi intrauit Noe arcam. & nunc decurso toto diluuii spacio longoque dierum orbe circumacto vicesimo septimo die eiusdem mensis secundi, ut hic fertur, ab illa exiit. Vnde nimirum colligitur, totum tempus, quo ille fuit in arca fuisse vnum, eundemque integrum annum solarem, id est totos duodecim menses lunares, nec non amplius alios decem dies. Idcirco enim dictum est, illum decimo septimo die mensis secundi ingressum fuisse arcam & vigesimo septimo eiusdem mensis de illa exisse: ut additis duodecim mensibus lunariibus decem diebus, annus solaris integer constaret. Tunc enim temporis annus solaris trecentum sexaginta diebus constituisse puratur, donec Caesar Augustus additis alijs quinque diebus intercalarem annum de medio iustulit. Nec hoc mysterio suo vacat. adumbrat enim, quod Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum: qui verus est iustitiae sol, qui per duodecim signa Zodiaci Apostolici reuolutus, aeternitatis annum nobis potiunda feliciter complet: natum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, id est, eos qui carnalium voluptatum diluuiis, legaliumque caeremoniarum abyssis summersi tenebantur, repressa, suffocataque libidinum tyrannide, antiquatoque statu priori in libertatem filiorum Dei transferret.

Gala. 4.

Locutus est autem Deus ad Noe.

Mirum Noe silentium: Deo enim ei crebro loquenti, nihil fatur. An tacebat pudenda scelerum tempestatis suae magnitudine confusus? dicens cum propheta, Obmutui & silui a bonis. An sciens perfectum esse eum, qui in verbo non errat, secum tacitus inquirebat, Audiam quid loquatur in me dominus: quonia loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor? An clamabat utique? non grandis vocis sonitu, sed ingenti mentis affectu diuinis auspulsabat: sicut Moses: ad quem quamuis ore

psal. 38.

psal. 84.

Exo. 14.

ps. 16.

ore tacentem Deus respondit, Quid clamas ad me? An ex frequenti ipsius Dei ad eum habita locutione, & opportuna valde in tanta rerum calamitate, collata ipsi ope euidenter arguitur quaedam familiarior eiusdem Noe ad Deum precatio. Id quod & sibi euenisse Psaltes colligit dicens, Ego clamaui ad te, quonia exaudisti me: ac si dixerit: In hoc ipso cognoui, domine Deus meus, me ad te clamaue, quod tu exaudieris me.

Locutus est itaque Deus ad Noe dicens, Egredere de arca tu & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum: cunctaque animantia quae sunt apud te ex omni carne: tam in volatilibus, quam in bestijs, & vniuersis reptilibus, quae reptant super terram educ tecum.

Attende obsecro summam viri iusti modestiam. iubete Deo fabricauerat arcam: sed non temere est eam ingressus: sed quicquid, donec expectantem, si forte Deum orbis perituri misereret, diuina iussio ingredi compulit. Iam vero arefacta ad ipsius vorum terra non ingreditur properè, sed praecipuum expectat diuinum. id quod fecit tam pie quam modestè. Non enim solum viri perfecti, sed etiam quicumque ad Deum pleno sunt peccore conuersi, summa modestia coram illo prostrati, omnimodaque obedientia submissi, quicquid supremo rerum parenti placeat, id tantum sibi innotescere, praecipique praestolantur: & cum Paulo dicunt, Domine quid me vis facere? Porro non solum iubet eos arcam exire sed etiam per terram ambulare, & gignenda proli vacare.

Act. 9.

Et ingredimini, ait, super terram: crescite, & multiplicamini super eam.

Cum prius Deus homini benedixit, praecipit ei crescere & multiplicari, replere terram, & subijcere eam. nunc autem, quia diluuium eam iniuriam & incalabilem reddiderat, iubet hominem, caeteraque animantia ingredi super eam, occultè insinuans, non fore vltius mortalibus opus eiusmodi nauigio super aquas fluitante salutem sibi quaerere, cum arefacta terra se iam eis calcabilem firmamque praebere. Quod autem ait, Crescite & multiplica-

mini super eam, replicatio est benedictionis à principio in hominem directae: repetiturque eadem nunc, ut ostendatur, iram Dei in genus humanum esse inducto diluuiio, quasi exaciatam, & veluti deseruuisse: docetque, simul Deum non seruasse octo illas animas, dumtaxat ut illae viuerent: sed etiam ut ex eisdem hominum genere cresceret, & multiplicaretur. Ideoque viri non solum arcam egredi iubentur, sicut eam ingressi fuerant: sed simul cum vxoribus suis: quia tunc tempus erat vacandi ab amplexibus: egressis autem ab arca opportunum erat & necessarium thoro casto & immaculato operam dare.

Egressus est ergo Noe, & filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius: sed & omnia animantia, & iumenta & reptilia, quae reptant super terram secundum genus suum egressa sunt de arca.

Haec omnia distincte a deo, & sigillatim exisse traduntur: ut doceamur, nullum animal, aut morbo, aut vi, aut casu aliquo intra arcam mortuum fuisse. sicut intra Christi Ecclesiam nullus spiritu moritur: nisi qui, vel numero, vel merito sponte sua ab ea egreditur. Posthabitis igitur alijs animantibus, utpote rationis & pietatis expertibus, viri iusti pietatem gratitudinemque confestim describit dicens.

Aedificauit autem Noe altare domino.

Sane vbiq; in Sacris literis aedificatur altare, aut offertur sacrificium, ponitur Dei nomen tetragrammaton, quod est creaturae incommunicabile. quia nulla creatura est: aut esse potest ipsa Dei natura, cui soli offerri sacrificium fas est: licet idem, qui est homo, sit Deus per mirabilem illam, atque ineffabilem diuinam & humanam naturam in vna, eademque persona vnionem, per quam Verbum caro factum est. Ex eo igitur, quod cum de sacrificio offerendo agitur, illud insigne diuinitatis nomen usurpatur, euidenter constat argumentum, soli Deo erigendum esse altare, eidemque tantum modo licere sacrificium offerre. Nam & altaria, quae in facellis sanctorum memoriae constructis eriguntur, Deo ipsi, non illis dicantur: ob ipsorum tamen sanctorum memoriam, ut eorum interuentu sacrificium, quod offertur Deo, sit acceptum. Recte igitur, ac rite aedificauit Noe altare domino.





monitus non modo à malis perpetrands nō deterretur, sed etiam tale quid sceleris audet perpetrare: priuata enim peccata pœnas priuatas exigunt, dicere Apostolo, Vnus quisq; onus suum portabit. Quod autē in Hebræo habetur, Iezer יֵעֶזֶר idest, cogitatio, vel figmētum, vel imaginatio cordis humani mala est à pueritia sua, sanam habet intelligentiam. eo enim modo cogitatio cordis humani, idest, carnalis dicitur mala: quo & carnis concupiscentia ab Apostolo dicitur peccatum: non quia ipsa per se semper sit culpa: sed quia in culpā hominē trahere solet: tractumq; in ea retinere pertendit. iuxta illud Psalmi mysticē intellectum, Spiritus vadens, & non reuertens, qui recte dicitur libidinofus fomes à maligno spiritu concitatus: quia neminem, quē semel in peccatum impulerit, ab errore reuocat: nec qui semel post carnis abiit concupiscentiam, per se potest de culpa redire, nisi Deus miserit manum suam, & traxerit eum De lacu, in quo non erat aqua. Iam verò non tantū promittit seruaturum in vita cuncta animantia vt vicaria successione permanent: sed etiam temporum varietates, & fructuum vbertates viuientium gratia futuras pollicetur.

Cunctis, ait, diebus terrę sementis, & messis: & frigus, æstus, æstas, & hyems, nox & dies non requiescent.

Immobilis, inquit, erit hæc ordinatio: terra nunquam desinet suppeditare, quæ hominū generi sunt necessaria, neque cessabit proferre laborum & agriculturæ terribitiones: neque anni partes alijs versationibus mutabuntur sed frigus, & calor, & æstas, & ver in anni circulo erunt: quamuis per diluuij tēpus fuit confusio quædam totius istius ordinis, neq; nox, neq; dies suum relinquent cursum, sed vsque ad sæculi consumationem immotum illorum permanebit ministerium. Hęc autē maximam afferebant viro iusto consolationem. Est autem distinguendū inter has duas particulas Terræ & Sementis, vt genitius terræ diebus cohæreat, non sementi: id quod ex Hebraica constructione facile liquet. Sunt enim dies cœli, in quibus non est sementis & messis, quæ cunctis diebus terræ rerum generationi, earumque corruptioni ministrantibus minime decurrunt. Vides, o diligēs lector, quemadmodum hoc etiā in loco Moyses astipuletur Christo confutanti Saducaeos erroneos homines, qui & impiè, & insipienter

1. tess. 4. 2.

Rom. 7.

Psalm. 77.

Mat. 22.

futuram mortuorum resurrectionem negabant, nescientes exactis terrę diebus nulla futura coniugia, sed futuros iustos coelibes, sicut sunt Angeli Dei in cœlo, eo quod diebus terræ non cœli nuptiæ congruant. Illud præterea notandū, quod in Scripturis sacris duplex anni partitio reperitur. altera qua totus annus in duas partes secatur, hyemem scilicet & æstatem: vt hyems sit totum tēpus, in quo frigus viget potius quā calor: æstas verò reliquū tēporis, in quo solis calor magis quā frigus regnat. Secundū hęc totius anni diuisionē videtur Salomon de formica dixisse, Parat in hyemē cibum sibi, & congregat in messe cibū sibi. Altera anni sectio est, haud quidem ea quæ fit per quatuor eius partes, ver, æstatem, autumnum, & hyemē per ternos menses distributas Græcis atq; Latinis, sed ea quæ in sex partes per binos menses Hebræis hoc in loco diuiditur. cunctis, ait, diebus terræ, sementis, & messis: & frigus, & æstus, æstas, & hyems, nox, & dies non requiescent. Secundum hęc igitur sectio nem Hebræi dant sementi medium Septembris: cum toto Octobri, mediumq; Nouembri: frigori autem tribuunt reliquum Nouembris cum toto Decembri, prioremq; Ianuarij partem: hyemi autem alteram Ianuarij partem cum toto Februario, atq; priori Martij portione. Messis item posteriorem Martij partem cum toto Aprili, prioriq; Maij partem: reliquum verò Maij dant æstati cum toto Iunio, prioriq; Iulij parte. æstus denique accommodant alteram Iulij partem cum toto Augusto, prioriq; Septembris parte. Iuxta hanc quoque partitionem constat apud Hebræos æstatem magna ex parte conuenire cum vere nostro: in quo omnis parturit arbor: ac perinde manifestè liquet, apud illos æstatem non longè distare ab arborum parturitione. Hęc igitur rationē videtur secutus Liberator noster apud Matthæum discipulis suis inquitens Ab arbore autem fici discite parabolam: quoniam iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quod propè est æstas. Nam si Græcorum, Latinorumq; partitionem, qua annū in quatuor tantum partes diuidunt respicias: quomodo, arboribus germinare incipientibus, proxima est æstas? cum à primo vere vsq; ad æstatis initium iuxta illorum anni diuisionē tres menses supersint, idest, integra totius anni quarta restet? Ergo æstas apud Matthæum, Marcum, & Lucam Euangelistas pro altera anni parte est accipienda, si annus in duas tantum partes diuidatur, vel poti⁹ pro certa quadam ex his sex partibus, quæ hoc in loco dixerunt.

Prouer. 6.

Mat. 24.

Hiero. geruntur. Alludit & huic sententiæ eruditissimus Hieronymus, Matthæi locum, quem nūc citauimus in hunc modum enarrans: Quando teneri fuerint in arbore ficus caliculi & gemma erumpit in florē, cor-

texque folia parturit: intelligitis æstatis aduentum, & fauonij & veris introitum. Sed iam ad nonum caput explicandum accedamus, in quo noua generis humani soboles procrenda decernitur.

Caput nonum.

Benedixitq; Deus Noe: & filiis eius.

Et enim benedixit Deus primis hominibus, cum primum mundum constituit, eosq; formauit, creauitq;. Rursum hic benedixit hominum reliquijs, ex quibus mundum repararet: vt monstret, se ipsum à principio magnificentissimum fuisse hominis conditorem, deinde iustum pro meritis in illū ultorem: demum pietissimum reparatorem. His quoque comonstrat se se longè propensorem esse ad benedicendum, quàm ad maledicendum, ad seruandum, quàm ad perdendum, ad promouendum hominem, quàm ad eum supprimendum: quippe qui tantum semel hominem perdidit, bis autem constituerit, & cum eum primum creauit, & cum nunc eum terris restituere molitur. Porro hæc omnia tanto spiritali intelligentia sunt digniora, quanto terra illa depuratissima, id est, sacratissima seruatoris nostri caro fuit in causa, vt humani generis reliquiæ in vitā æternam possidendam seruarentur. Illud quoque animaduertas oportet, Deum prius su per terram vehementem illud calentemq; spiritum induxisse, quàm Noe, filijsq; eius benedictiones impenderet. quia nullus hominum spiritalia beneficia à Deo accepit, nisi Spirit⁹ sanctus humana corda conlās, & purificās præcesserit.

Et dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & replete terram,

Bis autem hæc verba dicta sunt Noe, filijsq; eius: semel ab arca egressurus, iterum ab arca egressus: prius illud pertinet ad gignendi facultatem, quam in illis ampliori vi Deus affecit: vt ab vberiore multo proventu generarent filios: posterius hoc præceptum continet, quo velint nolint, gignendæ proli operam dare obligantur. Sic &

Ecclesiasticis genitoribus vis quædam gignendi filios spirituales à Deo datur: eisq; præcipitur, vt spiritus sceturæ studeant. Idcirco em iubentur talentum sibi commissum reddere cū vsuris. & illud Pauli, Cauete, ne in vacuum gratiam Dei recipitis. Et reuera vtrumque Dei muneris est, qui nos prius ad habendam Dei gratiam promouet, deinde ad præstandas ei gratissimas actiones interioribus instinctibus nonnunquam incitat: quippe qui operatur in nobis velle & perficere. & illud, quo Paulus humanum superciliū omnino deprimat, Neq; qu plātat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus. Huc quoque attinet, quod Spūs sanctus bis à domino discipulis suis donatus est: semel quidē vt eos diuinis virtutibus perficeret: iterum aut vt induti virtute ex alto creaturam omnem Christo subiugarent: id quod & sequētia præsignant.

Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animantia terræ, & super omnes volucres cœli cum vniuersis, que mouētur in terra.

Etenim homo in terrorē ceteris animantibus præponitur ad solatiū transactæ vindictæ: & ne pauci hoīes à pluribus bestijs opprimatur: & sciant se irrationabilibus nō rationabilibus dominari. Naturale autē est inferiorē naturā superiori præsentē commoueri. Nanq; præsentē Deo spiritus cœlestes contremiscunt, & affante angelo turbatur homo, conspectoq; homine brutā concutiuntur. Adde quod certo quodam modo brutā extimant hominem in se ipsa mille nocendi artibus armatum, & tacito quodam instinctu Dei imaginē quædam

2. cor. 6.

1. cor. 3.

dam

damtenus in eo reuerentur. Idcirco hominē bestię raro impetunt, nisi sint laceffitę, easq; aut iniuria prouocet, aut timor adigar, aut famies vrgeat. Et aduerte, quod ante peccatum dictū est, Dominamini: nunc aut dicitur, Sit terror vester. quia tūc erat dominiū hominis super brutaplacidū: nunc autem terribile. tūc pacificū: nunc vero terrificum. Deniq; aduentendū, nō dictū fuisse, Terror vester erit super homines, sed super bruta. quia homines diligendi sunt & alliciendi, & ad virtutis studia excitandi: ferę autem sunt auerſanda, vitanda, & in vsum humanū domāda. Quoniam verō nō est, cur homo sibi à piscibus timeat, rarissime enim marina bellua homini nocet, haud dixit, Terror vester sit super pisces. Sed, Omnes pisces maris manui vestrę subditi sunt.

Vt id quod vix credibile videbatur, scilicet terreste animal in aquis imperium exercere, certissimum haberetur. Continenter victū Deus hominibus præscribit dicens:

Et omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibum.

Nempe esus carnium, vt ait Isidorus, cōcessus est post diluuium propter infœcunditatē terrę, & hominis fragilitatem. à principio autem non fuit sic: ut qui sciunt bonam esse omnem creaturā, si cū gratiarū actione sumatur, si à carnibus abstineant, vt corpus ieiunio macerati spiritus ministerio aptū reddāt, multo proximius accedant ad sinceritatem illā bonamq; valetudinē atq; constantē sibi animi tranquillitatē, qua pollebant illi, qui in prima mūdi ætate dūtaxat arborū fructibus herbarūq; frugib; alebātur. Addam<sup>o</sup> & illud ante diluuiū mortales herbis, non carnib; victitasse. quoniā parcebatur animātibus ob quandam dignitatē, qua illa & herbis & plātis præstant proximēq; ad hominē accedunt extimādi vi, qua humanā quodāmodo rationē imitātur, cū à formis sensibus perceptis alias eliciunt, quę ab illis perceptę nō sunt. id quod facit ouis, quę cū primum lupum prospexerit, eum sibi hostem extimat. At resarta cum Deo post diluuium hominis gratia in cibum ei illa cessere, ne putarentur habere animā ratione p̄ditam, quīs motus quosdam humanę rationi ad similes interdum exercent: vt hinc fixum, immotumque in humanis pectoribus perpetuo maneret, non esse eundem hominum, iumentorumque exitum, quia quorum animalium carnes humano esui destinatę sunt, eorū

animę suis corporibus esse iūgendę nullatenus creditur: ac perinde eū primū à suis corporibus separātur, totę perēit. at hūanas aſas corporibus exutas haud talis sequitur interit<sup>o</sup>: sed sibi cōstantē sperātes, se recepturas corpora sua sepulchris suis antiqua religiō seruata: nec em̄ est vana & inanis tanta apud omnes gentes cura sepulchri. Quod autem addit.

Quasi olera virentia tradidi vobis omnia.

Ostendit se tradere liberam hominibus de vescendis omnium animalium carnibus facultatem, modo nec salutem, nec humanę prudentię nocitura sint. At quia insalubres cibi lege à natura nobis insita vitandi facile intelliguntur: voluntaria quadam constitutione quędā alia ab escis hūanis Deus ipse excludit dicēs.

Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.

Pro quo est in Hebręo aliquid significatiuis: אַחַבְאָת בְּנַפְשׁוֹ לֹא תֹאכְלוּ: achbaſat benapſo: damo lo tochelū. verumtamen carnem cum anima sua, sanguine eius non comedetis. Duo itaque hoc loco prohibentur, alterū nequis ab animali adhuc viuente membrū aliquod abscidat illud comesturus: quod id factum horrorem quendam hominum oculis incutiat, & immanitatem quandam ferinam præ se ferat, à cuius specie homo animal suapte natura mitissimum longe secedere debet: alterum, ne quispiam animalis viui venā percutiat, vt fluentem inde cruorem excipiat: quem, aut bibat, aut comedat: quod etiam feritatem quandam homine perindignā clare sapit. Quin etiam prohibere videtur omnem sanguinis esum animantis cuiuslibet, siue viuētis, siue mortui iuxta illud Leuitici capite

Leuit. 17

decimo septimo, vbi hoc idem præceptū replicatur: Sanguinem, inquit, vniuersę carnis non comedetis: quia anima carnis in sanguine est: & quicumq; comederit illud interibit. Ex quo liquet nonnulla legis mandata & statuta ante legem datam viguisse. loquor autem de his, quę ad iudicia & cæremonias pertinent, nam moralia omnia natura cōstant, omnibusq; mundi ætatibus, cunctis gentibus & nationibus communia sunt, eisdemque suopte modo exposita. Quid? quod idē p̄ceptū de sanguine nō edendo ab Apostolis Domini in Actis replicatū est. vbi legitur, huiusmodi illorū decretū, Visū est Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, q̄ hæc necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simu

Act. 15

lachrorum

lachrorum, & sanguine, & suffocato, & forſicatione. Enimvero quemadmodum quędam legis mandata ante legem instituta fuerunt, tanquam præludia quędam, quibus homines ab subeundum onerosum legis iugum præparentur: ita quoque plurima eiusdem legis statuta mox à Christi passione penitus abrogata fuerunt: quędam verō paulo diutius perſtare sunt permilla, ne si in vniuersum cōfestim sublata de medio fuissent, nonnulli spiritu infirmiores, qui adhuc erāt legi nimis addicti, tanta rerum mutatione offensus ab Evangelio suscipiendo procul resisterent. postea verō temporis successu antiquata legis litera, Christi q; gratia passim cognita, atque suscepta, liberata est Ecclesia à feruili legis iugo, nec non ab omnibus ijs, quę erant illi, vel annexa, vel connexa. Quale erat hoc diuinum de non edendo sanguine placitum, quod per se non magis ad naturę legem pertinet, quàm à suis carnibus abstinere. quare compertum est liberum fuisse Ecclesiasticis primoribus, tam pro tempore suffocati, sanguinisq; esum prohibere: quàm fuit postea oblata opportunitate necessarium, illum Christo creditib; permittere, vt pote scientibus nihil esse immundum, quod cum gratiarum actione sumitur. Iam verō operę precium est discere q̄ scite humani sanguinis effusionē veterē dicēs.

Sanguinē enim animarū vestrarū requirā de māu omniū bestiarū, & de māu hoīs, & de māu viri & de manu fratris eius requiram animam hominis. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.

Quęnam obsecro consequentia est? vt requiratur sanguis human<sup>o</sup>, & velut homicidij re<sup>o</sup> homo puniatur, quia pecudis carnem, vel cū anima, vel cum sanguine eius, vel ipsum sanguinem comederit. melius igitur apud Septuaginta ἄνθρωπος, id est etenim, vel profecto: sed multo significatiuis in Hebręo אָחִי veach hoc est, Attamen sanguinem vestrum: sanguinem animarum vestrarum requiram. dixerat enim superius, omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum, excepto quod carnē cum sanguine non comedetis. Donauerat itaq; Deus homini in cibum omne quod mouetur & viuit: exceperatq; dumtaxat, ne caro, vel cum anima sua, vel cum sanguine suo come-

deretur. nulla de humana carne facta exceptione. vnde poterat quis putare, licere sibi hominem vescendum necare: quia quod nō prohibetur, permitti videtur: præsertim cum adhuc sint barbarę gentes, quę humanis carnibus vescantur. Hoc igitur euestigio additis etiam minis vetat dicens: Attamen sanguinē vestrum, sanguinem animarum vestrarum requiram. ac si dicat: Donauit quidem nobis in cibum vniuersa animantia suapte natura esui vestro apta, excepto quod nec membrum animalis viuētis secaretis in cibum, nec cruorē funderetis in potum: attamen in primis vos admonitos volo, vt nemo audeat, vel hominem in escam occidere, vel eius sanguinem fundere: requiram enim sanguinem vestrum, sanguinem animarum vestrarum, scilicet, qui vobis est ad viuendum necessarius: nec enim vetat medicis, ægrotis pertundere venam, sanguinemq; minuere, prout fert ipse morbus. Quod autem adiungit, De manu omnis bestię requiram illum, & de manu hominis, & de manu fratris requiram animam hominis: significat, nō quod feras pro hominibus qui ab illis dilacerantur, atq; deuorantur, puniturus sit: quę cum sint rationis expertes pro innata feritate pœnis plecti nō debent. Sed monet, quod, si quis hominem occulte interfecerit, haud speret sese abiturum impunitum. Nam ego, ait, de illo pœnas sumā, vel per me ipsum, vel eum bestijs deuorandum tradam, vel eundem non modo inimicis ipsius: sed etiā amicis fratribusq; suis obijciā occidēdum, vel à proposito, vel casu. hæc. n. sunt duo occidēdi genera: alterū, cū aliquis ex sentētia percutit, quē vult, eumq; occidit: alterū cū quis fortuito, quem nollit, ferit & interimat. Vtrūque homicidij genus lex his verbis simul explicat: illud quidem prius dicens, Si machinatus est fratri suo mortem, si insidiatus est fratri suo: illud autem posterius, cum ait, Si noluit eum occidere, sed Deus tradidit eū in manu sua: Attende lector, quàm designatē dixerit, Sed Deus tradidit eum in manu sua: vt casum & fortunam ab ipso Deo excludat. Nāque cædes hominum quę hominibus sunt improuisę & ingrata, Deo ipsi sunt prouisę & expetitę: qui nolentibus illos interdum occidendos exponit. Quod si quis ex sentētia hominem in aperto necauerit, ita vt facinus testibus omni exceptione maioribus coram iudice pro tribunali sedenti comprobetur, iudice sententiam mortis in illum ferente publice occidetur. hoc est enim quod subiicit, Qui effuderit sanguinem hominis in homine, hoc est, coram

Exod. 21.

Supra. 1.

Isidorus.

1. Tim. 4.



coram homine, sanguis eius effundetur. vnde & Chaldaica sic habent: Quicumque effuderit sanguinem hominis, cum testibus per sententiam iudicum, sanguis eius fundetur. Ex hoc deniq; loco constat occulta scelera diuino iudicio ac ultioni relinquenda esse: manifesta aut humana autoritate, atq; manu fore puniēda. Constat & ad verbum verum esse, quod

Mat. 26.

Christus dominus dixit Petro gladio in Malchi cædem abutenti: Conuerte gladium tuū in locum suum. omnis enim, qui gladium acceperit gladio peribit: omnis, nempe homicida, quemadmodum declaratum est, gladio, vel occulto vel manifesto percussus interit. nā gladium opinor Christum vocasse, quidquid illud est, quo Deus vitur, vt homicida de medio tollatur: quando opportunum illud censetur ab eo qui mortis ac vitæ dominus est. Cur autem humanam cædem tantopere veter, aperuit dicens:

Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Tota igitur ratio propter quam tam seuerè de homicidis vindicatur, ea est, quod illi, dū audacter hominem interimunt impie imaginē Dei destruunt, quam venerari valde oportebat: vt pote quæ nolentibus quoque nobis auctoris sui, primique rerum creaturarum exemplaris memoriam semper ingerat: quem vnum in illa summum dominum vel agnoscere & admirari, vel amplecti, atque colere, vel certe timere debemus. Denique tanta asseueratione atque interminatione inhibito mortalibus homicidio, mox infert ex aduerso.

Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.

Non enim temerè & absque causa dixit, Vos autem: sed quasi diceret, Vos qui pauci estis, & in paruo numero omnem terram implete, & dominamini ei, iuxta Septuaginta, καὶ κατακυριεύσατε αὐτὰς, id est, dominamini super terram. i. dominium habere & potestatem super cuncta animantia, quæ in ea degunt libere exercere, & fructum ex ea tam culta, quā inculta carpere. In eo autem quod subditur.

Hæc quoq; dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo.

Videtur sacer historicus innuere, Deum hucusque soli Noe seorsum fuisse locutum: filijs autem eius per patrem mandata dedisse. Mo-

ris est enim diuinæ dispensationis non per se; sed per interpretem aliquem cœlestia sacramenta hominum turbæ inuulgare. Nam & superius mulieri per virum præcepit: & filij Israel non valentes ceu imbecilles, sublimem illam diuinæ maiestatis gloriam perferre, Moysi suo duci dixerunt, Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur, sed tu loquere nobis. Nam & in eo quod Esaias inquit, Et adiecit dominus loqui ad Achaz, subintel-

Exod. 20.

Esai. 7.

Esai. 8.

Act. 10.

ligitur per prophetam fuisse regi locutum: Siquidem propheta Deus inspirabat mandata, quæ ille regi populoq; traderet: vnde & idem propheta paulo inferius inquit, Nunquid nō populus à Deo suo requireret visionem pro viuis & mortuis? Constat autem per prophetas & sacerdotes filios Israel dominū consultasse. Facit & ad hoc, quod cum dñs noster Iesus Christus verus Deus, verusq; vnus & idē homo in passibili carne ageret, vt cunctis erat cōspiciuus, sic omnibus per se loquebatur. At vero cum surrexit à mortuis, desijtq; esse nobiscum, tam corpore, quā anima impassibilis & perbeatus, non dedit se manifestū fieri omni populo: sed testib⁹ præordinatis à Deo, qui illum toti mundo diuulgarent. Cæterum quæ ante benedictionem Deus promiserat viro iusto post eam adhibitam iterum replicat, vt certissimum reddat ipsum Noe, posterosq; eius, se nunquam deleturum vltius genus humanum diluuii: id quod protestans ait.

Ecce ego statuam pactum meū vobiscum, & cum femine vestro post vos, & ad omnem animam viuentem, quæ vobiscum, tam in volucribus, quā in iumentis & pecudibus terræ: cunctisq; quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestijs terræ statuam pactum meum vobiscum: & nequaquam interficietur omnis caro aquis diluuij, neq; erit deinceps diluuium dissipans terram.

Sanè pro eo quod ait, Statuam in Hebræo est

statuam

tum sit: ab aeterno tamen in Dei prouidentia fuerat erectum. idcirco enim per tempus præteritum replicuit וַיִּבְרַחְךָ יְהוָה וַיִּבְרַחְךָ יְהוָה vahakim óthi, & statui, crexiq; . Ex quo liquet haud temere vel ex improviso, verum certissima, æternaq; prouidentia disposuisse Deum, cum homine aliquando tale quid pacisci. Non itaque incerta forte res humanæ fluctuant, & absq; rectore feruntur. sed vniuersa diuina quadam, licet nobis occulta, ratione, disponuntur. Animaduertendum & illud, quod non ait Paciscamur inter nos, ne videretur homo pacē cum Deo paciscēdi parius habere. Sed quid ait? Ecce ego ipse statuam pactum meum vobiscum. ac si dicat, Ego ipse & non alius, nec aut alicuius autoritate fultus, aut vi coactus: sed sponte mea vobiscum paciscor. Nam neque per angelum, neque per hominem: sed per me ipsum erigo pactum meum: meum, inquam: quia nec angelorum nec hominum meritis debitum, sed sola liberalitate mea donatum. Notandum item & illud, prius dixisse Deum, se statuere pactum, non solum cum hominibus, sed cum reliquis etiam animantibus, posterus autem ad solos homines pactum suum retulisse. idq; merito: quia diuinum pactum ad cætera animalia rationis expertia eatenus tantum atinebat, quatenus illa ad hominem, propter quem condita sunt, pertinent. Nunquid Deo est cura de bobus? vt ait Apostolus. Potest & verbum illud Hebraicum per futurum tempus exponi, vt sit, Et statuam: quo manifestetur, hoc pactum, quod nunc Deus statuit, futurum esse perpetuum stabile, firmumq; ne in perpetuū iterū mundū inducō terris diluuii deleat: & quod terrarum orbis tandem sit igne consumendus. Sic vt vltius nunquam in pristinum statum restituatur.

1. cor. 9.

Dixitque Deus, Hoc est signum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuētem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.

Pro eo quod est ponam, in Hebræo est נתתי nathati, id est, dedi vel posui, vt intelligatur arcus quidem ab æuo condito in aereis sic nu-

bibus positus: vt quoties rosida nubes dēstori contigua aduersum solem exciperet, semicirculum illum versicolore, quem miramur, efficeret. Verum id quod erat alioqui naturale, Deo placuit nouiter instituere certissimū huius pacti signum: quo se mortalibus, imo sibi met diuina bonitas astrinxit, vt mortalibus persuaderet, eosque certiores faceret, se nunquam rursus adducturum diluuium super vniuersam terram, quo animalia cuncta abolerentur. nam licet fuerit postea sub Deu calione diluuium quoddam: sed non super vniuersum terrarum orbem. Vtitur item frequenti asseueratione, vt credibiliorem faciat promissionem suam.

Cumq; obduxero, inquit, nubibus cœlū, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat. & non erūt vltra aquæ diluuij ad delendam omnem carnem. eritq; arcus meus in nubibus: & videbo illum: & recordabor fœderis mei sempiterni, quod pactum est inter Deum & omnem animam viuētem vniuersæ carnis, quæ est super terram.

Quæritur. Quare Deus in hac pericope toties eadem verba replicat? nempe, quoniam eorundem replicatio verborum confirmatio est promissorum, & apud Deū quandam iurifurandi vim obtinet. hanc enim frequenter iteratam pollicitationem, tanquam suum iuramentum, agnoscit Deus ipse Esaiæ: cap. 54. dicens, Sicut in diebus Noe istud mihi est: cui iuravi ne inducerem aquas diluuij vltra super terram. Ecce fatetur Deus, se iurasse Noe: & tamen hoc in loco cum illo pactum iniens nullum interposuit iurandum. relinquatur ergo, ipsam promissionem etiam atque etiā replicatam diuinum fuisse iuramentū. Et in Deuteronomij quoque capite. 26. primitiarū oblator, inquit, sacerdoti: Profitetur hodie coram dño Deo tuo, quod ingressus sum terrā, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. & capite. 30. eiusdem libri Moses in-

Esai. 54.

Deut. 26.

K quit



quit ad Iosue: Tu enim introduces populum istum in terram, quam daturū se patribus eorum iuravit dominus. Hæc sane testimonia fixa, certaque constant: & tamen quādo Deus Abrahæ eam terram promisit, nihil iurasse legitur: sed promissionem dumtaxat iterum atque iterum adhibuisse. liberator denique nos ter apud Ioannem iuramenti vice sæpe reperit illud: Amen amen dico vobis. Nō ergo mirum videri debet, quōd adhuc eandem pollicitationem repetiuit.

**Dixitque Deus Noe: Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me, & omnem carnem super terram.**

Denique fuit hoc signum negotio præfenti accomodatissimum. Nam sicut iris suapte natura nequaquam fore proxime naturale aliquid diluuium propter nubium raritatem, vaporumque paucitatem præsignat: ita ex diuina institutione nullis futuris temporibus inūdaturum esse supernaturale diluuium certissime præmonstrat. Iam verō quæcunque iuxta litteram, velut in carne agentes super hunc locū adduximus, diuiniora multo fient, si Christi spiritu altius euecti eadem spiritualiter explicemus. Ergo quōd Deus ad Noe per se ipsum, ad filios autem eius per eorum parentē loquitur, Patrem adūbrat cœlestem, qui per prophetarum chorum nobis eorum filijs Filium suum reuelat. Ait itaque.

**Ecce ego statuo pactum meum vobiscum.**

Ipse solus paciscitur: quia ipse met pactum nobiscum singulariter erigit: nō utiq; officio nostro puentus, sed sua bonitate propēsus. Non inquit Ioannes, quasi ipsi dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. suum autē pactum vocat, proculdubio vnigenitū suum insinuans, qui nimirum filius, sicut factus est nobis iusticia, sanctificatio, & redemptio: sic factus est nobis pactum salutis spiritualis sempiternum, quo omnis victima semper condienda fuit, vt esset accepta Patri cœlesti. Idque, vt dicebamus, nobis contigit sola liberissima illius beneficentia. quoniam minime nostris meritis, sed paciscentis gratia Verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Sic enī Deus dilexit mundum, vt filium suum traderet vnigenitum, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Cum

*I. Ioan. 4*

*Ioan. 1. Ioan. 2.*

omnibus igitur Pater Filium, ceu pactum cōmittit, cum summo patriarcha, cumque femine eius, cum omni anima viuente, cum volucris, cum iumentis & pecudibus & bestijs vniuersis: vt iuxta fœderis initi formam, seruet omnes: ne iterum diluuiū pereant, quicunque intra arcam, id est, Christi Ecclesiam.

seruati sunt: Homines, inquit, & iumenta seruabitis. homines, vt ait Hieronymus, Psalmista rationabiles quosque & spirituales viros intelligit. animalia verō, eos qui tardioris ingenij sunt, & à spiritualibus ad agenda domini sabbata erudiuntur. saluat igitur dominus Deus Noe, & filios eius cum femine eorum: id est Patriarchas, & Prophetas, Apostolos itē Christi, eorumque discipulos, qui secretiora huius diuinissimi fœderis mysteria penitus percipiunt. Seruat & omnem animam viuentem: infantes, scilicet sacro baptisate ab originali macula ablutos, qui nihil amplioris sanctimonie obtinent, præter id quod per sacramentum in Christo viuunt. Volucres etiam in vitam custodit, eos videlicet, qui cum inferioribus rebus ex parte corporis adhuc detenti humiliter interdum gradiuntur: mente tamen in auras spirituales altius euolare conantur. quin iumenta, pecudesque salute afficit: quæ quidquid operis & emolumenti in Dei famulicium afferre possunt, totum simplici obedientia præstant. Seruat tandem & vniuersas bestias terræ, illos videlicet, qui animis pene indomitis irascuntur ferocientes: peccare tamen nolunt: & quamuis iniuria laceffiti vindictæ sumendæ affectibus permoueantur, omnem tamen animositatem deponunt audientes dicto Christi: ac perinde discentes mitescere, atque humiles esse corde. Porro signanter dicit, statuere se pactum atque firmare, vt commonstret diuinæ dispensationis mysterium, quōd Deus factus est homo, firmissimum esse, & adeo stabile: vt nullo vnquā temporis decursu soluarur. Quod enim semel assumpsit, nūquam dimisit. hoc enim est, quod propheta canit: In æternum domine verbum tuum permanet in celo: in generatione & generatione veritas tua. Et illud Esaiæ, Testimonia, sanctam David fidelia. Et qualiter essent fidelia, id est, constantis veritatis, si verbum aliquando desineret esse caro? Hic denique filius est veracissimum paternæ spōsionis signū: quia est ille, quem Pater ob signauit: quia cum paternorum operum sigillo hominem factum confirmauit, quem ab æterno genuinam suam ipsius imaginem genuerat. hoc tandem est signum fœderis inter Deum

*Psal. 33. Hieron.*

*Psal. 118. Act. 13.*

& homines in generationes sempiternas. idē signum & signatum: sicut idem est via, veritas, & vita. Et ne putes signū hoc esse vulgare, sed egregiū, nō est in hoc loco צִיִּון cimā, quæ dictio Hebræis quodlibet signum sonat: sed מֶלֶךְ oth, quod mirabile quoddam, & singulare signum ostendit, quod totam naturæ vim, omnemque humanam mentem superet. Tale signum profecto fuit Iesus Christus, ad quem Pater sub Ezechielis persona inquit: Portentum dedi te domui Israel. & idē Filius in Psalmo. 70. Vt prodigium factus sum multis. hoc est signum, illud, quod à Deo petere iubetur Achaz rex Israel, siue in excelsum supra, siue in terra deorsum, vt cœleste aliquid haberet, haberet & terrenū aliquid: hoc est, vt simul esset Deus & homo. Id quod & in hoc loco nō obscure insinuat, cum ait, Arcum meum ponam in nube, & erit signū fœderis inter me & terram. Cōstat enim in his scripturis arcum pro virtute, atque potentia passim poni: vt in Psal. 36. Arcus eorum confringatur. & iterū, Non enim in arcu meo sperabo. At Paulus Christū prædicat Dei virtutem Dei sapientiam. Arcus itaque, verbum diuinū: nubes verō humanam carnem adumbrat. de qua Esaias, Ascendet dñs super nubem leuē: & commouebūtur simulacra Ægypti. Ergo arcus in nube quid aliud est, quàm Verbū in carne: huc quoque pertinet illud Exodi, Gloria Domini apparuit in nube. nam gloria domini Christus est, ipso de se apud Ioannem dicente: Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per illam. Hunc etiam obstupēdum humanis oculis arcum Ecclesiasticus commendans inquit, Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valde speciosus est in splendore suo: gyravit cœlum in circuitu gloriæ suæ: manus enim excelsi aperuerunt illum. Hunc igitur arcum in nube Deus ideo posuit: vt quoties exigētibus hominum sceleribus obscuris nubibus cœlū obduceret, vastum iterum diluuium inducturus, recordaretur fœderis cum humana natura à verbo assumpta initi: ac subinde respectu eius, qui est Deus & homo, ijs, qui meritis nō sunt filij Dei, sed hominum, utpote peccatores, ad tempus ignoscat, vt habeat quos poenitentes in vitam seruet. Hoc denique pater cœlestis dedit metuentibus signum: vt fugiant à facie arcus illius: de quo Hieremias: Extenderūt linguam suam, quasi arcum mendacij. arcu enim Dei arcus fortium superatus est. Porro de inuicta huius dominici arcus gloria atque potentia Esaias inquit: Et erit radix Ies-

*Ezech. 12*

*Psal. 70*

*Esai. 7.*

*I. corin. 1.*

*Esai. 19.*

*Exo. 16.*

*Ioan. 11.*

*Eccle. 43*

*Psal. 59.*

*Hiere. 9.*

*Esai. 11.*

se, quæ stat in signum populorum: in ipsum gentes deprecabuntur. dicentes cum Abacuc propheta, Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio, suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus, quæ locutus es. Hæc iuxta spiritualementiam intelligentiam pro ingenioli nostri infirmitate dicta sunt. Sed iā ad vteriora.

*Abac. 3.*

**Erant igitur filij Noe: qui egressi sunt de arca Sem, Cham, & Iaphet.**

Tacentur perpetuo vxorum tam Noe, quàm filiorum eius nomina: quia Scripturarū sanctarum moesit, genealogias per viros texere, raro fœminarum in eis extendis meminisse. At si Beroso Chaldeo historico in hac parte fides est adhibenda: is quidem quatuor Noe, filiorumque eius vxores nominibus suis memorat. Nam vxorem Noe vocat Tyrtēā magnam, Sem verō Pandoram, Cham autem Noeglam, Iaphet denique Noelam.

*Berosus 1*

**Porro Cham ipse est pater Chanaan.**

Super primā horum vocabulorum litera non est dedignatus grauiissimus Hieronymus iratēte: Frequenter Septuaginta interpretes non valentes Pheth literam, quæ duplicem aspirationem sonat in Græcum sermonē vertere χ chilitera Græcam addiderūt: vt nos docerent, istius modi vocabula aspirari debere. vnde & in præfenti loco Cham transfulerunt pro eo quod est ח חham, à quo & Ægyptiorum quoque vſque hodie lingua ח חchā dicitur. Querat aliquis: cur hic sacer historicus anticiparit ostendere Chanaan ab ipso Cham fuisse genitum. forte, quia Chanaan occupaturus erat eam terram, quam à nomine suo Chanānam vocauit. quæ quidem terra Abrahæ feminiq; eius in fortem cœtura erat, atque ab eius posteris possidēda, donec veniret Christus: ob quem vnum euenit, ne totum omnino genus humanum aquis suffocaretur. Addamus & alteram ex Chrysofostomationem. Quare, inquit, assignauit: Cham autem erat pater Chanaan? voluit enim nobis illius intemperantiæ nimietatem insinua re: & quod neque calamitatis magnitudo illum cohærcere potuit: neque tanta in arca angustia irrefrenatam illius concupiscentiam sedauit: sed quamuis senior nondum filios procrearet, hic in continentia deditus in tempore tantæ indignationis

*Chrysof.*

& generalis interitus, quo orbis comprehensus est, rei veneræ deditus sit, iam statim ab initio mentis suæ maliciam monstrans. Itaque non multo post propter contumeliam in patrem maledictionem suscepturus erat filius eius Chanaan. Ideoque Scriptura diuina nomen eius prius assignauit, pariter & filij nomen & parentis intemperantiam docēs. Ait itaque.

Tres isti filij sunt Noe, & ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram.

Ex hoc sanè loco fatèri cogimur, vniuersas gentes & nationes, & quæ continentem habitant, & remotissimas Oceani insulas incolunt, ab his tribus Noe filijs ortas fuisse. Esto quod scriptorum vel defectu, vel culpa, vel temporum vitio lateat nos quando, quo modo, & à quibus coloniæ deductæ fuerunt in abditissimas illas orbis partes, quas alias atque alias diligentissima Hispanorum natio longissima atque difficillima, nauigatione detexit. Hinc & illud veris Christi cultoribus optatissimum euenit, vt tandem Hispanorum opera his temporibus compleatur, id quod sub Apostolis ex parte fieri cœptum est: hoc est, vt euangelium regni iuxta Christi prædictionem prædicetur in vniuerso mundo. Vrget itaque nos Deus, & latius se effundente Evangelio ad huius sæculi consummationem, sanctorumque in assumendis corporibus gloria festinare compellit. Enimuero perbeata est habenda compulsio: siquidem eo compulsos ire cogit, quo piorum omnium intentio fertur. Denique, qui orbem terrarum de nihilo condidit proculdubio potuit, quado voluit, & quomodo voluit humanum genus ex tribus tantum viris cum suis vxoribus multiplicatum per mundum vniuersum dispergere, atque in remotissimas à continente insulas trãferre. hæc enim mirabilis hominum multiplicatio atque dispersio nequaquam, aut in creaturæ conditionem, aut naturæ vim, sed in conditoris gratiam, atque potentiam referri debet. Cæterum, & si Deus hominem hunc sibi amicum à communi clade mirabiliter eripuit: ne tamen ocio torperet, eum laboribus exerceri voluit, vt sicut Adam in labore vultus sui vesceretur pane suo.

Cœpitque Noe vir agricola exercere terram: & plantauit vineam.

Etenim pro eo, quod in Latino est Vir agricola Hebræis habetur *אֲדָמָה* is haadama, hoc est, vir terræ, id est, vir terræ culturæ deditus. Agnosendum itaque Scripturarum idioma: quo quisquis eius rei vir dicitur, cui vni colendæ præcipue totus incumbit: sic enim vir Dei appellatur, qui insignite cultui vacat diuino: vir ciuitatis, qui ciuitatem singulari quoddam affectu incolit: vir sanguinis, qui sanguini fundendo inhiat: vir desideriorum, qui perficiendis bonis desiderijs studet: vir Belial, qui diabolo inseruit. Nec prætereundum est illud, quod pro eo quod Latine est Cœpit exercere, Hebræis est solum vna dictio *וַיֵּשֶׁב* vaiáhhel, quod verbum apud illos modo significat incipere, modo polluere. Ambigua itaque dictione Scripturæ autor est vsus: vt commonstraret eum, qui primus vineam plantauit, terram quodammodo polluisse, atque traduxisse, quæ vinum veluti venenum quoddam mortalibus porrigat, quo capti in furias ignemque ruant. Huc pertinet illud quod Androcides sapientia clarus ad magnum Alexandrum scripsit, intemperantiam illius in epotandis calicibus cohibens: Vinum, ait, potaturus rex, memento te bibere sanguinem terræ, siue tauri. Sicuti venenum est homini cicuta, ita & cicuta vinum. quibus præceptis si ille obtemperauisset, profecto amicos in temulètia non interemisset. prorsus vt iure dici possit, neque viribus corporis vtilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit. Merito itaque Noe primus inuenti sui penas dedit, qui primus plantauit vineam.

Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo.

Nec hoc dicimus, vt virum iustum, Deoque probarum intollerandi cuiusdam flagitij arguamus, cuius ebrietas fuit valde venialis: qui non intemperantia, sed potentia veneni huius ignorata, plus quam opus erat vini bibit: idque non tam potandi libidine, quam vt mærorè temperaret, quo propter orbis desolationem nimis affectus erat. Ad hæc, decreuit & ipse Deus, vt in ipso inuentore vini ebrietatis malum in primis exprimeretur: quod posteri eius diligentius ebrietatem vitarent, quam nudatio foemoris indiuidua comes sequitur, sicut facietatem libido. Pulchrè Hieronymus: Venter & genitalia coniuncta sibi sunt: vt ex vicinitate membrorum, confederatio intelligatur vitiorum. Enimuero vitis ab initio rerum cum

eum cæteris plantis creata fuit: sed eam agricolario opere Noe primus omnium excoluit, atque plantauit, botrisque de palmitibus eius decisis, atque compressis, expressum inde mustum hausit: quod subinde defecatum, & in vini suauitatem decoctum perductumque; & ipse auidius ebibit, & alijs potandum porrexit, vt ætui carniū accederet & vini porus, quo nihil deesset temperatis ad corporis vires succiendas: nec intemperatis ad carnis libidine fouendam. Nec propterea vinum culpandum est, quod est Dei creatura, & quidem bona, si quis ea commode vtatur. non enim vino tribuenda sunt facinora, quæ ab ebrijs crebro committuntur: sed illorum impotenti libidini, qui sibi nec in bibendo nec in voluptuando modum vllum præscribunt. Nam & ante vini vsum non defuerunt, qui huiusmodi flagitia, sceleraque perpetrarint, tam feralia, atque ne phanda: propter quæ punienda restinguedaque: totum terrarum orbem diluuium inuasit, hominèque deleuerit. Quid? quod, licet vinum bibentem citius, ardentiusque ad venerem incitet, aqua tamen amplius & diutius venereis voluptatibus alimenta abundantiori, lentiorique humore sufficit. Indicio sunt satis euidenti Mahomethæi, qui, quamuis vino abstineant, Christianis salaciores multo sunt. Bonum est igitur vinum, & multis hominum vsibus percommodum, si quis eo commode vel intra modum potius vtatur. Quid? quod ex hoc liquore salutaris hostiæ materia admirabile Eucharistiæ sacramentum conficiendum diuina autoritate sumitur. Quare summis laudibus dominus Iesus est cunctis hominibus celebrandus, qui rei ambiguae inuentum in diuinissimum conuertit sacramentum. Iacebat igitur Noe temulentus, nudatusque; pudendis turpior.

Quod cum vidisset Cham pater Chanaan nunciavit duobus fratribus suis foras.

Hoc est, quod aiunt, Mali corui malum ouis. Nanque Scriptura memorans iterum per anticipationem, Chanaan esse filium Cham, significat, fuisse illum cum patre suo Cham illudendi Noe socium. fertur enim, nepotè patri nunciassè, auum iacere ebrium, atque nudatum. Cham itaque præter tempus pater describitur Chanaan: vt ex origine vocabuli, originationem hæreditariæ maliciæ à patre in filium transfusæ patèter intelligas. Vnde & propheta Daniel flagitiosum illum senem in scelere

deprehensum iure optimo summa prudentia vituperat dicēs: Semen Chanaan, & non Iuda: species decipit te. Tales erant & illi, ad quos Ioanes ille domini antesignanus dicebat: Genimina viperarum, quis ostendit vos fugere à ventura ira? Cham demum ipse nequaquam filium suum corripuit, vt par erat, sed sceleri scelus addens nunciavit duobus fratribus suis foras, Sem videlicet, & Iaphet, patrem eorum detestis vesendis, & vinolentum scelerè iacere supernum. Hic maxime sceleratissimi filij aduersus pietissimum parentem extat impietas: qui non modo illi illuserit, sed etiam alijs illudendum præbuerit. Ingens quippe scelus, & quo non modo lex illa violata est, per quam natura duce parentibus egregium quendam honorem deferre iubemur, immo & impellimur: sed ea quoque quæ monet, quæcunque deformem, turpemque aspectum habent, in latibris abdere, nec non ab oculis semper remouere. Hanc quippe obseruantiam humane dignitati congruentissimam Paulus apostolus eleganter explicat dicens: Quæ videntur membra corporis nostri infirmiora, necessariora sunt: & quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his abundantiore honorem circudamus: & quæ inhonesta sunt nostra, honestatem abundantiore habent. Hæc ni mirum Apostoli documenta naturæ rerum cognatissima olim nouerant alij duo Noe filij patris sui obseruantissimi, qui spe staculum illud indecentissimum vehementissime atque diligentissime auersati fuerunt, contexeruntque. Quorum perurbanum in patrem officium ex aduerso eis arridens eleganter tradidit dicens.

At vero Sem, & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui.

O civile obseruantiam, o pietissimum studium, velamento maxime opportuno honorare curarunt, id vnde se genitos nouerant. Tradunt gentium historici, Semiramim Nini matrem omnium primam subligaria excogitasse, quibus adoperata sexum mentiretur. Sed superius legimus mox ab æuo condito, Adam & Euam exculneis folijs sibi succinctoria texuisse, quibus inferiores corporis sui partes contegeret. Legimus & in Exodo Moysi Deum præcepisse lineas brachas sacerdotibus facere: ne si detestis pudèdis sacrificaret, morte puniretur,

Mat. 24.

Mat. 3.

1. cor. 12.

Androc.

Hierony.

Dani. 13.

Supra. 3.

Exo. 28.

Leui. 16.

tanta est naturæ opifici pudoris & verecundiae cura. Sed hæc hæc tenus, ne videamur in hunc locum affectatius afferre, quæ alibi de tuendo pudore copiose scripsimus. Quod autem sequitur.

**Facies eorum auersæ.**

Id est, retrorsum in terga conuersæ. prius quidem retrorsum ambulabant, vultibus suis in anteriora directis, versis in patrem occipitibus, idque donec prope patrem peruenerunt, at ubi propius ad illum accesserunt, quoniam necessarium erat pallio operire iacentem, id quod congrue facere non poterant, nisi directis in eundem brachijs manibusque, conuerterunt corpora sua facies retinentes in motas id est, in uersis corporibus antrorsum tendentes, oculis autem retrorsum aspicientes. Alias si incedentibus ipsis retrorsum facies eorum fuissent in terga conuersæ, non minus iacentem vidissent, quam si aduersis in eundem peccatoribus atque frontibus tetendissent. Audientis est hoc loco disertissimus Chrysostomus: Vide, ait, obsecro hic dilecte, quod non in natura sita sunt vitia, sed in arbitrio & voluntate. Ecce enim omnes fratres fuerunt & eiusdem naturæ, & eundem habuerunt parentem, eodemque vtero fuerunt editi, eadem diligentia fuerunt educati: sed non eadem mentem declarauerunt. sed ille quidem in maliciam incidit: hi vero parenti debitum impenderunt honorem. & ideo ille maledicto fuit obnoxius: hi vero benedictionibus paternis fuerunt adaucti. Hoc enim sequentia aperte docent.

**Euigilans autem Noe ex vino, cum didicisset, quæ fecerat ei filius suus minor, ait.**

Euigilans, inquit, non à somno, sed à vino: quia somnus ille non naturali quodam profectu, sed violèta quadam ipsius vini copia fuerat effectus. Sed unde filij facinus cognouit? forte fratres significauerunt, non accusatiõis quidem gratia, sed rem, vt facta erat, simpliciter docentes, vt conueniens ille suo vulneri remedium acciperet. Tradunt Hebræi, non vnâ fuisse Cham impietate, quod patrè vino madentem illuserit: sed etiam, quod excantauerit, eumque, veneficijs sterilem reddiderit, ne amplius gigneret. Quibus astipulatur Berofus in libro Annalium suorum tertio sic inquit: Erat illi filius ex tribus primis adolefcetior Chem: qui semper arti magicæ & veneficæ studens, Zoroast nomen cõsecutus erat.

Is patrem Noa odio habebat, quia alios vltimo genitos ardentius amabat, se vero despici videbat: potissime vero idem infensus erat patri ob vitia. Itaque nactus opportunitatem, cum Noa pater madidus iaceret, illius virilia comprehendens, taciteque submurmurans, carmine magico patri illudit: simul & illud sterilem perinde atque castratum effecit. neque deinceps Noa foemellam aliquam foecundare potuit. Hæc ille. In quo & illud obseruandum, quod Berofus tradit, Cham fuisse fratribus suis Sem & Iaphet natu minorè, id quod consonat huic loco in quo Cham ipse filius Noe minor dicitur. Scio tamen esse, qui putent, fuisse illum natu inter omnes filios Noe maximum: sed hic dictum fuisse alijs minorem, non tam græte, quam meritis, id est, prauis abiectionibusque moribus longe alijs inferiorem. Sed hi falluntur, vt inferius pluribus ostendemus. Notandum & illud, Berofum putare, Noe genuisse alios à prædictis tribus filios, postquam ab arca est egressus, antequam ab impio filio excantatus fuisset: vt illud adimpleret præceptum diuina autoritate nouatum, Crescite & multiplicamini, & replete terram: id quod Hebræi negant: assumuntque in sententiæ suæ argumentum, certissimum testimonium paulo superius scriptum, Tres isti sunt, ait, tres filij Noe & ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram. sentiunt & cum Hebræis de tribus tantum Noe filijs autores Ecclesiastici: quibus in explanandis Sacris scripturis est operæ precium nos inniti, ducesque habere præcipuos. Noe denique cognita filij in se illusione illum grauissima impreccatione diuerberat. Et ait:

**Maledictus Chanaan puer, seruus seruorum erit fratribus suis.**

Quænam hæc est iusticia: vt Noe vir iustus prætermittat maledicere patri, qui eum illuserat: & in illius filium totum maledictionis fulmen intorqueat? Ad quod respondemus, quia benedixerat Deus ipsum Cham cum reliquis egressis ab arca, Noe diuinam autoritatem placitumque veritus nequaquam ausus est ei maledicere, cui dominus benedixerat. Sicut & Balaam non poterat maledicere populo, quem dominus non maledixerat: transtulit itaque in eius filium omnem impreccationis molem, in quo tota fere patris progenies maledicto subijceretur. Id quod factum putarim quodam futuræ Chanaanorum impietatis præfagio, ac velut certissimo extremi illorum excedij vaticinio: quo Chanaanæ filij Israel ad eorum terram possidendam intran-

Ezech. 18.

intranibus Hebræicis armis victi, fusi interfectique sunt. Quod si aliquis obijciat, illud domini apud Ezechielem: Filius non portabit iniquitatem patris. verum est id quidem, nisi filius fuerit paterni sceleris, aut particeps, aut imitator, aut alioqui peccator, aut demum originalibus calamitatibus alicunde obnoxius: quæ occasioe paterni criminis non nunquam à filijs ante tempus exiguntur ab eo, qui iure suo potest cuilibet homini debitam pro originali culpa mortem inferre, quando cunq; sibi visum fuerit. Ergo Chanaan quem tradunt paterni sceleris consortem fuisse, licet id ex Libris sacris aperte non cõstet dominus execratus iure suo puniuit: sicut & alios eiusmodi peruersorum parentum filios Deus interdum temporali quodam cruciatu punit. sed frequētissime pro sua ipsorum culpa, per quam parentum peccatum, veluti funem in longum trahunt: quos cum Deus ad tertiam usque & quartam generationem ad penitentiam expectarit: ipsi autem, non modo non resipuerint, sed etiam ampliorem grauioresque maliciam in medium intulerint, tãquam rebelles & deploratos extremo supplicio percutit. Hoc est enim quod ait: Ego sum dominus Deus tuus fortis, Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. In Hebræo distinctius habetur pro eorum, In eos qui oderunt me: vt noueris visitare Deum peccata patrum in filios, haud semper in omnes, sed in eos præcipue, qui vel paternis vel proprijs affectibus indulgentes, Deum oderint. Idque præcipue fit, ubi sempiternum inferitur supplicium. nam temporali cruciatu interdum innocens cum nocente feritur: vt vel doloribus ex originali culpa contractis obnoxius communem cladem sentiat, vel omnes admoneamur, vno, veluti corpore, vniuersum genus hominum constare. Denique quod Chanaan filius Cham per se malus fuerit, & omnes qui ab illo nati fuerint abominabiles, & ad malum propensi declinauerint, è Libris sacris constat. Audi Scripturam refractario populo his exprobrantem: Pater tuus Amorrhæus & mater tua Chetthæa. & alius quidam increpans ait: Semen Chanaan & non Iuda. Ait igitur, Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis. Diximus superius, seruiem quandam conditionem ob peccatum muliebri in virum subiectioni additam fuisse: nunc autem Scriptura se manifestius aperit, in criminis poenam seruitutem inferens. Et reuera, quemadmodum Augustinus inquit Deus hominem rationalem factum ad imaginem suam noluit, nisi irrationabilibus domi-

Exo. 20.

nari: non hominem homini: sed hominem peccatori. vnde primi iusti pastores pecorum, magis quam reges hominum constituti sunt: vt etiam sic insinuaret Deus, quid postulet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. condicio quippe seruitutis iure intelligitur imposta peccatori. proinde nusquam Scripturarum seruum legimus, antequam hoc vocabulo Noe iustus peccatum filij vindicaret. Hæc ille. Quæritur. quorum nam seruorum Chanaan seruus erat futurus, si solum genus Chæ seruii conditioni addicebatur, fratribus alijs in libertate manentibus? Sed hoc ideo dictum est, vt ostenderetur, quod, & si aliqui ex posteris fratrum eius in seruitutem futuris sæculis redigeretur, filij tamen Chanaan humiliori abiectiori que seruitute premerentur. vel forte sonat quod sicut Sancta sanctorum dicitur ea, quæ alijs sanctis collata, sunt sanctissima & Cantica canticorum, quæ reliquis canticis longe præcellunt: ita & seruus seruorum dicitur, qui seruis alijs comparatus sit maxime seruus. Execrato autem Cham in filio suo Chanaan, euestigio fratri illius Sem bene precatur, vt pio, proboque viro.

Ezech. 16.

Dani. 13.

August.

**Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem: sit Chanaan seruus eius.**

Benedictus hoc in loco nomen est. significatur enim eo nomine dominum Deum eum esse, qui commendabilis sit, atque laudabilis, tum ob misericordiam, qua pios seruat, tum ob iusticiam, qua impios damnat. Vocat autem ipsum dominum Deum Sem. eo quod ab ipso Sem peculiari sanctitate, veraque religione colebatur: & quod in eius posteris insignitè verus Dei cultus esset perseveraturus. ita & Paulus apostolus inquit, Gratias ago Deo meo, cui seruo in Euangelio filij eius. Deum suum dicit non quod non sit ille aliorum quoque Deus: sed quod egregiè opus illius gereret: quippe qui plus cæteris in Euangelio prædicando laborarit. Quod autem subdidit: Sit Chanaan seruus eius, ad literam completum est, quando filij Israel duce Iosue Chanaanos, vel prælio necauerunt, vel victos seruitute oppresserunt. Quod si postea Chanaanæ Israelicæ seruirent, id accidit, quia Israelicæ præter cætera peccata in Chanaanorum superstitionem relicto domino Deo suo transeuntes cõmeruerunt, vt eorum benedictio in maledictionem vertetur: ac subinde qui erant domini seruis suis miserime seruirent. hinc cunctos, qui diabolo cedentes voluptatibus se dedunt, seruos miserimos esse



*Ioan. 8.* esse Christus pronunciat, cum dicit: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et beatus Petrus  
*2. Pet. 2.* A quo, ait, quis victus est, & eius seruus additus est. Denique Iaphetno parua bona exoptat dicens:

Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem: sit Chanaa seruus eius.

*Hieron.* Pulchrè Hieronymus. De Sem Hebraei, de Iaphet populus Gentium nascitur. quia igitur lata est multitudo credentium à latitudine, quæ Iaphet dicitur, latitudo nomē accepit. Quod autem ait: Et habitet in tabernaculis Sem, de nobis Christianis prophetatur, qui in eruditione & scientia Scripturarum eiecto Israel secundum carnem, spiritu versamur. Vixit autem Noe post diluuium

trecētis & quinquaginta annis.

Ex hoc annorum numero liquet, Abraham, qui natus fuit anno post diluuium ducentesimo nonagesimo secundo, natum fuisse quinquagesimum octauum ætatis suæ annum, quo tempore Noe mortuus fuit: à quo multis ante diebus potuit Abraham multa didicisse, quæ ad rerum humanarum diuinarumque scientiam pertinent.

Et impleti sunt omnes dies eius nongetorum quinquaginta annorum & mortuus est.

*Hieron.* Hieronymus. Ecce post diluuium trecentis quinquaginta annis vixit Noe. Ex quo perspicuum est, centum viginti annos generationi illi, vt supra diximus, ad poenitentiam datos, & non vitæ mortalium constitutos.

Caput decimum.

*Steuchus* Augustinus Steuchus perdoctè inquit. Omnia prope nomina in præsentī capite tam apud nos, quam apud Græcos corrupta sunt. Vt is qui Iauan Hebraice appellatur; primus scilicet, qui Græciam tenuerit, is in contextu Ἰωάνης vocatur: quāquam fortasse immutarint eam vocem Septuaginta, quod viderent hunc esse, à quo Ionia nomen acceperit: seruaruntque consuetudinem Græcā. Ex hoc autem capite cognoscitur Diuinarum literarum maiestas, & incorrupta veritas: cognoscitur quoque omnium à mundo condito sæculorum series, ea verissima esse, quæ ab hisce literis traditur. Quarum autoritate, atque auxilio facile redarguitur Aegyptiorum error, gentisque illius pudenda mendacia, quæ se decem annorum millia monumentis habere comprehensa iactabat. Error quoque Chaldaeorum, hoc est nationis fabulosissimæ, & ad superstitiones procliuissimæ: qui quadringenta septuaginta annorum millia suis annalibus relata se habere mentiebantur, mendacium quoque Hermodori Platonici, qui à Zoroastre vsque ad bellum Troianum quinque annorum millia interfuisse scribit: aliarum quoque gentium temeritas, quæ se vetustissimas iactabant, & mendacem temporum numerū in medium afferebant. In celestibus enim hisce literis omnium annorum series describitur adhibitis ætatibus, quam quisque eorum qui in eo catalogo cen-

sentur à primo homine vixisset. Dein, vt clarissima ac maxime vera omnium horum annorum series esset, ponitur, quā quisque hominū primus terrarum partem occuparit, quorum nomina adhuc regiones retineant. Prima igitur humani generis propagatio facta est post diluuium. Nam ante diluuium sola ea regio hominibus erat frequens, quā tenuerant, prope scilicet paradysum. à conditione autem mundi ad diluuium intercessere mille sexcēti quinquaginta sex anni: licet nostri Græcos secuti non rectè duo millia, ac plus fuisse opinentur. hoc itaque spacio minimum orbis terrarū angulum homines tenebāt, atque hoc est, quod in hisce literis nulla fit eorum descriptio, qui tum per terras diffusi essent: nam neque erant diffusi, post diluuium autem in omnes terras distributi sunt homines: eorumque nomina, vt modo dixi, adhuc in regionibus quas primum tenuerunt, remanēt. Nam Media à Madai filio Iaphet nomen sortita est. Tyrus autem à Tiras eiusdem Iaphet filio. sic & Iauan Ionia nomen dedit. Nō ergo hæc nomina Græca sunt, aut alterius gentis, vt plerique apud Græcos mentiuntur, falsasque; etymologias cōminiscuntur: vt sunt qui Tyrum mulierē fuisse volunt, quæ nomen regioni indiderit: atque ideo Tyrus fœmenini sit generis, cum masculini debuerit esse, eo quod Tiras, à quo Tyrus fuerit filius Iaphet vir inquam, non mulier, vt Græci

Græci mentiuntur. Neque me clam est, immutata apud alias gentes eiusmodi nomina: pleraque tamen eorum incorrupta seruantur: apud Hebræos integra perseverant. Neque alio nomine orbis terrarū regiones ab eis vocantur, quā eorum nomine, qui primi eas adierint, atque incoluerint. Nam Mizraim Ægyptus apud eos appellatur, quod is primus eam tenuerit. Cus etiam vocatur Æthiopia eadem de causa. Ea denique est in alijs ratio: Hæc ille perquam erudite. esto quod quædā eius dicta sint lectori diligenter expendenda, quale est illud, Adā habitasse prope paradysum. Nemo autem miretur tā multa me ad verbum ex annotationibus hominis eruditi nostris inseruisse, cum id nostro sit proposito cōgruentissimum, præsertim super hoc capite: quod vt illustraret disertissimus Hieronymus, percommodis obseruationibus bonam earū partem ex Iosephi annalibus sibi vendicauit. posteriores Hieronymum sunt secuti. Quare hac in re maiores imitabor, & quæcunque ad ad exornandum hoc caput opportuna putauero, ex prædictis autoribus accersita his adscribam.

Hæ sunt, ait, generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iaphet.

Benedictis duobus filijs Noe, alioque maledicto, generationes eorum texuntur, è quibus Septuaginta duæ generationes sunt ortæ: quindecim de Iaphet: triginta de Cham: viginti septem de Sem. ad quas misit dominus septuaginta duos discipulos.

Natique sunt ei filij post diluuiū. Constat igitur hinc illos, neque in arca, neque ante ingressum arcæ ullos genuisse filios.

Filij Iaphet, Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras.

*Hiero.* Hieronymus. Iaphet filio Noe nati sunt septem filij, qui possederunt terram in Asia ab Amano, & Tauro, Syria, Coeles, & Ciliciæ montibus vsque ad fluuium Tanaim: in Europa vero vsque ad Gadira, nomina locis & gentibus relinquentibus: ex quibus postea immutata sunt plurima. Cætera permanent, vt fuerunt. Sūt autem Gomer, Galathæ, Magog, Scythæ. Madai, Medi: Iauan, Iones: qui & Græci: vnde & mare Ionicum: Tubal, Iberi, qui & Hispani: à quibus Celtiberi dicente Lucano: Pro fugique à gente verusta Gallorum Celta mis-

centes nomen Iberis: licet Iberos quidam Italos suspicentur. Mosoch, Cappadoces: vnde & vrbs apud eos hodie Mazatha dicitur. Porro Septuaginta interpretes Caphthorim Cappadoces arbitratur: Thiras Thraces, quod nō satis immutatum est vocabulum. Hæ itaque ait, septemgentes, quas de Iaphet venire stirpe memorauit, ad Aquilonis partem habitāt. Porro filij Gomer, Assenez, & Riphath, & Thogorma.

Assanaz Græci Reginos vocant: Riphath, Paphlagonas, Thogorma Phrygas. Filij autem Iauan Elifai, & Tharsis, Cetim, & Dodanim.

De Ionibus, id est, Græcia nascitur Elifai qui vocantur Eloides. vnde & quinta lingua Græcis Elois appellatur. quā illi vocant πέρτρην δίαλεκτον. Tharsis Iosephus Cilicas arbitratur, aspiracionis literam vitiosè à posteris dicens esse corruptam in, T. vnde & metropolis eorū ciuitas Tharsus appellatur Paulo Apostolo gloriosa: Cetim sunt Citij, à quibus hodie quoque vrbs Cypri Citium nominatur. Dodanim, Rodij: ita enim Septuaginta interpretes transtulerunt. videturque propter affinitatem literarum Hebraicarum, Daleth, Theres, d, & r mutata fuisse apud Hebræos res literam Th in daleth, Th est, igitur scribendum Rodanim.

Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam, & familias in nationibus suis.

Hæc proculdubio per prolepsin, id est, anticipationem hic interposita sunt, nondum digestis Cham & Sem generationibus, nec ædificata adhuc turri, postquam incepta facta est linguarum diuisio, gentiumque dissociatio. Nec potui excogitare, qua de causa scriptor hac præoccupatione nunc fuerit vsus, nisi forte quia posteri Iaphet, vt pote maritimi, nauigandi arte præstantes cæteris, potius colonias in extremas terras & insulas duxerunt. Siquis autem recenseat filios Iaphet, dumtaxat quatuordecim inueniet: filios vero Cham, triginta vnum: filios demum Sem viginti septem: quorum summa est septuaginta duo. Ex his principibus tradit Moses, ductas fuisse colonias totum per orbem, eosque habitasse mediterranea loca atque maritima, nec non in insulas habitadas traiecisse. Videturque;



insinuare iuxta linguarum discrimina principum fuisse numerum. Sed dicit quispiam, multo plura septuaginta duabus linguarum genera reperiri: id quod vel certe ex navigatione Hispanorum ad gentes sub alio polo nuper reperiatur, & ab orbe nostro remotissimas euidenter constat: apud quas asserunt, qui illuc adnauigarunt, non pauciores, quam apud nos linguarum, sermonisque differentias reperiri. Cui respondendum nobis esse putamus, fuisse quidem à principio linguarum genera præscripto numero contenta, postea vero in multo ampliore excreuisse, sua ipsarum inter se linguarum commixtione: vel certe plurimas ex vnaquaque illarum vocum inflexione dimanasse: quarum alia plus, alia minus à primogenio sermone discesserit. En tibi apud Hispanos cuncti præter Vascones Romana vtuntur lingua, quamuis Dialectis, id est, loquendi proprietatibus inter se paulominus, quam Græci sint differentes. Hac denique ratione forsitan ad septuaginta linguarum genera vniversa, loquendi idioma reuocari possunt.

Filij autem Cham, Chus, & Mizraim & Phut, & Chanaan.

Chus vsque hodie ab Hebræis Æthiopia nuncupatur, Mizraim Ægyptus, Phut Libia, à quo & Mauritania fluuius vsque in præsens Phut dicitur, omnisque circa eum regio Phutensis. Porro Chanaan obtinuit terram, quam Iudei deinceps possederunt cæcis Chananeis. Quæritur, cur Deus homini execrando & seruitutis maledicto obnoxio, illam promissionis terram dederit, in qua sancta Ciuitas olim esset condenda? forsitan ideo, nequando futuris temporibus Chananeis pro suis ipsorum flagitijs, atque sceleribus, vel Israel gladijs excisi occumberent, vel ab illa terra excluderentur, iniuste seculum agi quærentur, in eo quod eijcerentur de sedibus illis, quas maiores eorum longissima sæculorum serie tenuissent. Non enim Chananeis in eam terram, tanquam domini, sunt introducti: sed veluti serui, qui assiduo labore illam exercerent, ne inculta maneret, vt futuri domini eam cultissimam inuenirent. Etenim seruus haud emancipatus possessorio iure nequaquam se tueri potest. Quare seruis, non liberis terra fuit ad tempus tradenda: ne, si liberis habitanda fuisset tradita, aliquo iuris colore, ne inde eijcerentur, sese defenderent. Hinc & absque vlla iniuria seruus ab hæreditate paterna, quantumuis eam coluerit, eijcitur: vt filius eam libere adeat. Nam autore Christo seruus non semper manet in domo: sed filius

Mat. 8.

ad quæ iure pertinet hereditas. Vnde & Moses, qui fidelis erat in tota Dei domo, sed tanquam seruus, vbi venit filius, ab ea exclusus est: id est, cessauit lex per Moysen data, mox vbi exiit gratia & veritas Euangelica per Iesum Christum facta, nobisque, quolibet immeritis data.

Filij Chus Saba, & Euila, & Sabata, & Regma, & Sabathaca.

Fuit ergo hic Saba, à quo Sabæi, de quibus Vergilius, Solis est thurea virga Sabæis: & alibi, Centumque Sabæo calent aræ. Euila, à quo Goutuli, in parte remotioris Aphricæ heremo coherentes. Sabatha, à quo Sabatheni, qui nunc Astabari nominantur. Regma vero, & Sabathaca paulatim antiqua vocabula perdiderunt: & quæ nunc pro veteribus habeant ignorantur.

Filij Regma, Saba, & Dedam.

Duæ igitur sunt vrbes, aut duæ regiones, quæ eodem nomine Saba à nobis & à Græcis appellantur. Apud Hebræos tamen insigne discrimen est: altera enim quæ in Æthiopia: altera, quæ in Arabia est. quæ Æthiopiæ scribitur per. f. hoc est, *שָׁבָא* Seba: quæ vero in Arabia per, scilicet sic *שָׁבָא* Seba, quod & Hieronymus annotauit dicens, Hic Saba per sin, *ש* literam scribitur, supra vero per *çamech*, *ç*, à quo diximus appellatos Sabæos, interpretatur vero nunc Saba Arabia. nam in, 71. Psalmo, vbi nos habemus, Reges Arabum, & Sabæa munera offerent, in Hebræo scriptum est, Reges Saba. primum nomen per sin, *ש*, secundum per *çamech*, *ç*. Miror tamen, cur Hieronymus Sabæos thuriferos accommodauerit priori Sabæ, quæ est in Æthiopia, cum posterior Saba, quæ est in Arabia sic regio propter thuris copiam in Sacris literis maxime celebrata. vt Hieremiæ. 6. Vt quid Thus de Sabæa affertis mihi? Ex his autem bene Steuchus in hunc modum colligit: Regina ergo Saba, quæ ad Salomonem munera, atque aromata attulisse memoratur, non Æthiopiæ, sed Arabiæ Sabæ regina erat. Ex eadem Magi ad Iesum Christum generis humani reparatore venerunt, ex his quæ regio affert, dona ei portantes, myrrham scilicet, & thus. De eadem scribitur apud Vergilium: India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. De eadem Esaias: Omnes de Saba venient. De Saba vero quæ in Æthiopia est, multa scribitur à Strabone: fallitur, autem meo quidem iudicio, ait Steuchus, Iosephus, qui scribit, Regnam Sabæ de qua in libris Regum scribitur

Ps. 71.

Hiere. 6.

3. Reg. 10.

Mat. 2.

Esai. 60.

Steuchus

Iosephus

scribitur

Esai. 60.

Ps. 71.

Tostad.

scribitur, fuisse non eius quæ in Arabia, sed quæ in Æthiopia est: quippe quæ ea tempestate Ægypto atque Æthiopiæ imperaret. Sed omnibus ex locis certe colligitur, eam reginam Arabiæ fuisse. Ideo ab Esaiâ eodem loco, vbi dixit, Omnes de Saba venient, ponitur, Omne pecus Cedar congregabitur tibi, & arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Cedar autem omnes apud Hebræos sciunt, esse Arabiæ partem. Nabaioth quoque Arabiæ populi sunt, qui à Græcis & Latinis paululum luxato nomine Nabathæi vocantur. Sic & David canit, Reges Arabum & Saba. vicinæ autem regiones ibi ponuntur. In Arabia præterea ferunt esse aromata, quæ illa ad regem attulerit. Præter ea cum dixerimus Saba per. f. crassum significare eam quæ in Arabia est, patet huius eam mulierem reginam fuisse: quia tertio regum scribitur *שָׁבָא מַלְכָּת סְבָא* vmalkath Seba, & regina Sabæ, quod per, sin, crassum scribitur. Quapropter non possumus probare sententiam Iosephi. Neque nos moueat, quod in Evangelio appelletur Regina Austris. nam Sabæi respectu Iudææ in austrum positi sunt: & ea plaga Australis aliquando nuncupatur. Hæc ideo animaduersa sunt: quia plerique apud nos & Græcos horum nominum amphibologia decepti sunt: eodem autem pene versu vtraque Saba hoc loco memoratur. Hæc ille. Cui tamen Tostadus noster refragatur terrij Libri Regum capite decimo, & secundi libri Paralipomenon capite nono. Liberum sit lectori iudicium. Denique Dedan gens est Æthiopiæ in Occidentali plaga.

Porro Chus genuit Nimbrod. Ex peccato nempe rebellio nascitur.

Ipse enim cepit esse potes in terra.

Potens intelligitur, vel gigas: nam superius ostendimus post diluuium quoque fuisse gigantes, vel tyrannos, primus enim hominum à diluuiio infuetam in alios tyrannidē exercuit. Vnde,

Et robustus dicitur venator.

Quia quos non poterat aperta vi opprimere, quodam quasi aucupio fallebat, alliciebat, capiebat, captosque sibi parere compellebat. Id quod Nimbrod perpetrabat, animo, non solum in homines pugnaci, subdoloque, sed etiam in Deum ipsum elato, atque rebeli, & impudentissimo. Hoc est enim quod ait.

Coram domino.

Ac si dixerit, vidente domino, & sentiente

cepit alios homines dolis circūuenire, violentia opprimere, eosque rapinis, caedibusque atrociter affligere: tantaque in cæteros mortales seuericia abutebatur, tamque superba mente Deo repugnabat, quod

Ab hoc exiuit prouerbiū, Quasi Nimbrod robustus venator coram Domino.

Quo significatur, is qui manifestatio diuinitatis contemptu, tum hominibus, tum Deo iniuriam inferre, nec veretur, nec timet.

Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Acad, & Chalane in terra Sennaar.

Babylon, ab eo quod ibi confusa sunt lingue turrim ædificantium Babel appellata est *בָּבֶל* Babel enim interpretatur confusio: principium autem regni eius dicitur fuisse Babylō, quoniam ciuitatum cæterarum gerebat principatum, vbi esset tanquam in metropoli habitaculum regni, quamuis perfecta nondum fuerit vsque in tantum modum, quantum superba cogitabat impietas.

Regnauit autem & in Arach.

Hoc est, in Edeffa, de qua Strabo: Trans fluiuium Euphratem est Bambiæ, quæ Edeffam & Hieropolim vocat, in qua Atergatim Dea Syriam colunt.

Et in Achad.

Quæ nunc dicitur Nisibis.

Et in Chalane in terra Sennaar.

Quæ postea verso nomine à Seleuco rege dicta est Seleucia: vel certe, quæ nunc Cusiphō appellatur. Sennaar igitur campus est Babylōnis, in quo turris extructa est.

De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniue, & plateas ciuitatis eius.

De hac terra Assyriorum pullulauit imperium, qui ex nomine Nini Beli filij Ninum condiderunt urbem, quam Hebræi appellant Niniue: ad cuius ruinam vel penitentiam tota Ionæ prophetia pertinet. Quorum laus in eo maxime extat, quod maiorum suorum impietas non eis obstitit, quin ad Ionæ prædicationem per penitentiam Dei gratiam & misericordiam promererentur.

Resen quoque inter Niniue, & Chale.

Et

Et Chale. Hæc est ciuitas magna, quæ postea à Seleuco Seleucia dicta est.

At verò Mizraim genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Neptuim, & Phretusim, & Celluim: de quibus egressi sunt Philistim, & Capturim.

Exceptis Labaim, à quo Libies nominati sūt, qui prius Phutei vocabatur: & Challoim, qui deinceps Philistim appellati sunt, quos nos corrupte Palestinos dicimus. Cæteræ sex gentes ignotæ sunt nobis: quia bello Æthiopico subuersæ vsque ad obliuionem præteritorum nominum peruenere. possederunt aut terrâ à Gaza vsque ad extremos terminos Ægypti.

Chanaam autem genuit Sidonem primogenitum suū Ethēū & Iebusæum, Amorraū & Geragesæum, & Euauū, & Arathæū, Cynēum, & Aradium, Samaræum & Amathæum. & per hos disseminati sunt populi Chanaeorum.

A Sydone vrbs in Phenice Sydō vocatur. deinde Aracæus, qui Arcas condidit oppidum contra Tripolim in radicibus Libani situm. Aradij sunt, qui Aradum insulam possederūt, angusto freto à Phenicis littore separatam. Cynēum, Cim, quæ postea vario euentu subuersa nomen tantummodo loco pristinū reseruauit. Samarci, quibus Edessa nobilis Syriæ Cæles ciuitas. Amath vsque ad nostrum tempus tam à Syrijs, quàm ab Hebræis, ita vt apud veteres dicta est, appellatur. hanc Macedones qui post Alexandrum in Oriēte regnauerunt, Ephiphaniam nuncupauerunt. Iosephus autem sic ait. De alijs autem septem, idest, Ethæo, Cethæo, Iebusæo, Amorraeo, Gergesæo, Euæo, Cynæo, Samaræo: præter nomina in Sacris literis nihil habemus. Hebræi namque eorum destruxere ciuitates.

Factique fuit termini Chanaa venientibus à Sidone Geraram vsque Gazam: donec ingrediaris Sodomam, & Gomorrâ, & Adamâ, & Seboim, vsq; Lefa. Quia cæteræ ciuitates Sydon, videlicet, &

Gerara, & Sodomâ, & Gomorrâ, & Adamâ, & Seboim notæ sunt omnibus. hoc tantum adnotandum videtur, quod Lefa ipsa est quæ nunc Callirhoë dicitur: vbi aquæ calidæ prorumpentes in mare mortuum defluunt.

Hi filij Cham in cognationibus & linguis, & generationibus, terrisq; & gentibus suis.

Hoc in loco Generatiōib<sup>9</sup> superfluit. Cæterū cognationes vocat tribus: linguas, diuersa uerbum, dictionum, idiomatumq; loquendi genera: generationes, varias genealogias: terras, distitas inuicem regiones nationes: quæ multas gentes in se continent. vt Hispanorum natione, quæ Cantabros, Celtiberos, Lusitanos, Illiberitanos, aliosq; populos genere diuersos complectitur.

De Sem quoque nati sunt patre omnium filiorum Heber, fratre Iaphet maiore.

Heber Hebræis est transitus: vocauere autem Chanaei omnes qui habitassent vltra Euphratem Hebræos, quasi transitorios. Et quoniam Sem regionem vltra eundem fluuium possedit, dictus est pater omnium filiorū Heber, idest, transitus. Non est itaque hoc in loco Heber nomen proprium: sed commune, cum addatur nomen distributiuum Omniu. Nec enim Sem fuit solum pater filiorum Heber pronepotis sui, sed cunctorum posteriorū suorum, qui terrâ vltra Euphratem sitam incoluerunt. Ex quo potest intelligi, Hebræorum nomen interdum significare in vniuersum cunctos qui Chanaeis & Ægyptijs vltra Euphratem habitabant, quasi transitores: interdum eos solum, qui essent ex genere Heber in quibus Hebraica lingua tantum permansit. Quod autem scriptum est, Fratre Iaphet maiore, ambiguitatem nonnullam habet. nam cum lingua Hebraica non habeat in casibus, sed tantum in numeris inflexionē nomen חֵטְיִן gadol, quod interpretatur magnus potest accipi sic, vt sit gignendi casus, & iūgatur cū substantiuo Iaphet, vt sit lectio, Fratre Iaphet maioris. nā apud Hebræos passim positiu<sup>9</sup> grad<sup>9</sup> pro cōparatiuo vsurpatur, q̄ illi propria cōparadi voce carēt. Ex quo tradunt Hebræi, Iaphet fuisse natu maiore fratre suo Sem. Id qd affirmare conatur ex eo q̄ Noe, cetero anno ante diluuiū gignere cepit: vt habuisti supra capite. 7. At Sē anno. 2. post diluuiū, cetero annū, vt habetur infra capite vndecimo. aliū igitur ante Sē genuerat.

et non is erat Cham, qui superius cæteris minor esse scribitur: videtur igitur fuisse primogenitus Iaphet. Nec moueat lectorem, quod Scripturæ autor enumerando Noe filios, ipsū Sem illi p̄fert, quia id facere potuit, vt ostēderet Sem esse meritis multo præstantiorē, multoq; fratre suo excellentiorē, & eum, ex cui<sup>9</sup> genere nasciturus esset Christus, quem adū brabat. Sic demum posterior priori præfertur, sicut magnus Baptista domino Iesu primatū tribuit dicens: Qui post me venit, ante me factus est. Tradunt nihilominus alij auctores, Sem fuisse inter fratres suos natu maximum, Iaphet ei proximum, Cham verò tā annis quàm meritis extremum. Attende lector minime nos huic sententiæ sic esse addictos, quin aliam existimemus esse veriorē, quam proximo capite exponemus. Iam verò enumeratur Sem progenies.

Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphaxat, & Lud, & Aram.

Hi ab Euphrate fluuiio partem Asiæ vsque ad Indicum Oceanum tenent. Est autem Elam à quo Elamitæ principes, Persidis. Assur: Iosephus, cui subscribit Hieronym<sup>9</sup>, tradit, hūc Assur fuisse, qui Assyrios, de suo nomine appellauit, Niniuemq; ciuitatem condidit. At verò Ioannes Annius Assur filium Sem alterum esse ab eo, qui in genealogia Cham recēsetur. Tradit enim fuisse filium Beli, nepotemq; Nimbrod, qui egressus de Babylonia tetrapolim Niniuen ædificauit. Hunc autem filium Sem ducem fuisse deducendarum coloniarum post Cham in Ægyptum, & à nomine suo vrbē ædificasse, de qua Esaias propheta: In Ægyptum, inquit, descendit populus meus à principio: Assur absque causa calumniatus est eum. Arphaxat, à quo Chaldei. Lud, à quo Lydij. Aram, à quo Syri: quorum metropolis est Damascus.

Filij Arā Hus, & Hul, & Iether, & Mes.

Hus Traconitidis & Damasci conditor inter Palestinā & Celēfyriā tenuit præcipatū, à quo Septuaginta interpretes in libro Iob, vbi in Hebræo scribitur Terra Hus: regionē Ausitidē quasi Husitidē transtulerūt. Hul, à quo Armenij, seu Carij. Porro Mes pro quo Septuaginta interpretes Mosoch dixerunt, nunc vocantur Meones.

At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber.

Ab hoc, ait Iosephus, Hebræos à principio vocauerunt. Cui & diuus Hieronymus ad stipulatur. Vocati sunt autem Hebræi, non vtique omnes posterij Heber: sed illi solum, qui eius simul cum vero Dei cultu linguam tenuerunt: quæ fuit omnium prima: & quā ab Hebræis Hebraicam vocamus. Id quod præter Augustinum, exactissimè pertractatur, & apertè ostenditur ab Abulensi nostro viro sapientissimo in quæstione vigesima prima commentariorum in quartum Exodi caput.

Natiq; sunt Heber filij duo. Nomen vni Phalech: eo quod in diebus eius diuisa est terra.

Hieronymus: Heber, ait, à quo Hebræi, vaticinio quodā filio suo Phalech nomen imposuit, quod interpretatur diuisio: ab eo quod in diebus eius linguæ in Babylone diuisæ sunt. Sed quid est quod ait, In diebus eius? Nonne & alij in diebus eisdem erant? Erant profecto sed hic dierū nomine tempus ipsū in quo Phalech natus est denotatur. Vnius testis est, Iosephus dicens: Dicitur est autem Phalech, quoniam secundum diuisionem habitatorum, nat<sup>9</sup> est, idest, sub diuisione habitatorū videlicet, quo tēpore diuisæ sunt habitatiōes.

Et nomē fratris eius Iectā: Qui genuit Elmodad, & Saleph, & Azarmoth, Iare, & Aduran, & Vzal, & Deda, & Hebal, & Abimahel, Saba & Ophir & Euila, & Iobab. Omnes isti filij Iectan. Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus vsq; Sophar montem Orientalem.

Hieronymus. Harum gentiū posteriora nomina inuenire non potui. sed vsque in præsens, quia procul à nobis sunt, vel ita vocantur, vt primum: vel quæ immutata sunt ignorantur. possederunt autem à Cophene fluuiio omnem Indiæ regionem, quæ vocatur Ieria. Isti sunt filij Sem secundū cognationes, & linguas, & regiones in gentibus suis. Hæ familie Noe iuxta populos, & nationes suas.

Porro profectæ sunt ex Iaphet nationes quindecim

Iosephus

Hieronymus

Iosephus

Hieronymus

decim: ex Cham triginta: ex Sem vero viginti septem. Animaduerte plures multo natos fuisse ex Chā homine prauo & impio; quā ex vtrouis fratru bonorum: ne mireris in perperuo humani generis successu plures esse improbos q̄ pbos, impios, q̄ pios: nō credentes Christo, quā credentes: vocatos, quā electos. Simile quiddam reperimus in naturalibus rebus: plures enim earum sunt viles, q̄ præciose: multo enim maior copia est stagni, quā argenti: & Orichalchi, quā auri. Quāto plures sunt prauis, quā studiosis: nec mirū, cum longè difficilior sit scopum attingere, q̄ ab eo errare. hinc & numerosiores sunt Gentiles & Saraceni, quā Christiani: quia nolūt summittere se legi contrariæ carni & sanguini. Hinc illud grauitè dictum: Licentia vitiorum creuit lex Saracenorum. Deniq; quia rarissimi sunt, qui præsentibus voluptatib⁹ renunciant, vt cœlestes assequantur, stultorum infinitus est numerus.

Eccle. i.

Itaque ab his.

Scilicet, septuaginta duabus nationibus.

Diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

Pape, quanta humani generis messis breuissimo temporis curriculo ex tribus tantum generibus succreuit. Libet cum Psalmista ad Deum exclamare: Domine secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Quæritur, quare non omnium filiorum Sem, Chā, & Iaphet progenies hic textitur? Propterea, ait Augustinus, multorum filij non sunt commemorati, quia gentibus alijs nascendo accesserunt: ipsi autem gentes facere nequiverunt. Nam qua alia causa, cum filij Iaphet octo enumerentur, ex duobus eorum tantum filij nati commemorantur: & cum Cham quatuor nominentur, ex tribus tantum, qui nati sunt, adijciuntur: & cum filij Sem nominentur sex, duorum tantum posteritas attextitur? nūquid cæteri sin e filijs remanserunt? absit hoc credere: sed gentes, propter quas commemorari digni essent, non vti que fecerunt: quia, si cut nascebantur, alijs gentibus addebantur.

Ps. ii.

Aug.

## Caput vñdecimum.

Erat autem terra labij vñius, & sermonum eorumdem.

Quoniam lingua instrumentum quoddam est à natura datum ad voces formandas, atque in verbis humanis, tū effingēdis, tū proferēdis principatū obtinuit iuxta illud Poetæ: Formatur enim natura prius nos intus ad oēm fortunarū habitū: iuuat: aut impellit ad irā, inde effert animi motus interprete lingua. Ideo merito vsurpatur vbiq; gentium pro illa dictionum congerie, qua homines inter se colloquuntur. Labium item oris, quia prominet & obuium est confabulantibus loquendi organum, pro loquela quoque conuenienter accipitur: sicut in Psalmo de suffronibus & detractoribus: Venenum aspidum sub labijs eorum. Simili quoque ratione os ipsum pro locutione ponitur, quia ianua quædam est, per quam sermo loquentis egreditur. Quod igitur hic ait, terram fuisse labij vñius, eorūdemq; sermonū, tantum valet quantum si dixisset, vnicūm fuisse vocum.

Ps. 139.

genus atque verborum, eademq; dictionum inflexione tunc temporis cunctos vsos fuisse mortales: nam labium ad linguam, id est, eandem verborum congerie refertur. sermo autem ad ipsorum verborum formam, id est, vni formam illorum inclinationem. Quæres, quænam fuerit hæc vna lingua? Hebræa quippe: siquidē Hebræa sunt nomina, quæ Adam animalibus imposuit, & filijs suis ac posteris suis indita; quæ per Sacros libros referuntur. immo & quæ Deus ipse, aut in primis formauit, aut immutauit, Hebræa proculdubio esse constat, cum solam interpretationē Hebræicam admittant. immo & Hebræos omnium mortalium primos literas inuenisse, autor est Eusebius Cæsariensis in libro decimo De præparatione Evangelica. Argumento, inquit, maximo est, ab Hebræis repertas esse literas, ipsarum literarum apud Græcos appellatio: quibus nihil significant, at singula apud Hebræos

Eusebius

braos elemēta appellatione significatiua vocantur: quod apud Græcos nullo modo fieri potest. vnde non esse ab illis inuenta, sed ab alijs accepta, declaratur. Interciderunt autē, teste diuo Hieronymo Hebrææ linguæ literæ: quibus, antequam captiui Babylonem ducerentur, vsi sunt: inuentisq; alijs ab Esdra scriba legisq; doctore post secundam templi instaurationem hucusque vtuntur Iudæi. Enimvero sub vtriq; caracteribus lingua Sacra inuariata permansit, id quod aperte indicant hæc nomina, Adam, Eua, Kain, Hebel, Seth, Noe: quorum interpretationem scriptura continenter inferens linguam eorum immutatam permansisse manifestissimè demonstrat. Erant denique illius sæculi hominibus eadem loquentibus verba, & vnus idemque δῖαλεκτος, atque idioma, eademq; in verbis declinationis forma.

Hierony

Cunq; proficiscerentur de Oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo.

Causam profectiois eorum Iosephus prodit in hæc verba. Filij Noe tres erant, Sem, Cham, & Iaphet, qui ante centum diluuij annos fuerat, generati. hi primū de montibus ad cæpestria descēderunt, vt illic haberēt habitaculū: & alios valde metuentes, ppter diluuiū ad cæpos descendere, & segniter habētes, ab excelsis locis ad inferiora venire coegerunt. quippe vt eorum fiducia imitatores existerent, & campus quidem in quo prius habitauerunt, Sennaar appellatur. De quo Eusebius libro De locis Hebræicis interprete Hieronymo sic ait. Sennaar campus Babylonis, in quo turris extructa est. vnde egressus Assur edificauit Niuiuen. Meminit & huius loci Iosephus in primo libro Antiquitatum scribens de campo qui in Babylonia regione vocatur Sennaar. Narrat Hestius historicus dicens: Quidam sacerdotum profugi, de templo Gamalij louis sacra rapientes, in Sennaar campum Babylonis peruenerunt. Aduerte lector amice, hunc historicum, vt pote Ethnicū, ex vera historia mendacem fabulam finxisse. Ceterum non est putandum, cunctos, qui iam erant homines in campum Sennaar conuenisse: sed dumtaxat, quos Nimbrod secum ducebat, alios orationis blanditijs alliciens, alios terroribus vrgens, alios denique corporis robore sibi subiectans: iam enim robustissimus ille gigas cœperat esse potens in terra.

Iosephus

Eusebius

Dixitque alter ad proximum suum.

Alter positum est pro eo quod est Quivis, & Proximus: vt ex Evangelio constat: est quilibet, cui aut officium præstare, aut ab eo recipere possis. quod verbum non tantum Sacrarum literarum, sed etiam vsurpatū est ab Aristotele, vsurpatum est & à Cicerone. Mutuo igitur illi viri se ipsos adhortati sunt, sibiq; inuicē persuaserunt, turrim extruere, sed princeps erat facti Nimbrod filius Chus, filij Chā filij Noe. Hic cum superbus esset, & audax, manuq; fortissimus: vt sibi subditos faciliè in pudenda flagitia, & immania facinora impelleret, diuinam prouidentia de medio tollere curabat. suadebat enim illis, nullatenus esse Deo curæ res humanas: neque illum improbis supplicia inferre: neque nobis scelicitatem apponere: sed aduersa imbecillis ignauia sua accidere: & robustis propter audaciā suam prospera contingere. his denique fallacijs cognatos suos ad tyrannidem exercendā erexit. Eos autē, qui præcedentis diluuij memoria distinebantur, metuētes ne forte Deus eorum peccatis irritatus iterum horrendam vastissimi diluuij cladem induceret, ad ædificandam altissimam turrim, quo non ascenderet aqua nimia asseueratione impellebat. Itaque multitudo illorum hominum ægreferentium Deo seruire, & in ea quæ à peruersissimo duce proponebantur procliuissimorum, turrim ædificandam decreuit. sese igitur inuicē monentes, ac incitantes dicebant sibi inuicē.

Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni.

Pro eo quod in Latino est, Venite, Hebræis est הָבָה hāba. quæ exhortatoria est particula, valetq; quantum apud Latinos, Agedum, quod est hortantis aduerbium. Ergo cum dicitur, Venite: non tam pedum gressus, quā volūtatum ad institutum opus faciendum consentium expetitur. Sic & apud Esaiam adhortatorium est illud, Venite, ascendamus in montē Domini: & illud Psalmi, Venite exultemus Domino: & apud Marcum, Venite, occidamus eum.

Esai. 2.

Ps. 94.

Mar. 12.

Faciamus, inquiunt, lateres, & coquamus eos igni.

Ampla erat vti que & grandis planicies campi Sennaar: sed elapidata. ideoq; ad lateres confugerunt: immo, vt Iosephus sentit, edificabatur paries latere cocto, colligatoque bitumine,

tumine, ne forte penetraretur, ac dissolueretur aquis.

Habueruntque lateres pro faxis, & bitumen pro camento.

Lapis terra est suapte natura durissima. Latres vero sunt terra igni concocta, & valde indurat. Bitumen genus cretæ tenacissimæ, quo abundat lacus apud Babylonem, adeo ut inde fabricasse, vel potius ampliassse Babylonis muros Semyramis dicatur. Conficitur etiã nunc aliud bituminis genus ex ferreis scorijis, viuaque calce, summeque contritis laterum rasamentis, additis seuo, pilisque, caprinis, oleo denique his omnibus superinfuso. At camentum hoc loco Hieronymus posuit pro calce, aqua sabuloque fermentata.

Et dixerunt, Venite.

Ex hortatione repetita ardentissimum in eis edificandi studium declaratur.

Faciamus nobis ciuitatem, ac turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum.

Cum dicunt, faciamus nobis, non omnes tunc ibi erant homines: videtur enim hoc dixisse alterum alteri ex ijs quos Nimrod secum traherat. alioqui si Noe illis adesset repressisset eorum conatum: vivebat enim adhuc vir iustus. Edificabant itaque urbem in habitaculum, turrim in arcem, ut idem locus esset, & multorum ciuium capacissimus, & aduersus hostes munitissimus. Cum autem dicunt, Nobis: indicant ea sibi facturos moenia, non Deo. quia omnes impij sibi met ipsis edificare nituntur, haud Christo, super quem Paulus superædificare gloriatur. Decernunt item in valde sublimem altitudinem turrim attollere. hyperbolicus enim dictum est: Cuius culmen attingat ad cœlum: ut illius sublimitas explicaretur. Sed quorsum tanta altitudo? scilicet cauebant sibi prudentissimi viri: ut si rursus in diluuium aquæ succrescerent, haberent quo confugerent. Enimvero quid perfectura fuerat humana presumpcio. cuiuslibet enim magnitudinis turris esset, & quantumlibet aduersus Deum in altitudinem ea moles extolleretur, quando montes transcenderet vniuersos: quando spacium nebulosi aëris huius euaderet, supra quod prioris diluuii aquæ ascenderunt? Reuera dominus cognouit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Cæterum, si tantam molem edificabant, ut eam incolerent: qualiter his cohærent, quæ

mox subiunguntur?

Et celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras.

Nempe, aut vno, aut altero modo, aut utroque inter hæc duo conueniet. primum enim videntes, se frequentissimis & gemellis semper foetibus numerosissimam in multitudinem indies excrecere, quantam terra Sennaar, quantumlibet latissima capere non posset: nimiaque ambitione elati, amplissimis constructis munimentis & clarissimis toto terrarum orbe monumentis, sempiternum generis sui titulum erigere, & insigne quoddam antiquitatis suæ memoriale posteris relinquere meditabantur. Denique ambierunt maximam gloriam ex edificio maximo. Verum aduertat diligens lector, an aptius huic loco quadrent Hebraica. nam pro eo quod Latinis est antequam, Hebraeis est, *לפני*, id est, ne forte. ac si dixerint: *Edificemus nobis urbem & turrim, ne forte diuidamur in vniuersas terras.* de quibus in hunc sensum Iosephus ita tradit: Quia iuuentutis multitudine feruebant, eos Deus a se migrare fecit. & quoniam non in illius propiciatione putabat se habere bona, sed propriam fortitudinem sibi credebat causam esse diuitiarum: vnde apposuerunt, ut voluntati Dei inobedientes existerent, putantes quod per inuidiam eius ab alterutris migraretur, ut diuisi possent Deo facilius subiugari. hæc ergo de causa Deo rebelles ambiebant esse congregatos atque munitos intra eadem moenia, ne facile possent dispergi in alias atque alias terras. Cõgruit huic culpæ poena quam Deus illis irrogauit. cõfudit enim eos, atque diuisit eorum linguam vnam in varias atque discrepantes: ut earum dissonantia cõpulsim agminatim in varias orbis regiones discederent: ut & in hoc verum sit, Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur: & illud, Timor impij veniet ei.

Descendit autem Deus, ut videret ciuitatem & turrem, quam edificabant filij hominum.

Neutiquam loco mouetur Deus, sed *κατωθεν* descendere dicitur, quando inferiora hæc despicit: non quod non semper ea cognorit, sed quod decernit in eis aliquid facere, quod antea non fecerat. Probe & subtiliter Augustinus. Non loco mouetur Deus, qui semper vbique est totus: sed descendere dicitur

dicitur, cum aliquid facit in terra, quod præter vsitatum naturæ cursum mirabiliter factum præsentiam quodammodo eius ostendit. nec videndo dicit ad tempus, qui nunquam potest aliquid ignorare: sed ad tempus videre & cognoscere dicitur, quod videri & cognosci faciat. Non sic ergo videbatur illa ciuitas, quomodo eam Deus fecit videri, quando sibi, quantum displiceret, ostendit: sed & nos per hoc erudimur, nunquam fratres esse temere condemnandos: neque auditu solo iudicandum, nisi pluribus argumentis prius certi reddamur. Quare nunquam licet iudicibus de aliquo vel homine, vel facto ante plenam causæ cognitionem sententiam ferre. Descendit itaque Deus, ut videret urbem & turrem, quam edificabant filij Adam. Anima aduerte non vocasse eos Dei filios, quia ab insigni illa & gratiosa imagine, in qua conditi fuerant procul exciderant: nec dixit eos filios viri, quia à virili officio & pietate probo viro digna longe recesserant: sed nuncupauit eos filios Adam, non tantum ut speciem notaret, quam ut primi hominis memoriam faciens simili errore & culpa, qua ille lapsus fuerat & implicatus, eos nunc fuisse collapsos & inuolutos ostenderet. quippe qui non minus impij & in grati extiterunt erga Deum, qui eos à communi horrendi diluuii strage seruauit tantum magnificè, quantum si eosdè ab integro condidisset, quam Adam, qui paulo post à creatione non est veritus conditoris sui auctoritatem contemnere, iussione meque violare.

Et dixit dominus, Ecce vnus est populus & vnum labium omnibus.

Quid est, quod vnitatis autor & concordie coronator, velut vtranque improbare. Ecce, inquit, vnus est populus, & vnum labium omnibus: illud proculdubio est in causa, quod bona non est omnis concordia. Quam male cõcordes fuere reges terræ, qui astiterunt, & principes qui conuenerunt in vnũ aduersus Dominum & aduersus Christum eius: quos interdum dñs Iesus bene diuidebat, ne male cõcordes periret: perperam quoque conueniebat inter Phariseos atque Saduceos, ut Paulum occiderent: idcirco prudenter ille vnica exclamatione eos in disensionem impulit. Socij quoque Choræ hominis sediciose prauè ei cõsentiebant: ideoque à Deo bene diuisi sunt. Non ergo omnis discordia est improbanda: sed ea tantum, quæ bo-

no promouendo impedimentum affert. Preceptor etiam cœlestis, tum ut malam de medio concordiam tolleretur, tum ut bonam discordiam inferret, in mundum se venisse testatur, quando suis discipulis inquit: Nolite arbitrari, quod veni pacem mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium: scilicet ut malam pacem bona dissonantia tollat. Nimirum tale quid impræsentiarum Deus molitur: ut, quia turrim edificantes in malo concordantes erant, immisso inter eos maximo discordiæ seminario, inuicem dissentirent, & à se ipsis procul discederent. Sanè irrefrenatam eorum pertinaciam declarat subiungens:

Cœperuntque hoc facere: nec desistent à cogitationibus suis, donec eas opere complerant.

Subaudiendum est, Nisi à superiori potestate prohibeantur.

Venite igitur, descendamus, & confundamus linguas eorum, ut non audiat vnusquisque vocem proximi sui.

Hoc profecto dictum esse bifariam intelligitur, vel tanquam Pater dixerit illud ad Filium & Spiritum sanctum secundum sacræ Trinitatis mysterium: nam & singulariter subiunctum est, Et diuisit eos: sicut cum dixisset Deus, Faciamus hominem, postea intulit, Fecit igitur Deus hominẽ. Huic sensui suffragatur Chrysostomus in sermone de Trinitate inquit: Alterum & alio loco dicit Scriptura, Venite, & descendamus, & confundamus illorum linguas. dicendo, Venite, pares honore exhortando vocat. neque enim si angelis imperasset, dicere debuit, Venite: sed imperando, Ite. Vide autem obsecro, quomodo Patris vox Filium & Spiritum vocet. Nam si ad vnum solũ hoc dictum esset, debebat dicere, Veni, & descendamus, & confundamus illorum linguas. quia autem dixit, Venite, vnus est vox ad duos honore æquales. Vel potest accipi ita, quod fuerit locutio Dei ad angelos, quorum ministerio in confundendis linguis Deus est vsus: estque, recapitulatio quædam, ut ait Augustinus, demonstrans quemadmodum factum sit, quod dictum fuerat, Descendit dominus. si enim iam descenderat

*Psal. 2.*

*Act. 23. h. et. 29. f.*

*Aug.*

*Mat. 10.*

*August.*



derat, quid sibi vult, Venite, & descendentes confundamus linguam eorum: quod intelligitur angelis dictum: nisi quia per angelos descendebat, qui in angelis descendebat. Et bene, non ait, Venite & descendentes confundite, sed Confundamus ibi linguam eorum: ostendens, ita se operari per ministros suos, ut sint etiam ipsi cooperatores Dei, sicut Apostolus dicit, Dei enim sumus cooperarij. *1. Cor. 3. b* Quæret aliquis, cur Deus hos homines non minus impios, quam fuerant illi gigantes diluio delicti, non omnino alia quavis à diluio poena simul interfecit? Is audiat Iosephum huiusmodi causam afferentem. Sic illos infantes Deus intendens, omnes exterminare pariter non decreuit, quoniam nec alijs dudum perditis formidabant: sed discordiã immisit illis diuersarum linguarum: ut per multas absonasq; voces intellectu carere possent. & hoc est quod ait, Ut non audiat, id est, mente percipiat, intelligatq; vnusquisq; vocẽ proximi sui. Hoc decreuit Deus se facturum, nõ dubium, quin illud fecerit: quanquam Scriptura, sicut solet, illud pluribus verbis minime expresserit: dicendo enim Deus fecit, quod voluit, quod ita factum esse res ipsa ostendit. Genus hoc autem poenæ, quàm fuit culpæ cõgruum & pulchrum? Quoniam enim, ut ait Augustinus, dominatio imperantis in lingua est, ibi damnata est superbia, ut non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere, ut obediret iubenti Deo. Sic illa conspiratio dissoluta, cum quisque ab eo, quem non intelligebat, abscederet: nec se nisi ei, cum quo loqui poterat, aggregaret. Et per linguas diuise sunt gentes, dispersæque per terras, sicut Deo placuit, qui hoc modis occultis, nobisq; incomprensibilibus fecit. atq; ita diuisit illos dominus ex illo loco in vniuersas terras: ut pro linguarum diuersitate diuersæ per orbem terrarum cõderentur colonie. Auctus est autem numerus gentium, multo amplius, quàm linguarum. nam & in Africa barbaras gentes in vna lingua plurimas nouimus: & homines quidem multiplicando generi humano ad insulas inhabitandas nauigio transire potuisse, quis ambigat? putarim equidem eodem spiritu quo linguæ diuise sunt, ad eam fuisse vnam quancunque familiam, quæ vna eademque lingua utebatur ad aliam, atque aliam mundi regionem incolendam. Quis enim non credat, eundem Deum, qui superbiorum linguas confuderat, sic eos disseparasse, ut non quam quisq; vellent orbis partem occuparet: sed eam inhabitaret, ad quã Dei nutu agebatur. Huc

quoq; spectare videtur illud legislatoris, quod habetur Deuteronomij cap. 32. Quando diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios Adam: constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Equidem filios Israel hoc loco intelligendos reor, nõ tantum septuaginta illas, & si quæ amplius, animas de foemore Iacob egressas: sed Apostolos quoque discipulosq; Christi, qui iuxta gentium numerum atq; varietatem, multiplicata linguarum dona susceperunt. Apparuerunt, inquit Lucas Euangelista, illis dispersitæ linguæ, tanquã ignis: sed itq; supra singulos eorum. Hæc linguarum sane distributio ita diuinitus dispensata creditur, ut vniciq; Discipulorum Christi ea loquendi vis præcipue tribueretur, qua vteretur gens, cui esset Euangelium prædicaturus. Nec meus est hic tantum sermo, sed quem docuit etiã Hieronymus, is em in responsione nona ad Hedibiam tractans illud Psalmi. 67. Dis dabit verbu euangelizantibus virtute multa. Ut habent, inquit, nõ dubium quin discipuli Christi afflati Spiritu sancto, operatione virtutis, & gratiam sanitatum, & prædicaturi multis gentibus acciperent genera linguarum: ut ita tunc cognosceretur, qui Apostolorum quibus deberent Gentibus nunciare. Deniq; Apostolus Paulus, qui de Hierusalem vsq; ad Illyricum prædicauit, & inde per Romam ad Hispaniam ire festinat, gratias agit Deo, quod cunctis Apostolis magis linguis loquatur. qui enim multis Gentibus prædicaturus erat, multarum linguarum acceperat gratiam. Adnotandum est etiam id quod traditur, Deum ædificantium linguam confudisse, eamq; diuisisse, sanè accipi: si intelligatur, ex vna multas fecisse, eandemq; in varias disseuisisse, non vtiq; noua indiuiduarum vocum scribendarum creatio, sed noua illarum in varias syllabas comprehensione, nouaque syllabarum in alias atq; alias dictiones constructione, nouataq; eiusdem dictionis significatione. Qua de re peticularetur satis Alehuinus inquit. In hac diuisione linguarum nihil nouum fecit, id est nullam literarum vocem, quæ antea nõ sonaret, nouiter creauit: sed dicendi modos, & formas loquelarum diuersis gentibus diuisit. Vnde easdem syllabas & eiusdem, potestatis literas aliter coniunctas in diuersis linguis inuenimus: & sæpe eadem, vel nomina, vel verba apud alios aliud significant. vnde vbi dicitur Psalmo secundo, In virga ferrea, in Græco est. ἐν ῥαυδῷ σιδῆροῦ, En raudo sidera. attamen in Latino Sydera non Ferrea significat, sed Astra. Nec illud præteribimus

*Deut. 32.*

*Act. 2.*

*Hierony.*

*1. Cor. 14.*

*Alchmi.*

bimus ex his posse extimari in omnes mortalium linguas aliquas voculas ex Hebraico fonte dimanasse: licet mutata in plerisque, carum inflexione. esto exempli gratia. Ea vox, quæ Latinis est cornu, Græcis est κέρας kèras: Hebraeis ver ἰῶν kèren, plane tam manifestam harum trium vocum cognationem, per quã alia ex alia formata est, nemo tam hebes ingenio est, qui non intelligat: hinc nimirum euenit, ut Syrorum, Assyriorum, Babyloniorum, Arabum, Medorum, Persarum, aliarumque multarum nationum Orientalium linguæ sint Hebraicæ maxime affines. Et ediuerso Gallo rum, Vascontum, Britannorum, aliarumq; Occidentalium gentium linguæ sint illi valde diuersæ: tamen non omnino Hebraicarum dictionum expertes habeantur. Et ut in summa quod hac de re sentio, dicam: quanto in illa Babylonica confusione quæq; gens inde remotius abiit, tanto minus ei cum Hebraica lingua conuenit: & quod proprius cõsedit, eo magis Hebraici sermonis est particeps. Suffragatur etiam nobis in hac parte eruditissimus Hieronymus in tractatu, quem super visione Eliaæ edidit dicens: Initium oris & communis eloquij, & hoc omne quod loquimur, Hebraeam linguam, qua vetus testamentum scriptum est, vniuersa antiquitas tradidit: postquam verò in fabricatione turris per offensam Dei linguarum diuersitas attributa est, tunc sermonis varietas in omnes dispersa est nationes. Hæc ille. Denique aliubi Chaldaicã linguam cum Hebraica conferendam olim relinquimus. Porro linguis confusis fabricatores impediti fuerunt, & cessauerunt ædificare ciuitatem: non dubium, quin ob linguarum confusionem à fabricanda tanta mole desistit. nam sermonum conturbatio communem tollebat intelligentiam: quæ de medio sublata prius quidem stuporem quemdam in illis efficeret, deinde indignationem, indignatio vero contentione, contentio turbulenta missionem: turbulenta verò mistio tantam animorum dissensionem, ut ne mutuis vulneribus caderent, necessum fuerit, plerisque, inde discedere, nouas sedes quæsituros. Id quod proculdubio constat euenisse vrgente eos inde proficisci occulta quadã diuinitatis vi. quod Scriptura testatur dicens.

*Hieron.*

Atque ita diuisit eos Dominus ex loco illo in vniuersas terras: & cessauerunt ædificare ciuitatem. Dicit quispiam si interruptum est opus illud,

quomodo verum est, tã vrbẽ, quã turre postea fuisse vix credibilis magnitudinis? Quoniã, quã fabricatibus impedimentum ingruit, itã vtriusq; opus insigniter excreuerat, amplius in dies festinat augendum, nisi diuina manu præpeditum vtriusq; fuisset. Nã, ut ait Iosephus, sumebat operum altitudo facilitatẽ: & plusquã sperare quis posset, multis manibus vtriusq; fabricata crescebat. latitudo autem ita erat fortissima, ut prope eam respicientibus longitudo videtur imminui.

*Iosephus*

Et idcirco vocatum est nomen eius Babel: quia ibi confusum est labium vniuersæ terræ.

Deriuatur em Babel à verbo Babal, quod est confundere & miscere, quia sermo humanus ibi fuit perturbatus. Porro hoc de loco Hieronymus in libro quẽ edidit super nominibus regionum, atq; locorum, quæ in Actis Apostolicis continentur. Babylõ, inquit, metropolis est regni Chaldeorum, vbi corus, qui ædificabat turrim, linguæ diuise sunt. à quo & regio circumposita Babylonia vocatur. hæc fuisse potentissimã & in caepetribus Sennar per quadrum sitã, ab angulo vsq; ad angulum muri sedecim millia passuum tenuisse. i. simul per circumum, sexaginta quatuor millia refert Herodotus, & multi alij, qui Græcas historias cõscripserunt. Atx aut. i. capitulum illi vrbis est, quæ post diluuiũ ædificata quatuor millia passuum tene re dicitur: cuius post ruinã muri tantum stiles remansisse, & ob bestias quæ illic abudant captadas recuperati esse traduntur. hæc vrbẽ longo post diluuiũ tempore Nabuchodonosor amplificauit, ut habes Danielis cap. 4. sed prius eam Semiramis cõstitibus muris auxerat.

*Hieron.*

Et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.

Vides, quod etiã atq; etiã ipsi dño tribuit, quod gentes à Babylone profectæ ad extremos orbis terminos peruenerint, & ad maris insulas transierint. Probe Iosephus: Diuisi sunt itaque post hæc diuersitate linguarum, & migrationes agerent vbiq;, & terrã apprehēderent vnusquisq; felicẽ, & ad quã eos Deus adduceret: ita ut ois terra per eos cõpleretur Mediterranea, simul & Maritima. quidã autem etiã nauibus transirent, insulas habitarent. Hæc ille. Ex quibus constat, illos præcos hoies diuino Spiritu actos, non modo ad proximas insulas, sed ad remotissimas à cõtinente ad nauigasse, easq; inhabitasse quinetiã, siue vastissima maria emensos, siue totum orbem nostrum pagratos, in alterum huic nro

*Iosephus*

oppositum transisse, antipodasq; constituisse. Quis non credat diuino tunc numine factū, quod nostris temporibus Hispanorum navigatione perfectum esse videmus; qui modo sub vno, modo sub altero Polo, vel per mare, vel per continentē eūtes vtrūq; terrarū orbē peragrati, ad antipodas perueniunt? sequitur.

**Hæ sunt generationes Sem.**

Sicut enim ab Adam per illum qui appellatus est Seth, ducta est iustorum generatio vsque ad diluuiū, ita post diluuiū à Noe per filium eius Sem generationum series vsque ad Abraham producta est. sic & denique ab Abraham per Isaac, cæterosque posteros Iesu Christi genealogiam Matheus Euangelista contexit. Tradita est igitur hoc in libro memoria, humanæ propagationis series, seruata maxime à primo parente in posteros iustorum linea. Ut hinc noueris, non modo his literis contineri nudam mundanæ creatiōis iam olim factæ historiam: sed etiam humanæ recreationis mysterium, quæ per Christū faciēda erat, per priores ætates ab vno in alterum cum generatione corporali tum spirituali deductum fuisse. Nanque primus humani generis parens Adam tradidit filio suo Seth se fuisse à Deo è limo terræ formatum, immisit sibi ab illo spiraculum vitæ. Eamque ex costa de latere conuulsa ædificatam, collocatos in paradiso voluptatis, præceptum eis additum, eius transgressionem, expulsionem è paradiso, & quam demum haberent spem recuperandi diuinam per Christum de progenie sua nascituram gratiam: per quam tandem in scælicissimum reuocarentur statum. hæc eadem de Christo sacramenta à Patre, vel tam clare, vel aliquanto obscurius accepta Seth creditur tradidisse abnepoti suo Enoch: Enoch autem filio suo Mathusala: Mathusale filio suo Lamech: Lamech autem filio suo Noe: Noe autem additis etiam consummatis sub diluuiō sacramentis hæc, & illa enarrauit filio suo Sē: Sem verò Phalech: Phalech verò Heber: Heber autem Abraham, qui etiam à Sem doctus fuit: Abraham item de eisdem arcanis instituit filium Isaac: Isaac Iacob: Iacob autem duodecim Patriarchas: illi suos posteros: quos multo amplioribus arcanis lata diuinitus lege Moses imbuit. prophætæ cœlestibus oraculis manifestius instruxerunt: & frequentissimis de Christo proximè venturo promissionibus ad summam spem erexerunt. Sic itaque diuinorum mysteriōrum cognitio à primo parente primum sumpsit

exordium: quæ per temporū procurrsum longius in dies prouecta, ac magis magisq; aucta, ad secundum peruenit Adam, nēpe Christū Iesum, qui aperta in luce emicans, ea quæ in sinu Patris manens ab æterno nouerat, & Patriarchis, atq; Prophetis subobscurius inspirauerat, homo factus summa claritate exposita nobis manifestissime reuelauit. Hæc enim de causa Lucas Euangelista ipsius dñi Iesu Christi generationē per alios atq; alios Patriarchas retrorsum ascendens per Adam in ipsum Deum ordinatissime reuocat: ut nobis inde compertum esset, eundem fuisse nobis reparatorem, qui fuerat & nostri conditor: ut duobus maximis nominibus eidem obnoxij summa gratitudine, summisq; votis tātæ maiestati, tantæq; pietati debitum cultū rependamus. Omnis igitur cæteris filijs Sem ad rem modo prædictā non pertinentibus, illi cōnectitur in ordine generationū, per quos possit ad Abraham perueniri: sicut illi connectebantur ante diluuium, per quos perueniretur ad Noe, digestis generationibus illis quæ propagatæ sunt ex illo filio Adam, qui appellatus est Seth. Sic ergo incipit generationum ista connexio.

**Et hæc generationes Sem. Sem centum erat annorum, quādo genuit Arphaxad biennio post diluuium.**

Iosephus tertium Noe filiū dicit esse Sē iuxta feriem analogiarū præscriptarū. Sed fallitur. non enim postrema genealogia Sem descripta est, q̄ esset ipse fratru minimus: sed quia ex ea texeda erit iustorum progenies, donec ad Abraham perueniretur. Tenēda est igitur Hieronymi sententia tradentis, illum natu maiorem fratre suo Iaphet. sic enim superius traduxit, De Sem fratre maiore Iaphet. Facit & non parum ad Hieronymi sententiam, quod vbicunque tres fratres simul nominantur, semper alijs duobus ordine præfertur Sem. Nec traditio, quam superius enarrauimus, cogit nos fateri, natum fuisse iusto Noe alium filium ante Sem. Id quod sic probare conantur. Noe anno quingentesimo ætatis suæ generare cepit: diluuium autē inundauit anno sexcentesimo vitæ illius: ergo filius primus ab eo genitus centesimum habebat annum, cū diluuium est inductum. Sem autem biennio post diluuium centesimum attigit annum: alius igitur filius ante eum natus fuit Noe. non vtique Cham, qui supra dictus est

Luc. 3.

Iosephus.

Supr. 10.

est suis fratribus minor: fuit ergo is Iaphet. Sed hoc argumentum non cogit nos cum eis sententiam: quibus respondere possumus, Noe non statim completis quingentis vitæ suæ annis genuisse, sed in fine anni quingentesimi primi generasse ipsum Sem, qui nouem mensibus in matris utero commoratus, fuerit natus anno vitæ Noe quingentesimo secundo. hæc nempe ratione fit, ut cum aquæ supra terram sese infundere inceperunt, haberet Sem dumtaxat nonaginta octo annos, ac subinde biennio post diluuium, id est, centesimo vitæ suæ anno genuerit Arphaxad. Cui hæc satis non sunt, legat Venerabilis Bedæ super hunc locum scholia.

Vixit autem Sem, postquam genuit Arphaxad quingentis annis, & genuit filios, & filias. facti sunt itaque omnes dies Sem anni sexcenti.

Ex quo liquet vixisse illum vsq; ad quingentesimum annum vitæ Iacob. quod ita colligere poteris. Nanque Abraham nascitur anno post diluuium ducentesimo nonagesimo secundo. Isaac verò centesimo anno vitæ Abrahamæ natus est: qui genuit filium suum Iacob, cū sexagesimum ageret annum: quibus si addideris nonaginta octo annos, quos tempore inundationis Sem attigerat, fit ex omnibus quingentorum & quinquaginta annorū summa. ac perinde relinquuntur anni quinquaginta à Iacob natiuitate vsque ad sexcentesimo annum in quo Sem mortuus est.

Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. vixitq; Arphaxad postquam genuit Sale trecentis tribus annis, & genuit filios & filias.

Error est hic in numero: legendum enim est quingentis tribus annis. Mortuus est itaque Arphaxad anno quadragesimo octauo vitæ Isaac.

Sale quoq; vixit triginta annis & genuit Heber. Vixitque Sale postquam genuit Heber quingentis tribus annis, & genuit filios & filias.

Ergo Sale vixit quingentis triginta tribus

annis, & mortuus fuit decimo octauo anno ab ortu Iacob.

Vixit autē Heber triginta quatuor annis, & genuit Paleg. & vixit Heber, postquam genuit Paleg, quingentis tribus annis, & genuit filios & filias.

Et sic sunt omnes anni vitæ Heber quingenti sexaginta quatuor: mortuusq; est Heber septuagesimo nono anno vitæ Iacob.

Vixit quoq; Paleg triginta annis & genuit Reu. Vixitq; Paleg, postquam genuit Reu, ducētis nouē annis, & genuit filios & filias.

Totū ergo tempus vitæ Paleg sunt ducēti triginta nouē anni, & mortuus est quadragesimo octauo anno vitæ Abrahamæ, decem videlicet annis ante eum annū in quo Noe mortuus est.

Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Saruch: vixitque Reu, postquam genuit Saruch, ducentis septem annis, & genuit filios, & filias.

Fuerunt igitur omnes anni vitæ Reu ducenti triginta nouem: qui mortuus est anno septuagesimo octauo vitæ Abrahamæ, id est, tribus annis ab ingressu Abrahamæ in terram Chanaan. Aiunt hac tempestate Nimrod adijisse Persas, eisq; instituisse, ignem colere, quod esset vltibus hominum maxime vtilis, & inter omnia elementa pulcherrimus: sicut & Aegyptijs religio fuit aquæ sacra facere, quod Nilus fluminis exundatio agros eorū fecundaret.

Vixit verò Saruch triginta annis, & genuit Nachor, vixitq; Saruch, postquam genuit Nachor ducentis annis, & genuit filios, & filias.

Ergo facti sunt omnes anni vitæ Saruch ducenti, atq; triginta: mortuusq; est anno ceterimo vitæ Abrahamæ: qui fuit primus vitæ Isaac: Fertur & hac tempestate regnum Scytharū, qui à nobis Gothi dicuntur, incepisse quorū primus rex fuit Thamnus.

Vixit autem Nachor viginti no

rem annis, & genuit Thare: vixitq; Nachor, postquam genuit Thare, centum decem & noue annis, & genuit filios, & filias.

Summa igitur annorum vitæ Thare sunt centum quadraginta octo anni: mortuusq; est anno fere quinquagesimo vitæ Abrahamæ. Quæritur autem hoc in loco peropportune: cur in recensendis ætatis huius generationibus, superputatis annis eorum qui vixerunt in ea, de obitu eorum nulla fit, sicut in priori mentio?

*Beda.*

Huic quæstioni Beda ita satisfacere putat. Nulquam in tota hac serie generationum additur, Mortuus est, sicut in ætate quæ præcessit diluuium: quia nemo erat in tota hac complexione nascentium, de quo ex cæteris excepto, dici posset, sicut ibi de Enoch, Ambulauitq; cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. At nobis altior quædam videtur eius silentij ratio: & quæ ad Christum commodè referri possit. Nam cum tres genealogiæ à Noe fuerint deriuatæ, & ex eis ea tantum quæ fuit Sæ ad Christi generationem pertineret, noluit Spiritus sanctus ibi mortis meminisse, vnde idem Christus præsentissimus vitæ autor, & vnicus perditum hominis instaurator nasciturus esset. Nec obijciat nobis aliquis Thare mortem: quia de illa in hoc capite Scriptura sancta meminit, vt Abrahamæ patriarchæ insignem in patrem suum pietatem ostenderet: qui viuentem patre eius gratia patriam non reliquerit. Sic & Verbum patris viuente Adam primo hominum parente coelum incolebat: at illo propter peccatum mortuo, Dei Filius factus homo in terris peregrinatus est.

Vixit quoq; Thare Septuaginta annos, & genuit Abram, Nachor, & Aran.

Sicut Noe fuit decimus ab Adâ in prima conditi orbis ætate, & eiusdem ætatis vltimus: ita & Abram fuit à Noe decimus secundæ mundi ætatis terminus, & sequentis initium. Natusq; est secundo, & nonagesimo anno superducentos post diluuium. Quæ quidæ annorum numerum in hunc modum colligit Iosephus. Thare enim septuagesimo vitæ suæ anno genuit Abraham: Nachor cum esset viginti octo annorum genuit Thare: de Saruch autem Nachor nascitur circa annum trigésimum secundum: Reu autem Saruch habuit, cum esset annorum triginta duorum: iisdem vero annis habuit Phaleg Reu: Heber autem quarto &

*Iosephus*

tricesimo anno genuit Phaleg, natus & ipse de Sala annum habente trigésimum, quem Arphaiad genuit quinto & trigésimo anno natus: Sem denique natus est Arphaiad filius post annos duos facti diluuij. Ex quibus facile compertum habetur omnium prædictorum annorum qui per generationum articulos digesti sunt, numerus, reddere summam præscriptam idest, ducentorum & nonaginta duorum annorum interuallum à diluuiio ad Abrahamæ vitæ natiuitatem.

Hæ sunt generationes Thare.

Hoc plane articulo distinguitur à prioribus tertia mundi ætas: quæ per Thare progeniem longius producta ad Abraham usque ad Moysen legislatorem porrigitur.

Thare genuit Abrâ, & Nachor, & Aran.

Præponitur hic Abraham cæteris fratribus suis, non quod fuerit eis, vel certe ipso Arâ natu maior: sed ob egregiam viri excellentiam, & insignem dignitatem: cui vni præ cæteris mortalibus expectatissima illa facta sit promissio de sanctissimo semine, in quo essent benedicendæ omnes mundi nationes. Constat autem Aran fuisse prius natum, quàm Abraham, ex eo quod hic duxit vxorem Saram illius filiam, qua quidem Sara decem tantum annis erat antiquior Abraham. legimus enim inferius illum dixisse, Putas ne centenario nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Ex quo fit, vt, si Aran fuit natu minor, quàm Abraham, genuerit Saram, cum octo tantum annos ætatis haberet: id quod absurdum est, nec vero simile. Probe Augustinus. Nô simul Thare genuit hos tres filios. sed suis temporibus, ex quo gignere cepit. nec attendendus est in his ordo natiuitatis, sed significatio futuræ dignitatis, in qua excellit Abraham.

*Infr. 17.*

*Augusti.*

Porro Aran genuit Loth.

De Aran ita tradit Iosephus. Aran quidæ derelicto filio Loth, & Sara & Mecha filiabus, in terra Chaldæos mortuus est in ciuitate Chaldæorum quæ dicitur Hur: & hæc sepultura eius ostenditur. & hoc est quod ait Scriptura. Mortuusq; est Aran ante Thare patrem suum in terra natiuitatis suæ in Hur Chaldæorum.

*Iosephus.*

Quæ omnia simpliciter melius accipiuntur, neglecta Iudæorum fabula de Abraham in ignem missio: vt intelligatur Aran mortuus esse ante patrem suum. i. adhuc viuente Thare patre suo, eoque

que videte, & sentiente. Est enim in Hebræo pro ante *לפני* *לפני* ghal pené, sicut Septuaginta reddiderit, *ἐνώπιον*, hoc est, coram, vel in conspectu. Et quod ait in terra natiuitatis suæ, nulla alia potest intelligi, quàm Chaldæa, in qua natus est. Erat enim Thare genere Chaldæus. id quod clarè ex verbis Achior ad Holopherne dicitur, Populus iste de progenie Chaldæorum est: hic primus in Mesopotamia habitauit quoniam noluerit sequi Deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. Hur autem hic non vtiq; pro igne vt Iudæi fabulantur, sed pro certo quodam oppido accipi debet: quod vel ex eo constat peritissimum, quod Iosephus tradit, hucusque ibidem monstrari sepulchrum, in quo conditus fuit Aran.

*Iud. 5.*

*Iosephus*

Duxerunt autem Abraham, & Nachor vxores: nomen vxoris Abram Sarai: & nomen vxoris Nachor Melcha filia Arâ patris Melchæ & patris Ieschæ.

Profecto Ieschæ ipsa est Sarai. & vt Sarai interpretatur princeps meatu & Ieschæ contemplatrix, à verbo *שח* Sachâ, quod est contemplari. Enimuero quid aliud alma virgo carne infœcunda faceret, quàm foetum spiritum edere, & temporalibus terrenisq; posthabitis cœlestia, æternaq; perpetim meditari. hoc nepe mysterium Scriptura insinuauit in eo, quod mox vt eam Ieschâ vocauit, sterilitatis eius mentionem fecit dicens.

Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.

*Hieron.*

Sane Hieronymus ita hunc locum enarrat. Aran filius Thare, frater Abraham & Nachor duas filias genuit Melcham, & Sarai cognomento Iescham *δωδωμων*. E quibus Melchæ accepit vxorem Nachor, & Sarai Abraham. nec dum quippe inter patruos & fratrum filias nuptiæ fuerant lege prohibita: quæ in primis hominibus etiam inter fratres & sorores inita sunt. Immo nec constat ad huc lege veteri fuisse posita cautum, ne fratris filiam frater duceret. nam si aliqua lege eiusmodi coniugium veritum fuisset, certe illa maxime, quæ habetur Levitici cap. 18, in quo iura coniugalia traduntur: vbi sic legis: Turpitudinem fratris tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius, quæ tibi affinitate coniuncta est. Verum hac lege nihil aliud prohibetur, quàm ne nepos ex fratre patris sui vxorem ducat. id quod ex Hebraicis constat, si ad verbum transferantur: quæ sic habet: Turpitudinem fratris patris tui non reuelas: ad vxorem eius non accedes: amita tua est. hic manifeste ipsa verborum series explicat, turpitudinem patris nepotem reuelare, nihil aliud hoc loco esse, quàm ad illius vxorem accedere, quæ affinitatis iure velut ipsius nepotis amita censenda sit.

*Leuit. 18.*

tudinem fratris patris tui non reuelas: ad vxorem eius non accedes: amita tua est. hic manifeste ipsa verborum series explicat, turpitudinem patris nepotem reuelare, nihil aliud hoc loco esse, quàm ad illius vxorem accedere, quæ affinitatis iure velut ipsius nepotis amita censenda sit.

Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran filium filij sui, & Saram nurum suam vxorem Abram filij sui: & eduxit eos de Hur Chaldæorum, vt irerent in terram Chanaan. Veneruntque usque Aran, & habitauerunt ibi: & facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Aran.

Thare igitur à Chaldæis religionis gratia persecutionem passus versus terram Chanaan discessit: sed oblata sibi commodæ habitacionis occasione medio itinere substituit, nempe in Aran, hoc est in Mesopotamia. ad quæ cum postea venisset Nachor filius eius fugiens, & ipse Chaldæos ipsum affligens, quod non crederent eundem secum de igne colendo conuenire, perperam egit. nam Babylonia superstitione infestus patrem suum quodam idolatriæ malo infecit. Tunc ergo primum Abraham constantissimo veræ religionis cultori Deus apparuit, eique præcepit, vt paterna domo relicta confestim abiret, quod illum ipse duceret. Agebat autem tunc temporis Abraham septuagesimum quintum ætatis suæ annum: Thare autem centesimum quadagesimum quintum. Monitus igitur oraculo diuino Abraham transijt in Chananeam regionem: in qua moratus est annis sexaginta, in quorum vltimo Thare pater eius in Aran mortuus est. Iamq; tunc temporis annum vitæ suæ centesimum trigésimum quintum Abraham attingerat, Isaac autem ad trigésimum quartum ab ortu suo peruenerat. Redijt itaq; Abraham cognita patris morte in Aran, vel vt heredem ageret, vel vt sepeliendo extremum officium persolveret, regressurus tamen in terram Chananaam in qua diuino iussu peregrinabatur. Bis itaq; de Mesopotamia secessit Abraham: prius quidem cum annum vitæ suæ septuagesimum quintum ageret, vt habes sequenti capite: postterius autem cum iam esset annorum centum



Act. 7.

triginta quinque. Hic est secundus exitus Abrahamæ de Mesopotamia, de quo Stephanus protomartyr Actuum capite septimo amplissimam memoriam fecit dicens: Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charram: & inde postquam mortuus est pater eius, trātulit illum Deus in terram istam, in qua vos nunc habitatis. Denique perbene iuxta has duas Abrahamæ de Mesopotamia profectioes inter se tempora congruunt, & præscriptū annorum numerum complectuntur. Siquidem Thare, cum septuaginta esset annorum, genuit Abraham: ventumque est à Chaldæa in Aran, cum iam esset Abraham septuaginta quinque annorum: quo moras agente in Chananæa terra annis sexaginta, horum ultimo Thare moritur, ex quibus omnibus apertissime surgit ducentorum & quinque annorum summa, quos Thare vixisse constat. Quare quod hoc in loco memorato Abrahamæ exitu de Aran, euestigio Thare mors describitur, ordo est narrationis præposterus. prius enim multo tempore Abraham egressus est de Aran, quam pater ipsius moreretur: sed abusa

est hoc tropo Scripturā, ne videretur patriarcham cuiusdam in patrem suū impietatis arguere, si prodidisset, eum patrem suum reliquisse ante ipsius obitum. Noueris tādē vocem hanc Aran conscribi in principio ab Hebræis cum litera, א, heth, quæ apud nos sonat duplex, h, & quia sermo Latinus aut minime, aut ægre vim eius literæ exprimit, Diuus Hieronymus extulit nomen Aran sine aspiratione. Septuaginta verò per χ, chi, Græcum supplet, א, heth Hebraicum: idcirco pro Aran scripserunt Charran. itaq; eadem Prouincia est, siue proferatur Aran, siue Charran, nempe ea quæ apud Hebræos per, א, heth in principio, & per, א, Nun in fine profertur, אָרָן, vt differat ab Aran nomine proprio filij Thare, quod non cum א, heth, sed cum א, he id est, simplici aspiratione in suo principio scribitur: id est, non Charran, quæ Mesopotamiæ est regio: sed Haran quod proprium viri est nomen. Sed iam tempus est, vt diuinæ vocationis Abrahamæ factæ sacramenta expositioris sermo percurrat, atq; rimetur. quæ sic habet.

Caput duodecimum.

Dixit autem Dominus ad Abraham.

Hic sanè haud ab re positum est nomen illud Dei maximum אֱלֹהֵי אַבְרָהָם tetragrammaton. Idq; factum putatur, vel quia Deus per se metipsum locutus est Abrahamæ, vt maius pondus haberet vocatio, vel, vt non incredibile putaretur Deum ipsum fieri hominem qui cum homine tam familiariter verba conferret. multum enim mihi facere videtur ad firmandam, quæ habenda est de Verbo incarnato fidem, credere Deum per se met ipsum absque angelico ministerio quibusdam sanctis viris interdum fuisse locutum. Quod si per angelum Abrahamæ Deus loquebatur, com modissime tamen eo nomine fuit vsa Scriptura, quod declararetur, Deum ipsum id opus cum Abraham faciendum moliri, quod maxime ad magnificentissimam illius misericordiam pertinere: id est, tale inire cum homine

quantumuis pio, homine tamen, pactum: quod sponderet, omnes gentes in illius semine benedicendas esse: opus inquam haud humani meriti, sed diuinæ, summæque dignationis.

Egrederere, inquit, de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram, quam monstrauero tibi.

Insolubilis ferè oritur quæstio. Quomodo Abraham iubetur exire de terra sua, cum iam exierit cum patre suo Thare, vt habes in calce capituli præcedentis. Augetur & difficultas ex Apostolicis Actis, vbi Stephanus Iudæis inquit, Viri fratres, & patres audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum

Act. 7.

Testadus

eum esset in Mesopotamia, priusquam moreretur in Charram: & dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua: & veni in terram, quam monstrauero tibi. Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charram: & inde postquam mortuus est pater eius, trātulit illum in terram istam, in qua vos nunc habitatis. Si enim Abraham post mortē patris sui petiuit terram Chanaan, quomodo dicitur in hoc capite, tunc temporis fuisse Abraham Septuaginta quinque annorum: cum tempore quo mortuus est Thare pater eius ageret ille centum triginta quinque annos. Enimvero quāuis in capite præcedenti hunc nodum resoluerimus, placet tamen in studio lectoris gratiam in compendium redigere præsentis difficultatis explicationē, quā latissimo verborum ambitu noster Abulensis Episcopus profequitur. Tres igitur vir ille doctissimus egressus Abrahamæ circumspexit: primè colligit: quorum primus fuit ad domini præceptum, quæ Stephanus describit his verbis: Tunc exiit de terra Chaldæorū, & habitauit in Charram: tunc enim reliquit terram suam, vel eam in qua natus fuerat: vel eam, in qua adhuc puerulus de Charram nempe in Chaldæam transmigrauerat. reliquit & cognationem suam. quæ erat apud Mesopotamiam. Nec mireris, quod in capite præcedenti Thare pater Abrahamæ introducit dux egressionis eorum de Chaldæa. desert enim Scriptura honorem patri, licet filio Dominus fuerit conspectus: eidemq; illinc demigrandi facta sit iussio. quam quidem iussione mox vt filio narrante pater percepit, (erat enim Thare adhuc veri Dei cultor) decreuit statim de natali solo filium deducere. Profecti itaq; de Chaldæa confederunt interim in Charram regione, quæ media est inter Chaldæam atq; Chananæam, inuitati forte telluris vbertate, quam vtrinque duo maxima flumina alluunt, irrigant atque fecundant: vnde & Mesopotamia à Græcis dicta est, quod inter Tigrim & Euphratem iaceat. Deo tamen id agente, vt relicto ibi Thare, solus Abraham in terram Chanaan transfret, vni sibi diuinitus paratā. Porro, dū multis diebus Abraham ibi egisset, & tā opibus, quàm seruis esset auctus, & ad septuagesimum quintum annum iam peruenisset, iterum illi Deus apparuit, eiq; præcepit, vt relicta terra Haran quam longiori habitatione suam fecerat, & cognatione suā domoque paterna eam terram peteret, quā ei esset ostēsurus. Obsecutus igitur Abraham oraculo celesti, egressus de Charram, demigravit in ter-

rā Chanaan. Hæc itaq; fuit secunda vocatio, secundusq; eius egressus. At vbi sexaginta annos in Chananæa terra demoratus fuit, moritur in Charram Thare pater eius natus annos ducentos quinque, cuius morte Abrahamæ comperita illico Mesopotamiam ipse repetiuit: vt & paternam sepulturā curaret, & patris sui heredem ageret: demum celebratis parentalibus, aditq; paterna hæreditate, tertio iussus est à Deo de illa terra profusus exire, vt potē qui nūquam ipsam reuifurus esset. Hic est tertius Abrahamæ exitus, quem beatus Stephanus innuit dicens: Et inde postquā mortuus est pater eius, trātulit in terram istam, quam nunc vos habitatis. Cogunt nos Scripturæ, cum sint perpetuæ veritatis, has tres Abrahamæ commigrationes adnotare, vt diuersi quidam hac de re earum loci inter se consentiant. Iam vero pro eo quod in Latino est tantū, Egrederere in Hebræo est אֵלֶיךָ אֲבִיךָ lech lechá. i. vade tibi Estq; phrasis Hebraica, per quam redundat sæpe datiuus vt in Canticis, Imber abiit tibi. & apud Hieremiam, Vade tibi ad principes, & illud Deuteronomij: Transite vobis: & alia plura, in quibus interpretes non male datiuū sæpe supprimunt. Esto quod illud pronomen tibi videri possit, non ociosè fuisse appositum: sed vt sonet, præcipi Abrahamæ eius modi egressum, haud vtiq; ob aliquod emolumentum iubenti Deo inde accessurum: sed ipsi tantum cui iubetur. ac si dictum sit: Vade tibi, id est, egredere, non in meam, sed in tuam ipsius vtilitatem, felicitatem, atque gloriam, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Profectò difficile est patriam relinquere, difficilius cognationem, difficillimum paternam domum: sed magna magno constant. Pulchrè Ambrosius. Satis, ait, fuerat dixisse, De terra tua: ibi enim erat, exire de cognatione, & de domo paterna: sed ideo addidit singula vt eius affectum probaret: ne forte aut imprudenter fecisse videretur, aut fraus aliqua in mandatis celestibus putaretur. Verum ne timeret in loca quædam horrida inaccessa & in hospita se duci, adiunxit, Et veni in terram, quam monstrauero tibi. Nequit enim non esse amœna, & adibilis & hospitalis, & multis, varijsq; fructibus vberima ea terra, quam præ omnibus vnā Deus aspiciat: amicoq; suo iure hæditario possidendam monstrat. habet enim verbum monstrare magnā emphasim: quo innuitur, optimam esse terram, quæ magnanimo viro monstrata absque vlla repulsa esset acceptanda. Idcirco etiam in gene-

Cant. 1.

Ambro.





Hebraei frigidius hunc locum exponunt: vt vniuersae cognationes terrae benedicant se in Abraham, eius foelicitatem sibi inuicem imprecantes. Sed quomodo id stabit, cum multae fuerint antea gentes, & nunc sint ad quas nomen Abrahamae nunquam peruenerit, nisi per dominum nostrum Iesum Christum? vt iam non Christus ab Abraham, sed Abraham a Christo innotescat. Melius ergo multo Christiani. sentiunt enim hoc in loco praetendi benedictionem illam, quam assequimur, quando ex aqua, & Spiritu sancto renascimur, quae vim suam a Christi passione trahit. Vnde & in prima recentique Ecclesia, qui Christianis sacris inibatantur, in nomine Christi baptizabantur, quo profiterentur Iesum Nazarenum esse semen illud benedictissimum, in quo gentes omnes benedicerentur. Huc pertinet, quod Ecclesiasticae benedictiones illato crucis Dominicae signo perficiuntur. Nec mihi opponas pertinax Iudaeae verbum Hebraicum hic positum נִבְרַחֲךָ Nibrechú, non sonare: Benedicentur, sed Benedicent se. Nam & hoc recepto manifestissime constat, Christianos mutuo sese in Christi nomine benedicere, vel cum sacramentis perficiuntur, vel cum mutuis precationibus sibi inter opitulantur. Possumus & illud sane intelligere, vt gentes dicantur in nomine Iesu sese benedicere: quia nemo qui sit iuris sui, particeps sit benedictionum, quae in Christo sunt, nisi qui se ipsum quodammodo benedixerit. Tunc autem qui libet ad sacra Christiana iniciatus sese benedicat, cum monitis diuinis optemperans, & interioribus Spiritus sancti instinctibus obsequens, talem se gerit, vt congruum sit, Deum impartiri ei Christi benedictionem. hoc est quod innuit praceptor ipse caelestis protestans illud: Omnis qui audit a Patre, & didicit venit ad me: denique de vniuersis gentibus aliquis benedicendus est in Christo, qui pro omnibus mundi nationibus amarulentam viuificae crucis mortem subiit. Sicut in Psalmo scriptum est: Adorabunt eum omnes reges: omnes gentes seruient ei.

Ioan. 6.

ps. 71.

Egressus est itaque Abraham, sicut praeeperat ei Dominus, & iuit cum eo Loth.

Egregia sane hoc in loco, & imitanda nobis Abrahamae obedientia commendatur: qui absque vlla mora, absque vlla reluctamine ad vnicum dominum praceptorum praesentia reliquit, vt absentia sibi, ignota peteret: relictisque terra sua

cognatione sua, paternaque domo vocante deum secutus est, vt in aliena terra peregrinaretur. Agebat iam tunc ille spectatae fidei virum: conspiciunturque expeditae cuiusdam obedientiae exemplum posteris suis praestitit: vt simili qua ille, animorum alacritate praediti ipsi olim vocantem Deum relicta Aegypto sequerentur, praesertim cum inde illos esset introducturus in terram iam sibi notam charamque, vt pote pro magno munere eorundem maioribus promissam. Verum hac in parte primas obtinent beatissimi Christi Apostoli, qui mox vt ab ipso vocati fuerunt relictis nauibus & retibus, paratibus, domibusque, suis nudum nudum secuti sunt. Opus proculdubio maxime mirum, si tantum hominem aspicias. Sed non adeo mirum, si Deum ipsum suspicias, cuius vi vocati trahebantur. Idem enim dominus, homo iam factus, interiori quodam instinctu, atque sydereo quodam diuini vultus splendore ad se perbeatos Apostolos traxit, versatus & ipse in terra Chanaan: qui ad eam habitandam propter mysteria in eadem celebranda, illorum patriarcham iam olim caelitus aduocauerat. Denique hic est probatissimus piorum virorum mos, non modo Deum, quocumque vocarit, sequi: sed superioribus quoque potestatibus obsequi, vbi non constat eorum iussa diuinis placitis repugnare: vel certe eisdem conuenire liquet, vt rursus enim horum non parui est meriti apud eum, qui protestatur, obedientiam velle non sacrificium. Exemplo est nobis sanctus Loth, qui patruo suo, tanquam verae religionis principi libenter paruit. De quo subiungitur.

Mat. 4. d

1. re. 15. e.

Ioan. 10. f.

Et venit cum eo Loth.

Non dubium, quin inuitatus a patruo suo Abraham: nam praceptorum aliud aliud affert, iuxta illud: Qui audit, dicat, Veni. primum enim iubemur, diuina mandata audire: postea ad eadem audienda alios conuocare. Ex quo fit, vt iustus iustum secum afferat. Sicut ad Christum Andreas Simonem fratrem adduxit: hoc nempe maximum est manentis in homine Spiritus sancti indicium: si urgeat eum Christi charitas, non modo vt velit se beneficijs caelestibus potiri, sed & secum alios: nec non ad quodcumque bonum habendum caelitus vocatur, alios aceruat, & penes iuuitos trahat. In hoc ergo summa Patriarchae probitas eluxit. quod vocatus a Deo, vt maximis bonis fruere, ad fruendum eisdem in Deo tamen, nepotem suum inuitauit, secumque adduxit. Elucet quoque ipsius nepotis pietissima

suma

suma affectio, qui patruo suo meliora moneri facile obtemperauit: maluitque, potius cum viro iusto peregrinari (credebat enim oraculum referenti) quam cum incredulis remanere in ea regione, in qua idolis, & voluptatibus seruiebatur. Id quod & ad hanc vitam degendam, magno vsui cessit, non tantum ipsi Loth, sed eius quoque posteris, vt habes infra decimonono huius libri capite, & Deuteronomij capite secundo. Quare nequaquam contra diuinam iussionem fecit Patriarcha secum afferens cognatum suum, & sui amantissimum & cuius curam veluti tutor gereret, & qui non longe ab integra verae pietatis iustitia abesset. Septuaginta quinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Aran.

De hac autem annorum supputatione bis superius satis, vt reor, exacte tractatum est. Exat & hic summa Abrahamae in Deum pietas, & obedientia promptissima, qui nec senectute, nec alijs naturae vinculis retineri potuit, quin, velut iuuenis, alacriter peregrinaretur, festinusque pergeret, quo illum iusto diuina vocabat.

Tulit itaque Sarai vxorem suam.

Cōsidera, obsecro, in hoc iusto viro cum thiori fidem, tum summam castitatem, atque modestiam. Sarai vxorem quamuis sterilem suae transmigrationis sociam facit: nec vehemētissimo prolis habendae desiderio affectus quaerit occasiones quas praetendat, vt diuortium faciat, sciens iam tunc, vt ait Apostolus, abundare, sciens & penuriam pati. Tulit,

Et Loth filium fratris sui.

De quo ita tradidit Iosephus. Abraham vero Loth filium fratris sui Aran, vxoris vero suae Sarae germanum adoptauit, filium legitimum non habens: nec solum nepotem secum tulit Abraham, sed.

Phil. 3. Iosephus

Et vniuersam quoque substantiam, quam possederat, & animas, quas fecerat in Aran.

Omnia bona sua secum affert, apertissime cōtestans, se non humana coniectura motum, aut falsis imaginibus delusum, sed diuinis oraculis monitum, Deoque autore fretum natalem sibi regionem relinquere, domiciliumque mutare. Sic & posteriores prophetae perceptis certissima fide eis, quae sibi diuinitus reuelabatur interdum faciebant opus aliquod infigne

quo firmarent, ac mortalibus persuaderent, diuinas se percepisse reuelationes. Hinc & ad Hieremiae iussu Baruch librum in Eufratem fluuium proiecit. Idem quoque Hieremias propheta lumbarum suum Deo iubente prius quidem abscondit, deinde in eundem fluuium abiecit. Facit & ad idem portentosa illa Esaiæ nuditas, & praceptorum illud Elisaei de iaciendis sagittis ad regem Israel. & illud cuiusdam filij prophetarum imperantis alteri, vt foemur eius gladio feriret: quod, quia non fecit a Deo punitus est. Et vt ad Nouum testamentum veniamus, huc spectat, quod Lucas Euāgelista indiuiduus Pauli Apostoli comes in Actis enarrat dicens: Et cum moreremur dies aliquot, superuenit quidam vir a Iudaea propheta, nomine Agabus. is cum venisset ad nos, tulit zonam Pauli, & alligauit sibi pedes, & manus dixit: Haec dicit Spiritus sanctus, Virum, cuius est zona haec, sic alligabunt in Hierusalem Iudaei, & tradent in manus gentium. In eo autem quod ulterius sequitur: Et animas, quas fecerat in Aran, expeditum est, non dixisse, quas genuit, ne putaretur liberos aliquos Abraham ibidem sibi generasse: sed quid scripsit? Fecit: vt seruos significaret, quos in Ara sibi acquirerat. passim enim opes amici sui Deus augebat, quos quidem seruos, vt pote rem animatam, vt ab inanimi possessione sacer historicus fecerneret, animas appellauit. vel certe dicens Animas, illos innuit, quos propheta doctrina sua ad veri Dei cultum adduxit: vnde & signanter animam, id est, eam hominis partem quae ratione viget, estque fidei capax pro toto homine posuit. Quare id quod ait: Fecerat, eo sensu accipiendum esse reor, quo Gentium doctor aiebat se facere, & gignere quoscumque Christo Euāgelica praedicatione acquirebat. Hinc ad Corinthios scribens ait: Nam si decem milia paedagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. nam in Christo Iesu per Euāgelium ego vos genui: & ad Galathas in eundem sensum loquitur: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. His in locis conuenienter gignendi verbo vsus est Paulus. quia non erat periculum, vt quicumquam putaret, illum de alia, quam de spiritali generatione fuisse locutum.

Hiere. 51 Hier. 13.

Esa. 20. 4. reg. 13.

Act. 21.

1. cor. 4.

Gal. 4.

Et egressi sunt, vt irent in terram Chanaan.

Intelligendum est, Deum ipsum Abrahamae iuneris fuisse duce, cum nondum indicauerit, nec nominauerit ei regionem in qua illud ducebatur.

ducebat. Sic & postea egressis filijs Israel de Ægypto, transmissisq; mari Rubro, dū p̄ deser-  
tū vagarentur, dñs ipse fuit eorū dūctor. Sic & Spiritus sanct⁹ Paulū, modò ducit in Arabiā, modò in Asiā, modò in Macedoniā, modò ipsum ceterosq; Apostolos in alias, atque alias mundi regiones Euangeliū Christi gē-  
tibus prædicaturos diducit. Ducente itaq; Deo Abraham, non modo à Chaldæa, sed etiam à Mesopotāmia, ea est Aram, egressus, in terram Chananæorum abiit. Et vnde ob-  
secro potius, quàm à Septentrione, à quo iux-  
ta prophetam pandetur omne malum, virū iustum reuocare debuit ille, cuius nomen est Oriens? ut eum verus paradisi Orientē, Aus-  
trumq; transferret: ut antiquē memor originis, atque felicitatis originalem iusticiā, vel ea potiore repeteret: totusq; ardentissimo sui conditoris amore concalesceret. Potuit & fieri, ut egresso iam de Chaldæa, Mesopotamiamq; iam iam exituro, velut digito Deus indicauerit Chananæam terrā, quamvis hoc in loco id non sit memoratum: significaueritque ei, ipsam esse terram, quā vellet ipsum ingredi & incolere: quia in illa esset eundem maximis & innumeris bonis magnificaturus.

Cunq; venissent in eam, pertransiuit Abraham terram vsq; ad locum Sichem ad cōuallem illustrem.

Pertransiuit, ait, terram. Qui enim terrenis opibus non adhefit, nec iniquorum fabulis de supersticioso vanorum Deorum cultu acquieuit, nec inter impios magistratum gerere ambiuit: recto, festinatoq; cursu peruenit ad locum Sichem: qui interpretatur humer⁹: quem ille promptissimo animo colendæ atq; exercendæ Dei legi supposuit. Vnde & inferius in benedictionib⁹ de Isachar eius pronepote dicitur: Supposuit humerum suū ad portandum: non dubium, quin diuinę legis onus intelligat. Talem virum Dominicę legis studiosum Psalmographus beatificat dicens: Beatus vir qui non abiit in consilium impiorum, & in via peccatorum non sterit, & in cathedra pestilentię non sedit: sed in lege domini voluntas eius; & in lege eius meditabitur die ac nocte. Enimvero quoniam patriarcharum gesta, posterorum suorum gesta adumbrant: sicut Abraham imprimis venit in Sichem, sic & Iacob de Aram regressus primū venit in Sichem: eamque arcu gla-

dioq; suo tulisse fatetur, inferi⁹: id quod quādrantius multo ad Christum refertur: qui venit in Sichem, ea est Sichem: vbi argumento vnus mulierculę totam Samaritanorum ciuitatem in sui fidem conuertit. Audi diuum Hieronymum in libello de locis quę in Actis apostolicis continentur ita loquentem: Sichem ciuitas Iacob, nunc Neapolis dicta iuxta sepulchrum Ioseph, quę à filio Emor sui regis vocabulum sumpsit: iuxta quam domin⁹ mulieri Samaritanę loquitur ad fontē: vbi nunc Ecclesia fabricata est ex latere montis Garizin. Peruenit & Abraham.

Vsq; ad conuallem illustrem.

Sic interpretatus est Hieronymus. Hęc autē est Pentapolis regio dicta à quinque illis ciuitatibus, quas dominus igne sulphurēq; subuertit. Quę quidem vallis ideo illustris dicitur, quod esset sicut paradisi domini amœna, fertilis & spectabilis. In Chaldaica æditiōne habetur, vsque ad planiciem Moræ. Alij autem sentiunt, אלון מורה elon moré significare, quercum docentis: quod ibi Abraham Dei veri cultum docuerit. nam Moré Hebræis sonat docentem, aut monstrantem. Variant itaque autores propter Hebraicarum dictionum ambiguitatem: vnde & Hieronymus ipse, quę verba hic ponuntur, alibi interpretatur, Quercum Moré. Denique consequentius videtur, ut Abrahā à Sichem profectus abierit in conuallem illustrem, quę cōfinis est Ægypto, atque Palestinę terminus.

Chananæus autem tunc erat in terra:

Hoc est quod superius diximus: quod Abraham diuino vallatus auxilio innocens, & innoxius, tutus & indemnus omnem Chananæorum terram peragratus est. nec incolarū quipiam contra illum vel mutire ausus est. Alij putant hoc fuisse aduersus filios Cham inuidiosē interpositum, tanquam in eos, qui regionem illam occupassent, quę in sortem iusti Sem, filiorumq; eius cesserat. Afferuntq; firmandę opinioni suę haud leue argumentum: quod tunc temporis Melchisedec rex Salem adhuc viueret, eadēq; regionem incoleret. Vel denique, quod simplicius dictū sit, veriusq; puto, ingrediente Patriarcha Palestinam Moses memorauit Chananæos eiusdem terrę dominum habuisse: ut ostenderet illum incolā fuisse in terra aliena, eamque, vel prece, vel precio inhabitasse, vicamque ciuilē inter Chananæos vixisse: quibus ut peregrinus

nus obsequeretur: tributa reddebat: & apud quos agens ciuilia iura popularesq; consuetudines, quantum vera in Deum, quem colebat, religio permittebat, diligenter obseruabat, iam olim factis præueniens illud Apostoli præceptum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas, nisi à Deo. Quę autem sunt à Deo ordinata sunt: itaque qui resistit potestati, ordi-  
nationi Dei resistit. Parebat igitur principi Abraham, si iustus erat, tanquam regis tyrānus tanquam potentiori: in altero modestus, in altero obediens. Ita denique in ciuilibus negotijs obeandis, tributisq; persoluedis tereno domino obtemperans, ut in his quę ad veram pietatem pertinent, cœlestem dominum nullatenus offenderet. reddebat itaque, velut Euangelicus vir, quę erant Cæsaris Cæsari, & quę Dei Deo. Talibus probatissimę modestiæ, & in homines, & in Deum officijs promeruit, ut sibi Deus conspiceretur. Sequitur enim:

Apparuitque Dominus Abraham.

Chryso. Chryso. Nunc enim primum dictum est, quod Deus visus sit: neq; enim Scriptura diuina hoc vsa est verbo, cum de Adam, vel de Abel, vel de Noe, vel de alio quopiam locuta est. Quid igitur est, quod dicit Et visus est? & quo modo alibi dicit: Nullus videbit Deum, & viuet? Quid igitur dicemus nunc Scriptura dicente, Et visus est? Quomodo visus est iusto? num ipsam Dei substantiam vidit. Non: absit. Sed quid? Sic visus est, ut ipse solus scit: & ut illi possibile erat videre. Sapiens enim & misericors Deus noster multas scit vias, quibus se humanę temperat naturę, & se ipsum his qui se ante præparauerunt dignę manifestat. idq; demonstrat per prophetam dicens: Ego visiones multiplicauit, & in manibus prophetarum assimilatus fui. Quoniam, & Elaias vidit eum sedentem: & Daniel ut antiquum dierum: & alij sub alijs formis à diuina incorporea, & æterna natura alienis, sed hominibus instituendis per commodis. Conspectus est itaque Abraham dñs.

Et dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.

Vide autem quomodo frequenti promissione dominus Abraham tanquam adhuc non nihil inualidum in formet, ac instituat. maximo itaq; promisso illum erigit: utpote filiorum appetentissimum, cum ei semen promit-

tit, numerosum scilicet populum, qui possessurus esset eam terram, in qua ipse peregrinabatur. Enimvero Augustinus putat, quod nihil hic de illo semine promissum est, in quo pater factus est omnium gentium: sed de illo solo, de quo pater est vnus Israeliticę gentis: ab hoc enim semine terra illa possessa est. Hęc ille. Quibus addamus hoc, promissum illud alterum respicere, in quo promittitur ei semen, in quo essent benedicendę omnes gentes, qui est Christus. Idcirco enim hęc terra data est filijs Israel habitanda, ut populus vnus Dei cultu contentus filios gigneret Deo credentes, qui reliquas gentes ad imitandam fidem Abraham prouocarent. quin, ut esset certus quidā locus, in quo dominus noster Iesus Christus salutis humanę mysteria perficeret, iuxta illud Psalmi: Quoniam elegit Dominus Syon, elegit eam in habitationem sibi. scilicet vbi versatus, saluatoris manereungeretur, iuxta illud alteri⁹ Psalmi, Salutem operatus est in medio terre. At Abraham non fuit oraculo diuino, aut incredulus, aut ingratus:

Qui ædificauit ibi altare domino, qui apparuit ei.

Sacrificium nempe veluti gratissimum domino in eodem loco, tanquam Dominica apparitione sacro pie sancteq; obtulit: qui eum duobus prægrandibus promissis affecerat, & honestauerat. Mirabilis prorsus Abraham fides & longanimitas, qui occupantibus iam dudum terram illam Chananæis neque pollicenti fuit incredulus: neque tulit ægrius, quā non sibi, sed posteris suis in possessionem tradenda denunciabatur. Quare, tum Deo docilis, tum suis bonus iure suo meruit illā laudem, quam de illius singulari fide Apostolus in hęc verba decantat: Fide, qui dicitur, Abraham obediuit exire in locum, quem accipere erat in hereditatem: & exijt nesciens quo iret: sed fide cōmoratus est in terra promissionis, tanquam in aliena in casulis habitando cū Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Non autem eius posteri fuerunt confestim in promissæ terrę possessionem introducti: ut, tum longiore peregrinatione summis spectatissimę patientiæ meritis crescerent: tum, quia, nondum Amoraorum peccata ad eum numerum, atq; mensuram peruenerant: quibus completis illi essent illico excidendi, eadēq; de terra propulsandi. Illud quoque hoc in loco animaduertendum est, Abraham huc vsque nō peruenisse

Itē n. 1.

Infra. 49

Psal. 1.

Infra. 48

Ioan. 4.

Hieron.

Aug.

Psal. 131.

Psal. 73.

Heb. 11.



uenisse ad eum mentis Deo dedita profectū, ut altare dño strueret. Vbi vero in Sichē, hoc est, humerum venit: cumq; diuinis imperijs humili corde ferendis supposit: mitemque legis iugo portando ceruicem subdidit, continuo cepit intrepidē nomen Domini profiteri, eidemq; altare erigere, tam vnū, verūque Deum probans, quā plures, falsosq; publicitus reprobrans. Designatē autē tradit Abraham, construxisse aram illi Deo, qui apparuit ei. Nam reuera solus verus Deus apparet verē Deus. Nam demones, qui Dij non sunt, tanquā veri Dei videri non possunt: quāuis imaginarijs quibusdā pręstigijs humanas mētes deludāt: simulatisq; veri Dei insignibus adorati, sic miseris mortalibus appareant, ut deceptis Dij quomodolibet esse videantur. At cuiuscunque Deus simpliciter apparet, is verus ei Deus apparet, talisq; esse creditur, & cognoscitur. Talem de Deo apparenti sibi scientiam habebat propheta Hieremias, quando Israelitis dicebat: In veritate misit me Dominus, ut loquerer verba hæc in auribus vestris. Ex ipsa enim apparēdi forma diuinitus illuminat⁹ certissima cognitione percepit, a Deo vero, se ad prophetandū missum fuisse. Abraham itaq; certus de diuina visione Deo sibi viso altare construxit, & sacrificium obtulit, & cum Paulo quæ retro sunt obliuiscens ad vltiora se extendebat.

Et inde transgrediens venit ad montem, qui erat contra Orientem Bethel. Tetendit ibi tabernaculū suum ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai.

Hic mons, quāuis tantum sit vnus, duo tamē habet capita: quorum alterum vocatur Garizin, in quo dictæ sunt benedictiones: alterum Ebal, vbi dictæ sunt maledictiones in Legis transgressores, ut in Deuteronomio scriptum est. Habet item hic mons ab Occidente oppidum Bethel, ab Oriente autem Hai. Cæterū hæc Bethel non est quæ postea dicta sit Hierusalem. Nam hæc Bethel cecidit in sortē filiorū Ioseph: altera autē in sortem filiorū Benjamin ut habes Iosue decimosexto capite. Id quod etiam liquido constat, ex eo quod cum Israel à Iuda desciuisset, Ieroboā nouus rex, vel potius tyrannus, ne populus Hierosolymam adorandum ascendens regi Roboam recōciliaretur, idola duo fabricauit: quorū alterū posuit in Bethel, quæ postea dicta est Betauē: alterū in Dan, ut memoratū est in tertio Regū

libro. Iam verō non erit ociosum iuxta mysticos intellectus perscrutari, quis sit ille mōs in quem tātus Patriarcha ascēderit: quē ego existimo montē dñi esse, in quo iuxta Esaiā, illi⁹ via docentur: quæ sunt in vniuersum duę misericordia, per quā pijs in vertice Garizin benedicuntur: & veritas, id est, iusticia, per quā impijs in vertice Ebal maledicuntur. Habet tamē ab Oriēte Bethel, id est, domū Dei: à Christo enim, qui verus est Oriēs, domus Dei cōstituitur: ab Occidente autē habet Hai, quæ interpretatur oculus: quam ciuitatē Iosue filius Naue expugnauit. eo q; Christus, qui est virtus & sapientia Patris oculū mūdi, id est, mundanā philosophiā crucis stilo confixit. super hoc igitur insigni monte tabernaculū suū Abraham tetēdit, quādo Pater celestis sup Christo suo, tanquā solidissimo fundamento, atq; in vertice montiū præparato, Ecclesiam suā ab Oriēte in Meridiē, id est, à matutina fidei cognitione ad meridianā dilectionē promotam collocauit: ut ad eā omnes gentes, ac populi cōfluāt, tanquā ad vnicā veritatis scholā, & locupletissimum quoddā diuitiarū spiritaliū emporium. Quid vltra?

**Aedificauit ibi quoque altare Domino.**

Quod ait, ut ex assiduo struēdi altaris studio pientissimus Patriarchæ affectus & sedulus maxime cultus, & vehementissima gratitudo & frequentissima precatio prorsus ostendetur: vnde conuenientissime adiungitur.

**Et inuonauit nomen Domini.**

Frustra enim exteri⁹ dño cōstruitur altare: nisi in mētis ara suauissimū illi sacrificiū alacriter offeratur, puriorq; precatio ad ipsum ab imo corde feratur. Pulchrē Ambrosius. Recessit in se Abraham in montē cōtra Bethel, solē iusticiæ cupiens videre: ideoq; nō in vallibus, sed in monte tabernaculū sibi locauit: quia Deus montiū est, & non vallium. Et inuocauit ibi nomen dñi, vbi Bethel, id est, domus Dei: ibi & ara: ubi ara, ibi innocatio Dei nostri. Deniq; quod scribens mirabilis orbis doctor beatus Paulus dicit: In omni loco leuantes sanctas manus, id Patriarcha pri⁹ opere cōpleuit, in singulis locis altaria condēs, & Deo gratias agens. sciebat enim nihil esse gratius Deo, quā pius animus pro acceptis beneficij ei gratias agens.

Perrexit Abraham vadēs, & vltra progrediens ad meridiem.

Euagaba-

Euagabatur hic iustus huc illuc, prout eū spiritus Domini ducebat: quippe qui nullibi stabilem sibi sedē statuerat, iā illud Apostoli factis cōtestans, Non habemus hic patriā permanentē, sed futurā inquirimus. Et vt assiduus viri profectus sciatur: Et vltra, ait, progrediēs ad meridiē. Ab aquilone discesserat, totius maliciæ progeniem fugiens: vt Orientē iusticiæ solē videret, à quo illuminatus deflectit ad charitatis meridiem: vt mens sancta viri, spiritualibus spōsi amplexibus ibi fruatur. Iam illud sponsæ in Canticis canticorum meditabatur, & loquebatur: Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridiē. Cæterum iuxta literæ simplicitatē, profecti de Mesopotamia versus Chananæā terram, illamque ingressi, prius ad urbem Sichem accedunt: inde recto itinere petunt loca, quæ ad Meridiem vergūt: ad quem iacet Ægyptus, si Palestinæ situi conferatur. Nam Sin & Cadesbarne adiacent ei viæ, quæ veniunt ab Ægypto in terram Chanaan: quæ duo loca terram promissionis à parte meridiana terminant. Proficibatur itaque Abraham spero rerum successu: sed opus erat, vt egressa viri virtus aduersis probaretur. Primū igitur fame tentatur dicente Scriptura:

**Facta autem est fames in terra.**

Non dubium, quin in Chananæa terra: illic enim solū fames inualuerat. Obseruandū igitur ex hoc in alia Scripturarum loca, terrā nō semper pro toto terrarum orbe poni: sed interdum pro ea tantum regione de qua in presenti agitur. Ex quo intelligimus, patiēte Domino tenebras factas fuisse, forsitan tantū in Iudæa. nec est opus, vt eas totum per mundū diffusas esse dicamus. id quod ad Christi mysterium plurimum facit. Obtenebratus est enim incredulis Iudæis illustrissimus iusticiæ sol. vt inde splendidissimos Euangelicæ doctrinæ radios per cunctas orbis regiones longe lateq; diffunderet. huc pertinet illud Apostoli: Cæcitas ex parte cōtigit in Israel, vt plenitudo Gentium intraret. Nonne idem mysterium Abraham adūbrauit? Quippe qui perurgente, veluti quadam tetra famis caligine, coactus est Chananæa relicta in Ægyptum descendere, vt & Ægyptijs, sicut Chananæis illustris fieret, & mirabilis: eosque vnus Dei cultum doceret. Sic enim & Christus piorū auditorum indigentia, quam in Iudæa patiebatur, compulsus est omnis Iudæis ad Ethniciōs abire, & Apostolis illud præcipere: Surgite eamus hinc. i. relinquamus Iudæos in te

nebris, & transeamus ad Gentēs illustrandas. Descenditq; Abraham in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi.

Cum ait, Descendit, sicut exprimit Ægypti respectu terræ Chanaan. nam, quia regiones Austri depressiores sunt his quæ ad Aquilonē sitæ sunt, Iudæa, quæ ad Aquilonem vergit, multo est altior Ægypto, quæ ad Austrū iacet. Descendit igitur à Iudæa in Ægyptū, & ediuerso de Ægypto in Iudæam ascenditur. id quod passim in Libris sacris obseruatū reperias. Porro magna, & permolesta tentatione patriarcha nunc exercetur, qui paulo post à tanta promissione diuinitus sibi facta magna fame vrgetur, & ab ea terra egressi cogitur, quā Dñs ei fuerat pollicitus. Enimvero diuino consilio tā graui victus indigētia pulsatus fuit, vt inde fides ei⁹ in Deū clarior multo fieret: & patientia longē probator. Cōsydera hūc virū adeo præriti mādati memorē: vt in tāta rerū necessitate minime Chaldæā autā patriā repetierit: sed Ægyptū adierit, quāuis Ægyptios Hebræis infestissimos noverat: deniq; cōtendebat eō libētissime, quod eū diuinus spiritus agebat. Cæterū ingressus Ægyptū nō tantū prælusit futurā posterorū suorū in eadē prouincia peregrinationē: sed etiā Christū adūbrauit, qui descensurus illuc esset aliquādo, vt Herodis vim in se furentis & infantū sanguine madētis euaderet: omniaq; interim Ægypti idola concuteret iuxta illud Esaiæ: Ecce dominus ascendit super nubem leuem: & ingredietur Ægyptum: & mouebuntur simulacra Ægypti à facie eius. Quam pulchrē Matthæus Euāgelista prophetæ accinit? Ecce, inquit, angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens, Surge, & accipe puerum, & matrem eius: & fuge in Ægyptum: & esto ibi, donec dicam tibi futurum est enim, vt Herodes querat puerum ad perdendum eum. Cum autem ait:

**Præualuerat em fames in terra.**

Ostēdit virū iustū haud vagabūdo animo ve lurrerrone quēdā, sed egestate cōpulsū cœlū, solūq; mutasse: eoq; descēdisse, vbi vel mariti vita, vel vxoris castitas in periculo versaretur. Sed maluit vir prudēs instantem maximā fame mortem vitare, quā dubium violandæ uxoris periculum fugere. Quid? quod quamuis hoc loco id non declaretur, credibile tamē est Abraham diuina iussione potius, quā humana voluntate permotum huc potius, quā aliō propter famem vitandam deuenisse. nam non solum haud

M datur

Hier. 13.

Deut. 27

Iosue. 16

1. Reg. 12

Esa. 2.

Hebr. 13.

Cant. 1.

Esa. 19.

Mat. 2.

Ambro.

Rem. 11.

1. Tim. 2.

Ioan. 14.



*Psalm. 104.*

datum illi culpæ in Ægyptum descensus: sed etiam Pfaltes celestem ipsi custodiam adfuisse canit dicens: Transferunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum: non reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Suffragatur & nobis Ambrosius grauilimus auctor in libro De patriarcha Abraham, sic inquit: Magnum exemplum deuotionis Abraham, quod cum vxore speciosa descendit in Ægyptum. erat quidem iusto viro cura coniugalis pudicitiae: sed maius erat studium maturandæ deuotionis: ne prætulisse custodiam thori mandatis videretur celestibus. Et quod aliud mandatum hic potest intelligi, cum quo vxoris pudicitiae timendum esset, quam hoc de in Ægyptum descensu. facit & ad hoc, quod, si præter diuinam voluntatem Ægyptiacam perfectionem ille adornasset, non minus ille cohibitus nunc fuisset illuc proficisci, quam postea filius eius Isaac: qui cum simili de causa ad Ægyptum descendere decreuisset, oraculo diuino id facere prohibitus fuit.

*Ambros.*

Cumque prope esset, ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai vxori suæ: Noui quod pulchra sis mulier, & quod cum viderint te Ægyptij dicturi sunt, Vxor ipseus est: & interficient me: & te referuabunt.

Adduntur in Hebræo duo aduerbia, Ecce Nunc noui: quibus ostenditur, Abraham anxium ob imminens vitæ suæ periculum antequam solito vxoris suæ pulchritudinem aspexisse: adeo ut nunc potius, quam antea prorsus nouerit eam summam, egregiamque esse & eam propter quam iure sibi de vita sua timendum esset. hoc est enim quod subditur, Et quod cum viderint te Ægyptij, dicturi sunt, Vxor ipseus est: & interficient me: & te referuabunt. Hoc dicit Abraham: quia, quantum ex hoc loco coniectare licet, grauius multo crimen apud Ægyptios adulterium, quam homicidium habebatur: sicut è diuerso apud Persas sequius furtum, quam adulterium punitur. Certum igitur habens, Ægyptios homines suapte natura libidinis impotentes mulierem suam tanta pulchritudine speciosam appetituros, timensque se ipsum ab illis interficiendum, ut marito de medio sublato licentius illa abuterentur, precatus est vxorem, tacere quidem con-

iugium, cognationem autem fateri inquit:

Dic ergo obsecro, quod soror mea sis: ut bene mihi sit propter te: & viuet anima mea ob gratiam tuam.

Augustinus. Queritur cur patriarcha voluit mentiri, ut diceret sororem esse suam, & non potius Deo commisit, qui si vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem seruare potuisset? Sed veritatem voluit celari, non tamen mendacium dici. soror enim erat, quia filia fratris. Et in hoc ostenditur, quod nemo debet tentare Deum suum, dum habet quid faciat rationabili consilio. fecit enim pro vita sua quod potuit: quod autem non potuit, Deo commisit, in quem sperauit, cui pudicitiam coniugis commendauit. nec eum fides aut spes fefellit. Non ergo audeat, Deum tentare homo, dum habet, quo rationabiliter, quod cauere oportet, euadat. Nec Paulus de protectione Dei desperauit, aut fidem perdidit, quando in sportam summis inimicorum manus aufugit. Ipse autem Abraham, si interrogatus illam vxorem suam indicaret, duas res Deo committeret, & vitam suam, & vxoris pudicitiam.

*August.*

Cum itaque ingressus esset Abraham Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem, quod pulchra esset nimis.

Sarai egregia erat forma, eximiaque pulchritudine spectabilis: quippe quæ, quamuis natu grandior esset, atque ultra septuaginta ætatis suæ annos progressa, retinebat tamen adhuc in facie sua viridem quandam, aspectuque iucundissimum nitorem, & succulentum toto corpore habitum, & honestissimam in vultu, gesturamque dignitatem. adeoque nitebat candore quodam iuuenili, & specie quadam virginea pollebat, ut Ægyptias tum mulieres, tum virgines longè formæ gratia superaret. Nec id mirum, nam cum sterilis esset, nihil erat foetibus exhausta. Quid quod femina sancta, atque pudica, postquam se sterilem nouit, raro aut nunquam coniugali congressui indulgebat: ac subinde minime frequenti coitu oris eius flos emarcuerat: sed etiam tunc temporis in ea natiuus color, decorque plurimum vigebat: faciemque eius honestabat. At verò indulgentes gulæ, veneresque voluptatis incontinentes, quæ citissime naturalis decor deserit, & flos ipse, ætatis in eis flacidus inuenitur. exhausti enim libidinibus ante diem palescunt, & emarcent, & plurimis, variisque epulis inferiores assiduis

*Act. 9.*

*Tullius.*

morbis affliguntur. ac perinde ante tempus senescunt. probe summus Orator: Hæc ipsa defectio virum adolescentiæ vitij efficitur sæpius, quam senectutis. libidinosa etenim & intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti. Denique quod Sarai antea multo, quam Isaac conceperit, à coniugali congressu contineret: ex eo manifeste constat, quod promittente Deo Abraham ex illa sibi nasciturum filium, risu occulte dicens: Postquam consensui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Admirati sunt itaque Ægyptij valde Sarai nimiam illam pulchritudinem. Et nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum.

*Infra. 18.*

Hi sunt horrores scelerum, & diaboli ministri, & operarij iniquitatis: quibus non satis est se flagitiosos esse, nisi & alios palpentur, & ad eadem flagitia committenda seducant, & impellant: ut vel tyrannorum fauore emerentur, ac venentur, vel facinorum suorum confortes habeant. Tali proculdubio delusorum pestilentissimorum magnatum domus sunt plenissimæ: quorum sors tanto est infelicior, quanto plures sunt, qui eorum vitij, atque facinoribus conuiueant, blandiantur, atque patrocinentur. Denique placuit Regi laudatissima pulchritudo.

Et sublata est mulier in domum Pharaonis.

*Ambros.*

Attende hic candide lector, quæ claro latoque præconio Ambrosius Sarai probitatem celebret. Sara, inquit, non facultatibus ditior, non genere splendidior erat: ideo virum imparem non putabat, ideo quasi parem gratia diligebat, ideo non censu est retenta, non parentibus, non propinquis: sed virum proprium quocumque pergeret sequebatur: externa adiit, sororem se eius asseruit, contenta, si ita esset necesse, periclitari pudore potius, quam virum salute. Excusatur itaque, ut ait Rabanus, Sarai: quæ in domum Pharaonis transfertur inuita: non solum in hoc, quod non inquinatur corpus, nec anima, nisi mentis consensu: sed etiam eo quod conuiuentem & permittentem viro suo id factum esset, quod Deo præside infelicem exitum non haberet.

*Raban.*

Abram verò bene vti sunt propter illam.

Ægyptij enim impendebant iucundam benevolentiam, atque commodam beneficentiam

tiam Abraham, ceu regiam vxoris fratri, non tamen tanquam viro iusto, sed regiam voluptatis patrono. Sic enim vulgo fit, ut frequentiores inuenias, qui non modo blanditijs, sed suis quoque sumptibus alienis vitij, quam uirtutibus faueant. afficiuntur nimirum ad sibi similes. Sint tibi exemplo Ægyptij, qui voluptati Pharaonis, & affectui in seruitutes, ipsi Abraham, non vitique tanquam propheta, nec dum enim eum spiritu Dei afflatum nouerant, sed veluti regiam voluptatis fautori. propensissimum officium commodabant: & ea libenter ei impertiebantur, quæ consequenter explicantur, dicente Scriptura.

Fueruntque ei oues, & boues, & asini, & serui, & familia, & asina, & camelus.

En tibi Ægypti diuitias terrenas, non celestes: humanas, non diuinas: corporales, non spirituales: temporarias denique, non æternas. Nam serui quoque atque familia inter has diuitias merito computantur, quod sint velut iumenta quaedam ratione tamen ductilia. Ecquid caro, nisi carnem præstare poterat? Ægyptus enim, ut ait Propheta, homo; & non Deus: & equi eorum caro, & non spiritus: & iuxta Apostolum: Qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem. Exemplo est manifestissimo Pharaonis: de quo sequitur.

*Esa. 32.*

*Gal. 6.*

Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abram.

Pharaon quidem, qui à Deo flagellari commertus est, proculdubio homini peregrino iniuriam intulit: vel quia minis illum terruit, ut Saram traderet: vel quia inuitam rapuit. id quod ad significare videntur illa verba paulo superius posita: Et sublata est mulier in domum Pharaonis, vel quod furenti libidine cæcus non satis, ut debuit, diligenter explorauit quid in illa lateret, quod sibi rapienti eam vituperio dari posset. Plagas autem maximas, vel iuxta Hebræos intelligimus, in uiris impotentiam coeundi, feminisque fluxum generationi ineptum: vel iuxta Catholicos subitam Ægyptiarum foeminarum sterilitatem: ut esset mensura contra mensuram. Propter Sarai, inquit, vxorem Abram. In Hebræo est שַׂרַי אֵשֶׁת אַבְרָם ghal debâr çarai. i. propter verbum Sarai. Fabulantur Iudæi, quod ad verbum Sarai angelus domini Pharaonem percutiebat, quoties cum ea coire

Caput decimum tertium.

Ascendit ergo Abraham de Egypto, ipse, & vxor eius, & omnia quæ habebat.

tentabat. sed melius est, vt accipiamus id esse simpliciter dictum, Ob verbum, id est, propter causam Sarai Pharaonem fuisse percussum. nanq; דַּבָּר דַּבָּר דַּבָּר dabar, id est, Verbum in Sanctis scripturis frequenter pro re, vel pro causa poni solet: vt in Exodo omnem rem magnam, id est, causas maiores referet ad te: & in ferius in libro hoc דַּבָּר דַּבָּר דַּבָּר gal debâr hakéceph, id est, super verbo, id est, re, causâq; argenti. Pulchrè autem Ambrosius. Intendendus, ait, locus ita hortatorius, vt vnusquis que se castum præbeat, alienum non affectet thorum: nec lacendi spe, aut facienda impunitate alienam vxorem in ceſter: nō incuria, aut stultitia prouocetur mariti, aut longiori absentia. adest præful coniugij Deus, quem nihil lateat: nullus euadat. nemo irrideat: vicē absentis mariti tuetur: seruat excubias: immo sine excubijs deprehendit reum, antequam faciat, quod parauerit: in animis singulorum, in mentibus vniuersorum crimen agnoscit. & si maritū adulter fefelleris, non falles Deū: & si maritum euaferis, & si iudicem fori luseris, non falles Deum: non euades iudicem totius mundi. Ille grauius vlciscitur iniuriam inopis, quàm contumeliam imprudentis mariti. maior est iniuria autorem, quàm custodem thalami spretum & non consideratum esse. Denique flagellum secuta est poenitentia.

Vocauitq; Pharaon Abram, & dixit ei: Quid nam est hoc, quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, quod vxor tua esset? Quā ob causam dixisti, esse sororem tuam, vt tollerem eā mihi in vxorem?

Nempe flagellis correptus Pharaon respuit: & oraculo mōnitus vxorem Abrahamæ Saram esse cognouit: quam, putans cœlibem, duxerat. Quæritur ergo apud Abraham, quod fefellerit eum. Super quo Ambrosius ita fatatur. Pharaon, & si natura ferus, ac barbarus, tamen significat exteris ac barbaris esse curam pu-

doris, & adulterij etiam sibi crimē cauendum: qui præ tendit ignorantiam, condempnat intemperantiam. Id quod vel certe ex eo constat, quod confestim eam, vbi cognouit alienam, marito restituit, dicens:

Nunc igitur ecce cōiux tua, accipe eam & vade.

Quæras, manserit ne intacta apud Pharaonē Sara? respondet tibi in hæc verba Hieronymus. Licet corpus sanctarum mulierum non vis maculet, sed volūtas: & excusari possit Sarai, quod famis tempore sola regi in peregrinis locis marito coniuente resistere nequiverit: tamen potest & aliter foeda necessitas excusari, quod iuxta librum Hester, quæcunque mulierū placuisset regi apud veteres sex mēſibus vngebatur oleo myrtino, & sex mēſibus in pigmētis varijs erat, & curationibus foeminarum: & tunc demum ingrediebatur ad regem. Atq; ita potuit fieri, vt Sarai, postquam placuerat regi, dum per annū eius ad regem præparatur introitus, & Abrahamæ Pharaon multa donauerit, & Pharaon postea sit percussus à Domino, illa adhuc intacta permanente.

Præcepitque Pharaon super Abram viris: & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

Non solum marito vxor sua impolluta redditur, sed anteambulones: protectoresq; ei cōmodantur, vt eum extra Ægyptios fines deducant. ne quis de populo barbaro, aut viro iusto contumeliam irroget, aut vxoris pudori vim inferat, aut peculio fraudē faciat. Ambrosius. Pulcherrimus & hic locus ad excitandæ studium deuotionis: quia is, qui Deum sequitur, tutus semper est. Itaque Abraham quoniam propter Deum contempſit omnia, recepit à Deo multiplicata omnia. sed primam Deus pudicitia tribuit remunerationē, quæ gratam sciebat coniugi. nam quia studio obcundi cœlestis oraculi vxorem quoque in periculum deduxit pudoris, etiam castimonia coniugij defendit.

Caput

Verè adimpleuit dominus custodiēs Abraham & seruans intactam Saram eius vxorem, & augens ipsum, & locupletās faciensq; vt omnia, quæ Abram possidebat integra in promissionis terram reportarentur: verè inquam re ipsa Dominus adimpleuit illud, quod canente Psalmista postea cuiuslibet viro iusto promisit, dicens: Quoniam in me sperauit, liberabo eū: protegam eum, quoniam cognouit nomen meū. Clamauit ad me: & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meū. Conueniunt hæc in primis Abrahamæ, de quo ad Iudæos Christus dominus: Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Porro ascendit.

Et Loth cum eo. Commendatur hoc loco probatissima studioſi nepotis erga patruū suum pietas, quod illum, nec in tot, tantisq; viarum ambagibus vagum, nec alterna sorte iastatum dereliquerit. Hoc itaque pietatis studio Loth est promeritus, vt non modo ditescerent patruo simul & ipse ditesceret: sed etiam vt postea cū Pentapolitis à regibus Assyrijs captus, ab illo eriperetur. Sicut enim verè dicitur: Vā impio, & vicino eius: ita & veraciter fertur: Bene iusto, atque vicino eius. Ascendit autem Ad Australem plagam.

Aduertendum, quod regrediens Abraham de Ægypto ad terram Chanaan, Aquilonē versus tetendit: sed intelligitur eum in ea regionis Chanaanæ parte confedisse, quæ ad Austrum vergit: nempe ad Meridiem iustus sedē sibi locauit. A meridie enim sol pleno fulgore orbem illustrat: & iustorum, qualis erat Abraham, semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectam diem. Hic est dies æternitatis, qui nulla vnquam noctis caligine obscuratur. cuius participes iusti tandem fiunt.

Erat autem diues valde in possessione argenti & auri.

Multum enim argenti atque auri Abrahami portauerat ex Arān: pluribus itē opibus fuerat à Pharaonē donatus: sed plurimis ipsum Deus locupletauerat. denique illam diuitiarum copiam ei præstitit, quam proximo capite ei fuerat pollicitus. Hæc cum ita habeant: nihilominus circumspicere admodum Hieronymus inquit. De Ægypto liberatus ascendisse dicitur: sed occurrit huic sensui illud quod sequitur. quomodo poterit exiens de Ægypto fuisse diues valde. quod soluitur ista Hebraica veritate, in qua scribitur. Abram grauis vehementer אַבְרָהָם כָּבֵד עָלָיו קָבֵד עָלָיו σφόδρα. Ægypti enim pōdere grauiatur. & licet videantur esse diuitiæ pecoris auri, & argenti, & tamen si Ægyptiæ sunt, viro sancto graues sunt.

Reuersusq; est per iter, quo venerat à Meridie in Bethel.

Idē Hieronymus. Nec vt in Septuaginta legitur: Abijt vnde venerat, i desertū vsq; Bethel: sed secundū Hebræū: Abijt in itinere suo per Austrū vsq; Bethel. De Ægypto. n. profectus est, nō vt desertū peteret, quod in Ægypto reliquerat: sed vt per Austrū, qui Aquiloni contrarius est, veniret ad domū Dei: vbi erat tabernaculum eius inter Bethel & Hai. Venit itaq; Abraham per easdem mansiones resarciens dispendia noctis Ægyptiacæ meridie illustratus fidei vsque ad domum Dei. Iam enim nouerat illud Psalmistæ ad dominum. Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia, elegi abiectus esse. vel, vt est in Hebræo, ad liminari, id est, in limine iacere, in domo Dei mei magis, quā habitare in tabernaculis peccatorum. Quod autem addit.

Vsq; ad locū vbi fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai,

In præcedenti capite explanatum est. Cæterum quod sequitur.

In loco altaris, quod fecerat prius: & inuocauit ibi nomen Domini.

Exo. 18.

Ambros.

Hieron.

Psal. 90.

Ioan. 8.

Hiero.

Hieron.

Psal. 83.

Ambros.

Prover. 4

Insinuat Patriarcham, posteaquam olim sacrificauit, demolitum fuisse ipsum altare, ne ab idololatriis dæmonibus ibidem sacrificaretur, interea dum ipse in Ægypto peregrinaretur. Enimvero reuersus ab Ægypto in eodem loco reedificauit altare, in quo oblati victimis rursus inuocauit nomen domini. Sic & homo qui mentis cœcitate distractus in vitia descendit, & templum Dei violat, altare pectoris sui euertere debet: ne, quamuis indulgeat libidini, vel auariciæ inhiat, idololatriæ inseruiat: immo quâdo redierit ab Ægypto carnalium voluptatum, malarumque cupiditatum plenissimo, ardentissimoque fornace, rursus altare Domino struat: in quo reparatis damnis prioribus iterum offerat Hostiam viuam, sanctam Deo placentem.

Sed & Loth, qui erat cū Abrâ, fuerunt greges ouium, & armata, & tabernacula.

*Suprà. 12.* Quod enim Deus Abrahæ superius dixerat: Qui te benedixerit, erit benedictus, ecce adimpletum in Loth illius comite. nã quia patruo suo nepos studiosè inseruiebat, à Deo benedictus fuit, auctusque ouium gregibus, nec non bouum camellorumque armentis, ita vt haberet tabernacula à patruo tabernaculis secreta. Eratque tanta pecorum vtriusque multitudo, quòd,

Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul.

Terra autem, quàm dicit fuisse angustam pascendis eorum pecoribus, non est accipienda tota Chanaan: sed ea dumtaxat regionis illius pars, in qua simul tentoria figebant.

Erat quippe substantia eorum multa: & non quibant habitare communiter.

Substantiam vocat opes, facultates, atque diuitias, quas vterque possidebat: eo quòd eis homo constet, substet, & perstet. eisdem enim nutritur, fulcitur, & in vita permanet. Meminit autem argenti & auri in Abraham, & nõ in Loth: quia perfectior erat ille, quàm hic: & ideo diuitijs auctior. id quod illi potissimum tempori congruebat, in quo iustorum pietas temporarijs quoque bonis fouebatur. nondum enim præceptor cœlestis illud insonuerat: Si vis esse perfectus, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habe-

*Mat. 19.*

bis thesaurũ in celo, & veni, & sequere me. Insuper tam exacta copiosè atque multiplicis vtriusque eorum substantiæ narratio congrua quædam præparatio est ad ea, quæ de pastorum rixa proxime dicenda sunt. ideo enim replicat, Et non quibant habitare communiter.

Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abram, & Loth.

Dum enim vtrique nituntur lætiora occupare pascua, potiusque è sententia sua, quàm iure & æquitate commissa sibi pecora potare, inuicem mordentes, & inuicem inuidentes, patefacto discordiarum fomite vtriusque rixati sunt. Probe Ambrosius. Sæculare vitium est, vt terra diuites nõ capiat: nihil enim satis est diuitum cupiditati. quanto ditior quis fuerit: tanto audior ad possidendam est: extendere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Nũquid huiusmodi erat Abraham? minime. Quamuis in principio & ipse fuerit imperfectior gradu, quem postea indies crescèdo attingit. Cæterum diuitiarum multitudo causa fit discessus: diuisionem operatur: concordiam impedit: & cognationis vinculum dirimit. denique pastores diuisionis occasionem præbuerunt, ij concordiam dirimebant, ij multamorum inciuilitatem præ se ferebant. Porro sæpe valde familiares discessionis initium faciunt. hinc & dominis plurima mala pullulant à seruorum, famulorumque nequicia. Curare igitur valde debet quietus vir & probus, vt quietos & probos habeat ministros.

*Ambro.*

Eo autem tempore Chananeus & Pherezeus habitabant in terra illa.

Videlicet in qua Abraham, & Loth tabernacula sua fixerunt. Ex quo intelligere possumus. angustiora fuisse pascua, vt pote inter patrios pastores atque colonos sita, & pecunijs cõducta, emptaque. Instabat & ingens periculum, ne rixantibus pastoribus eorum cõtentio dominos seruis suis patrociantes ita permoueret, vt inter se dissiderent, ac compugnarent: ac perinde cõpugnantes, aut à terræ incolis inuaderentur, aut infidelium autoritate secum cõuenire cogèrentur. quorum alterum nimis detrimentosum, alterum valde ignominiosum habèdum esset. Et vt illud luce clarius manifestum esse constat: ita & hoc, vt maxime indignum, diuinus Paulus reprobatur, ea de re *1. Cor. 6.* thios in hæc verba increpans: Audet aliquis vestrum

vestrum habens negocium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos. & paulo post: Ad verèdiciam vobis dico: nõ est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem & fratrem suum: sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. &c.

Dixit ergo Abram ad Loth: Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus.

Alloquitur Abraham nepotem suum patrii nõ pe autoritate: & quia prudentior erat & iustior inferiorem admonet, & precatur dicens: Ne quæso sit iurgium inter me & te: & inter pastores meos, & pastores tuos. Nondum inter vtriusque iurgium erat, sed ne mutua obiurgatio, quæ charitatis eorum alacritatè retunderet, aliquando in cideret, diligenter cauet dicens: Nõ sit iurgium inter me & te, quod caute sanè vitandum est: iam enim instat rixantibus pastoribus nostris: ideoque ad didit, Et inter pastores meos, & pastores tuos. hæc simul copulauit, quia natura coniuncta sunt, & in promptu est, vt cõtendètibz seruis, conteridant & domini: & compugnantibus dominis, & serui compugnent. Redditque cuestigio causam amoliendi eiusmodi iurgiorum fomitem valde vrgentè dicens: Fratres enim sumus. Quæ enim natura sibi sunt propinquiora, plus inuicem consentiunt: eorumque dissidium mlogius à more, rationeque recessit. ac perinde discordia quæuis inter ea, quæ cognata sunt, optimo iure maxime pudèdo vitio datur. Id quod vir probus diligentissime vitat, & à se procul depellere nititur. fratres autem se ipsos verbo amoris plenissimo vocauit: nõ quòd essent germani, sed cognati, & fraternam quadam dilectione coniunctissimi. Nam sicut Hieronymus contra Heluidium scribens tam circumspèctè, quàm eruditè adnotauit. Quatuor modis in Scripturis fratres dicuntur, natura, genere, cognatione, affectu. natura quidem fratres dicuntur Esau, & Iacob, & duodecim Patriarchæ. genere: quia omnes Iudæi inter se fratres vocantur, vt in Deuteronomio. Si autem emeris fratrem tuum, qui est Hebræus, porro cognatione fratres vocantur, qui sunt de vna familia: vt in Genesi. Cum audisset Abrahã, quòd captiuus ductus est frater suus: & inferius: Dixit autem Iacob ad Iacob, quoniã frater meus es, non gratis seruius mihi. affectu denique spiritali fratres vocamur omnes Christiani,

*Hieron.*

vt: Narrabo nomen tuum fratribus meis. & affectu communi, quia omnes homines vnũ habemus Deum patrem, & vnũ Adam omnium parètè, Dicite, ait, his qui oderunt vos, Fratres nostri estis. Hic itaque Abraham, & Loth fratres cognatione, affectuque dicuntur. Iam vero ostenso mutue concordie affectu, modum quo iurgiorum radix succidatur, cõtinenter indicat dicens.

Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

Hoc est. In præsentire habes totam hanc terram, quæ pascendis gregibus nostris precio nobis comparatur. liceat tibi per me, quàm malueris illius partem optare: in qua inuito cum Palestinis pacto, coemptisque pascuis greges tuos pascas. recede itaque à me. In Hebræo est *הִפְרַדְתָּ מֵאֵלַי* hipared nã mieghalã: id est recede obsecro desuper me. Attède, quàm vrbane patruus cum nepote agit: tanto superior inferiorem precatur, & obsecrat: & in eius manu rei optionem collocat. Cæterum iã Loth, tantis facultatibus auctus Abrahæ oneri cõperat esse. ideoque eum à se dimittere vult, paratque: sed ne odio potius quàm necessitate eum ab se ablegare videretur perbenigne ipsũ monet paululum à se discedere. proponitque illi optionem terræ, quæ in oculorum prospectu longè, lateque patebat: vt quàm malit partem sibi eligat dicens: Si tu ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. His nempe verbis alterius ab altero secessio denotatur, sed haud longe remota. nam quæ ad dextram, leuamque, inuicem collocantur, ita dissira iacent, vt aliquatenus, vel coniuncta, vel propinqua maneant. Mirum, quàm diserte huc locum Diuus Ambrosius pertractet. cuius verba, vt soleo, adscribere minime grauabor. Mulcebatur, inquit, sanctus Abraham nepotis præsentia, cui patrium affectum exhibebat: incidit rixa inter seruulos nepotis & patru: aduertit prudentior seruulorum dissensionibus dominorum concordiam solui solere: amputauit fibrã discordiæ, ne cõtagium serperet. tolerabilius enim putauit, vt copula sequestraretur, quàm gratia dirimeretur. Quod te facere oportet, si forte huiusmodi aliquid incidaris, vt seminariũ dissensionis auferas. Neque enim tu fortior, quàm

*Psal. 133.*

*Ambrosius*

Abraham ille declinanda censuit, non despicienda seruulorum iurgia & si tu fortior, caue ne alter infirmior sit, qui aurem præbeat seruulorum suspirijs. frequenter in diuisa seruiticia inter parentes discordiam serunt: diuide potius, vt maneat amicitia. In diuisa domus duos non sustinet. nonne melius est emigrare cum gratia, quam cohabitare cum discordia? ipsa quoque cuiusmodi debet esse diuisio Patriarcha edocet. Firmior diuidat, infirmior eligat: ne habeat quod conqueratur: electio enim suæ partem non poterit calumniari: nõ residet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi. nec diuisor grauatur: nam quo prudentior, eo cautior: vt nec in diuisione circumscribatur, nec in electione fraudetur.

Eleuatis itaque Loth oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, ante quã subuerteret dominus Sodomam & Gomorram, sicut paradysus domini: & sicut Egyptus, venientibus Segor.

Enimvero arripuit Loth oblatam sibi occasionem eligendi, quã mallet partem: ideo sustulit oculos, vt circumspiceret adiacentes agros: viditque omnem circum circa regionem Iordanis. Est autem Iordanis fluuius diuidens Iudæam Arabiam, & Aulonem: sortitusque est nomen à loco vnde nascitur: videlicet vinculo Dan: Ior quippe Ἰορδάνης, id est, fluuius vel riuum Hebræi vocant: vt sit Iordan idẽ quod riuus Dan. Fluit itaque à Dan vinculo, & est quarto milliario distat à monte Libano, & est terminus Terræ promissionis versus Septentrionem. Fluit enim Orientem versus: & post multos circuitus iuxta Hierico Mortuo commixtus mari nomen amittit. Hęc ad verbum ex libro De locis Hebraicis transtulimus. Cũ autem ait, Quæ tota irrigabatur, ostendit regionis bonitatem. hæc enim est præcipua solis pinguis felicitas, vt irriguum sit, ac herbis arboribusque fertile, & benigno sub cælo iaceat. Lætissima igitur atque vberissima ea regio erat, antequam subuerteret dominus Sodomam & Gomorram. antea enim placidis aquis irrigabatur: nam post subuersionem illã insignem quatuor urbium Petapoleos, aquis obruta subsedit, latetque seredis frugibus inutilis. Sodomam autem & Gomorram dimittat ex quatuor deletis ciuitatibus impræsen-

tiarum cõmemorauit: quoniam hæc duæ fuerunt præcipue scelerum autores. Sicut paradysus, ait, Domini. Comparat hanc regionem paradiso propter florulentam agri illius faciẽ, varijsque herbis renidentem, atque speciosissimam pulcherrimarum fructiferarumque arborum multitudinem, quarum tota regio illa plenissima erat. Quod autem dicta paradiso addidit Domini: vel absolute accipie dus qui uis hortus deliciosus, atque herbis simul & arboribus spectatissimis a deo plenus & speciosus, vt manu domini cõficus videri possit: vel potius illam paradysum respexit, quam dominus à principio plantauerat. non quod illa in his locis sita fuerit: sed quod hæc illi similis fuerit felicitissima irrigui soli fertilitate. Est igitur paradysus terrena, cui terrena comparatur irrigatio. Enimvero sicut illa domini paradysus primos parentes amœnissima vbertate de prauauit: sic & hæc habitatores sui corrupit, vt diuina ultione pœnas ab eis exigente, igni & sulphure absumenda fuerit. At paradysus illa cœlestis, vt vniuersis bonis plenissima est, & perfectissima: ita iucundissima, prorsusque beatifica, atque perpetua. Quod autem addidit, Et sicut Egyptus venientibus in Segor, topographia est. qua eiusdem regionis amœnitatem amplificat. Nam cum tota Egyptus amœnissima sit, & vberissima: longè tamen amœnior, & vberior est ea parte, qua respicit urbem Segor, eique adiacet: vt ex regionis cõfinio compar vtriusque loci, tum vbertas, tum amœnitas cognoscatur. Cæterum hæc omnia bona reuera tenebrosa sunt habitantibus in terra, sicut Egyptus, hoc est, Mizraim, quæ interpretatur tenebræ, & paruissima videntur his quorum conuersatio est in cœlis. Sicut ipsa Segor, quæ interpretatur parua: nec id mirum, cùm terrena sint, atque fluxa. Quid ni pro no fluxu labantur, citatissimoque cursu pereant terrena mortalibus commoda? Siquidem nos omnes propter quos illa condita sunt, continue morimur, & sicut aqua dilabimur.

Elegitque sibi Loth regionem circa Iordanem.

Id est, totam illam circum circa Iordanem fluuium planiciem. Et hinc improbiior aliquanto Loth videri possit, qui vni sibi delegerit, nõ modo melioris agri partem, sed totum illum campum, quamuis latum, & in communes usus late patentem. id quod audioris animi, & non satis ciuilibus indicium fuit. Accedit ad hoc imprudentiæ non nihil eius qui locorum specie allectus, & agrorum fertilitate captus, mi-

nus

nus, quàm par erat hominum prauissimorum cauerit conuictum: quo proborum animi virorum, si trahi nequeunt, certe tentari possunt, & indignarum rerum aspectu vehementer affligi. id quod ipsi Loth euenisse beatus Petrus in posteriori sua Epistola narrat. Fuerit itaque in viro hoc alioqui iusto leuioris cuiusdã culpæ, quod flagitiosorum hominum congressum minime vitarit: maximæ autem, & probatissimæ virtutis inter corruptissimos non fuisse corruptum. videturque nobis Loth sancti Noe mirabilem illã iusticiam secutus, qui inter paratissima prauissimaque cunctorum mortalium iniquissimè agentium exempla, sibi semper constans veræ pietatis cultum nõ quam omiserit, nec intermisit. Cæterum apertissime subiunctum est:

Et recessit ab Oriente.

Idque non solum, vt habitudinem ostenderet loci eius de quo Loth profectus est versus Iordanis planiciem: sed etiam, vt ostenderet eum, qui ab Abraham (de quo Esaias: Qui vocat iustum ab Oriente) ad Sodomitas, id est, à pio ad impios, à probis ad improbos, à iusto ad iniquos, a puro ad impurissimos recesserat, ab Oriente bonorum ad Occidentem malorum appropinquasse: eoque ad iussu, vbi cõcuti, labique possit, nisi sanctissimis parui institutis præformatus, eiusque meritis communis diuinitus seruatus fuisset. Quod autem sequitur.

Diuisique sunt alterutrum à fratre suo.

Ad significat, adinuem disseparatis germanam appellationem, mutuamque gratiã non defuisse: fierique posse, vt inter eos, qui maxima locorum intercapedine seiuncti sunt, fraterna charitas sit coniunctissima. Dei namque spiritus, per quẽ humanis cordibus vera, cõstansque charitas infunditur, vniuersa, quamlibet distita, contingit: permeatque, vnit, & cõtinet, solidissimisque incontaminati amoris vinculis inuicem connectit. Quare iure suo diuinus ille gentium Doctor, qui plus omnibus laborauit, à Barnaba separatus, vt diuersas gentes in vnam Christi Ecclesiam reuocaret, hanc vnitatem spiritus in primis procurandam nobis suadet: Induite vos ergo, ait, sicut electi Dei sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, paciẽtiã, supportates inuicẽ, & donates vobismet ipsis, si quis aduersus aliquẽ habet quærẽlã: sicut & Dñs donauit vobis, ita & vos. Sup-

Esai. 46.

Colo. 6.

omnia autẽ hæc charitatẽ continuã habentes, quod est vinculum perfectionis. Quamvero ad numerum pulcherrimum hunc virtutũ chorum vir hic iusticia insignis coluerit, eisquẽ omnibus perfectior in imperfectiorẽ vsus fuerit, longum nimis esset, si id pro rei dignitate explanare pergeremus. Denique Loth ad ripas iordanis inter Pentapolitas agente.

Abrahã habitauit in terra Chanaan.

Videtur Scriptura Pentapolim excludere à Chanaan: idque fecisse, eam secuta descriptio nem quæ superius posita est: Factique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Gerarã, atque Gazam, donec ingrediatis Sodomam & Gomorram, & Adamam, & Seboim, & Iesa. Id quod pulchre factum est, vt terra Patriarchæ, promittenda quadã renus exciperetur ab ea quæ igne cœlitus demisso haud multa post tẽpora à promissione esset penitus absumenda.

Loth verò habitauit in oppidis, quæ erant circa Iordanem: & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitẽ pessimi erant, & peccatores coram Domino.

Qui enim habitaculum sibi elegit incongruũ ipse sibi malum parit: quamuis alioqui sit vir probus, atque clarus. Est namque non parua in felicitatis portio virum iustum, & splendidum cum iniquis, & obscuris habitare. In quo & vicem suam Esaias inter prophetas illusterrimus vehementer dolebat, & lamentabatur dicens: Væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labijs ego sum: & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Quid nõ doleret? nequit enim vir probus, ac iustus, & prudens malorum, imprudentiumque conspectu non offendi. habet enim quendam aculeum improbitas, quam pati prudentes ac viri boni difficillime possunt. Ac perinde nemini dubium, quin Loth vir probus, ac iustus multũ angeretur, & discrucietur in spectis iniquissimis & spurcissimis Sodomitarũ flagitijs qui erant mali & peccatores Deo valde. Sic enim habent Hebraica. Et homines Sodomẽ erant peccatores Deo valde. Ex quo euenit, vt diuus Hieronymus in libro quæstionum taxarit Septuaginta interpretes dicens: Superflue hic in Septuaginta additum est, In conspectu Dei. siquidem Sodomorum coloni apud homines mali erant, & peccatores:

M 5 ille

Supra. 10

Esai. 62



Luc. 1.

ille autem dicitur in conspectu Dei peccator qui potest apud homines iustus videri: quomodo de Zacharia & Elisabeth in preconio ponitur, quod fuerunt ambo iusti in conspectu Dei. Erant itaque Sodomæi manifestissimè mali valde, & peccatores: & mali quidè dicuntur propter cogitationum maliciam, & affectuū prauitatem: peccatores autem propter operum iniquitatem, atque inueteratam peccandi consuetudinē. Accrescit enim prauis moribus suis gradib⁹ culpa: & ad summā nequiciæ peccando peruenitur, cum non modo naturalis rerum actionumque ordo, tum flagiciosè, tum sceleratè agendo peruertitur: sed etiam abiectio omni eo timore, per quem declinat omnis homo à malo, non tantū humana, sed diuina quoque iura violantur. Ad hoc pessimum malorū culmen accessisse Pētapolitas Dominus insinuat, cum uelut ambigentis figura ad Abraham inferius sic loquitur: Clamor Sodomorum, & Gomorrorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggravatum est nimis: descendam, & videbo virtū clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint. Potest idem videri non ociosè additum esse à Septuaginta, In conspectu Domini, & quod nos habemus, Coram Domino. non quod intelligatur, Clam hominibus, & coram Domino, id est, illis nescientibus, & sciente Deo, malos eos & peccatores fuisse, cum in exemplum in vulgatissimi sceleris aduersus Iudæos adducantur Sodomitæ ab Esaiâ propheta increpante: Peccatū suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt: sed quod in tantum peccata peccatis addēdo deprauati sunt, ut nec erubuerint, nec metuerint perperâ operari coram Domino, id est, Domino vidente & sentiente ipsorum grauissima facinora. Augetur denique eorum culpa, quod Dominum inspicientem eos peruersè agere neglexerint, à quo tamen proculdubio essent puniendi. Sed hoc interim cum sua malicia relinquamus, & ad iustum Patriarcham reuertamur. De quo sic ait Scriptura.

Infra. 18.

Esai. 3.

Dixitque Dominus ad Abraham, postquam diuisus est à Loth.

Vbi Loth à Patriarcha discessit, illico Dominus ei apparuit, atque locutus est. eo quod humane mentes quanto sunt à turba remotiores, & ab infesto spiritui mortalium tumultu remotiores, atque carnalibus affectionibus, curisq; mundanis magis vacuæ: tãto sunt tranquilliores, & spiritualium rerum capaciores, Deoq; coniunctiores, & ad visa quædam di-

uinitus impressa percipiēda multo aptiores. Nec ab re. quoniam sicut corporalia corpora libus: ita spiritualibus spiritualia facilius accōmodantur: quæ inter se, si ineptè misceas, cūta & sensus, & rationis officia susque deque perturbabis: at si commode eadem disponas, depuratis impuris affectibus, compositisque curis, sedatisq; vulgaribus tumultibus ducen te. Deo & adiuuante, idoneus fies, qui in intimo cordis recessu, & sublimi quodam mentis excessu Deo adstes, & clara in luce videas, quid loquatur in te Dominus. quemadmodū & huic viro iusto dixit.

Leua oculos tuos, & vide à loco in quo tu nunc es ad Aquilonē, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem.

Quatuor mundi climata, quibus Chananæorum regio circumscibitur, Hebraico more exposuit. Pater enim terra pmissionis à Meridie maris Salinarū per Sina & Cades Barne vsque ad torrentē Egypti, qui iuxta Rhinocoruram mari Magno influit. At ab Occidente eius ad ipsum mare Palestinæ Phœnicæ Syriæque Ciliciæq; pertenditur. Ab Aquilone autem habet Taurum montē & Zephirium vsque Hemath: quæ appellatur Epiphania Syriæ. Ab Oriente verò tendit per Antiochiam, & lacum Cenereth, quæ nunc Tyberias appellatur: & Iordanem qui mari influit Salinarum. quod nunc mortuū dicitur. Trans Iordanem autem duarum & semis tribuum possessio est Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse. Hæc est ambitus totius terræ pmissionis iuxta descriptionem quā in Epistola ad Dardanum Hieronymus posuit. Verisimile autem est Abraham in loco quopiam edito constitisse, vnde terram circūquaque iacentem longè lateq; circumspicere posset. Nec tamen asserere cogimur illū omnes eius angulos distinctis inspectionibus vidisse: sed circumspexisse situm illius, partesq; versus quatuor orbis plagas. quomodo legis in Matthæi Euangelio, quod diabolus assumpsit dominum Iesum in montē excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi: nō dubium, quin tantum ostenderit in genere eas orbis habitabilis regiones, in quibus singula quæque maxima regna sedem tenebant. forsitan & alius opinetur, demonstratam Abraham fuisse diuinitus quamlibet huius terræ partem, idq; breuissimo tēporis spacio: sicut & Deus fertur potentissima Deitatis suæ vi eandem

Hiero.

Mat. 4.

Grego.

dem terram in momento particulatim Mosi legislatori commonstrasse. Simile quid beato Benedicto Dei munere contigisse, diuus Gregorius tradit: nempe collatum fuisse sanctissimo viro vnico intuitu totum vidisse mundum. Deniq; ostensa terra, Patriarchæ promittitur.

Omnem, ait, terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo in sempiternum.

Prius dixerat: Semini tuo dabo terram hæc: modo auget dicens, Omnem terram hanc, quam conspicis, dabo tibi & semini tuo. Quanto enim pluribus apud Deum meritis Patriarcha crescebat: tanto amplius, ac plenius erga illum diuina pollicitatio maioribus donis explicabatur. nam quia perhumaniter benignissimus patruus cum nepote suo sese habuit, & maior minori mirabili modestia cessit, eidemque liberum reliquit, ut vtriusvis regionem incoleret: euestigio adeo remuneratur. Deus enim illico indicans ei digito terram Chananæam, in qua tunc temporis manebat Abraham, eam sibi, seminiq; suo iure hereditario possidendam pollicetur. Exercet tamen virum iustum replicatis pmissionib⁹: ut illius fidem probet, & patientia mirabilem reddat: qui dilatis valde diu promissis nō hæsitauit animo, nec longæ sterilitatis tædio cōsternat⁹ est. Docuit enim nos, certissima semper habenda esse pmissa Dei, & longanimi fiducia expectanda, quantumvis tempore reddere tarder. Sed quando pmissam terram Patriarchæ dedit? cum Stephanus cum Iudæis acerrime agens testatus sit, illum nec vestigium pedis possedisse in ea. Hanc quætionem soluere possumus dicentes, aliter Abraham, aliter posteris eius datum fuisse huius terræ imperium. nam Abraham datum est ius vtriusque habēdi eam, nec tam possessio ipsius, quam figura quædam dominij in ea exercendi. Tantū enim autoritatis inter Chananæos Patriarchæ Deus tribuebat: ut vbicunq; inter eos conuersaretur, in summo precio ab omnibus haberetur: & quendam, veluti principem apud eos ageret. Dominabatur igitur volentibus haud quidem regia potestate fretus: sed admirabili sapientia clarus, summaque probitate pollens. Hinc illud Sychimitarum ad eum: Princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum. postea autem illius in possessionis ius & hereditarium regnum eadem terra tradita fuit, quā-

Act. 7.

Infra. 23.

do profligatis & excisis prisca colonis Iosue duce eam armata manu cœperunt: longoque post tempore possederunt: quibus dominantibus cœsetur & ipse Patriarcha Palestinæ fuisse quodammodo potitus. Nam si verum illud est, parentes mortuos in viuentibus filiis quodammodo viuere, & ex parte in eis permanere, cōsequens est horum statū illos nō nihil attingere, quāuis vita præsentis functos, ac perinde id quod minoribus ob maiorum merita datum fuerit, id ipsum eorum maioribus quadamtenus esse redditum. Enimvero continet is locus haud paruam quætionem insurgentem, ex eo quod nunquā Israelitæ tantum terræ illis pmissæ possederunt, quantum hic circumscriptum est. Nam neque Iosue tempore multos Chananæorum à suis sedibus & vrbib⁹ filij Israel excludere, valuerunt. nec sub David atq; Salomone inclytis Israel regibus obtinuerunt amplius, quā à Dan vsq; Bersabee, & ab Ioppe vsq; Bethleem. Quid igitur ad hæc dicemus? fefellitne Patriarcham Deus. Absit. Nullatenus enim fuit fraus in promittente Deo, qui præsto semper est certissimis rerum ipsarum euentis pmissa sua firmare: sed in culpa fuere Iudæi qui non modo diuina contempserunt præcepta: sed etiam ab ipso Deo tantis ea bona pollicente atque donante ad idola colenda frequenter descuerunt. Quare merito dūtaxat ex parte receperunt, id quod proculdubio percepissent ex integro, si in fide Deo præstanda, colendaque pietate constanter persistissent. Ex quo fit, ut multo minus mireris, eosdem excidisse penitus ab statu suo longe præclaro, expulsoq; à regno, terraq; sibi in possessionem tradita: quam in sempiternum iuxta diuinam pollicationem tenuissent, si diuinis mandatis obtemperassent. Eodē plane iure, quo priores gentes ob impiam idolorū culturam, & fœdissima flagicia, & nefandissima scelera deletæ sunt, atque exterminatæ: Iudæi quoq; Deo rebelles, illisq; superstitiones, flagiciofiores atque sceleratiores à Deo deserti, & ab hostibus capti sunt: nec non à proprijs sedibus exclusi, & in alias, atque alias orbis terrarum regiones abducti fuerunt. Et primum quidem decē tribus in Medos translata fuerunt nunquam in patriam suam redituræ. Postea reliquæ in Babylonem abductæ, vbi septuaginta annis secundum Hieremiæ vaticinium Babylonio tyranno misere seruiuerunt. quibus exactis in Hierosolymā reductæ sunt: non quod iustiores essent reliquis in captiuitate manentibus: sed ut mysterium crucis in terra

terra sancta absolueretur: quo quidem redemptionis humanæ sacramento cõsummato Iudæi penitus desolati sunt, miserimãq; & nõ quam leuanda captiuitate oppressi totum per orbem in certis sedibus, & sexcentis cõtumelijs, & iniurijs afflictati peregrinantur. Nec mirum, quippe qui scelus omnium grauissimum & maxime execrandum in Christum suum crudelibus illatis manibus summa impietate perpetrauerunt. Quamobrem constat nullam fuisse culpam in pollicente Deo, si Israelitæ nec totum tunc acceperunt, quod eis fuerat sponsum: nec modo possidēt, quod tunc acceperunt: sed solis eis est imputandũ. qui nec totum propter ignauiam suã ab hostibus abstulerunt; & ablatum, possessumque per impietatem suã amittere meruerunt: vbi enim optio proponitur ad eligendum: qui operari renuis, frustra cupias, quod pmissum est. Interim tamẽ Abraham addit Dominus numerosam prolis multiplicationem dicens.

**Faciamque semen tuum, sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit.**

*Augusti.* Quoniã hunc locum, acute, ac docte tractat Augustinus, eius potius, quàm aliam enarrationem adscribã. In hac, inquit, promissione, vtrum sit etiam illa; qua pater factus est omnium gentium; non euidenter apparet: potest enim videri ad hoc pertinere: Et faciam semen tuum, tãquam arenam terræ: quod ea locutione dictum est, quam Græci dicunt: ὡς ἄμμος: quæ vtique tropica est, non propria. Quo tamen modo, ut cæteris tropis vti solere scripturam, nullus, qui eam didicit, ambigit. Iste autem tropus, idest, modus locutionis fit, quando id quod dicitur longe est amplius, quàm quod eo dicto significatur. Quis enim non videat, quod sit incomparabiliter amplior arenæ numerus, quàm potest esse omnium hominum ab ipso Adam vsq; ad terminum sæculi? Quanto ergo magis, quàm semen Abraham? non solum quod pertinet ad Israeliticam gentem, verum etiam quod est & futurum est secundum imitationem fidei toto terrarum orbe in omnibus gentibus? Quod semen in comparatione multitudinis impiorum, profecto in paucis est: quamuis & ipsi pauci faciant innumerabilem multitudinem suam, quæ significata est secundum hyperbolem per arenam terræ. Sane ista multi-

tudo; quæ promittitur Abraham, Deo nõ est innumerabilis, sed hominibus: Deo autẽ nec arenæ terræ, proinde quia non tantum gens Israelitica, sed vnuersum semen Abraham, vbi est expressa promissio non secundum carnẽ, sed secundum spiritum plurimorum filiorum, congruentius arenæ multitudini comparatur. Potest hinc intelligi vtriusque rei facta promissio. Sed ideo diximus, quod non euidenter appareat: quia etiã illius gẽtis vnus multitudo, quæ secundum carnem nata est ex Abraham, per eius nepotem Iacob in tantũ creuit, vt pene oēs partes orbis impleuerit, & ideo potuit & ipsa secundum hyperbolem arenæ multitudini comparari: quia & hæc sola innumera est homini multitudo. At verò ne putaretur eam tantum terrã promitti, quã in prospectu habebat Abraham, iubetur ea loca adire, quæ inde non videbantur.

**Surge, ait, & perambula terram in lōgitudine, & latitudine sua: quia tibi daturus sum eam.**

Iam hic proculdubio illã solũ terra significatur, quam prior populus, scilicet, semẽ Abraham secundum carnẽ accepturus esset. Quod autem, iubet dominus Abraham surgere, non tam sedentẽ, quàm quiescentẽ incitat ad perambulandam terram secundum longitudinem & latitudinem suam. Porro Iudæa longitudo summitur ab Oriente in Occidentem, idest, à Mari mortuo, quod Iordanis fluuius interfuit, vsque ad mare Mediterraneum, vbi illud Ioppem insignem Palestinæ portum aluit: Latitudo autẽ illius ab Aquilone in Meridiem extenditur, idest, à Libano vsq; ad desertum Ægypti dilatatur. Enimvero ambiguum est, vtrum adierit ille singula illius loca nec ne. Nam si quod dictum est, Surge & ambula, concedentis sunt verba, docemur Abraham fuisse permissum diuagari, quacunq; liberet: vt libere peragrandò terrã sibi ostensam, eius possessionem acciperet. ideo enim eiusmodi perambulationis cõgruam causam addidit dicens: Quia tibi daturus sum eam. Ad quod facit Scripturam tacuisse eam perambulationem: tantumque narrat digressum inde in Hebron habitasse. Quod si imperantis autoritate iussum est illi, per totam illã regionem ingredi, nõ dubium quin illud opere expleuerit. in cuius laudem inferius scriptum est, Fecitque Abraham cuncta quæ precepit ei Dominus.

**Mouens igitur tabernaculũ suũ venit,**

**venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebrõ.**

In Hebræo pro conualle est *בְּעֶלְוֵי* Beelonẽ, idest, in quercetis. Respexit itaq; Hieronymus ad locum nemorosum, quercubusq; frequentem, eumq; interpretatus est cõuallem: sicut & superius posuit conuallem illustrem pro vsque ad quercũ More. Duo igitur sunt querceta: alterũ illud prius cognomẽto More: alterum hoc posterius cognomine Mambre. Est autem Mambre nomen viri Amoræi fratris Escol, & Aner: Hi enim tres fratres illius vallis dominium tenebant. Pulchrẽ autem & doctẽ hæc vallis in libro De locis Hebraicis celebratur. Arbee, ait, est quatuor, vnde & Chariath Arbee, idest, ciuitas quatuor dicta est: eo quod quatuor patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob ibi sepulti sunt, & Adam magnus, vt in Iesu libro scriptum est, licet eum quidam in loco Caluarie conditum suspicentur. Hæc est autem eadem Hebron olim Metropolis Philistinorum, & habitaculum gigantum, regnumq; postea Dauid in tribu Iuda, ciuitas sacerdotalis, & fugitiuorum refugium: distat ad Meridianam plagam ab Ælia, idest, Hierusalem millibus circiter viginti duobus. Quercus Abraham, quæ & Mambre, vsq; ad Constantij regis imperium monstrabatur, &

Mausoleum eius impræsentiarum cernitur. Cumq; iam à nostris ibidem Ecclesia ædificata sit, à cunctis in circuitu gẽtibus terebinthus superstiosè colitur: eo quod sub ea angelos Abraham quondam hospitio suscepit. hæc ergo primum Arbee, inde Chariath Arbee, postea à Chrebron vno filiorum Caleb sortita vocabulum est. **Lege Verba dierũ. Aedificauitque ibi altare Domino.**

Abraham, vt vir iustus, vt propheta, vt sacerdos ius habebat construendi altare Domino. Nec fas erat viro pientissimo, & in sortẽ Dñi vocato, & electo nõ statim instituere locũ, arãq; erigere, in qua cœli terræq; creatori acceptabile sacrificium offerret: id quod maxime ibi facere debuit: quia multo tẽpore ibi morari statuerat. Exigebat quoque viuida sancti viri religio, ut tũ pro terræ possidendæ re promissione, tum pro multiplicandæ prolis promissione paulò ante à Deo sibi factis gratias illi agere, munusq; offerre festinaret: nimirũ, vt adhiberet culturam, cui fidem habuerat. Par enim est illum singulari quodã affectu prosequi, & selectis hostijs colere, quem & summum esse principem credas, & a quo summũ bonum expectes.

Caput decimumquartum.

**Factum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sannaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlaomor rex Elamitarum, & Thadal rex Gentium inirent bellum cõtra Basa regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorræ, & contra Sennaab regem Adamæ, & cõtra Semeber regẽ Seboim, contraq; regem Balẽ: ipsa est Segor.**

**E**T factum est, ait, in illo tempore, videlicet, paulò postea quàm Loth à patruo suo Abraham discessit, nempe regnantis his nouẽ tyrannis, qui in præsentia historię sacræ contextu digeruntur: quorum primus est Amraphel rex Sannaar: is est Babyloniorum rex: nam turris Babylonia in cõ-

po Sannaar constructa fuerat à Nimbrod. Falluntur autem, qui putant, Amraphel eundem esse, qui Nimbrod: nã Nimbrod mortuus est, prius quàm nasceretur Tharepater Abraham, cui successit Belus, qui genuit Ninnum, sub quo anno quadragesimo tertio nascitur Abraham. Hic reliquit regni hæredem filium

filium paterno nomine Ninum . at cum hæc quæ in hoc capite memorantur , gesta fuere , natus esset Abraham ætatis suæ octaginta annos , & eo amplius , verisimile est , Amraphel quintum fuisse à Nimbrod Babyloniorum regem . legito Abulensem Episcopum . Et Arioeh rex Ponti . pro eo quod est Ponti , in Hebræo est , **עלסר** Elasar , similiter & in Chaldaeo : & apud Septuaginta **Ἐλασαρ** . & videtur quantum ad Hebræum attinet , vrbs esse nomen , quæ appellaretur Elazar : neq; id nomen cum sit proprium , in aliud verbi debuit . Tradit autem Rabi Moses , si ei fides sit adhibenda , eam urbem Metropolim fuisse Medorū , atque Perfarum : non autem , vt Steuchi verbis utar , arbitror eruditissimum Hieronymum Elasar Pontum temere reddidisse : eorum siquidem locorum inspector , atque explorator ipse extitit : ex hisque diligentèr percontatus est , qui locorum peritiā diligenter tenerent : quapropter arbitror Hieronymum aliquo modo didicisse Elazar regionem Pontū esse cuius rex vna cum rege Perfarum cōtra Palestinos pugnarit . Hæc ille . Cui Abulensis Episcopus libenter ad stipulatur eo ductus argumento , quod Hellepontus quartus Europæ sinus committitur Asiæ à Septentrione non nimis procul à Perside . Neutiquam igitur mirū sit , si rex Pōti cū rege Sēnaar in bellū cōueniret , cū mos sit regū , quāuis lōgè distātū , p̄ inito fœdere inuicē sibi p̄xime adesse . Et Codorlaomor princeps Elamitarū . de qb̄ Hieronymus . Elamitæ principes sūt Persidis ab Elam filio Sē appellati , & Thadal rex Gētū . Gētū rex dicitur existimatur Thadal , vel q̄ ex alia , atq; alia gente vrbe sibi cōdiderit : vel q̄ ex varijs gētibus exercitū cōegerit : sicut & postea asylo cōstituto fecere Romani . Porro , sicut quatuor reges p̄dicti fuerūt Assyrijs : ita & quinque alij , contra quos bellū inierūt , oēs fuerūt Chananej , singuli singularū vrbiū dñi . id quod satis ex simplici huius loci narratione cōstat . nec em̄ regna tam latè à principio protendebantur , quantum hac nra tēpestate extēdūt . eo quod olim vnaquæq; ciuitas sibi regem statuebat , suisq; limitibus contenta cum vicinis pacate agebat , donec regnandi libido reges Assyrios impulit , vt contra ius & fas , & propinquas & remotas Gentes bello tentarent , victasq; seruitute premerent . Denique de Bala Pentapoleos vltima vrbe peculiariter replicuit : Ipsa est Segor . Quoniam Bale est huius vrbs proprium , antiquumque nomen , quod interpretatur Deuoratio . Segor autem cognomen eius est ab euentu positum : eo q̄

Steuchus

Toftadius

Loth exoraturus Deum , ne hæc cū alijs Pētapoleos ciuitatibus euertendis simul euertetur , eam Zoara , idest , paruam nuncupauit : vt habetur infra capite decimono . Moses autem expressit eam , quæ sit dicta Bale , esse Segor : vt eandem adhuc vrbe tēpore suo permanere ostenderet . imo nulla certa autoritate cōstat , illam postea destructam vnquā fuisse . quin potius fertur eandem Ciuitatem palmæ vocari , sitam ad radicē montis , qui mari Mortuo imminet . hinc euenit , vt idē Moses enarratis in Deuteronomio alijs quatuor vrbus sulphure igneq; absumptis , hæc vnā tacuerit , dicens : Nequicquā virēs germinet in exēplum subuersionis Sodomæ & Gomorre , Adamæ , & Seboim , quas subuertit Dñs in furore suo .

Deu. 29.

Omnes cōuenērūt in vallē syluestrem , quæ nunc est Mare salis .

Quamuis haud inepte eruditissimus Hieronymus hanc vallem dixerit syluestrem : q̄ esset nemorosa vt p̄ore adeo abundans arboribus , tam satius . quàm natiuis , vt paulo superius paradiso Dei fuerit comprata . quoniam tamen in Hebræo est **הַמְּלַחֵם** hemek haçidim forsitā est propriū eius nomen loci quodam circumloquio cōpositum ab agrorū multitudine sic appellatū . nā & in Targū habetur **הַמְּלַחֵם** hemesar hhaklaia , idest in valle cāpestri : vel forte dicitur vallis çidim à verbo **צד** çud , quod est linire & incustrare , vt sit vallis çidim , idest , calcitū , à calce , quæ constringit arenā . hinc in Deuteronomio : Et linie os calce . nec alienū est ab hac interpretatione , si intelligatur çidim idem esse quod bituminū : nā & lac , qui ea in valle est , vocatur lacus Asphaltidos , idest , bituminis : cui nō tantū historici , sed etiā philosophi celebrē fecerunt memoriā . ad quod nō parum facit , qd̄ subiungitur : Quæ nunc est mare salis . dicitur & , Vallis salinarū . de qua Hieronymus in libro De locis Hebraicis . Mare , ait , salinarū : quod vocatur mare Mortuū , siue Asphalti . i . bituminis inter hierico , & Zoaram : & Orientem respicit : & ideo dicitur mare Orientale iuxta cōsuetudinem Hebraici sermonis , qua multitudines aquarū vocatur Maria . dicitur & amarissimū , quia salissimū est . De quo idem Hieronymus super Ezechielis caput quadragesimū ita tradit : Reuera iuxta literā hucusq; qd̄ spirer & possit incedere p̄ amaritudinem in hoc mari reperiri nō potest : nec cochleolę quidē , paruq; vermiculi , & angillæ , & cetera animarū , siue serpētū genera : quorū magis corpuscula possumus nosse q̄ noīa .

Deu. 17.

Hiero.

Hiero.

Deniq;

Denique si Iordanis auctus imbris . pisces illuc influens rapuerit , statim moriuntur , & pinguis aquis supernant . Quare recte hæc aquæ ab eo quod nihil in se vitale habeat , nomen mortis sortitę sunt . Sed animaduertendū est in Hebræo tantum haberi : Quæ est mare salis : ac perinde interpretem ex suo addidisse aduerbiū illud , Nunc . sensit enim cum Iosepho Hieronymus , q̄ vallis salis , in qua fuerūt ante putei bituminis , post Dei irā , & sulphuris pluuiam , in mare mortuum versa est . Nec incredibile hoc videri debet alicui quamuis lacus ille sit longitudinis sexcentorum & octoginta stadiorum : latitudinis autē centum & quinquaginta . quia hoc aperte litera sonat . nam illum relatiuum , Quæ , ipsam vallem refert , cum sit numeri singularis : non autem illud nomen Cedim , idest , camporū , vel bituminū , vel vastationū , cum sit genitiuus pluralis . Quid ? quod in hac valle erant antea plerique bituminis putei , qui nunc nō exant : latent enim superfluētibus aquis , super quas etiam num bitumen natat . vnde & à Græcis lacus Asphaltidos , idest , bituminis appellatur . fieri enim potuit , vt quatuor illis vrbus euersis , humoq; deleta , subustaq; , & in ampliorem sinum subducta , tantum ibidē mare aquis Iordanis confluentibus , Deoque præcipue autore congregatum fuerit . Porro tanti belli causam consequenter exponit , Pētapollitas à rege Chodorlaomor deciuisse , dicens .

Duodecim enim annis seruierrant Chodorlaomor , & tredecimo anno recesserunt ab eo .

Hinc constat Assyrios ante id tempus Pentapolis intulisse bellum : eosq; subiugasse , sibi que vectigales reddidisse . Esto q̄ de eo bello ex Gentium aliarum historijs nihil cōpertum possit haberi . nam reliqua bella quæ , tū Assyrij , tum Persę contra Palestinos gesserūt , recentissima censenda sunt , si vel cū illo priori in quo primum subiugati fuerant , vel cum hoc posteriori , qui rebellib⁹ modo inferitur , omnino conferantur . Quoniam igitur anno tredecimo à sui subiectione Pentapollitæ aduersus Chodorlaomor rebellauerunt , ne pristinam ei seruitutem seruirent : rursus aduersus rebelles acre bellum paratur .

Igitur anno quartodecimo venit Chodorlaomor , & reges qui erant cum eo : percusseruntque

Raphaim in Astaroth , & Carnaim , & Zuzim cum eis , & Emin in Sabe , Cariathai , & Choroos in montibus Seir vsque ad campestria Pharam quæ est in solitudine .

Quatuor hic gentes traduntur , ab illis quatuor regibus percussæ in suis locis singularē . Itaque percussi sunt Raphaim in Astaroth , Carnaim . Locus hic est , quem habitabāt Raphaim , quos Septuaginta interpretati sunt gigantes . consentiunt & Chaldaica . Ipse quoq; Hieronymus , quamquam in interpretatione Hebraicum nomen reliquerit , quasi nomē esset genti alicui proprium , in Quæstionibus tamen Septuaginta . interpretibus suffragatur dicens : Quatuor reges profecti de Babylone interfecerunt gigantes , idest , Raphaim . Secūdi percussi Zozim , qui interpretantur fortes : & verterunt Septuaginta , **זוזים** idest , gentes fortes : & Chaldaica interpretatio habet takiphaiā , idest , robustos : ex quo potest conijci Zozim nomen esse appellatiuū : sed multo magis est cōsentaneū , vt gētis alicuius propriū sit nomē , quæ à fortitudine sic appellata fuerit . Hinc Hieronymus : Zozim autem & Emin , terribiles & horrendi interpretantur , pro quo Septuaginta sensum magis quæ verbū ex verbo transferentes fortissimas gētes posuerunt . Porro **בְּחֵם** behom pro quo dixerunt **βημ** , hoc est , cum eis , putauerunt scribi per **ה** he , ducti elementi similitudine , cū per **ה** heth scriptum sit . bahem enim cum per tres literas scribitur , si mediā , **ה** he , habet , interpretatur in eis , si autem , **ה** heth , vt in præsentī , locum significat , idest , in hōm : quantum prolatione iuuenem hæc duo elementa distent , superius explicatum est . Quatuor itaque illi reges percusserunt gentes Zozim appellatas . Tertij , q̄ percussi fuerunt , sunt Emin : in Sabe Cariathaim . Emin interpretatur horribiles : qui & ipsi penē Gigātes erāt . Postea & ipsi à Moabitibus de proprijs sedib⁹ expulsi sunt : vt habes Deuteronomij secundo : Quatuor reges ceciderunt Emin in Sabe , idest , planicie Chariathaim ciuitatis . Vltimi cæsi sunt ab illis Chorrai in montibus Seir vsque ad cāpestria Pharam , quæ est in solitudine . Chorrai idem sunt qui Horrai : sicut eadem est Charram , quæ Aran . q̄ autē iam vocantur montes Seir , proleptis est . nondū enim huius belli tēpore natus

Hiero.

tus



tus erat Seir, id est, Esau: à quo montes illos occupante dicti sunt montes Seir. Vsq̄ue ad campestria Pharam, quia in Hebræo tantum est, Vsq̄ue ad arborem Pharan: quam Septuaginta terebynthum faciunt. Hieronymus eum locum campestem, id est, planum esse dicit: cui præcipua tum in alijs, tum in his locis explicandis est adhibenda fides. siquidem per omnia Terræ sanctæ loca sibi circumspicienda diligenter versatus est. quapropter tam Septuaginta quam Hieronymus recte sunt interpretati: sed illi verba: hic autem sensum secutus est. Quæ est in solitudine, hoc est super, vel trans solitudinem: est enim adiuncta deserto Pharan sibi cognomini. De quo loco: Pharan, inquit idem Hieronymus. Nunc est oppidum trans Arabiâ iunctum Saracenis, qui in solitudine vagi erant: per hoc iter fecerunt filij Israel cum de monte Sina castra mouissent. Est ergo, vt diximus, trans Arabiam contra Australem plagam: & distat ab Aula contra Orientem itinere trium dierum. Porro Assyrij reges victoria exultantes non fuerunt contenti manubijs, quæ ab his gentibus cæsis expoliatisq̄; abstulerant.

Reuersique sunt, & venerunt vsque ad fontem Masphat ipsa est Cades.

Hieronymus. per anticipationem dicitur, q̄ postea sic vocatum est. Significat autem locum apud Petram, qui Fons iudicij nominatur: quia ibi Deus populum iudicauit. Alij tradunt, eum locum antea fuisse vocatum Masphat, eo quod ibi prouincialis fiebat conuētus ad lites principum iudicio dirimendas, resq̄; communes componendas. qui quidem locus postea dictus est Cades, id est, sanctificatio: eo q̄ ibidem propter vltionem, quam in incredulos Dominus exercuit, sanctificatus est: præsertim e-rumpente diuinitus aqua de petra.

Et percusserunt omnem regionem Amalechitarum.

Amalechitæ ab Amalech nepote Esau nepotibus Abraham dicti sunt. Ergo Amalechitæ nondum erant, quando hæc terra à Chaldæis deuastata fuit. per prolepsin igitur à Mose regio hæc dicta est Amalechitarum. Amalechitis autem regio est in deserto ad Meridiem Iudæ trans urbem Petram euntibus Ailam, cuius & Scriptura recordatur dicens: Amalech habitat in terra ad Austrum. Percusserunt & regionem,

Amorrhæorum, qui habitabant in Asonthamar.

Amorrhæus vnus erat ex septem populis, qui promissionis terram occuparant. Amorrhæi autem, cum de pluribus ageret, singulariter extulit: nempe Emphaticus: qui tropus est frequens non tantum in Sacris, sed etiã in prophanis literis. Eodem modo superius dixerat: Chananeus autem morabatur in terra. Et in Exodo: Venit grauiissima musca, cum maximam muscarum multitudinem insinuaret: fit enim nescio quomodo hac loquendi figura, vt ab vno plures significantius efferantur. At verò non omnes Amorrhæos percussos esse tradit: sed dumtaxat habitantes in Asonthamar. Hoc oppidum est, quod nunc vocatur Engaddi. vt habes. 2. Paralip. 20. balsami & palmarum fertile. Porro Hasafon thamar in lingua nostra resonat vrbs palmarum. Thamar quippe palma dicitur.

Et egressi sunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexque Adama, & Seboim: nec non & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerunt aciem contra eos in valle syluestri, scilicet, aduersus Chodorlaomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersum quinque.

Videlicet quatuor reges Assyrij contra quinque Pentapolitas. cuncti enim illi reges vtrinque aduersum communes hostes commune bellum susceperunt: ad ortique sunt pugna quinque reges Pentapolitæ quatuor reges Baby-lonios, idque in valle syluestri, quæ plena erat bituminis puteis: vt Assyrios locorum difficultate impeditos facilius opprimerent.

Vallis autem syluestris habebat puteos multos bituminis.

At Pentapolitæ territi hostium alacriter & fortissime in eos irruentium & maxima vi & vehementissimo incursum, terga hostibus dederunt: & ab eis passim cæsi sunt, & interfecti. Ex quibus Sodomorum atque Gomorrhæ reges fuga sibi consuluerunt: alios verò tres, venisimile est pugnando interisse. Ait enim Scri-

Gen. 13.  
Exod. 8.

Leui. 26  
1. reg. 14.

petra. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntq̄; ibi: & qui remanserunt fugerunt ad montem.

Omnium igitur quinque regum acies cæsar, fusæq̄; fuerunt. militumq̄; alij ibi ceciderunt alij in montem confugerunt. Nec enim puto illos in puteos aliquos cecidisse, qui locorum difficultate, anfractuq̄; erant peritissimi. Sed Ceciderunt, dictum est, pro eo quod est Mortui fuerunt: in quo sensu in Scripturis sacris verbum Cadere frequenter usurpatur: vt in Leuitico: Cadent inimici vestri gladio: & in libro Regum primo: Alij cadebant ante Ionathan. Probat quoque, eos qui ceciderunt occisos fuisse, id quod sequitur: Et qui remanserant, non dubium quin viui, fugerunt ad montem: scilicet vt humana ope destituti in loco natura munitissimo salutis suæ consulere.

Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum, & Gomorrhæ: & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt.

Substantiam pro facultatibus posuit, eo q̄ mortalis hæc vita rebus his, quas facultates vocamus, subsistat & foueatur. his enim comprehenduntur, non tantum ea, quibus opus nobis est ad corporis tegumentum, & ornatum, & commodum habitaculum: sed etiam quæ ad victum pertinent: sine quibus hominum substantia constare nequit. Hæc demum est bellorum pulehra scilicet ratio, vt imbecillimos quosq̄; potèntiores premant, cædant, interimant, & depredentur. Hoc periculum passim secum diuites ferunt: quorum opibus tam tenues, quam opulenti semper insidiantur. Diuitiæ enim, soliq̄; vbertas in causa fuerunt, vt Assyrij reges tum prius, tum posterius Pentapolitis bellum inferrent. Huic discrimini temere se Loth exposuit, cum terram nimiam vbertate locupletem habitandam sibi delegit. Nempe non satis prudenter: id quod rei probauit euentus. fuit enim cum alijs bellicæ calamitatis particeps. Sequitur enim.

Nec non & Loth, & substantiam eius tulerunt, filium fratris Abraham, qui habitabat in Sodomis.

Ergo à malorum contubernio temporarias interdum calamitates iusti patiuntur: sicut hic

vir iustus, qui cum Sodomis captus est, suisq̄; facultatibus expoliatus. impletumq̄; est illud Sapientis: Qui socius est stultorum conteretur. Admonetur & pij eiusmodi damnum diligentissime vitare in Ioannis Apocalypsi: Exite, ait dominus, de illa, popule meus, ne participes sitis delictorum eius: & de plagis eius ne accipiatis. Constat & ex hoc loco fugiendam esse viro iusto prauorum conuersationem: nisi forsitan vel ipsi fugæ pietatis causa obstiterit, vel religiosum aliquod emolumentum illum ad periclitandum inuiter.

Et ecce vnus, qui euaserat, annūciauit Abraham Hebræo.

Frustra quidam diuexantur, quis fuerit hic nuncius inquirentes. fuit enim vnus quispiam, qui ab hostibus effugerat per viam quæ ad Abraham ducebat. cui narrauit omnia, quæ in prelio contigerant: præcipue illud, Loth nepotem eius captum teneri, & in Assyriam trahi. Summa hoc loco disceptatio oritur, vnde Abraham cognominetur Hebræus. Et omittis ijs quæ alij longo verborum ambitu tradunt, esse seo à me satis fuisse in superioribus hæc quætionem expeditam. ostendimus enim Hebræos modo in vniuersum dici, qui Euphratem transito ab Assyria in Chananæam Egyptumq̄; descenderent, à verbo גַּבְרָא ghabâr, quod est transire iuxta hanc vniuersitatē scriptum est inferius: Oderunt enim Egyptij omnes Hebræos. Nec enim ibi soli filij Iacob significantur, quos eisdemq̄; paucissimos ante famem Egyptij nesciebant: sed denotantur, quicumque Euphratem Egyptum versus transissent. Modò etiam dici Hebræos peculiari cognomine ab Heber gentili Abraham, in quo vno prima humani generis lingua remansit: & à quo dimanauit ad posteros suos, non quidem omnes, sed ad eos in quibus veri Dei cultus remansit. vt in lingua diceretur Hebræa ab Heber, & Hebræi sint dicti, qui eadē illa lingua vterentur. Quare constat Abraham vtroq̄; modo potuisse denominari Hebræum: vel ab גַּבְרָא ghabâr verbo, quasi transfluuiatilem, vel ab Heber, quod illius lingua loqueretur. Nunciatus itaq̄; est Abraham infelicitissimus pugnae exitus.

Qui habitabat in conualle Mambre Amorrei fratris Escol, & fratris Aner.

Igitur Mambre qui & Hebræo, & Escol, & Aner tres erant fratres germani Amorrhæorum principes. quorum maximus atq̄; potèntissimus erat

Apoc. 18.

Infra. 43.

N Mamre



Mamre, qui in valle sua Abrahæ habitare cõ-  
cesserat. sentientes enim tres illi principes vi-  
ri iusti pietatem, morumq; grauitatem, in si-  
gnemq; iustitiam, illius amicitiam captaue-  
runt: fœdusq; cum eo inierunt: vt sicui eorũ  
bellum ingrueret, mutuis viribus sese adiuuã-  
tes communes hostes propulsarent. Hac em̄  
de causa Scriptura subiungit.

Hi em̄ pepigerant fœdus cũ eo.

Est autẽ verisimile hos tres fratres homines  
fuisse haud improbos, quibus tantus patriar-  
cha dexteram dederit, mutua ope cũ illis vsu-  
tus & ad pacem conciliandã, & ad iniuriam  
arcendam. Nonne vitio datum est regibus Is-  
rael, siue q̄ ab impijs auxilium expeterent, si-  
ue impijs opem ferrent? At Abrahã absq; vl-  
la reprehensionis nota horum principum sa-  
tellitio munitus Babylonios abactores insec-  
ratus est. Sequitur enim.

Quod cum audisset Abram, ca-  
ptum videlicet Loth fratrem suũ,  
numerauit expeditos vernacu-  
los suos trecentos decem & oc-  
to: & persecutus est eos vsq; Dã.

Sane Scriptura more suo nepotem ex fratre  
fratrem Abrahæ vocat: vt ostendat Abrahã  
fraterna quadam charitate incitatum fuisse,  
vt ambiguo periculosæ pugnæ euentui seip-  
sum exponeret: quo captum ab hoste cogna-  
tum eriperet. Iam inde illud adimplẽs: Erue  
eos, qui trahuntur ad mortem: & illud: Eripi-  
tẽ pauperem & egenum de potente. Cæterũ  
in eo quod est, Numerauit expeditos, haud  
ineruditẽ Paulus Burgenfis suspicatur, hunc  
locum scriptorũ culpa fuisse deprauiatum, le-  
gẽdumq; esse. Muniuit expertos, hoc est, ar-  
mauit belli peritos. Nam וַיִּמְנִיחֵם וַיִּמְנִיחֵם  
significat, & armauit & accinxit, & duxit in præ-  
lium. וַיִּמְנִיחֵם hancãk est eruditus, docuit: à quo  
est וַיִּמְנִיחֵם hancãk, id est, doctos suos, vel e-  
ruditos à se. Sed ego existimo Hieronymum,  
vt scriptum est: ita interpretatum fuisse: ele-  
ganterque, & maxime Latine dixisse, nume-  
rauit expeditos. nam & milites recensentur,  
& milites expediti sunt qui accincti & bello  
gerendo sunt aptissimi. Numerauit itaq; A-  
brahã expeditos, id est, recensuit oppidõ quã  
strenuos, & ad pugnandum paratissimos mi-  
lites vernaculos, hoc est domi suæ natos, &  
eruditos, eisdemq; numero trecentos decẽ  
& octo. Iam enim maximis opibus pollebat  
Abrahã, & numerosa familia comitatus in-

Prot. 24.  
Psal. 81.

Burgen.

Hierony.

clytus habebatur, quicum Amorrhœorũ prin-  
cipes fœdus inire dignabantur: eo q̄ esset il-  
le virtute præstantissimus, argento diues &  
auro, pecoribus & armentis abundans: tan-  
taq; famulorum copia refertus: vt ex illa sibi  
feligere posset tantum strenuorum militum  
numerum, quantum in quouis oppido non  
est passim inuenire. Abraham itaque nõ mi-  
nus fortis in hostem, quã pius in nepotem  
prudenter educit in bellum vernaculos  
suos, vt fidem seruent: iuuenes vt iuuenili ro-  
bore præstantes aduersarios vrgeant. Muni-  
uit armis, ne inermes in armatos, eisdemq;  
victoria parta insolentes aggredi timerent.  
demum expertos, & expeditos: ne aut impe-  
dimentis districti, aut pugnandi arte destitu-  
ti victoriam amitterent. Hæc vbi sapientissi-  
me disposuit senex incredibili animi virtute  
præstans, Deoq; maxime fretus, diuinoque  
præsidio munitus, atq; tribus illis Amorrhœo-  
rum ducibus sociatus alacriter hostium vesti-  
gia secutus est. & persecutus est eos vsq; Dã.  
Dan viculus est in quarto à Paneade millia-  
rio euntibus Tyrum: qui vsq; hodie sic voca-  
tur, terminus Iudææ provincie contra septen-  
trionem. De quo & Iordanis flumen erupẽs  
à loco sortitus est nomen: Ior quippe, & Iordan  
id est, fluuium siue riuum Hebræi vocat. Ad  
Phœnices igitur oppidum, quod nunc Pa-  
neas dicitur, Assyrios reges victoria exultãtes  
prædaq; plurima onustos, quinta nocte à p-  
lio, vt Iosephus tradit, assecutus est.

Diuisisq; socijs irruit super eos  
nocte.

Totum enim exercitum iuxta principũ nu-  
merum in quatuor partes commodẽ distri-  
buit: vt securi hostes, & iacentes, fessi & iner-  
mes, & vt ait Poeta, Vno, somnoque sepulti  
à quatuor partibus repente inuasi terreretur,  
cœderentur, caperentur, interficerentur: id-  
que summis in tenebris, quando euncta peri-  
cula, præsertim bellica, longẽ quã sint, ma-  
iora creduntur: adeo vt ex improviso oblata  
viros alioqui fortissimos nõ nunquam incus-  
so penitus timore è loco moueant. Denique  
oppressu incautos.

Percussitq; eos, persecutusque  
est eos vsq; ad Chobaa, quæ est  
ad leuam Damasci.

Quis autẽ locus fuerit Chobaa, in libro De lo-  
cis docemur, vbi sic scriptũ est: Est autẽ Cho-  
baa villa in Damasci regionibus habens ac-  
colas Hebræos, qui credentes in Christum,  
omnia

Iosephus.

omnia legis præcepta custodiunt, & à princi-  
pe hærescos Hebrionitæ nuncupantur. cõtra  
cuius dogma Paulus Apostolus scribit ad Ga-  
lathas. Sed ad rem.

Reduxitq; omnem substantiã,  
& Loth fratrem suum cum sub-  
stantia illius: mulieres quoque  
& populum,

Sane plenissimam de hostibus victoriam a-  
micis suis Deus dare solet, modo victoria ip-  
sa è re illorũ sit. alioqui cũ pro rebus hisce tẽ-  
poralibus certatur, pij ab impijs interdũ vin-  
cuntur: præsertim quando Deus ipse prou-  
dentissimus nouerit præstare, viros iustos vi-  
ctos esse, q̄ vicisse. vt qui ad sacra spiritalis mi-  
litiæ initiati sunt, dũ se viderint victorij cor-  
poralibus priuatos, maiori animorũ alacri-  
tate pugnas illas spirituales capestant, & cog-  
natas spiritui victorias mirifice ambiant. E-  
nimvero quia tempus illud plurimum exige-  
bat, vt Deus ille, quẽ Patriarcha, & colebat,  
& prædicabat conditor huius mũdi conspi-  
cabilis, ac dominus ostenderetur, corporales  
quoq; inimicos in cultoris sui manibus absq;  
villo damno tradidit: cuius etiam egregijs me-  
ritis contigit, vt incruẽta victoria eriperetur,  
non tantum Loth diuinitus asseruatus, ne à  
victoribus occideretur, sed etiam alij, quibus  
cum captus erat, omnes eriperentur. Deniq;  
vniuersa recuperata præda redijt Abrahã ma-  
gno, claroq; triumpho insignis cum nepote  
Loth, equos & mulieres, & cæteras substan-  
tias reducẽs, & clara ac plena voce prædicãs,  
tubaq; vocalius clamans: q̄ non tam huma-  
na virtute, neque tam corporali robore, & il-  
los fugarit, & victor euaserit, quã superna  
manu faciente omnia.

Egressus est autem rex Sodomorum  
in occursum eius, postquã  
reuersus est à cæde Chodorlao-  
mor, & regum qui cũ eo erãt in  
valle Sabe, quæ est vallis regis.

Vide pulchram œconomiam. Abrahã regi-  
bus cæsis, expoliatisq; redijt victor: & reuer-  
renti Sodomorũ rex occurrit, vt victori gra-  
tuletur, gratiasq; agat ingentes, tum pro hos-  
tium cæde, tũ pro tam insperata, tamq; gra-  
tissima suorũ liberatione. Quia in re attende-  
cũ Chrysofostomo, quãta sit virtus aliquid diui-  
no frui adiutorio. Rex peregrino & seni in oc-  
cursum egreditur, & oẽm honorẽ impedit:

Chrysof.

id est, n. didicerat, q̄ nihil profit regni vtilitas ei  
qui superno auxilio destitutus est: & q̄ nihil  
potẽtius eo qui manu Dei adiuuatur. Occur-  
rit autẽ redeũti ad vallẽ Sabe, quæ est vallis re-  
gis, siue, vt Septuaginta trãstulerunt, hic erat  
cãpus regis, quẽ tẽpore Hieronymi Palestini Hieron.  
Aulonẽ vocabãt. & vt est videre in libro De  
locis. Aulon nõ Græcũ, vt quidam putãt, sed  
Hebræũ vocabulum est. appellatur autẽ vallis  
grãdis atq; cãpestri in imẽsam longitudi-  
nẽ se extendẽs, quæ circũdatur ex vtraq; par-  
te montibus sibi inuicẽ succedẽtib; & co-  
hærentibus, qui incipiẽtes à Libano & vltra v-  
que ad desertũ Pharan perueniunt. suntq; in  
ipso Aulone. i. valle cãpestri, vrbes nobiles  
Scytopolis, Tyberias, stagnũq; propter eam:  
sed & Hierico, Mare mortuũ, & regiones in  
circũitu: per quas medius Iordanis fluit, oriẽs  
à fontibus Paneadis, & in Mare mortuũ in-  
troiẽs. dicta est. n. hæc vallis Saue à planicie:  
dicta est & vallis regis: quia in ea erat Salẽ ci-  
uitas regia Melchisedech, vt tradit doctissi-  
mus Hieronymus in Epistola ad Euagriũ di Hierony.  
cẽs, Salẽ autẽ, nõ vt Iosephus, & nostri oẽs ar-  
bitrantur esse Hierusalẽ, nomẽ ex Græco He-  
braicoq; cõpositum: quod absurdũ esse pere-  
grinæ linguæ mixtura demõstrat. Sed oppi-  
dũ est iuxta Scytopolim, quod vlq; hodie ap-  
pellatur Salẽ: & ostẽditur ibi palaciũ Melchĩ-  
gedech ex magnitudine ruinarũ veteris ope-  
ris ostẽdens magnificẽtiã. de quo in postero  
re quoq; parte Genesios scriptũ est: Venit Ia-  
cob in Socoth. i. tabernacula. & fecit sibi ibi  
domos, atq; tẽtoria: & trãstulit in Salẽ ciuita-  
tẽ regionis Sychẽ, quæ est in terra Chanaam.  
Consyderandũ quoq; est, q̄ Abrahã à cæde  
hostiũ reuertẽti: quos persecutus est vsq; ad  
Dan, quæ hodie Paneas appellatur, nõ de via  
Hierusalẽ: Sed de oppido Metropoleos in  
Sychem in itinere fuerit occursum, secundũ  
id quod sequitur.

At verõ Melchisedech rex Salẽ  
pferẽs panẽ & vinũ (erat em̄ fa-  
cerdos Dei altissimi) bñdixit ei.

Alij contendũt ostendere, Melchisedech fuis-  
se regẽ Hierusalẽ, quæ vocata sit Cedech vt  
Melchisedech sit rex Cedech: sicut in Iosue Iosue. 10.  
eius rex uocatur Adonisedech. de qua & E-  
saia: Et iusticia habitauit in ea. & paulo post,  
Et vocabitur ciuitas iustitiæ. Aiunt præterea  
Sem nobilem illũ Noe filium diuino afflatũ  
spiritu præuidisse maxima omnium myste-  
ria, quæ futuris sæculis eodem in loco com-  
plenda essent: ideoq; ibidẽ sedẽ sibi locasse  
N 2 vrbique



Dauid prosternitur. vnde fit, vt virt<sup>o</sup> Dei maxime cognoscatur in bellis: & victi propter sua peccata vinci docentur: vt de Chanaanis legimus in Deuteronomio: Quia impie egerunt, ingrediente te deletæ sunt nationes. & rursus in eodẽ libro inter maledictiones ponitur bellum. nihil talium legis apud Gentilium scriptores, qui laudant magis hominũ robur, & militum animositatem, quàm diuinam potentiam: & ferme omnia sic describunt, quasi res humanæ non agerentur diuina prouidentia: vel si prouidentiam Deorum inducunt, illos quasi verè diabolos, & ab initio homicidas, quasi oblectantes bellis inducunt. nec deterrant ab illis, sed inflammant magis homines parũ sacris imbutos. Quare quantum Deo fidendum sit in bellorũ periculis, hic pulchrè docetur: cum in hoc bello omnium primo, quorum memoria inter mortales extat, Deus ipse quatuor reges impios, & potētissimos vni homini priuato minus quidem potenti, sed pientissimo mirifice subiecit. Quamobrem vbi auxilium diuinum in Abrahamæ victoria militibus eius præsentissimum affuisse Melchisedech agnouit, merito tantæ victoriæ largitorem in hæc verba glorificauit: Benedictus De<sup>o</sup> excelsus, qui tradidit angustiatores tui in manutua. Vocat autem Abrahamæ afflictores eos, qui captum Loth cum vniuersa illius re familiari traherant: adeo patruum angebat tanta nepotis sui calamitas.

Et dedit ei decimas ex omnibus.

Quis? cui? proculdubio Abraham ipsi Melchisedech, tanquam sacerdoti Dei excelsi: sicut licet agnoscens, & talibus oblationibus contentans, potentissimum Deum in summo pugnae periculo præsentem sibi fuisse, eiusdemque præsidio euasisse victorem. Nec aliquatenus tanti patriarchæ dignitati derogatur, dum asseritur, eũ decimas dedisse. nec enim eas cuius persoluit: sed summo ditissimi Dei sacerdoti. Est autem consideratu dignum, atque iucundum, qualiter alter in alterum affectus erat, quamque pio affectu vterque sibi inuicè beneficia præstare curabat. mouebantur enim ad mutua officia sibi exhibenda, tum ob antiqua cognationis vincula, tum ob singularẽ in Dei vnus cultu concordiam reliquis omnibus ferè gentibus ad colenda idola iam tunc declinantibus: tum denique ea gerebant diuino Spiritu acti propter mysteria maxima, & pene ineffabilia dictis factisque insinuan-

da. quæ Diuinus Paulus in Epistola ad Hebræos sic tractat, vt taceat: sic tacer, vt exprimat. Enimvero cum Abraham vir modestia insignis auersatus ea fuerit accipere, quæ Sodomorum ei rex offerebat, merito quæritur, vnde habuerit, quod decimaret? an ex toto spoliõrum aceruo certam quandam portionem secreuit, quam Deo offerret: id quod, quantum quantum esset, decimarũ nomine Moses notauit. an potius ex cunctis quæ de hostium spolijs ad eum pertinebant factorũ aristiti decimam quaque partem exhibuit relicta regi Sodomorum re sua integra, ne quid hominis impij in diuinos vsus conuerteret? Docuit tandem Abraham decimam de cunctis bonis à Deo nobis collatis partem ei esse offerendam, tum quia decem verbis Deus hunc mundum condidit, tum ob Decalogi mysterium, tum forte quia spiritu præuiderat Aegypto decem plagis percussa posteros suos à seruitute grauissima fore diuinitus liberandos: sed de his superius fusius tractatũ est: & inferius eisdem non nihil adijciemus.

Dixit autem rex Sodomorũ ad Abraham: Da mihi animas, cætera tolle tibi.

Nouerat enim Sodomorum rex omnem illã prædam ab hostibus ereptam, & ablatã belli iure ad Abrahã pertinere: ideoque precatur illum, vt rebus alijs contentus dumtaxat reddat sibi animas, id est, personas. namque totum hominem ab insigniori parte comprehendit: nam corpus propter animam effectum fuit. nihil enim, aut parum erat opus, vt humanũ corpus è terræ limo fingeretur: nisi vt anima aptam sibi sedem fortiretur, vt ex vtroque totus homo constaret. Neutiquam igitur hoc in loco animarũ appellauone animãtia bruta sunt intelligenda, quæ morte tota penitus intereunt. rursus quia humana caro non est aliena à resurrectionis spe interdum etiam in libris sacris simili tropo pro toto homine vsurpatur. quale est illud apud Esaiam: Et videbit omnis caro salutare Dei. Denique iuxta sacratiorem intelligentiam, princeps mundi huius in primis animas tantum impetit: quarum, si permittente Deo, sit malo dolo, fraudeque, potius, in proximo est, vt eorum corpora, velut prædo violentus, occupet, totũque hominem premar, perdatque.

Qui respondit ei. Non dubiũ quin Abraham Sodomorum regi. Leuo

Leuo manum meam ad dominum Deum excelsum possessorem cæli & terræ.

Leuatio manus iurantis erat habitus, quo testabatur Patriarcha, se corde puro & conscientia bona, & fide non ficta corã domino Deo iusiurandum præstare, & affectum, opusque suum esse tam ab iniuria, quàm à fraude, ac perinde ab omni auaritia alienũ. Ad hæc mirum est, vt pulchre in verã pietatis ratione, gratiarumque actione summus sacerdos, magnusque patriarcha inuicem cõsentiant. Eisdem pene verbis, quibus Melchisedech Deũ glorificauerat, eundem adiurauit Abraham: & in primis dominum illum appellat nomine tetragrammaton, tanquam omnis essentia subsistentiaque; autorem: deinde fortis appellacione, tanquam omnipotentem: subinde excelsi appellacione, tanquam vniuersis spiritibus eminentiorem. Denique testatur, illũ esse cæli, terræque; possessorem, tanquam rerũ omnium, quæ cælorum ambitu continetur egregium conditorem, perpetuumque seruatorem, sapientissimumque gubernatorẽ. Minus item grauabor studiosum Sectarũ scripturarum lectorẽ rursus admonere, hæc duo verba Creare & Possidere interdum alterum pro altero his in literis vsurpari, vt hic possessorem pro creatore posuisse videtur. solus enim rerũ omnium factor absolutissimo dominio, quæ creauit omnino possidet. Tale est & illud Psalmi: Tu possidisti renes meos: pro eo quod est, Creasti & fecisti. è contrario pro Possidere, non nunquam Facere vsurpatur quale est illud, Et animas, quas fecerat in Aran. Fecerat hic dictũ est pro eo quod est, Acquisierat & possederat. non enim, vt superius ostendimus, filios aliquos in Aran Abraham genuit, licet quosdam ad verum Dei cultum reuocarit. denique hæc tria simul verba Moses in Cantico Deuteronomij posuit Israelitis in hæc verba exprobrans. Nunquid nõ ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Quid tandem sibi velit tam locuples & magnifica adiuratio euestigio explicat dicens.

Quod à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiã ex omnibus, quæ tua sunt. Subtegminis, neque est in Hebræo, nec in

Græco: sed explicã di gratia ab interprete additum est. Moxque Caligæ posuit, pro Calcei: sicut & Actionũ Apostolicarum capite duodecimo angelus ad Petrum dixit: Succinge tibi caligas tuas, Græce sandalia. Videturque prouerbij vice iactatum: A filo ad corrigiam: quo Abraham cõtestatur, se, nec minimum quid accepturum ex ijs quæ ad Sodomorum regem attineant. Non quod ea quæ bello iuste sibi illato amiserat, eius essent, (Dominum enim bellico iure mutauerant) sed quod eiusdem antea fuerint. causam autem tantæ modestiæ subiungit inquit.

Nedicas: Ego ditauit Abraham. Erat enim Abrahamæ votum solo Deo autore & foris vincere, & domi dntescere: vt hominibus persuaderet, altissimum illum Deum, qui humilia respicit & alta à longe cognoscit ineffabili clementia singulas mortalium res, non modo quæ ad animum, sed etiã quæ ad corpus spectant, diligentissime procurare: cultoribusque sui tantum exteriorum bonorum impartiri, quantum ille, eis opus esse ad hanc vitam pie transigendam, nouerit. Id quod Iob post David rex testatus est, dum ait: Iunior fui, etenim senui: & nunquam vidi iustũ derelictũ à Domino, nec semen eius quærēs panẽ. Et dominus in Euangelio Matthæi: Quærite primum regnum Dei, & iusticiam eius: & ecce hæc omnia adijcientur vobis. Quod autem addidit.

Exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum, qui venerunt mecum: Aner & Eschol, & Mambre: isti accipiant partes suas.

Re vera vir iustus, vt ait Esaias, manus excutit ab omni munere. In quo & illud ostenditur, bella videlicet à viris vera pietate præditis minime cupiditate, sed charitate committenda esse. stipendia quoque militantium excipit: atque eorum partes, qui pariter cum eo pugauerat. id quod fecit, partim iustitiam, quam maxime colebat, demonstrã: partim stipendia legitime pugnantibus non abnegans. Huc quoque mirifice pertinent tres ille iustissimæ leges, quas militibus Ioannes Baptista custodiendas præscribit dicens: Neminem concutiatis: neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendijs vestris.



Caput decimumquintum.

His itaque tranfactis factus est sermo Domini ad Abraham per visionem.

**E**Nimvero sic alibi utique legimus, verbū Domini factum esse in manu Hieremiæ vel Agæi, vel Malachiæ. quia habētibus mundas manus, id est, opera à sordibus impietatis, & iniustitiæ alienas, quiq; possunt dicere, Laui inter innocentes manus meas, aperit Deus cordis aurem, penitusq; alloquitur, ac sese reuelat. Vir itaque iustus Abraham, quoniam cum Loth nepote suo pietissime egit, & proximis sibi regibus, amissamque substantiam, captiuosq; gratis restituit, socijsq; belli sua iura seruauit, Deo maxime placuit: talibusq; ac tantis virtutum profectibus auctus, dignus habitus est, cui Deus augustiore ostensione sese manifestaret, & familiarius multo quam antea ei alloqueretur: bonaq; longe potiora polliceretur. His itaque peractis, scilicet quæ priori capite gesta narrantur, factus est sermo Domini ad Abraham. Notandum in huiusmodi Scripturarum locis tantundē valere, siue dicatur, Sermo domini, siue Verbū domini. nam דבַר Dabar Hebraicum virique respondet Latino & verbo & sermoni: ac utroq; tam in Lege, quā in Prophetis interpretis est indifferenter vsus. Porro factum esse sermonem Domini, ut Hieronymus sentit, ad meritum eius refertur, cui fit: nō ad conditionem eius, qui fieri dicitur: ut alibi legimus, Dominus factus est mihi in salutem: nō quod dominus fuerit factus: sed quod mihi modo, id, quod non antea, fuerit factus salus, hoc est fuerit salubris. sic & sermo Domini dicitur factus: non quod Filius patris æterni factus, creatusue fuerit (est enim is tantū genitus) sed factus refertur, quia reuelatione fuerit manifestatus. Ex quo fit, ut in hisce Scripturis variè intelligatur verbum Domini, nēpe vel Filius Dei, vel reuelatio diuina, vel prophetica prædictio, vel Euāgelicus sermo, vel demum Apostolica prædicatio. Denique hic dicitur factum esse sermonem Domini, non simpliciter, sed ad Abraham: ut non intelligatur Filius Dei factus, sed Abraham manifestatus, idque per visionem. Non ait Per somnium, sed Per visionem. nec hoc notaue-

*Psal. 25.*

*Hieron.*

*Psal. 117.*

rim, quia in somnis non fiat aliquando reuelatio: fit etenim diuina reuelatio, modo per somnium, modo per visionem, iuxta illud Numer. capite duodecimo: Si quis inter vos fuerit propheta, aut in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. & in Euāgelio: Apparuit angelus in somnijs Ioseph. Sed hoc expenderim, quia visionis nomine excellentior quidam cœlestis reuelationis modus declaratur, quā sit ea quæ per somnium exercetur. Nam visio hoc in loco non est ea accipiēda, quæ dicitur Hebraice מַרְאֵה מַרְאֵה. i. visio simpliciter: sed מַרְאֵה מַרְאֵה, quod est visio prophetica. hanc graphice depingit Gregorius Nazianzenus in sermone De Spiritu sancto his verbis: Patriarchæ, inquit, Deū sub imagine viderunt: at verò prophetæ etiam futura prospiciebant affectū mentem à Spiritu sancto, tanquam cera. quo fiebat, ut sibi futura, tanquam præsentia, videre viderentur. ideo & prophetiam visionem vocare solebant, & ipsi prophetæ videntes appellati sunt. Ea est enim Spiritus sancti vis, ut quemlibet mirabiliter illuminer ad intelligendum & percipiendum ipsum bonum. quia lumen est intellectuale omnis animæ rationalis: eamq; ita afficit, ut possit veritatem reperire quasi quibusdam radijs à substantia sua in eam coniectis. Hæc eximius ille theologus. Caue tamen pelector, ne propter differentiam, quam hic autor inter visionem imaginariam & propheticam posuit, cœscas Abraham non habuisse visionem, qualem habere posteriores prophetæ. habuit proculdubio talem: quippe qui non modo fuit Patriarcha sed & Propheta. Deus enim dixit de ipso regi Abimelech: Ipse orabit pro te. quia, pphe-ta est. Hinc deniq; constat prophetas reuelationes diuinitus sibi factas, hoc est, prophetias suas aptissimè visiones inscripisse. hinc em̄ est visio Esaia, & visio Abdiæ. hinc, ut primo regū cap. 9. scriptū est, Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq; vadēs cōsulere Deū: Venite eamus ad videntem. qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Enim-

*Num. 12.*

*Mat. 1.*

*Gregor.*

*Infr. 20.*

**4. Regū.** Enimvero quarto Regum libro videtur Scriptura inter videntem, atque prophetam. nō nihil discreuisse, cū ait, Et testificatus est Dominus in Israel & Iuda per manum omnium prophetarum & videntium. Traduntq; Hebræi prophetam proprie dici, qui cœlitus & diuinitus ita illustratur, ut mysteria reuelāda intellectualiter & intelligibiliter percipiat: videns autem, qui illa sub quibusdam tantum imaginibus corporalibus percipiebat atq; videbat, haud secus ac si exterius in prospectu eius generetur, Ad quod multum utiq; facit id, quod eruditissimus Hieronymus in traditionibus super libros Regum adnotatū scriptumq; reliquit Scripturam sacram Gad vocasse videntem, quod per visum ei propheta veniebat, Ex modo prædictis luce clarius liquet, visionem hoc in loco propheticā esse intelligendam. propterea paraphrastes Chaldaus pro eo quod est, In visione, recte dixit, In prophetia. Nā & Abraham, ut paulo ante docuimus, non solum erat Patriarcha, ut sub imagine videret: sed etiā propheta, ut futura mēte prospiceret, id est, interiore mētis oculo intelligibiliter & intellectualiter perciperet. Ambiguū tamē est, videret ne hic patriarcha propheta Deum sibi loquentē dūtaxat interiori sensu, an etiam exteriori: id est, utrū præter quod patriarcha mysterium mente percipiebat, an imaginatiua tantum vi, an etiam exterioribus oculis loquentis sibi speciē hauserit: utroque enim modo id fieri potuit. Sed verisimilius est, ut non tantum vigilanti Deo illi, cui ipse crediderat & paruerat, dignāter apparuerit: sed etiam sub externa quadā forma illi fuerit conspectus: id quod probant & sermo inter utrunq; confertus & egressus Abrahamæ foras: ut cœlestes conspiceretur stellas. hæc enim exteriorum vigilantiumq; sensuū munia sunt: Factus est itaque sermo Domini ad Abraham in visione,

Dicens: Noli timere Abram, ego p̄ctor tuus, & merces tua magna nimis.

In Hebræo est, Al tirā, ne time: sed perpetuū est interpreti vnum verbum eorum, quæ ad affectum pertinēt, duobus exprimere: ut, Noli respicere, pro ne respice: noli prohibere, pro ne prohibeas: nolite putare, pro ne putetis. Enimvero quoniam Abraham Assyrios reges persecutus eos grauius ceciderat: nec solum prædam, quam secum ferebant, ab illis recuperauit, sed spolia quoque abstulit: iustus

quidam timor eum inuasit, ne forte quatuor illi reges armis, virisq; potentes ob damnum ipsis illatum dolentes coacto multo maiori fortiori q; exercitu, redintegratoq; bello ipsū opprimere tentarent. hoc igitur timore vehementer percussus de reliquenda Chanaanā vel cogitabat, vel tentabatur, ut instans periculum vitaret. Sed præsto est Dominus omnibus inuocantibus eum; inuocantibus eum in veritate. Iubet igitur is Abraham omnē formidinem deponere dicens ei, Ne time Abram, proprioque eum nomine compellat, tanquā notum familiarem, & amicum: quod penitus metum de illius pectore adimat, securumque reddat. ostēditq; quā valido defensore muniat dicēs: Ego protector tuus, scilicet, quo protegente nullis hostium telis vulnerari, nulla regum quantumuis potentium vi superari poteris: in manu enim mea sunt omnes potestates, & omnium iura regnorum: tali denique defensore tutus atque securus confidēter habita terram diuino munere tibi destinatam, tibiq; promissam. Nec hoc satis meæ in te beneuolentiæ: quin etiam egomet sum merces tua magna nimis. Est autem merces, quæ merito redditur, iuxta illud: Est merces operi tuo: & quia non tantum Abraham Deo seruierat exeundo de terra sua, & cognatione sua, & de domo patris sui, ut eum sequeretur: (vagabatur enim peregrinus huc & illuc: nā quocunq; spiritu Domini agebatur, eo spontaneus gradiebarur) sed etiā quia in eo quoque Deo maxime placuit, quod in hostes fortiter dimicauit: quod vicit: quod oppressis Pentapolitis subuenit: quod iustum Loth eripuit, ingentē illi mercedem pollicetur. ac si dicat: Tantum abest, ut in me peccaueris inita contra Assyrios reges prælio, ut ego ipse victoria tua cōrētus, & velut illectus maiora multo prioribus nunc certissimaq; tibi promissa redendā: redam enim tibi pro talibus meritis mercedem omnium maximam. Ego merces tua magna nimis. Videtur his verbis Deus semetipsum spopōdiffe Patriarchæ in præmium, cuius adeptio est plenissima iustorum beatitudo, adeo nempe excellens, ut neque verbis humanis explicari, neque mente concipi queat. Enimvero ualde mirum est, quod Abraham post tam magnificam Dei sponsonem, quasi non satis pceperit, quæ, qualisue futura esset merces illa magna nimis, pollicentem interrogat dicens.

Domine Deus quid dabis mihi?

N 5 Forte



Fortē Abraham non tantum accepit Domini dictum de illa futura beatitudine, quę cū ceteris iustis Deo in hoc sæculo militantibus in aliud expetenda proponitur, & velut suprema pro recte factis eis reddenda promittitur: sed etiam de peculiari quadam retributione, quę præ ceteris Dei cultoribus, ipse hac etiam in vita afficiendus esset: id quod innui videtur, in eo quod Deus pronunciauit mercedē non absolute, quę sit omnium sanctorum: sed appropriate addēdo Tua, videlicet quę ei peculiari quadam ratione conueniret. Ad quod etiam facit, quod Abraham respondit nō absolute: Quid dabis? Sed apposuit, Mihi: qui videlicet singulari quodā inter homines pietatis studio vni tibi seruiō. Illud quoque potuit potius esse in causa, quod, cū in hac vita mala bonaq; hæc perfunctoria iusto æquē vt iniusto euenire soleant, ambegerit, datur<sup>9</sup> ne esset illi Deus hanc vitam agenti, simul & malorum absentiam, & bonorum copiam, imo vitanq; beatitudinem temporariam & æternam: id est, vt in præsentī bene ageret, & in futuro optimē. id quod vix vni aut alteri iustorum contingere solet: atque ob id ei à Deo dictum fuerit, Merces tua, non solum magna, sed etiā magna valde: vt pote quę vtranq; felicitatem, cum præsentem, tum futuram completeretur. Id quod obtinere, licet nō multis iustis datū est, aliquot tamen piorū est concessum iuxta illud Pauli: Pietas ad omnia utilis est, & futuræ. Accedit ad hoc, quod tota patriarchæ mens tendebat ad semē illud qui est Christus, in quo benedicendæ essent omnes gentes. aspiciebat enim, expetebat que rē maxime decoram & apud Deum & apud homines splendidissimam. Quemadmodū iustus ille Simeon Christi præsentia gauisus, Deoq; gratissimus canit: Nunc dimittis seruū tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum: quod paraisti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Israel. Quia ergo totus deuotionis huius iusti imperus in Christū ferebatur, id quod hominem magis vrgebat, continuo adiecit.

Ego vadam sine liberis, & filius procuratoris mei iste Damascus Eliezer. Addiditque Abraham, Mihi non dedisti semen: & ecce vernacul<sup>9</sup> meus hæres me<sup>9</sup> erit.

1. Tim. 4.

Luc. 2.

Ego, inquit, vadam: pro Vadā in Hebræo est וָדָה holēch, id est, vado: at in Græco est ἀπολύμαι, id est, absoluo, vel dimittor. Super quo Chrysostomus. Vide quomodo priscis illis sæculis iustus ille philosophabatur. Nā qui vitam honeste, & in virtutibus egerunt, quādo ex hac vita emigrant, vere liberantur: & quasi soluuntur à certaminibus, & vinculis relaxantur. Est enim mors, his qui bene viuunt, translatio quædam ad meliora, à momentanea vita ad perpetuam, & immortalem, finemq; non habituram. dicit autem se absque liberis discedere: & quia vxor eius Sara sterilis erat: & alienum erat ab homine iusto cōtra coniugij legem, aliunde sibi filios querere. Hinc tamen quæstio grandis oritur. namque videtur Abraham fluctuare circa illa Dei promissa, Faciam te in gētem magnam, & illud, Semini tuo dabo terram hanc, cūm quæritur afflictim se vadere, id est, mori absque liberis. Forfan autem, hoc dixerit, quoniam iustorum mos est, sibi ipsis nō fidere, & de iusticia propria addubitare, iuxta illud Ecclesiastes: Sunt iusti, & sapientes, & opera eorū in manu Dei: & tamen nescit homo, vtrum amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurū seruantur incerta. Abraham igitur timere potuit, ne forte aliquo, vel peccato, vel delicto esset commertus illa superiora promissa antiquari: secundum illud quod apud Hieremiam Deus ipse comminatur ijs, qui in iusticia constant non perseverant: Subito loquar de gente, & de regno, vt ædificem, & plantem illud: si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei. Nec mirum quod aliquid humanum fuerit passus Abraham, tum quia nondum erat virtute tantus, quantus postea fuit, tum quia priores illę reuelationes non fuerunt tam plenę atq; explicatę, quàm posterior hæc. in illis enim nō dicitur, factum fuisse domini sermonem ad Abraham, sicut in hac: nec in alijs exteriori aliquo signo persuasum est ei, quod promittebatur, sicut nunc in ostensione innumerabilis stellarum multitudinis. ex quo vir sapientissimus facile intelligit, priora illa promissa hac posteriori repromissione omnino fuisse confirmata: ac perinde modo adeo perfecti<sup>9</sup>, quàm ante diuinę pollicitationi fidē adhibuit, vt ea fides reputata fuerit ei ad iusticiā. Quamobrem nō est censendum, Patriarchā de Dei verbo, sed de proprio merito addubitasse, cūm dixit: Ego vadam sine liberis. Agnoscenda quoque est Scripturarum sanctarum

Eccle. 9.

Hiere. 23.

Ioan. 13. Ibidem.

Hieron.

rum phrasis, secundum quā Vadere, pro Mori vsurpatur: quia sæpe dominus in Euangelio vitur dicens: Quo ego vado, vos non potestis venire: Et ad Petrum: Quo ego vado, tu non potes me sequi modo, sequeris aut post. Quod autem Dominus de mortis aditu loqueretur, constat ex Petri responsione: Domine animam meam pro te pono. Pro eo autem quod sequitur: Et filius procuratoris domus meę iste Damascus Eliezer וָדָה מֵשֶׁק בֵּיתִי הַדַּמָּסְקִי וְבֶנְיָמִן מֵשֶׁק בֵּיתִי הַדַּמָּסְקִי. hæc nec satis aperta sunt, nec a deo intellectu facilia, quin difficile sit, verum sensum ex eis elicere: idq; maxime propter dictionem, Mesek, מֵשֶׁק quę rem derelictam, & omissam quoque significat. Et filius relictius domus meę ipse est Damascus Eliezer. Hac igitur appellatione putatur Abraham vocasse seruum suum: quia eum cunctę substantiæ suę hæredem relicurus esset: nullasq; de se genitas reliquias haberet: sed tantū seruum alieno genere natum, quem omittendis relinquendisq; à se diuitijs esset pro se Dominum susceptorus. Est itaque huius loci sensus iuxta Hebraicam proprietatem. Et filius relictius domus meę Damascus Eliezer, is scilicet, qui nunc procurat domum meā, & mihi liberis orbō pro filio relinquendus est, hæres meus erit. Qui autem Hebræorum legunt filij procurationis, sentiunt ex idiomate linguę suę dictū esse filium procurationis pro eo quod est procurator: sicut dicitur filius hominis pro eo quod est homo, filius pacis, pro pacificus, filius cōdēnatiōis, pro cōdēnāndus, filius mortis, pro morte afficiendus: & multa alia. Est & altera sententiā, quā tenuit, & his verbis Hieronym<sup>9</sup> explicuit. Vbi nos habem<sup>9</sup>, Et filius Mesek vernaculæ meę hæres meus erit, in Hebræo scriptū est וָדָה מֵשֶׁק בֵּיתִי וְבֶנְיָמִן מֵשֶׁק בֵּיתִי הַדַּמָּסְקִי, quod Aquila trāstulit οὗτος υἱὸς τοῦ οἴκου μου, id est, filium potum dantis domus meę. Theodotio vero οὗτος υἱὸς τοῦ οἴκου τοῦ υἱοῦ μου, id est, & filius eius, qui supra domum meam est. Quod autem dicit, hoc est. Ego sine liberis moriar: & filius procuratoris mei, vel villici, qui vniuersa dispensat, & distribuit cibaria familiæ meę, vocatq; Damascus Eliezer, hic mens erit hæres. Porro Eliezer interpretatur Deus meus adiutor: ab hoc aiunt Damascum & conditam & nūcupatam. Huic sententię subscribit Abulensis noster, eo quod sequitur. Addiditq; Abrā: Mihi autem non dedisti semen, id est, filium. Nam hic semen pro filio accipi oportet: alio-

qui Abraham semine donatus erat. qui ex vxore minime sterili generare potuerit. Vernaculus is seruus est, qui dñatus est. hic igitur vernaculus era Damascus filius Eliezer. nā Eliezer grandior erat natu q̄ q̄ esset in Abraham domo natus. Quod patet ex eo quod inferius de eo scriptum est: Et dixit Abraham ad seruū senioreni domus suę qui p̄erat omnibus quę habebat. hic enim est, quem hoc loco procuratorem domus suę vocat. Erat itaque Eliezer Abraham seruus, vel empticius, vel conducticius: at Damascus ipsius Eliezer filius erat Abraham præcipuus inter oēs vernaculos. hic sperabatur Patriarchę hæreditatē aditurus, vt pote iuuenis: non autem ipsius pater, qui erat senior multo. Denique ab hoc aiunt Damascum conditam esse: vsumq; Mosē prolepsi, cūm eam superius in Regum bello nominauit. Aliam tamen huius nominis causam innuit diuus Hieronymus super Ezechielem ita scribens. Interpretatur autem Damascus, sanguinem bibens: eo q̄ Abel iustus à parricida fratre ibi fuerit extinctus. His denique cogitationibus huius viri mens varie afficiebatur: nunc ingenti spe atollebatur: nunc proliis penuria vexabatur: sed in vtroque summa deuotione Deum complectebatur. & idcirco non eum permisit Deus, vel ad partuū tempus egrius habere: sed festinatam ei consolationem affert: & grauitatem mœroris emendat verbis, quę tunc ei locutus est.

Cap. 24.

Cap. 27. Hieron.

ps. 144.

Statimque, ait, factus est sermo Domini ad Abram.

Etenim prope est Dñs oibus inuocantibus eū, inuocantibus eum in veritate. Ergo quia Abraham triplici fidei iustitię atque vitę veritate præditus Deum vehementer inuocauit dum illi suum de habendis liberis affectū exposuit: non vtique ut Deum doceret sed vt ab ipso se filios expectare profiteretur, euectigio, ne dilata lōgius spe misere eruciaretur, optatam prolem intra annum habendam ei Dominus pollicitus est.

Dicēs: Non erit hic hæres tuus: sed q̄ egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem.

Excluditur Damascus Eliezer ab hæreditate captanda: & legitimus hæres promittitur. Non, ait, Hic quem tu hæredem statuere moliris, erit tuus hæres: sed is qui à te gignetur successor tuarum facultatum erit: Porro pro eo quod est in Latino, De vtero tuo, Hebræi legunt, וָדָה מֵשֶׁק בֵּיתִי meghecha, quod est in timis

timis tuis, aut lumbis tuis, aut visceribus tuis, in quæ videlicet ex toto animæ corpore semen fluit: in quo quidem semine sedet vis generandi, fouendiq; foetum cunctis membris suis completum. Vnde & Septuaginta recte locutionem Hebraicam immutarunt ἀλλ' ὅς ἐξελύσεται ἐξ ὀσφύος, sed qui egreditur ex te. sumitur enim Ex vtero in Libris sacris interdum non pro alio, sed pro intimo substantiæ gigantentis fundo. Hinc Pater ad Filium: Ex vtero ante luciferum genui te. Sed quæritur. cur Deus nō dixit Abrahæ definite, Filius: sed indefinite, Qui egredietur ex vtero tuo? Respondetur, q̄ cum Ismaele multi alij futuri erāt illi filij, non tamen ipsius hēredes: idcirco indeterminate locutus insinuauit vnum quempiam cæteris potiore fore eiusdem hēredē qui esset ex illius lumbis singulari quodā Dei opificio egressurus. hic est vnicus d Sara progenitus Isaac, Christi figurā ad amissim præterferēs: quem quidē Christū cœlestis Pater constituit hēredem vniuersorum, per quē fecit & sæcula: quippe qui, sicut est Dei filius secundum diuinitatem, ita est quoque Abrahæ filius secundum humanitatem. semen enim Abrahæ Iesus Christ⁹ est: qui ex vtero eius egressus est: quia ex eiusdem progenie nat⁹ est. Quemadmodū & regi Dauid replicata promissione, est quoque prædictum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vterus nanque beatę Marię virginis, in quo Dominus conceptus est, fuit quadamtenus, tum Abrahę, tum Dauid vterus: quoniā ab illis seruata generationum serie deriuatus est. Vnde merito viriūq; filius describitur ab Euangelista dicente: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. **Eduxitque eum foras.** Haud dubium, quin Dominus Abraham. fibant enim hæc in tempeste noctis silentio: & manentem in tabernaculo suo Patriarcham Dñs foras eduxit. non ait, Traxit, tanquā inuitum, & renitentem: sed Eduxit, velut spontaneum promptum, & impigrum, vt aere sereno stellarum cœlum conspiceretur, & inde numerosissimæ prolis argumentum caperet. Nam **Et ait illi: Suspice cœlū, & numera stellas, si potes eas numerare.** Suspice, ait, cœlum habitaculū videlicet pijs animis beandis destinatum. id quod ex erecto in ipsum cœlum humani corporis statu facile arguitur. Vnde pulchrē ingeniosus Poë-

Psal. 109

Hebr. 1.

Psal. 131.

Mat. 1.

ta canit. *Pronaq; cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublimē dedit, cœlumq; videre* Ouidius *Inssit, & erectos ad sydera tollere vultus.* Et numera, ait, stellas, si potes: subaudiendum est Numerare illas: id qd̄ in Hebræo & Greco exprimitur. Super quo pensitate Augustinus: Rur⁹ Abrahæ semē innumerabile promissum est: nō sicut arena terræ: sed sicut stellæ cœli: vbi mihi magis videtur promissa posteritas cœlesti foelicitate sublimis. nam quantum ad multitudinē pertinet, quid sunt stellæ cœli ad arenam terræ? nisi quis istā comparationem in tantum esse similem dicat, in quantum etiā stellæ dinumerari non valent. quia nec omnes videri posse credendum est. nam quanto quis acutius intuetur, tanto plures videt. vnde acerrime cernētibus aliquis occultas esse merito existimatur, exceptis eis syderibus quæ in alia parte orbis à nobis remotissima oriri & occidere perhibentur. Postremo quicunq; vniuersum stellarū numerū cōprehendisse & cōscripsisse iactatur, sicut Arat⁹ & Eudox⁹, vel si qui alij sunt, eos libri huius continemnt autoritas: qui vniuersam syderum computationem, veluti rem hominī impossibilem proponit: q̄ solius Dei sit opus cātante Dauid: **Qui numerat multitudinem stellarū, & omnib⁹ eis nomina vocat.** Sic erit semē tuū, cœleste videlicet, nēpe Christus. de quo Balaā pphetavit dicēs: Orietur stella ex Iacob, & dux de scemore eius ascēdet. & idē de seipso in Apocalypsi: Ego radix Dauid, & stella matutina: ad qd̄ alluisse videtur Paulus cum ait: Primus homo de terra terren⁹: secundus homo de cœlo cœlestis, qualis terren⁹, tales & terreni: qualis cœlestis, tales & cœlestes. qui dicere cū Paulo possūt, Nostra autē cōuersatio in cœlis est. Sic erit semē tuū, grāde: sicut & grādes sunt stellæ, neq; em̄ est alia natio tā grādis, quæ habeat Deos appropinquātes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationib⁹ nostris. quę verba cū Israeli carnalī, tū maxime spiritali quadrant. ad quē Christus, Ego vobiscū sum vsq; ad consumationē sæculi. & Petrus, Vos gen⁹ electū, regale sacerdotiū, gēs sancta, popul⁹ acquisitiōis: vt virtutes annūciētis eius, q̄ de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. de quib⁹ & Gentiū doctor: Nam quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit ipsos & iustificauit. quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Sic erit semē tuum excelsum, sicut stellæ sunt excelsæ, Cōsidera dilecte, quo præconio feminis huius celsitudinē Paul⁹ p̄dicat dicēs: **Talis,**

Ouidius

Psal. 145

Num. 24

Apo. 22

1. cor. 15

Philip. 3

Deut. 4

Mat. 28

1. Pet. 2

Rom. 8

Hebr. 7.

Hebr. 1.

Hepb. 2.

Iean. 14.

Gala. 3.

Psal. 88.

Ibidem.

Mat. 8.

Mat. 8.

Iean. 14.

Mat. 17.

Dani. 12.

Talis decebat, vt nobis esset pōtifex, sanctus, innocens, impollutus, segratus à peccatoribus & excelsior cœlis factus: quin etiam tanto melior angelis factus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit. sedet ad dexteram patris in excelsis. & quod optatissimum est, nos quoque cum illo, & in illo tantam celsitudinem obtinemus: qui, vt ait Paulus: condescende nos fecit in cœlestibus. Nonne hoc idē discipulis suis pollicitus est Dominus Iesus dicens: Iterum, veniam ad vos, & sumam vos ad me ipsū: vt vbi ego sum, ibi & vos sitis. id quod non solum ad illos Christi discipulos, attinet, qui cum carne, tum spiritu Abrahę filij erant: sed etiam ad quoscunq; ex Gentiū multitudine credentes, quibus Paulus infert: Si Christi: ergo & semen Abrahæ vos estis. hac denique ratione ad impletū est illud Patris de Filio: Et ego primo getum ponam illū excelsum præ regibus terræ. Sic erit semen tuum. Sicut enim stellæ sunt sempiternæ: sic & semen tuum erit sempiternum. Vnde rursus Pater, In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cœli. Sic erit semen tuum. multæ sunt stellæ & penē innumerabiles, ita & plurimum erit semen tuum, non solum carnale, sed etiam spirituale, illud nempe quod in cœlum regnaturum est. huc pertinet quod audita Centurionis, id est, hominis gentilis fide Iesus miratus est, & sequentibus se dixit, Amen dico vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorū: filij autem regni eijciētur in tenebras exteriores. Necte moueat, Christū asseruisse multos esse vocatos, paucos verò electos. Nam etsi electi sint longe vocatis pauciores: ipse tamē per se electorū numerus est proculdubio valde multus. qui enim dixit, In domo patris mei mansiones multæ sunt: commonstrauit fore multos illas in habituros. Sic erit semen tuū. mi cant enim stellæ, atque splendent, & similis nitor fulgorq; fuit in Christo in excelsō monte transfigurato. vbi respanduit facies eius, sicut sol & vestimenta eius facta sunt candida, sicut lux, atque nix. assimilis quoque claritas atque refulgentia omnibus illis promittitur, qui beata corporum resurrectione digni fuerint. quod fane mysterium propheta Daniel explicat dicens: Multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant semper: qui autem docti fuerint, fulgebunt, quasi

splendor firmamenti: & qui ad iusticiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Hinc Danielis locum mire, ceu paraphrasticos Paulus pertractat. Sūt ait, corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidē cœlestiū gloria, alia autem terrestrium: alia claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarum. Stella enim differt à stella in claritate. sic & resurrectio mortuorū. Semina tur in corruptione: surget in incorruptiōe. seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtutem seminatur corpus, animale: surget corp⁹ spirituale. Sic Denique erit semen tuum, multiplicatum, auctumq; pulcherrima prole, tum carnali; tum spiritali. in imo principalius multo filiorum spiritualium, quàm carnaliū multiplicationem hæc promissio respicit. Quoniam hæc propter illam agnoscitur esse facta. caro namque propter spiritum, non autē spiritus propter carnem. Etenim quomodo redederetur tanto patriarchæ digna meritis merces, nedum magna nimis: si solum ei carnalis feminis multiplicatio pponeretur? Quia qd̄ est bonum tātum modo temporale, minime præmiū fatis est ex æquatū actioni studiosæ nedū spiritali charitate pfectæ. Duplex igitur promissi feminis data est significatio. Altera carnalis, de qua ostensā maris arena dicitur: Sic erit semen tuum: qua Iudæi præsertim carnales, multiplicati sunt, ceu arena spiritu aridi: quàm bonorum spiritualium vacui, tā temporalium auidi: à quibus sane parum absunt quidam Christiani sacramento potitis, quàm merito: qui carni seruietes avaritię intendentes, & ambitioni obsequētēs cœlestiū bonorum adeo obliuiscuntur, vt tantū perfunctoria huius vitæ ludibria consecantur. Altera autem spituualis, de qua ostensis stellis dicitur: Sic erit semē tuū: hac multiplicati sūt quicunq; Iudæi legem spiritaliter intellexerunt, hoc est, Verē Israelitę, in quib⁹ dolus nō erat. inter quos primas obtinent, quicunq; sunt tum nomine, tum re Christiani, qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs: qui fidei, quæ per dilectionem operatur, gratia pleni varijs spiritus fructibus abundantat: & velut quædam mūdi lumina, vbi que gentium fulgent: & certissima futurę gloriosæ resurrectionis spe alacres in æthereas sedes emicant. Ad hæc, vt ad Israelitas Moses dixit: Estis hodie sicut stellæ cœli plurimę: sic & apud Hieremiam Pater inquit: Sicut numerari non possunt stellæ cœli, & metiri arena maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei.

1. cor. 15.

Deut. 1.

Hiere. 33

*Apoc. 22.* mei. hic per Dauid Christū proculdubio intelligere vult: qui de se ipso in Apocalypsi loquitur: Ego sum genus, & radix Dauid, stella splendida, & matutina. Denique considera, quā pulchrè iuxta promissionum ordinem prius multiplicatum est semen Abrahæ secundum carnem maris arenæ comparatū, quā multiplicaretur iuxta spiritum micantib⁹ stellis assimilatum. Pulchrè Paulus: Sicut scriptum est, factus est primus homo in animam viuentem: nouissimus Adam, nempe Christus, in spiritum viuificantem. sed non prius quod spirituale est, sed quod animale. Sic erit semen tuum, sicut maris arenæ, & sicut sydera coeli. locuples Dei promissio: locuples & Abrahæ fides: quam diuinus Historicus explicat dicens.

*1. cor. 15.* Credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam.

Magna quidem res fides, quæ sola homini ad iustitiam adscribitur. Enimuero ea hic fides commendatur, qua non tantum Deo veracissimo mysteriorum reuelatori creditur: sed etiam qua confiditur in eo, tanquam potenti præstare, quidquid pollicit⁹ fuerit. hæc si perfecta sit per dilectionē operatur, ne sine operibus mortua sit. vt enim fomentis alitur ignis, ne extinguatur: sic operib⁹ fouetur fides, ne moriatur. ac subinde ea est, qua in Deum creditur, id est, amore itur in illum, tanquam in optimū & maximum bonum & vnicū humanæ felicitatis auctore. Talis erat fides Abrahæ: ideo attributa fuit ei ad iustitiam, non quidem humanam, sed diuinam. quæ quidē iustitia est Dei vnicū sola pia & religiosa cultura. quæ quidem cultura, & vera Dei parentis agnitione, & firma rerum sperandarum expectatione, & ordinatissima rerum expectandarum dilectione constat, perficiturque. hæc demum est illa iustitia, à qua viri iusti, & boni, & sancti Dei amici, & Deo viuere in Scripturis sanctis dicuntur. Quātus denique hac in fide vir hic mirabilis fuerit, quisquis nosse velit, legat ea quæ super hoc loco beatus Apostolus in Epistola ad Romanos scripsit. Nos autem continuo exponamus ea quæ seclusa priori interpositione continenter Deus

Dixit ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Hur Chaldæorum: vt darem tibi terram istā, & possideres eam.

Cum ait. Ego Dominus, vtrunq; habet em-

phasim: ac si dixerit, Ego sum Dñs, & non est alius præter me. ego inquam Domin⁹ excelsus ille cœli, terræq; conditor, cuius voluntati nemo potest resistere, quiq; voco ea quæ non sunt, vt sint. Qui eduxit te de Hur Chaldæorum. Hur nomen est vrbs, licet Hieronymus in libro Traditionum Hebraicarū super Genesim, incendium iuxta Iudæorum fabulam interpretetur. Septuaginta quoq; nō ex incendio, sed ἐκ χῶρας, id est, ex regione trastulerunt. id quod ipsa verborum series præterevidetur, nempe vt sit loci nomen. nā ideo fecit dominus Abraham exire de terra Chaldæorum: vt traderet illi terram Chananæorum. pro quo sequitur: Vt darem tibi terram istam: Darem, inquit, non Redderem. quis enim dedit illi, & retribuetur ei? Ergo Dei dono potius, quā meritis nostris habemus, quæ nobis ab illo tribuntur. Quod si quæras, qua donatione Abrahæ Deus hanc terram sit impartitus. profecto liberali donatione, qualis inter viuentes fieri solet: vt proprium in illam ius haberet: licet eiusdem terræ possessionem minime cœperit, asserente Stephano: nec passum pedis Abraham in illa possedisse. Nihilominus recte dixit Deus, eī se terram illam donaturum esse: siquidem posteros eius in illius possessionem erat introducturus. Quod & insinuauit adicijs לְאֶרֶץ כְּנָעַן לְרִישָׁתָּהּ, id est, ad hæreditandum eam. sic & Septuaginta κληρονομησας, id est, vt eam hæredites. siquidē hæreditas filios potius, quā parentes respicit. Porro terram Abrahæ à Deo dono datam eius posteris ab Ægypto regressi hæreditaerūt. adde quod hæreditatis nomē legitimam proprietatē, firmatamq; iure possessionem adsignificat: quā tandem Abrahæ posteritas potita fuit. Enimuero quia supra mille & quingentos annos Abrahæ semen à Chananæa exulat, nec vlla est illis spes illuc remeandi, videtur sub huius terræ figura Dominum præcipuè terram illam promississe: cuius possessio est beatis perpetua: & in quā rex & propheta Dauid omnem animi sui expectationem coniecit dicens: Credo videre bona Domini in terra viuentium. hanc denique mitibus capeffendam Christi ore propositā esse constat: Beati, ait, mites, quoniā ipsi possidebunt terram. Deniq; meminit educationis, qua vocauit eū à Chaldæa in Chananæā, vt memor suæ profectiois & perpetui erga se diuini præsidij fide cōfortaretur, haberetq; certissimū, quod modo ei promittebatur ab eo qui ipsum sapientia præstātem, diuitijs opulentum, & victoria clarum effecerat.

At

At ille ait, Domine Deus, vnde sciā quod possessurus sum eam?

Vnde ait, pro eo quod est, ex quo, & per quid cognoscā firmum esse, quod polliceris. nec ait, tantū habiturus: sed quod amplius est hæreditaturus. Quod autem ait, In quo sciā: non sunt tam dubitantis, quā querentis verba. Quærebat enim, quo tandem merito id quod promittebatur, non tam firmaretur (rarum enim illud habebat) quā se, ipsi Deo cooperante, potissimum adimpleretur. fiunt eū nobis diuinæ pollicitatiōes, sed plerunq; non sine nobis explentur, admonente beato Petro: Satagite, vt certam faciatis vocationē vestram per bona opera. Accedebat & pius quidam timor, quo iustus hic tangebatur, ne vel eius posteris sic peccarent, vt tanta Dei sp̄sio ipsorum culpa intercluderetur, ne ad optatum finem peruenerit: vel ne iidem, vt pote duriores, atque difficiles in adhibēda fide, oraculum diuinum enarranti sibi minus, quā par erat crederent. Signum itaq; querit, haud vtiq; de diuina veracitate dubitādo, sed pro sua, suorumq; infirmitate consulendō: nec id faciebat Deum tentando, sed sperando, modumq; querendo, quo tandem tāta rerum spes semini suo contingeret. nec est ab hoc loco omnino dissimile, qđ beata virgo Maria de diuino oraculo certissima ab angelo quesuit concipiendi modum dicens: Quomodo fiet istud, quoniam virū non cognosco? Astipulatur nobis Chrysostomus dicens. Tamen si Scriptura prius testata fuerit, quod Abrahā credidit dictis Dei: & ideo reputatum est ei in iustitiam. veruntamē, quia audiuit, Propter hoc te eduxi, vt darem tibi terram hanc, vt in hæreditatem possideas eā, dicit, His quidem quæ à te dicuntur, impossibile est vt discredam: attamē vellem & hunc modum discere, quomodo eam hæreditatē sum possessur⁹. video enim me nunc prope modum ad extremam senectutem peruensse & vique in hunc diem obambulare, quasi errorem: & non possum humana ratione deprehendere, quomodo hoc sit futurum. nam licet prius crediderim dictis tuis, & potes ex nihilo res producere, & omnia facere, & transformare: non igitur vt incredulus hæc interrogo, sed quia iterum mihi hæreditatem nominas, volebam & crassius atque clarius, signum accipere, quod possit infirmas meas cogitationes solidare. Cæterum quia ex hoc loco mos petendi à Deo signa apud Hebræos primitus inoleuit dicente Paulo: Iudæi signa

petunt opere precium me lectori facturū arbitror, si longioribus differuero, quatenus hominibus liceat à Deo ipso signa quædam supernaturalia expetere, quibus de dubitatis certiores fiant: id quod conmatico stilo prosequemur, digestis ad numerū quibusdā propositionibus notatu dignis. Quarum prima sit. Fas est expetere à Deo signū vt diiudices, sitne Deus verus, is qui insolita specie diuinitatem vticumque præferente sese humanis obrutibus obijcit. hinc Mosi penè subdubitantī, an Deus patrum eius esset is, qui amandabat eum in Ægyptum: ac perinde excusantī se illuc ire ac dicenti, Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educā filios Israel de Ægypto, respondit Dominus: Ego ero tecū: & hoc habebis signū quod miserim te: cum eduxeris populum meū, immolabis Deo super montem istum. & cætera quæ sequuntur signa in eandem rationem faciunt. Ex hac altera oritur propositio. Par est, signū aliquod expetere, quo discernas, sitne is, qui tecum loquitur, angelus Dei, bonus, an mal⁹. fecit hoc inculpate Gedeon angelum alloquentem sibi his verbis precatus: Si inueni gratiam corā te, da mihi signum, quod tu sis qui loqueris mecum. Hinc tertio putam⁹, licere ei qui mittitur à Deo, vt noua fungatur legatione signū aliquod ab eo requirere, quo firmet ad plenū diuinitus se fuisse missum. quemadmodū legimus in Exodo, Mosem respondisse Domino mittenti eum ad filios Israel, Non credent mihi, nec audient vocem meam: sed dicent, Non apparuit tibi Dominus. Dixit ergo ad eum, Quid est quod tenes in manu tua? respondit, Virga. Dixitque Dominus, proijce eā in terram, proiecit, & versa est in colubrū: ita vt fugeret Moses, dixitque Dominus, Extēde manum tuam & apprehende caudam eius: extendit, & tenuit, versaq; est in virgam. vt credant, inquit, qđ apparuit tibi Domin⁹ De⁹ patrum tuorum Deus Abrahā, & Deus Isaac & Deus Iacob. Dixit Dominus rursum: Mitte manum in sinum tuum, quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. Retrahe, ait, manum in sinum tuum. retraxit & protulit iterū: & erat similis carni reliquæ. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonē signi prioris, credēt verbo signi sequentes: quod si nec duobus quidem his signis crediderint, nec audierint vocē tuam, firme aquē fluminis & effunde eam super aridā, & quicquid hauseris de fluuio vretetur in sanguinē. Vides, quā largus in tribuendis signis Deus sit, cum id rerum natura deposcit?

*Apoc. 22.*

*1. cor. 15.*

*Hieron.*

*2. Pet. 1.*

*Lucæ. 1.*

*Psal. 26.*

*Mat. 5.*

*1. cor. 1.*

*Exod. 3.*

*Iudi. 6.*

*Exod. 4.*



cit: Hinc & quartum fit pronunciatum. Iustum habetur signum aliquod exposcere diuinitus ædendum ab eo, qui proficitur de no uo se missum à Deo, si id ipsum aliunde non constiterit. Quare probe populus Hebræus quæsiuit signa à Mose dicente se cœlitus ad eos esse missum. quæ quidem ille ad votum eis præstitit, sicut scriptum est. Et locutus est Araon omnia verba quæ dixerat Dñs ad Mosem: & fecit signa corâ populo: & credidit populus. Ad hoc & Dominus Iesus Christus egregius rerum, operumq; mirabilium effector, nō tā reprehendit, damnatq; Iudæos dicentes ei, Quod signum ostendis nobis, quod hæc facis, quàm admonet & instruit dicēs, Soluite templum hoc, & in tribus dieb<sup>9</sup> excitabo illud. Nam quod idem Dominus alibi eosdem signum quæretes corripit dicens, Generatio mala, & adultera signū quærit: & signum nō dabitur ei, nisi signum Ionæ: nequaquam eos arguit, ob id tantum quod signum quæserūt: sed potius, quia maligne & ambitiosè, & superstitiose, & improbe illud expetierunt ut habes Marci capite octauo. Dicamus & quinto loco, quoddam esse culpandę incredulitatis, extranea quæpiam signa firmandę fidei exposcere, ubi germana sunt argumēta, aliq; adiumenta: quæ vel satis ostendunt, vel vehemēter suadēt, ita se habere, quæ prædicantur, sicut referuntur: nec non ceu digito indicant, eam personam cuius manifestandę gratia eadē illa præsidia prædicta sunt, & præstita. Quare merito Iudæi reprehenduntur, qui contenciosè in Deum agentes semper alia atque alia signa petebant, quibus satis superque esse debuissent prophetiæ præsertim rerum prædictarum euentis firmatæ. Quorum quidem Iudæorum incredulitatem Paulus apostolus merito taxat dicens: In Lege enim scriptum est, Quoniam in alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit Dominus. Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus. Tales erant illi quinq; diuitis epulonis fratres, de quib<sup>9</sup> dixit Abrahā, Habent Mosem, & prophetas: quod si illis non credunt, nec, si quis ex mortuis resurgat, credent. Videntur autem Insulares gentes, quibus nauigatione Hispaniensi nuper repertis nūc primū Christianę fidei sacramēta prædicatur, posse forsītā nō improbe, talia signa dari sibi diuinit<sup>9</sup> exigere quibus moti p̄dicatib<sup>9</sup> noua eis, & inaudita Christi mysteria humanū sensū penit<sup>9</sup> excidētia, & prudēt, & grā-

Exo. 4.

Ioan. 2.

Mat. 16.

1. cor. 14.

Luca. 16.

uiter crederet: nec in illā imprudētia mētisq; leuitatem inciderent, quā Sapiens reprobat dicēs: Qui cito credit, leuis est corde. Enimvero forsītā ea incredendo leuitas ē medio tollitur, tum verissima rerum olim gestarū enarratione, tum narrantiū probitate, tum demū summa catholice ecclēsiæ autoritate: quæ tria volentibus ea diligenter, ac piè expēdere de credendis orthodoxæ Dei articulis fidem facere valent. Sit iā sexta propositio. Nefas esse arbitror signū aliquod exigere, quo Deū summū ac maximū esse credas omnipotentē: quā nō modo angeli ad Mariā virginē, sed nature quoq; vox illa videtur esse: Nō est impossibile apud Deū omne verbū: id est, quidquid intrariā non implicat compugnantiam, quā contradictionem dicunt, Deus facere potest. Hoc errore ad contradictionis lapidem Moses & Aaron lapsi, vel haud plene crediderūt ipsi Deo contestanti eis ad istum virgæ, qua prodigia fiebant, aquam de saxo percusso diuinitus erupturam: vel non satis ea de re Dominum glorificauerunt. De quibus in Psalmo scriptum est: Absorpti sunt iuncti petra iudices eorum: & de Iudeorum vulgo quæritur Deus in Numerorum libro dicens: Tætauerunt me decies. Ex quo & illud etiam colligitur, esse nefas exigere signū à Deo, ut illum agnoscas omniscium, & omnibonum, siquidem facile constat ab eodem per se sapiente, perq; se bono, tanquā à perēni quoddam fonte, omnem sapientiam, omneq; bonum effluere. huc pertinet eorum impietas, qui dixerunt: Non videbit dominus: neq; intelliget Deus Iacob: Quos euestigio Psaltes eoarguit inquit: Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes non arguet? qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Tales quoq; fuerunt cogitationes infidantium Christo De quibus Mattheus inquit, Abeuntes Pharisei consilium inierunt, ut caperent eum in sermone: & mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes, Magister, scimus, quia verax es, & viā Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum dic ergo nobis, Licet ne censum dare Cæsari? an non? Cognita autem nequicia eorum Iesus ait: Quid me tentatis hypocrite? scilicet tanquam inscium, qui plenissimam vniuersorum scientiam, tanquam perfectum Patris æterni Verbum possideo. hæc itaque sic se habent.

Eccle. 19.

Luca. 1.

Psal. 140.

Num. 14.

Psal. 93.

Mat. 22.

bent. Nihilominus septimo proloquio fatemur, æquum esse, virum iustū precari à Deo quædam fieri opera mirabilia, quibus factis, ab alijs hominib<sup>9</sup> ipse Deus cognoscat omniscius, omnipotens, & omnibonus: ut eueniat illud psalmi: Turbabitur gētes: & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis. Nonne id ipsum ab Ecclesiastico petitur dicente: Alleua manum tuam super gentes alienas: ut videant potētiam tuam. sicut enim in cōspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in illis, ut cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniam non est alius præter te. in noua signa & immuta mirabilia: glorifica manum, & brachium dextrum. Opat enim pienuissime vir Ecclesiasticus, ut Pater æternus per manū suā, dextrumq; brachium, id est, Christū, per quem antiqua miracula ædita sunt, eadē sub gratiæ tempore in nouet: ut veteris, ac novæ legis idem Deus intelligatur esse: idemque cognoscat Christus, & Patriarchis promissus & Apostolis exhibitus ac perinde per eos cūctis gentibus prædicatus. Mirum est, & scitu periuendum, quā apte Ecclesiasticę grauitati Apostolica præcatio respōdeat: Et nunc domine respice in minas eorum: & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbū tuum, in eō quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomē sancti Filij tui Iesu. Comprecatur & idē Christus secundum assumptam humanitatem dicens: Et tu domine Deus miserator, & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax, respice in me, & miserere mei. Da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filiū ancillæ tuæ. fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me & confundantur. quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me. Pronunciemus & octauum. Petere signum ex quadam diffidentia, qua non creditur simplici Dei verbo, quando qui loquitur, aut Deus esse scitur, aut eiusdem bonus angelus, est illicitum. Peccauit igitur Zacharias ille Baptistæ pater, quum non tam quærendo modum, quàm ambigendo factū ab angelo signum quæsiuit dicēs: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea pro cessit in diebus suis. & respōdens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui, & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fient, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Peccauit itaque ille signum petendo.

Psal. 64.

Eccle. 38.

Act. 4.

Psal. 85.

Luc. 1.

tendo, ut crederet: qui ob id loquendi potētia priuatur ad tempus. Sit Nona propositio. In re sanè dubia, & quæ ratione humana peruestigari nequeat, si eam cognoscendi necessitas vrgeat, ad ipsum Deum confugere nos oportet oraturos ab eo signum, quod id quod ambigitur, patefiat. Fecit hoc prudenter ad modum Eliezer primarius ille, fidelisque seruus Abrahæ: qui cum peruenisset in Mesopotamiam in ciuitatem Nachor, statetque iuxta puteum aquæ vespere eo tempore, quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, in hunc modum precatus est: Domine Deus domini mei Abraham occurre hodie obsecro mihi: & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquæ: & filia huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. igitur puella, cui dixero: Inclina hydriam tuam & bibam: & illa responderit, Bibe: quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac. & per hoc intelligam: quod feceris misericordiam cum domino meo. Denique hoc non est omen captare, sed in re dubia diuino quodam instinctu excitatum Dei prouidentiam consulere. Sic & Ionathas diuinitus instinctus ex Palestinarum responso præsentis numinis argumentum accepit: esseque à se solo cum armigero suo turbanda, fundenda, excidendaq; in primis innumera hostium agmina cognouit. Affine est huic factu, quod Apostoli statuētes Io'eph, & Matthiam, ut alter eorum in apostolatu Iudæ proditori sufficeretur, incertique vter illorum ex Dei sententia eligendus esset, pienuissime ad diuinam prouidentiam confugerunt, & orantes dixerūt: Tu domine qui corda nosti omnium, ostende quæ elegeris ex his duobus vnū, accipere locū ministerij huius, & apostolatus: de quo p̄uaricatus est Iudas, ut abiret in locū suū. & dederūt eis sortes: & cecidit fors super Matthiam. & annumeratus est cum vndecim apostolis. Quare constat, nec hunc Abrahæ seruū, nec illos beatos Christi Discipulos aliquid omnis aut fortilegij perpetrasse. quibus ad votū diuina dispensatio præsentissima fuit, tam in designanda Isaac vxore, quàm in decernendo vndecim Apostolis socio duodecimo. Audemus & decimo sentire, non esse impiū à Deo aliquod interdum signum petere, non tā ex incredulitate, quàm ex quadam humana infirmitate. Siquidem rex Ezechias in culpate quæsiuit portentum illud, quod in libro Regū quarto proditū est. Respondit em ille

Infr. 24.

1. reg. 14.

Act. 1.

4 reg. 20.

O



Commentariorum

ille Esaię prophete: Quod erit signum, quod Dominus me sanabit, & quod ascensurus sum die tertio ad templum domini? cui ait Esaias: Hoc erit signum à Domino, quod facturus est Dominus sermonem quem locutus est. Vis ut ascendat umbra decem lineis, aut reuertatur duodecim gradibus? Et ait Ezechias: Facile est umbram crescere decem lineis: nec hoc volo ut fiat: sed ut reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaq; Esaias propheta Dominum: & reduxit umbram per lineas quibus iam descēderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. liquet etenim haud peccasse Ezechiam petēdo signum illud, quod ad eius votum eidem ab ipso Deo redditum est: nec ea propter à propheta reprehēsus est. Addamus & vndecimum: quod expetere signum à Deo nullatenus ex diuinę pollicitationis diffidentia, sed ex quadam familiari erga Deum ipsum confidentia, ut ex mirabilibus eius signis eiusdem bonitatem degustes, experimentoq; videas, quā suavis est Dominus, esse non videtur illicitum, ijs præsertim, qui tanto beneficio sunt digni. id quod fecisse videtur absque vlla temeritatis nota Gedeon, cum iā certior factus, esse quidem angelum Dei bonū, atque veracem eum, qui sibi apparuerat, pollicitusque eidem fuerat certissimam de Madianitis victoriam: expetiuit adhuc aliud atque aliud signum in vellere & area inuersa ratione fieri. Nam ut habes Iudicum sexto capite, dixit Gedeon ad Dominum: Si saluum facies per manum meam populum Israel, sicut locutus es: ponam hoc vellus lanę in area. si ros in solo vellere fuerit, & omni in terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. factumque est ita. & de nocte consurgens expresso vellere concham rore impleuit. Dixitque rursus ad dominum. Non irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero signum quærēs in vellere. Oro ut solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. fecitque dominus nocte illa ut postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra. Sunt tamē qui sentiant, Gedeona non ex familiaritate sed ex quadam diffidentia vltimum signum petiisse & ideo non nihil peccasse. Porro duodecimum est quoque notatu dignum: quod, sicut signa mortalibus diuinitus tradita malignè interpretari adscribendo ea Beelzebub dæmoniorum principi peccatum est in Spiritum sanctum, id quod apud Matthæum dominus asserit: ita nolle, vel admittere, vel pro-

stulare signum diuinitus offerendum, scelus est in eundem Spiritum sanctum. quoniam in vtroque diuinę glorię patenter inuidetur. Tale peccatum peccauit impius Achaz, quando simulata religione detrectauit petere signum id præcipiente Deo: atque dicere: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum. Verba quidem sunt hæc, facie quidem humilia: & animi modesti esse videntur, quasi indignum se dicentis, qui petat à Domino signum. re autem vera superba, & eius, qui imperata facere, esse Deum tentare falso cauere. Etenim vbi Deus ipse iubet signa sua libenter accipi, vel à se prudenter experiri, nullus dicat esse id tentantis opus: sed potius obedientis. At si regis Achaz verba introsperis, superbe, nec non impie dicta fuisse conperies, ac si dixerit: Nolo soli Deo fidere: sed mittam ad regem Assur, qui melius me saluare poterit. cingam validis muris ciuitatem: aliorum opem implorabo Deorum. legimus enim in secundo Paralipomenon capite octauo, quod miserit ad regem Assyriorum munera, petens ab eo auxilium. quin in tantam progressus est rex impietatem, ut clauderet ianuas templi Dei: faceretque altaria in vniuersis angulis Hierusalem. Vnde non dicebat reuerenter: Non tentabo Dominum meum: sed simpliciter, & contemptim, Dominum. Et quia in hęc locum incidimus, illud quoque nobis est adnotandum, eodem legis testimonio regem Achaz ab usum, superbe detrectasse ad imperium Dei signum petere: quo Christus dæmonem repulit instigantē eum signum ædere. ut vel hinc nouerimus, angelum sathanę, dum se in lucis angelum transformat, interdum abuti eisdem Scripturarum sanctarum testimonijs, quibus Ecclesiastici viri: ut sub specie pietatis fallat incautos. Tertio tandem decimo. Pium est, à Deo signum requirere: quo intelligas, vtrum id quod ab illo promittitur, sit simpliciter futurum, an tantum promittatur iuxta præsentem iusticiam eius, cui fit promissio. Hac de re ratione, ut expositionis textum repetamus, inculpatè Patriarcha petiuit à Deo signum super exaltatione sui feminis, dicens.

In quo sciam, quod possessurus sum illam?

Ac si dicat. Quod certissimè cognoscam, me haud esse casurū ab ea iusticia, gratiaq; propter

pter quā tāta mihi sit facta promissio. certūq; mihi sit, nulla posteriorū meorum tam grauiū futura esse crimina, propter quæ tantum bonum aliquando intercludatur. Quid igitur Dominus? Morem gerit suo famulo, & volens eius corroborare animam, quoniam vidit confidentem suam imbecillitatem, & credentem quidem promissioni, cupientem autem quædam certiora argumēta, respondens ei.

Sume, inquit, mihi vacam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium: turturem quoque, & columbam.

Signum petierat Abraham, quo sibi notum, certūque fieret, eius semen esse possessurum terram illi promissam. At in primis Deus vult Patriarcham pio sacrificio indubitatam de futuro euentu promissionem promereri. par enim est, Deum ab homine non modo spiritali voto & affectu, sed etiam corporali officio, & effectu coli: quoniam homo tantum animo, sed & corpore beatificandus speratur. Iubet ergo Abrahę sacrificare, ut antiquo inter homines more cum eo pactum ineat, ut ipso sacrificandi vsu reddat cum sibi maxime obnoxium, & magis ac magis familiarem, & diuino oraculo percipiēdo longe apertorem. Quærās autem: Cur Dominus hæc animalium genera sibi potius, quàm alia sacrificari voluit? Respondemus primum: quia voluit. nec enim ineptum potest esse sacrificium, quod ipse sibi Deus faciendū decreuerit. deinde, quia huiusmodi animalia habentur munda: non quod aliquod animal suapte natura sit immundum: sed quod si varia animalium genera ad spiritum referas, quædam alia alijs longè magis spiritualem, vel mundiciam, vel immundiciam adumbrent. Extat & in hoc loco quoddam legis præiudicium: cum ea animalia ante datam Legem sacrificat Abraham, quæ antea Deo per Mosē erant sub Lege in legitimum sacrificium decernenda. Quæ qui spiritaliter accipiunt (est enim Lex spiritalis) facile intelligunt, in vitula fortitudinem, qua firmus est animus, ne aduersis obstantibus à re & institutis recedat: in oue autem, iustitię colendę simplicitatem, qua promptior sibi iniuriam pati, quàm inferre: in capra autem temperantię cingulum, quo lumbos succingas: ciliciumque saccum, quo ita carnis molli-

tudinem premas, ut per continentia, libidinis petulantiam mactes. nam turturis gemitus eorum est, qui, vel rerum mortalium calamitatibus afflicti, vel humanarum sollicitudinibus diuexati diuinam opem inenarrabilibus gemitibus petunt, atq; obtinere procurant: cupiunt enim huiusmodi dissolui & esse cum Christo. demum columba, cuius oculi sunt tam simplices, quàm mundi, celestia iam iam videre festinat: & quantum humana patitur infirmitas pernici alarum tractu super aues cœli semen bonum comedentes sursum semper euehitur: & super ventorum pennas volitans intrat in sanctuarium Domini, ut videat Spiritum sanctum in specie columbæ super hominem Christum descendentem, in eoque perpetuo manentem: ut vnicam columbam, hoc est, vnicam Ecclesiam sanctam catholicam sibi penitus allimilem constituat. Hanc sacrificandorum animalium rationem ita prius lector spiritaliter accipiet: ut tamen eandem simpliciter vterque visceribus insitam norit, quisquis cum Paulo crediderit, verbo Dei fuisse aprata sæcula, ut ex inuisibilibus visibilia fierent: sic, ut rursus ex visibilibus inuisibilia intelligerentur. Inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt à creatura mundi intellecta conspiciuntur. Obseruandum, quod non absque ratione, neque in vanum assignauit trimam vbiq; victimam. triennia enim accipere iussit, hoc est perfecta & absoluta. talia nanque tantummodo sunt offerenda Deo, cuius imperfecta sunt opera: At Patriarcha non fuit impiger ad implendum diuinum præceptum.

Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium: & vtraque partes contra se altrinsecus posuit. aues autem non diuisit.

Notandum quod! Abraham; Domini dicto parens vniuersa sustulit animalia, & ea sola quæ illi Dominus sacrificanda sibi præscriperat. pius enim sacerdos & plenè Deo obediens in agendo sacrificio, neque aliquid subtrahit, neque addit aliquid præter id quod est sibi diuinitus decretum: videlicet, ne religio degeneret in superstitionē. Quod autem Abraham ea diuisit animalia, & ea tantum quæ ei Dominus præceperat: non solum id Dei iussu factū est autore Iosepho: sed ex antiquorū quoq; ritu: qui mactatis hostijs

Iud. 6.

Mat. 12.

Esai. 7.

2. par. 4. 8.

Mat. 4.

Hebr. 11.

Rom. 1.

Iosepho

ac per medium dissectis, ita earum partes e regione sibi opponerent: ut medius inter eas pateret transitus ineuntibus foedus. Transibatur itaque ab utrisque & inuicem sibi imprecabantur, eam sectionem, qua dissecta iacebat cadauera, si quis eorum foedus inritum violasset. Porro hac paciscendi, sacrificandi-que forma significatum est ineundum inter Deum, & Abraham pactum firmissimum super beatissimo semine, qui est Christus nullo vnquam saeculorum volumine dirimendum. Aues autem non diuisit, quia mos non est paciscerentibus aues diuidere. Caeterum ea animalia tria perhibentur, quia omnis perfectio tribus, substantia, & vi, & actione constat: & a tribus Patre & Filio, & Spiritu sancto deriuata per omnia permeat. Triennia item animalia quiddam specialius in carnali Abrahæ posteritate ad significare possunt, nepe quod Hebraeorum populus sub triplici ætate fuit versatus, promotus, & absolutus. nã Hebraica plebs prima ipsius ætate ab Abraham vsque ad Mosem profecta, fuit velut vitula Ægyptiacæ iugo seruitutis oppressa. Secunda autem ætate à Mose vsque ad Dauid paulatim adulta creuit: in qua Lex primitus viguit: & veluti peccatrix capra sacrificijs illis, legalibusque ceremonijs purganda fuit: & iuxta literam carnemque sanctificanda. Tertia demum ætate à Dauid vsque ad Christum populus ille fuit veluti aries fortissimus proxima regna quatens: quamuis interim, modo prosperis foueretur, modo aduersis exerceretur, quæ quidem animalia diuisa in partes fuere: quoniam seditiones erant futuræ in eodem populo ingentes, & perniciosæ valde dissidia: qualia in deserto suborta sunt, tumultuantibus olim Datan & Abiron: & rursus tumultuantibus exploratoribus. præter id quod sub Roboam rege Salomonis filio temporale eorum regnum in duas partes discissum est nunquam amplius in vnum corpus coitutum. Aues autem non diuisit, quoniam, ut ait Augustinus, carnales homines inter se diuiduntur: spirituales autem nullo modo, siue à negociosis hominum conuersationibus sese remoueant, sicut turtur: siue inter illas degant, ut columba. vtraque tamen auis est simplex & innoxia: significans, & in illo Israelitico populo, cui terra illa danda erat, futuros indiuiduos filios promissionis in hac vita, & hæredes in æterna felicitate mansuros.

Descenderuntque volucres su-

per cadauera.

Aues quippe descendentes super corpora, quæ diuisa erant, non boni aliquid, sed spiritus indicant aeris, pactum quædam suum de carnalium diuisione quærentes.

Et abigebat eas Abram.

Illius enim merito de angustijs sæpe liberatus est Israel.

Cumque sol occumberet, paupor irruit super Abram: & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum.

Liquet interdum Abraham sacrificasse, sollicitumque fuisse, atque laborasse volucres improbas arcendo: ne hostiarum carnes, aut diriperent, aut foedarent, aut deglutirent. singulari cuius exemplo nos quoque maxime cauere debemus, ne cum in nostræ mentis ara peccata concidimus, & carnis spiritusque motus ab inuicem gladio spiritus dissecamus, humilique affectu, & pia afflictione totum peccatum Deo pandimus, & offerimus: cauere, inquam, debemus, ne irruentes in nos volucres illæ, quæ de caelo ceciderunt, sacrificium illud Deo acceptissimum spiritus contribulati, & cordis contriti & humiliati in facibili auaritiæ gutture deuorent, vel improbo ambitionis rostro discerpant, vel denique immundæ libidinis pedibus attaminent. Ait itaque.

Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram.

Non improbat Hieronymus Septuaginta, qui vocem Hebraicam *חַלְמוֹת* tardemã, quæ soporem profundum significat, & *חַלְמוֹת* ecstasim verterunt: id quod & supra fecerunt eo loco. Immisit Dominus soporem in Adam. is enim sopor, cuius hic mentio fit, haud simplex quidam somnus fuisse videtur: sed potius quædam ecstas, quantum ex hac visione colligitur. in qua facta est illa membrorum dissolutio, quæ in aduentu numinis adeo vehemens accidere solet: ut ita homines torpeant, & iaceant: ut profundissimo somno videantur oppressi, ut est videre prophetis in libris. Contigit autem hoc haud incommode, quoniam à sensibus, motibusque coaralibus abstracti aptiores multo reddimur, oraculis diuinis percipiendis. id quod

id quod vel certe ex Pauli rapru manifeste constat.

Ethorror magnus, & tenebrosus inuasit eum.

Ordo autem huius rei gerendæ talis fuisse videtur: ut primum quidem tenebrosa quædam caligo Patriarcham seperit, deinde pauore magno fuerit correptus, denum profundissimo sopore pressus: quæ omnia superne sunt viro iusto illata. quæ quæ ipsa quoque rerum natura hoc ferat idem: ut caliginè timor, pauporque sequatur: pauore autem sopor. Præclare Chrylostomus. Quia omnibus modis Deus Patriarcham attentiores facere vult, ideo ecstas, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum: ut per omnia quæ fiunt, sentiat se videre Deum: eum enim morem Deus ubique habet. Nam & quando Mosi in monte daturus erat Legem & mandata: Tenebræ, inquit, & caligo erat: & mons fumigabat: propter hoc & Scriptura inquit: Qui tangit montes & fumigant: Enimvero incorporeum videre per sensibiles hosce oculos non est possibile: ideo aliter suam nobis operationem significare vult. Valeat item Philosophi, qui omnem affectum à viro sapiente excludere frustra moliuntur, humanam naturam non tam promouentes, dum illam in *ἀσθησι* penitus vrgent: quàm demolientes ipsam, à qua tollunt id quod ei genuinum esse cotidianis experientis liquet. Vir enim erat sapiens atque perfectus Abraham, qualem neminem nacta fuit vnquam humana philosophia. & tamen non modo præsentis numinis vi: sed etiam id ipsa rerum natura ferente pauore fuit tactus & horrore concussus. Legimus & in Euangelicis literis, discipulorum oculos præcæsticia & timore fuisse somno grauatos.

Chrysol.

Deut. 4. Psal. 104

Mat. 26.

Ioan. 11. Mar. 14.

Quid quod dominus Iesus totius perfectionis exemplum & fons, dum hanc vitam ageret, modo sponte turbauit semetipsum, modo instante cruce cepit pauere, & tædere, & mæstus esse. Tanguntur igitur talibus affectionibus viri perfecti, sed non trahuntur: turbantur, sed non perturbantur: mouentur, sed non commouentur. in quibus, ut insignis ait Poeta, Mens immota manet, lachrymæ voluntur inanes. propterea quod spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Caeterum hæc omnia diuinitus gerebantur eorum præsignatione, quæ postea futura erant. præmoustrabant enim ipsius Abrahæ semen in Ægyptiacas tenebras deuenturum esse Pharaonis terrore corripiendum, veræque tandem re-

ligionis sopore premendum: id quod diuinum oraculum aperte manifestat, cum subiungit.

Diciturque est ad eum.

Scilicet Abraham à Deo secum paciscente.

Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subijcient eos seruituti: & affligent quadringentis annis.

Quod autem inquit, Scito prænoscens, emphasim habet. Nam ea replicatio noscendorum auget manifestationem, & elaritatem, nec non certitudinem, sicut cum dictum est, eiusdem verbi replicatione Expectans expectaui Dominum: & illud, Præcipiendo præcipimus vobis, manifeste notatur amplioris expectationis copia, atque quædam vehementioris præcepti vis. Quod autem interpretor pro eo quod est in Hebræo Sciendo transtulit, Prænosces: id commodè fecit. quoniam, & si prophetica cognitio tritum temporum sit: quippe quæ præterita complectitur, ut in Mose mundi fabricam iam olim factam describente. continet & præsentia, ut in Heliseo, qui vidit Giezi serui sui absentis sacrilegium, non minus, quàm si coram eo gestum fuisset. ambit & futura, quibus omnes prophetarum prædictiones latent. attamen totum fere prophetarum molimen in futura tedit: ex quorum certissima prædictione illa diuina in prophetis ipsis virtus elucet maxime, tâquam manifestarium Spiritus Dei per eos loquentis argumentum. futurorum enim prædictio, eorumque præsertim quæ de libero pendunt arbitrio præcipuum est diuinitatis indicium, iuxta illud Esaiæ propheta: Dicite nobis quæ futura sunt, & dicemus, quod dixistis vos. Ait itaque Dominus Abrahæ: Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subijcient eos seruituti: & affligent quadringentis annis. Quatuor in primis hoc loco digesta sunt quæ iustos vexare solent: peregrinatio, subiectio, seruitus, & afflictio. nepe malum quoddam haud leue est peregrinari: peius peregrinatio alienis subijci: pessimum vero misera premi feruitute. quid dicam in ipsa seruitute maligno dominorum odio vehementer affligi: nonne hinc facile cognoscitur, quàm verum sit illud Pauli: Omnes qui pie voluit viuere in Christo

Psal. 39. Act. 5.

Esai. 41.

2. Tim. 3.

persecutionem patiuntur. Nō dubium quin Hebraei ab Aegyptijs, id est, a qui ab iniquis, prohi ab improbis, pij ab impijs inter quos peregrinantur, violenta tyrannide subijciuntur: miserabili seruitute opprimuntur: & sexcentis calamitatibus affliguntur. Et tamen hęc omnia iusti e quo animo tolerāt propter eum, qui subiecit eos in spe, expectātes libertatem filiorum Dei. Quod autem vltimo ponitur, Quadringentis annis, hystorologia est qua dies illi figurā frequenter fit in Sacris literis, vt id quod vltimo loco ponitur, non ad propinquius, sed ad id quod remotius est cōmodē referatur, quale est illud Psalms: Venite, & audite, & narrabo vobis, omnes qui timētis Deum, quæ fecit animæ meæ. Ordo enim est. Venite omnes, qui timētis Deum: audite: narrabo vobis, quanta fecit animæ meæ. & illud alterius Psalms, Quousque irruis in hominem: interficis vniversi vos: tanquam parietī inclinato, & maceris depulsæ. hoc vltimum ad primum, non ad mediū est referendum: vt sit orationis contextus, Quo usque irruis in hominem, tanquam in parietem inclinatum, & in maceriam depulsam: deinde sequatur, Interficis vniversi vos: quod tanquam ἐπιφώνημα fuerat interpositum, Ergo quod in hoc loco scriptum legitur, Quadringentis annis, non est referendum ad seruitutem. quoniam Aegyptijs nullatenus Hebraei ducentis annis, nedum quadringentis seruerunt: sed hi quadringenti anni referri debent ad eam peregrinationem, qua semen Abraham peregrinatum est ab Isaac natiuitate vsq; ad reditum filiorum Israel ab Aegypto Mose duce. Igitur est recta literę huius series. Peregrinum erit semen tuum in terra non sua quadringentis annis. Porro hic Abraham semen est accipiendum Isaac filius eius: non autem Ismael, nec Esau. tum quia in ferius dixit Deus Abraham, In Isaac vocabitur tibi semen: tum quia, nec Ismael, nec Esau peregrinati vnquam fuerunt. alter enim possedit desertum Pharan, & in eo quietus habitauit: alter autem tenuit montem Seir, a quo nunquam recessit. At Isaac & Iacob, eiusque filij, atque posteri multo quidem tempore, peregrinati sunt in terra non sua. in primis enim peregrinatus est Isaac, & filius eius Iacob in terra Chanaan, donec hic in Mesopotamiam deuenit, in qua Iacob moratus est donec in Chanaan terram regressus est. deinde mansit in Chanaan, quousque in Aegyptum descendit, in qua detenti fuerunt Israelitæ, donec a Deo inde liberati

*Psal. 65.*

*Psal. 61.*

Chananaam duce Deo repetuerunt. quam eandem habitatoribus ipsius, partim exclusis, partim interfectis, iure suo, tanquam Domini, possiderunt. Supputantur autem hi quadringenti Hebraicæ peregrinationis anni ab Isaac natiuitate in hunc modum. Centesimo enim ætatis Abraham anno Isaac natus est: qui genuit Iacob, cum esset annorum sexaginta. descendit autem in Aegyptum Iacob, cum annos centum & triginta natus esset. quibus si addas annos ducentos & decem, per quos totos filij Israel in Aegypto manserunt, quadringentorum annorum summa surgit, constatque. At dicitur e contrario quispian. Exodi capite duodecimo scriptum est Habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorum: quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti. Ad hunc nodum dissoluendum confert illud, in primis nullatenus tot annis, id est quadringentis & triginta, filios Israel Aegyptum habitasse: attamen iuxta idioma Hebraicum subintelligenda est hoc in loco præpositio vsque: vt sit sensus, mansisse filios Israel in Aegypto vsque ad annum quadringentesimum trigessimum. sicut & Deuteronomij secundo capite, Tempus autem, ait, quo ambulauimus de Cades Barne vsq; ad transitum Zareth triginta & octo annorum: subaudienda est eadem præpositio, vt sit sensus, vsque ad triginta octo annos. tot enim anni fluxerunt ab exitu filiorum Israel de Aegypto, quo usque torrentem Zareth pertransierunt. Iam vero quæras. Vnde computandi sint hi quadringenti anni, de quibus nunc agitur? Nēpe ab exitu Abraham de Aran, quando cum illo Deus primum pactus fuit. ex eo enim tempore vsque ad Isaac natiuitatem triginta anni, neque plures, neque pauciores computantur. Ad quod planè firmadum plurimum faciunt Apostoli verba, quæ ille in epistola Ad Galathas tertio capite posuit: Abraham dixit, Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno Et semini tuo, qui est Christus. hoc autem dico testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadringentos & triginta annos data est Lex non irritum facit ad euacuandas promissiones. Denique constat, Legem datam fuisse mense tertio eiusdem anni, quo filij Israel Aegyptum reliquerunt. Aduertendū quoque, filios Israel haud toto tempore quo in Aegypto mansere seruituti fuisse obnoxios & afflictos. nam primis centum & decem annis vi-

*Exod. 12.*

*Dent. 2.*

*Galat. 3.*

uentē Ioseph, eiusque, fratribus vsque ad mortem Chaaah, qui anno ceterimo duodecimo a descēsu in Aegyptū mortuus est, Israelitæ Aegyptijs in precio habiti sunt: donec surrexit alius rex, qui non cognoscebat Ioseph: qui eos graui seruitute oppressit: & per inhumaniter afflixit. Fueruntque huiusmodi calamitati subiecti quousque Moses annum vitæ suæ octogesimum ageret: per quem autore Deo liberati sunt. Seruierunt igitur Israelitæ miserabilem illam seruitutem Pharaonibus centum dumtaxat annis. Hęc nos pressus in hunc locum coegimus, quæ omnia multo pluribus apud Abulensem pertracta inuenies. Quæritur quod fuerit illud crimen propter quod tam graui seruitute oppressi fuerunt? An fuit crimen illud pessimum, de quo Ioseph fratres suos apud patrem accusauit? An quia filij Israel fratrem suū Ioseph crudeliter & impie Ismahelitis in seruum distaxere? an quia omnino contra fas & ius Sychimitas iam de more circumcisos, iam vnus veri Dei cultores efferatis animis inclementer trucidauerunt. An quia mortuo Ioseph, eiusque fratribus a vera vnus Dei cultura ad Aegyptiacas superstitiones dilabi, & portentosa illa Aegyptiorum idola colere cœperunt: id quod vel certe ex eo constare potest, quod eorum filijs iam iam in promissam eis terram introducēdis Iosue præcepit, Auferite Deos quibus seruierunt patres vestri trans flumen, & in Aegypto. hinc & Ezechiel propheta super eodem acelere tradit, dominum illis in hunc modum præcepisse, Et dixi ad eos, Vnusquisque offensiones oculorum suorum abiciat, & in idolis Aegypti nolite pollui: Ego dominus Deus vester. Et irritauerunt me, noluerunt me audire. vnusquisque abominationes oculorum suorum non abiecit: nec idola Aegypti proiecerunt. Et dixi, vt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis in medio terræ Aegypti. Et feci propter nomen meum, hoc est: quod facere cogitabam propter iustitiam, vt filios Israel omnino delerem, non feci propter clementiam, pepercique eis, ne pollueretur nomē meum: & viderer non posse complere, quod Israeli promiseram. & hoc est quod subdit, Vt non violaretur coram gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educrem eos de terra Aegypti. Non itaque totam iram effudit Deus super Israelitas, vt eos penitus deleret: sed stillam iræ suæ in eos ipsos influxit: vt miserima seruitute pressi ad dominum conuerterentur, eiusque auxilium ex-

*Exod. 1.*

*Testudus.*

*Ios. 5.*

*Ezech. 20.*

peterent: expetentes misericorditer exaudiretur: exauditi facile liberarentur. Peccatum itaque idololatriæ fuit illud, ob quod filij Israel Aegyptiæ seruituti fuerunt additi. Sed Israelitas, tanquam filios, dominus ea seruitute castigauit: Aegyptios vero, velut hostes, damnauit: & perdidit. Et hoc est, quod vt tantum Patriarcham super tanta posteris suis obuetura calamitate soletur Dominus. Infert.

Veruntamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo.

Quam gentem? Aegyptiam nempe. huic enim illi seruierunt. Quid autem est, Ego iudicabo, nisi damnabo, puniamque. Iudicare dicitur enim Deus, quos punit: quia, nec iniuste, nec temerè, nec fortuito: sed iuste, & prudenter, & probè eos damnat, perditque. At hinc quæstio quædam minime dissimulanda nascitur. Cur Deus Aegyptios tam dure punierit, cum ipsi Aegyptij tanquam Dei ministri, vltionisque diuinæ executores Israelitas afflixerunt? Idcirco nempe, quoniam Aegyptij in affligendis Hebræis nullum tenuere modum: vltionemque alioqui iustam malo, prauoque animo exequentes: noua in humanitate sæuientes Hebræorum infantes nuperrime natos Niliacis aquis obruebant: ideoque vt prouerbio fertur, Par pari eis autore Deo relatum est: dū Aegyptij Hebræos insequentes Mari rubro summersi perierunt. De eiusmodi crudelitate interdum quæritur Deus in eos, qui puniendis in peccatoribus nullum temperamentum adhibent. hinc apud Zachariam: Zelatus sum Hierusalem zelo magno: & ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum: ipsi autem adiuuerunt in malum. Tale est quoque illud Esaiæ: Iratus sum super populum meum: contaminaui hæreditatem meam: & dedi eos in manu tua. non posuisti eis misericordiam: super senem aggrauasti iugum tuum valde: & dixisti, In sempiternum ero dominus. non posuisti hæc super cor tuum: neque recordata est nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & quæ habitas confidenter, quæ dicis, Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Venient tibi hæc duo subito die vna: Tale enim est hoc, ac si rex committat filium suum pædagogo erudiendum, castigandumque: atque is in castigando regio puero sic excedat, vt mutilet, aut membrum aliquod frangat, aut aliud. quodpiam illius

*Zachar. 8.*

*Esai. 47.*



saluti nocentum inferat. iure nanque dabit ille patri pueri regique tantum poenarum, quantum in puero regio puniendo excesserit: & profecto meritissime: quia ille non tam ratione ductus, quam perturbatione præceps ei flagellum adhibuit. Quid? quod & si iustum esset Israelitas ab Ægyptijs affligi: hi tamen illos iniuste affligebant, quia domini sententiam de eisdem affligendis nesciebant. Quamuis enim, diuino decreto quispiam morti sit addicendus, quam diu id ipsum later, neminiq; est illius cædes demandata, nulli eum occidere licet. Quod si aliquis iniustus talem occiderit, homicidij reus habebitur. nam quamuis impius tradente eum Deo in occisoris manus ob peccatum suum moriatur: nihilominus tamen illius sanguis de homicidæ manu requiretur: quod eum occiderit, quem nesciebat à se iure occidendum esse. At verò, si cui cœlesti decreto demandatur, siue alicuius peccatoris interfectio, siue cuiuspiam urbis excidium, id exequendo, non solum ille non peccat: sed etiam ab imperante Deo mercedem sibi promeretur. Sicut Iehu interimendo Ioram Samariæ regem, totaq; domum eius iuxta dominicū imperium omnino delendo, sibi, suisq; posteris regnum ad quartam vsque ad generationem possidendum promeruit. Promeretur, inquam, à Deo mercedem, modo id exequatur, tanquā Dei vindicem: non autem, vel odio, vel avaritia, vel alio quouis prauo affectu incitat. alioqui iniuste faciet, licet iustissimum sit id, quod facit. quoniam, sicut iustum est reum puniri: ita nequaquam oportet, Dei vindicem eum iniqua mente punire. Scriptum est enim, Quod iustum est, iuste exequere. Quare optimo iure culpatur, & puniendus arguitur Assyriorū rex: eo quod, & si Domini iussu, deprauatissima tamen intentione, & immaniferritate filios Israel vltus fuerit: sic Deus illi apud Esaiam interminatur: *Virga furoris mei: & baculus ipse est: in manu eius indignatio mea: ad gentem fallacem mittā eū: & contra populum furoris mei mandabo illi ut afferat spolia, & diripiat prædam: & ponat illum conculcationem, quasi lutum platearum. ipse autem non sic arbitrabitur: & cor eius non ita aestimabit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad internitionem Gentium non paucarum. dicet enim, Nunquid non principes mei simul reges sunt? Nūquid non, sicut feci Samariæ, & idolis eius: sit faciā Hierusalem, & simulachris eius? & erit, cum impleuerit dominus cuncta opera sua in mō-*

4. Re. 10.

Deu. 16.

Esa. 10.

te Sion, & Hierusalem: visitabo super fructū magnifici cordis regis Assur, & super gloriā altitudinis oculorum eius. Nec solum rex Assyrius, sed Babylonius quoque eadem de causa punitus est, Domino apud Hieremiā dicente, O rex dispersus Israel: leones eiecerunt: primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis. propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum Deus Israel: Ecce ego visitabo regem Babylonis, & terram eius: sicut visitaui regē Assur: & reducam Israel ad habitaculū suū. Ex quo compertum est, reges, tam Assyrium quam Babylonium poenas dedisse, quod Israelitis prauo, maloq; animo grauiora intulerint damna, quam par erat: esto quod noverint esse se concitatos, missosq; ab ipso Deo ad puniendos filios Israel, dicente Nabuzardan principe Babylonij exercitus ad Hieremiam, Dominus Deus tuus locutus est malum contra locum istum: & adduxit: quoniam peccastis Domino. Quod si Assyrij atque Babylonij ferē ad extremam vsque internitionem correpti sunt, quod in affligēdis Iudæis modum non seruauerint, quamuis eos diuino decreto sibi comperto afflixerint: quanto magis Ægyptij eiusmodi poenas luere debuerunt, qui diuinum de fatigandis Israelitis decretum ignorantes eos grauissimē excruciauerunt? Denique pium est, ut quisquis vindicem agis, sis humanitatis memor: multoq; sis promptior ad parcendum, quam ad puniendum: ad temperādum flagellum, quam ad sæuendum. &, ut ait sanctus Iob, Visitans speciem tuam non peccabis. est enim pergrata summo rerum omnium principi elementia, per quam homini homo, quantum fas & iura sinunt, libenter ac probe ignoscit. Denique non solum puniendos Ægyptios, sed esse quoque locupletandos Hebræos prædicit. de quibus adiungit.

Hier. 50.

Hier. 39.

Iob. 5.

Et post hæc egredientur cū magna substantia. Punitis igitur pro suis meritis Ægyptijs decem illis plagis, Rubroq; mari obrutis, promittit Deus Abraham, posteros eius tot, tantisq; iā calamitatibus, velut argentū igne purgatos regressuros ab ipsa Ægypti fornace in Chananeā regionē sibi promissam maximis preciosissimisq; opib; onustos. Id qd & rei probauit euentus. Nā postea exētes de Ægypto. sumo rerū iudice iubēte atq; fauēte, vniuersas fere Ægyptiorum diuitias conuasarunt. nec id iniuria. nam debebantur ea omnia,

non

non tantum contumelijs Hebræis illatis ab Ægyptijs: sed etiam laboribus, sudoribusq; quibus eos exercuerant. completumq; est illud prouerbij: Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet: & simplices possidebunt bona eius: Sed & ad Abraham inquit.

Prover. 8.

Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.

Chryso.

Absolutis igitur, his que ad Abraham semen pertinebant, multa infert Dominus, quæ patriarcham ipsum tangant. Et primum, ut ait Chrysostomus, Tu autem abibis. non dixit, Morieris, sed Abibis, quasi peregrinaturus eo & migraturus à patria in patriam. Abibis inquit, ad patres tuos. non carnales dicit: vel quomodo: incredulus enim erat pater eius: & non erat possibile ut eundem locum caperet, quem ille. Chasma enim inquit, magnum est inter nos & vos. Quare dixit Ad patres tuos, iustos insinuās: ut eos, qui apud Abel, & Noe & Enoch manent. Prædicit itaque eum iturum ad eum locum, in quem piorum animæ colligebantur, expectantes eum, qui ascendēs in altum ducturus esset captiuam captiuitatem, ac subinde in cælum illaturus. Denique locus ille in quem piorum animæ conueniebant, sinus Abraham dictus est ob ingentem Patriarchæ fidem: cui lux perpetua, conspicuaque stellarum ostensione promissa est possidenda. Pollicetur itaque Deus illi, abiturum eum ad patres suos, id est, maiores suos pietate, iusticiaq; præstantes. à toto enim parte intelligit insigniorem, hoc est, iustorum animas. Quod autem addit, In pace, eā profecto pacem insinuat, de qua rex Dauid inquit: In pace in idipsum dormiam & requiescam: quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. hæc enim est illa spes gloriose resurrectionis, ob quam expectatam fuit sanctis patribus magna cura sepulchri. nō vti que ut sepulchra sua ambitiose exornarent, sed honeste componerent, pientissimē proficientes solidam illam expectationem, quam habebant de repetitione corporum. que quidem corpora in vnam, eandemq; animarum glorificandarum felicitatem essent aliquando admittenda, coaptandaque. Certissima nanque fide maiores illi iam tunc tenebant illud Pauli: Sicut per hominem mors, ita & per hominem resurrectio mortuorum. Quare nō ociosè Deus, cum Abraham agens, sepulture meminit. nec enim ab re hominum corpora

Luc. 16.

Psal. 4.

1. cor. 15.

sepeliuntur: non item brutorum. Etenim humanis mentibus occultus quidā sensus inest, quo homines instincti vltimam corporū resurrectionem prælagire videntur. Inde illis curā est tanta eorum quæ hac vita defunctos sequuntur. Quod autem addit, In senectute bona, innuit, illum numerosa bonorum operum multitudine hac vita defuncturū ad ætatis suæ numerum: pariq; præmiorum copia alia vita fruiturum. hæc est enim bona, & cunctis peroptanda senectus, per quam morum sanctitate, meritorumque plenitudine referta hominis vita clauditur, iuxta illud sapientis: Canicies venerādo, non diturna, nec annorum numero computanda. cani sunt sensus hominum, & senectus vita immaculata. Sap. 4.

Generatione autem, ait, quarta reuertetur huc. Sanè generatio hoc in loco ad tempus referri potest, & ad personam. Si igitur ad tempus referatur ea constat centum annorum spacio, quarta itaq; generatiōe reuersi sunt filij Israel ab Ægypto in terram Chanaan: quia completis quadringentis annis illinc huc redierunt. Quod si generatiō ad personas referenda sit, quarta item generatiōe ab Ægypto egressi Paletinam repetiuerunt. Supputantur autē hæc quatuor generationes à Iuda filio Iacob vsq; ad Caleb ipsius Iacob pronepotem hoc quidem pacto. Iacob genuit Iudam: Iudas autē genuit Phares: Phares autem genuit Efron: Efron autem genuit Caleb, qui cū Iosue promissionis terram primus ingressus est. Quod autem Septuaginta interpretes tradiderunt, quinta generatiōe fuisse illos ab Ægypto reuersos, non est superioribus contrarium, sed diuersum. Nam si per sacerdotalem lineā hæc numerentur generationes, in quinarium numerum facile peruenitur. Iacob enim genuit Leui: Leui autem genuit Caath: Caath autem genuit Amram: Amram autē genuit Aaron: Aaron autem genuit Eleazarum, qui terram promissionis ingressus cum duce Iosue Israeliticis eam tribubus diuisit. Legit Hieronymi libellum ea de re ad Damasum scriptum. Hieron.

Quod autem sequitur. Necdū enim completæ sunt iniquitates Amorraeorum. Sunt qui ad Amorraeos quartam generationē referant: in qua quidem completa erant eorum peccata: quibus completis continuo forent excidēdi & à Chananeā regione excludendi. ut qui prioribus generatiōibus ad pe-

O 5 nitē



**Exo. 20.** nitentiam expectati Dei misericordiam contempserunt: in quarta prorsus interiret, iuxta illud quod in Exodo ipse Dominus inquit: Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. Nempe, ut Hieronymus pulchre differit, in tertia & quarta generatione peccata patrum se Dominus comminatur in Lege filijs redditurum, non iniquitate iudicij, ut alij peccent, & alij puniantur: sed magnitudine clementiae dum semper expectat poenitentiam: & quod in prima generatione delinquitur, non prius corripit & emendat, nisi tertia & quarta generatione veniat. Tale quid & Apostolus loquitur ad Romanos: An diuitias bonitatis eius & sustentationis & patientiae contemnis, ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? secundum duritiam autem tuam & contumaciam impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique iuxta opera sua? Concinne autem tam Israelitis, quam Amorrhæis quarta prodebat generatio, in qua & Israeliticis assiduis calamitatibus indies etiam atque etiam purgabantur, & Amorrhæi cum turpioribus, tum frequentioribus sceditibus polluebantur: implebaturque, in vtriusque, illud Apocalypseos: **Apo. 22.** Qui iustus est, iustificetur adhuc: & qui in fordidus est, sordescat adhuc. Ex quo merito euenit, ut eodem tempore, tum Israelitarum purgatione, tum Amorrhæorum iniquitate completa, hi Deo perosi vincerentur, subijcerentur, premerentur, exterminarentur, ferirentur, occiderentur: illi vero Deo chari eriperentur, fouerentur, prosperarentur, exaltarentur, victis hostibus promissa terra potirentur. Denique Amorrhæos esse septem Chananæis populis, qui paulo post nominatim digeruntur, singulariter Scriptura notauit, non quod illi soli essent peccatores: sed quod superiores essent cæteris, cum armorum potentia, tum peccatorum libidinumque, impotentia, & lasciuiores, & improbiore. Porro multa ex hoc loco percõmoda docemur. Primum quidem, æternum iudicem in puniendis peccatoribus neuiquam culpæ poenā præmittere: sed subdere, vel cuique propriam, vel omnibus communem, illam videlicet originalem. Secundum docemur, diuinam clementiam, vel hoc præcipue erga mortales elucere, quod non statim ob alterum, atque alterum crimen, quamlibet graue, peccantem de medio tollit: quauis quolibet lethali peccato præsentaneam mortem, extremamque damnationem homo mereatur: sed dat illi Deus poenitentiae locum, quia, Non

vult mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & viuat. Discimus & hinc aliud, esse quãdam scelerum plenitudinem, ad quam cum peccando peruentum fuerit, euestigio iuxta Euangelicam parabolam æquissimus rerum arbiter vitionis falcem summittat, ut in fructuosam arborem succidat: ac perinde peccator iam non effugiat damnationis sententiam quam longo tempore commisit fuerat: quomodo per Ezechielum Dominus comminatur dicens: Venit tempus, prope est dies occisionis. Vnde & Dominus ad Iudeos, Et vos implete mensuram patrum vestrorum. ac si dicat: Quod illis desuit ad maiorem summam, vos implete. Illi interfecerunt seruos: vos Dominum crucifigite: illi prophetas, vos illum qui a prophetis predicatus est, scilicet ut tandem veniat super vos excidium extremum. Denique liquet & illud, voluntatum cultoribus hanc perfectoriam vitam, quam tantopere amant, coluntque, eò citius intercipi, quod magis grauiora grauissimis peccatis addere festinant, iuxta illud Psalmi quinquagesimi quatuor: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Attende obsecro candido lector, quam eleganter diuus Hieronymus his, quæ modo scripsimus, subscribat. Humanæ, ait, breuitas vitæ damnatio delictorum est: & in ipso sæpe lucis exordio mors secuta nascentem, labentia quotidie in vitia secula proficitur: nam cum primum paradisi colonum viperinis nexibus præpeditum coluber deduxit ad terras, æternitas mortalitate mutata in nongentos & amplius annos secundam quodam modo immortalitatem maledicti hominis distulerat elogium. exinde paulatim recrudescens peccato totius orbis naufragium gigantum adduxit impietas: post illud, ut ita dixerim, purgati baptisma mundi in breue tempus hominum vita contracta est. hoc quoque, spaciū sceleribus nostris semper contra diuina pugnātibz pene perdidimus. quoniam enim quisque aut centenariam transgreditur ætatem, aut non ad eam sic peruenit, ut peruenisse poeniteat, secundum quod in libro Psalmorum Scriptura testatur. Dies vite nostræ septuaginta anni: si autem multum, octoginta: quicquid reliquum est labor & dolor. Hæc ille. Sed nos ad ulteriora exponenda pergamus.

Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa: & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis

transiens inter diuisiones illas.

In narrato Dei oraculo repetit Moses, immo replicat superiora, ut aptius sequentia committantur. namque ante oraculum, & facta est illa tenebrosa caligo, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Idcirco hæc eandem habent cum superioribus intelligentiam tam de aduerso, quam de prospero seminis Abrahamæ successu, quod autem additum est, lampadem ignis per medias illas hostiarum diuisiones pertransisse, in lampade ignis Deum præsentem, in clibano fumante acceptum sacrificium, in transitu intellige fœderis eternitatem. nam antiquis olim is erat mos paciscendi, pactaque firmadi. se eundem quod scriptor hic sacer subiungit dicens. In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abraham.

Ipsum denique nomen τετραγραμματος hoc in loco positum est, ut confundantur illi, qui nefaria impietate prouidentiam negantes de ipso Deo inquit: Circa cardines cœli perambulat, nec nostra cõsiderat. Quin etiam Dominus ideo quædam per se & absque sanctorum angelorum ministerio, ut quidam tradit, operatur: ut mortales doceat, se rerum humanarum curam habere, & quidem magnam atque peculiarem. Et quid mirum? quod in homine promouendo multa per se olim gesserit, qui aliquando esset homo futurus, ut hominem deificaret? Astipulatur & huic sententiae doctissimus Hieronymus exponens sic illud Ezechielis dicentis: Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego ad te mons Scir. scilicet, non mittam angelos, nec alij vtar ministris: sed ipse ad te veniam: & extendam manum meam super te, & cætera.

In illa igitur die pepigit Dominus cum Abraham fœdus dicens: Semini tuo dabo terram hanc.

Superius ostendimus, ius quoddam in hanc terram, non autem possessionem Abraham fuisse datum, quam eius posteris Dominus se daturum iterum hic pollicetur. non tamen nunc addidit. In sempiternum. quoniam hæc ad Israeliticum populum proprie pertinent. qui non perpetuo Palestinam possessurus erat: qui ob sua ipsius scelera & ante aduentum Christi ex parte & postea ex toto, scilicet ab hinc mille

quingentis annis iam ab illa penitus exulatum nunquam eam reperiturus. Ad quod illud non parum facit, quod Deus cum hoc Patriarcha agens, bis tantum eum eo pepigit: nequaquam autem tertio pactus est: scilicet, ut præsciret, posteros suos bis fore liberandos, ab altera atque altera captiuitate: prius Ægyptiaca, deinde Babilonia: non autem à tertia, quam nunc ubique gentium miserime premuntur. Quod autem addit.

A fluuio Ægypti vsque ad fluuium magnum Euphratem,

Describit huius terræ terminos ab Austro & Occidente. Cæterum per fluuium Ægypti non vult intelligi Nilum flumen inter quatuor orbis totius fluuios celebratissimum. quia nec vsque ad illum Chananææ terræ fines extenduntur: nec temporaneus est: sed magno perenni que alueo fluit. hic autem non tam fluuius est quam torrens. id quod ex Esaiâ constat dicentis: Et erit in die illa, percutiet Dominus ab alueo fluminis vsque ad torrentem Ægypti. Demum hic paruus fluuius, vel potius torrens, interfuit Ægyptum, & Palestinam, ubi est ciuitas Rhinocorura. At pro torrente Ægypti Septuaginta tam hic, quam apud Esaiâ, Rhinocoruram transtulerunt, non tam verba Scripturarum, quam sensum verborum exprimentes. Certè verbum Rhinocorura in libris Hebraicis non repetitur. Planè haud prorsus alienum ab instituto nostro esse arbitror, his adscribere ea, quæ de hac ciuitate Diodorus secundo historiarum libro tradit. Athisanes, inquit, Æthiopiū rex occupata partim vi, partim Ægyptiorum voluntate, Ægypto, latrocinia nouo more compescuit, fontes neque morte plectens, neque linguens impunitos: eorumque iudicio constituto conuictos omnes in unum coactos miti supplicio afficit. amputatis enim naribus in vltima deserti abire coegit, compulsi que ibique ciuitatem condidit ab excisis naribus Rhinocoruram appellatam. Ea in Ægypti, Arabiæque, sinibus haud procul à mari sita omnibus vitæ comodis caret. nam omnis vicina regio salsa est, & intra menia vnicus puteus atque inutilis, utpote aqua gustu amara. hæc ille. Denique explicat Abraham decem gentes Chananæam regionem obtinentes

Cinæos, videlicet, & Cenezaos, Cethmoneos & Ethæos, & Pherezeos, Raphaim quoque & Amorrhæos,

Exo. 18.

Luca. 2.

Ezech. 7. Matt. 23.

Psal. 54. Hiero.

Iob. 22.

Hiero. Ezech. 35.

Psal. 89.

Esai. 27.

Diodor.

morraeos, & Chanaanos, & Gergaeos, & Iebusaeos.

Alibi addit, Euzeos. Enimvero neutiquam tota harum undecim gentium terra solis Israelitis in sortem tributa est. nam & filij Loth, Moabite scilicet & Ammonitae duas illarum fortes tenuerunt. tertiam vero Esau. Israelitis itaque septem tantum eius regionis portiones relictæ fuerunt, nam Raphaim cum Amorreis sunt computandi. Sic demum iuxta Dei prædictionem euenit, ut cunctam omnium illarum gentium regionem Abrahamæ posterii possederint. Ex quibus omnibus filij Israel septem duntaxat populos alibi frequenter enumeratos subegerunt: & à suis sedibus excluderunt. Animaduertendum & illud, non semel, sed pluries dominum fuisse pollicitum Abrahamæ hanc terram sibi possidendam. nam primum ei dixit: Semini tuo dabo terram hæc ostenditque ei tunc haud omnem terram Cha-

Supr. 12.  
Supr. 13.

naan: sed eam solum, in qua tunc temporis ille manebat. Deinde iterum eidem dixit: Leua oculos tuos, & vide ad Aquilonem, & Meridiem, Orientem, & Occidentem: ut videret vniuersas eas regiones sibi tribuendas: nec dum tamen earundem terminos exposuit. Denique declarauit ei ipsius terminos terre porrigi à fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphratem. expressit & nationes delendas Israelitis eandem regionem intrantibus. Hinc demum discimus pro meritorum incrementis Deum præmiorum augmenta proferre: Sicut & in Paulo, qui & si gratia Dei erat id quod erat: tamen quia gratia eius in eo vacua non fuit, indies nouis meritis crescebat: eique maiora quotidie munerum augmenta à Christo addebantur. nec enim Paulus erat tantus à suæ conuersionis principio, quando excipendas existimauit cathenas, quantus fuit postea, dum gloriabatur in illis.

1. cor. 15.

Caput decimum sextum.

Igitur Sarai vxor Abrahamæ non genuerat sibi liberos.

Emphasim magnam habent verba, quod post tot promissiones, & post inita pacta adhuc sterilis manet Sarai, & Abraham filium nondum habet: quasi omnia prædicta tantum verba fuerint, adeo modo lætis, modo duris Patriarchæ Deus exercebat, ut senis fides magis inlasceret. non enim dilatis promissis turbabatur ratione: non commouebatur mente. sed mansit immotus & inflexus credens potentiam promittentis. Quid autem est, quod non generat sibi liberos? nisi quod non pepererat Abrahamæ filios: nam pro eo quod est in Latino Sibi, in Hebræo est *l'lo*, hoc est, illi genere masculino. Dicuntur enim vxores non tam sibi, quam suis maritis liberos generare. sicut & tellus, non tam sibi, quam sui colonis fruges, fructusque germinat: generatio enim in Scripturis sanctis, viris potius, quam foeminis adscribitur: quorum vi genitura maxime perficitur. nam in adiutorium viri facta est mulier, videlicet ut virile semen genitali

aruo exciperet, foetumque foueret. id quod si solus vir prestare posset, foemina maxima parte superesset. Cæterum ubi Dominus per Esaiam prophetam Iudæis, etiam inuitis, pollicetur, se daturum signum illud omnium maximum dicens: Ecce Virgo concipiet, & pariet nulum, & vocabitur nomen eius Hemanuel, nulli viro generatio adscribitur: quia non ex virili semine erat virgo conceptura: sed omnia foeminae tribuuntur, quod concipiat, & sit prægnans, quod pariat: hinc sane est, quod Angelus Zachariæ dixit: Et Elisabeth vxor tua tua pariet tibi filium. At non ita ad sanctum Ioseph virginis Mariæ sponsam: sed ait, Quod in ea natum est de Spiritu sancto est: pariet autem filium, non dixit Tibi, sicut Zachariæ: sed simpliciter Pariet. Quoniam Elisabeth peperit Zachariæ filium, ex quo conceperat: Maria autem neutiquam filium genuit sancto Ioseph, quia de illo haud conceperat: sed toti misit quod virgo beatissima filium genuit, cuius gratia

Esai. 7.

Lucæ. 1.

Matt. 1.

tra iuxta benedictionem Abrahamæ dictam in omnes gentes effusa. Sarai igitur non genuerat filios. sed,

Habens ancillam Aegyptiam nomine Agar, dixit marito suo: Ecce concludit me Dominus, ne parerem: ingredi ad ancillam meam, si forte saltem ex ea suscipiam filios.

Habebat, inquit, Sarai ancillam, non Abrahamæ ex verbo enim Hebraico foemineo, clare constat, non Abrahamæ, sed Saræ hæc ancillam esse vel certe attribui: nec id mirum. nam in domo ampla, & bene constituta, non solum ministrorum opera pro suo cuique officio distributa sunt: sed etiam ministrantium personæ congrua quadam ratione sunt discretæ, suisque dominis peculiaribus officijs accommodatæ, viris nempe serui, vxoribus autem ancillæ: ut quorum domesticæ rei partes sunt diuersæ, distincta sint & mancipia. sic enim & optimus gubernandæ domus ordo facile seruetur, & ministrantium dissidia, iurgia, litesque intercipiuntur: coniugales item contentiones, & amarulenta illa suspicio, quæ ex communi mancipiorum abusu coniuges frequenter sollicitare solet, haud dubie prorsus intercluditur. Nec mirandum est, hunc in materiali domo distribuendæ familiæ modum teneri. Si quidem & in domo Dei spirituali, quæ est eius Ecclesia egregius ille spiritualium munerum dispensator diuinus proculdubio Paulus, alia viris, alia foeminis, alia patribus, alia filijs, alia seruis, alia dominis, & in vniuersum diuersa diuersis officia congruenter admodum accommodat. Denique proditum est, ancillam Saræ fuisse Aegyptiam: putaturque, ex illis fuisse, quas Pharaon diuino numine percitus Patriarchæ donarat. Eratque, ait, ancillæ nomen Agar: quæ interpretatur Græce *παροικία*, Latine peregrinatio, siue incolatus: & re vera peregrinatur omnis ancilla, quandiu seruit, & si in solo natali maneat: quippe quæ non sibi, sed Dñe suæ adlaborat, & acquirit quicquid assiduo sudore lucratur: quod est non tantum sibi, quam alteri viuere: ei enim quisque viuere, cuius rerum satagit. En miseram seruitutem. At quanto miserius ea peregrinatur anima, quæ peccato seruit: ancillatur demoni, & à natali matris Ecclesie solo in quo Christus regenerata est, in longinquam terram abducitur: ut grauibus inolitæ prauitatis cathenis

Ephi. 6.  
Colos. 3.  
Cor. 12.

constricta, in tenebrisque & umbra mortis detenta miseram iniquis dominis seruitutem seruiat: donec calamitarum stimulis excita respiciatur: & tandem non modo à demoniacis simulacris, sed à vanis quoque elementis, & egenis ceremoniarum obseruationibus transferatur ad seruendum Deo viuenti, non iam in spiritu timoris, sed libertatis, in quo clamatur à iustis: Abba, pater. Sarai igitur dixit marito suo, anxia nimirum, quod marito suo, cui tanta Deus pollicitus fuerat, nullos liberos progigneret: attamen castissima pariter & religiosissima foemina non consulit demones, non adit magos, maleficis non abutitur, non denique alicui alteri furto sese subfert: id quod impudicarum vulgus mulierularum libidinis impotens in viros suos committere solitat. Sed religiosa Deo, fidelis marito, eidemque officiosa sterilitatem suam ingenue fatetur, & animi sententiam benigne aperit dicens: Ecce concludit me Dominus, ne parerem. Etenim idem Dominus Deus, qui fixit hominem de terræ limo, inspirauitque in faciem eius spiraculum vitæ, gignendi vim est eidem impartitus: reliquit tamen sibi arbitrium, & mares quosdam generando, & quasdam foeminas concipiendo in aptas reddere: ut ostenderet vniuersam hanc naturam molem sibi esse subiectam, suoque parere imperio, tum ut maiori miraculo hominem autorem sui moueat agnoscere, cui sit in proprio natura sterilem, gratia reddere fecundam. Quare Sara cum hæc ita se habere bene nosset, sapientissime concipiendi infirmitatem, non in fatum, aut naturæ ignauiam, aut in aliquod maleficium, extraneumque impedimentum: sed in ipsam rerum omnium conditorem retulit dicens: Concludit me Dominus ne parerem. Chryostomus. Quæta huic verbi emphasis est? quam ineffabile ostendit Dei potentiam & providentiam? Quasi diceret. Sicut nos aperimus, & claudimus domos: ita & Dominus in natura operatur: & suo præcepto claudit: & iterum, quando vult, aperit: & iubet daturam, quod suum est, operari. Erat itaque Sara sterilis, id est, infœcunda à natiuitate sua, quippe quæ bonam sæculi suam partem maritali consuetudine transegerat, necdum tamen conceperat. Cumque vidisset sese prono ætatum lapso ad eam delabi ætatem ad quam reliquæ tempestatis suæ progressæ restrictis mensuris à conceptu desisteret, propria prole desperat, sibi alienam optauit: ac subinde maritum suum, si Iosepho credimus, Deo præcipiente inuitauit, incitauitque, ut eum ancilla

Rom. 8.  
Gal. 4.

Chryost.

Iosephus

ancilla sua sufficiens sibi prolis gratia libenter atque bene congrederetur, dicens: Ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex ea suscipiam filios. Pudica valde matrona rem, etsi officio licita, natura tamen peccato vitata turpem honestissimo verbo admodum pudenter insinuauit, dum ait, Ingredere ad ancillam meam: & ne viri mentem causa subiret iniqua, euestigio æquissimam extulit: Si forte saltem ex illa suscipiam filios. Super quo Hieronymus inquit. Diligenter nota, quod procreatio filiorum in Hebræo ædificatio scripta est, legitur enim ibi, Ingredere ad ancillam meam, si quomodo ædificet ex ea. Et vide, ne forte hoc sit quod in Exodo dicitur, Benedixit Deus obstetricibus, & ædificauerunt domos suas, hoc est, filios generare. tunc enim parentibus domus ædificatur, cum filij nascuntur, ex quibus familia coalescat, quæ patris vita defuncti domum inhabitet. Ad quod respiciens Sapientis pulchre ait: Mortuus est, & quasi non mortuus est pater eius, reliquit enim filium similem sibi. At Manichæus ab re Saram calumniatus est, tanquam ad flagitium virum illexerit, idcirco subijciam verba, quibus eam à calumnia Augustinus defendit. Nequaquam Sara conscientiam suam flagicio coniugis miscuit quo ille suam libidinem turpi & illicita voluptate faceret: sed etiam illa naturali ordine filios volens, seque sterilem sciens ancillam vteri fecunditatem in usum iuris sui potestate licita vendicauit, non cedens viro concupiscenti, sed iubens obedienti. Neque hoc inordinata superbia. Quis enim nescit vxorem marito tanquam Domino, debere seruire? Sed quod ad membra corporis attinet, quibus sexus ipse distinguitur, Apostolus dicit: Similiter & vir corporis sui potestatem non habet: sed mulier: vt cum in ceteris actibus ad humanam pacem pertinentibus mulier viro debeat seruitutem, huius vnus rei, qua sexus vtriusque carnali forte discernitur, & carnali commixtione concernitur, similem in seipsum potestatem habent vir in vxorem, & vxor in virum. Prolem igitur, quam habere de se Sara non poterat, de ancilla habere voluit: ex eo tamē semine, ex quo & de se, si posset, habere desiderabat, nunquam hoc faceret mulier, si in corpore viri carnali concupiscentia teneretur. Zelaret potius pellicem non faceret matrem. Nunc verò sic propagandi voluntas pia fuit: quia concubendi voluptas libidinosa non fuit. Quod autem sequitur.

Cumque acquiesceret ille deprecanti.

Expressius in Hebræo habetur, Et obediuit Abram voci Sarai, videlicet marito suadentis atque vxoria modestia precantis, vt cum ancilla rem haberet, liberosque progigneret. Placet & hoc loco inducere defensionem Augustini contra Faustum culpantem sanctum virum, quod in reistiusmodi vxori suæ consentit. Ait itaque. Abraham, cum sibi videret non nasci filios, & tamen semini suo factam promissionem teneret, primò de adoptione cogitauit. hoc indicat quod cum Deo loquens ait de uernaculo suo, Hic meus hæres erit. tanquam diceret: Quia de me ipso mihi semen non dedisti, in isto comple, quod meo semini promissisti. Si enim semen cuiusque non appellaretur, nisi quod ex eius carne nasceretur, nec nos appellaret Apostolus semen Abraham, qui certe originē carnis ab illo non ducimus: sed imitationē fidei semē eius facti sumus, credentes in Christum, cuius caro ex illius carne propagata est. Tunc ergo Abraham audiuit à Deo, Non hic erit hæres tuus: sed qui exibit de vtero tuo, erit hæres tuus. Iam nunc adoptionis cogitatio sublata, cum de seipso semē speraret Abraham, restabat incertum, vtrum ex Sara, an ex alia: quod illi Deus occultare voluit: donec prius ex ancilla vetus testamentum figuraretur. Quid ergo mirum? si videns Abraham sterilem vxorem cupientem sibi prolem, quam parere ipsa non poterat, ex familia sua, & ex marito prouenire: non suæ carnali cupiditati cessit: sed conjugali potestati obtemperauit, credens, hoc Saram ex Dei nutu voluisse, qui iam ex se ipso illi hæredem promiserat: sed ex qua femina non prædixerat? Pro eo autem, quod sequitur.

Tulit Agar ancillam suam.

In Hebræo plenius multò legitur, Et tulit Sarai vxor Abrahamæ Agar Ægyptiam ancillam suam.

Post decem annos, quam habitare cœperat in terra Chanaan.

Omnia igitur hoc loco Saræ tribuuntur, quæ fatetur sterilem, quæ filios cupit habere vel eerte ex ancilla, quod à viro suo efflagitat, vt ad suam ipsius ancillam ingrediatur, quod manu propria ancillam ducit, eamque coniugi suo maritat. Denique vxor ipsa alteram addit vxorem: neque id temere, sed decimo anno ab eorum ingressu in terra Chanaan, id est, trigésimo à coniugio. Hinc disce quantum temporis præterierit, ex quo promissiones accepit. Statim enim vt Abraham in Chanaanam venit

venit regionem, at diuiti, Semini tuo dabo terram hanc: & tanto interuallo temporis absque pueris manserunt: & indes minus apta generationi Sara fiebat. Non ergo mirum, quod Sara muliebri imbecillitate districta desperarit conceptum, quæ tam longo temporis spacio maritali copulæ vacarat: nec tamen, aut adulescens, aut iunior, aut senior cœperat. Non autem marito suffecit ancillam, velut fornicariam quandam concubinam: hoc enim alienissimum erat, tum ab Abraham sanctitate, tum à Saræ modestia. Sed

Dedit illam viro suo in vxorem.

Vt ex legitimo, castoque coniugio legitima, castaque proles nasceretur: haud fornicaria. Nam, vt habes apud Oseam prophetam, qui iugilibus non intercedentibus sacris gignuntur, fornicationis filios Scriptura cœpellat. Quid Abraham? Nempe nequaquam libidine adactus, sed vxoris precibus compulsus alteram vxorem admittit: haud arripit. Nec enim eam ceu pellicem quandam, pristinae vxori superinducit: sed vt ex posteriore priori liberos gigneret. Tanta erat vtriusque castitatis amor, tanta seruandæ honestatis cura, tam denique primum in mutuam beneficentiam studium, tam acre viuendi Deo erat vtriusque votum: vt nihil agendum tentarent, quod summo rerum parenti acceptabile non censeretur. Denique Abraham, atque Sara Deo in coniugio placuerunt, sic, vt nunc virgines illi placent. non quod nuptias virginitati cœqueamus: sed quod tam priores, quam posteriores pie degentes pro suis temporibus æterno iudici maxime placuerunt. Erat enim illa prisca ætas nuptiarum potius, quam cœlibatus tempus: præfens autem virginitatis potius, quam coniugij tempus est. Iam verò insurges ex aduerso dicens, dari vitio Lamech secundam duxisse vxorem: at non item Abraham. quia ille tetra libidine percitus, hic autem officio inuitatus alteram duxit. Quid? quod Deus ipse, & naturæ conditor, & coniugij institutor vnâ vni tantum copulauit: Et Adhærebit ait, vxori suæ, tanquam vni: non vxoribus tanquam multis. Esto. Et idcirco fatemur multò cōuenientius esse naturæ rerum, vnum vnâ ducere, quàm plures. ea enim propter integra adhuc manente humana natura conditor ipse rerum vnâ duntaxat vni. i. Euam Adæ maritauit. At eadē hominis natura per culpam deprauata, eiusque immutata conditione, non fuit incongruum aut à ratione prorfus alienum, vt vir vnus pluribus coniugaretur vxoribus: quemadmodum

ea bona, quæ in priori illo originalis iusticiæ statu secundum naturam cunctis hominibus communia erant, in hoc posteriori statu deprauatissimo, milleque calamitatibus repleto secundum eandem naturam diuisa, alijs alia tributa sunt peculiari quodam iure possidenda. Sive ergo prius illi hanc vxorum pluralitatem esse licitam diuino reuelatu percepissent: sive ratione duce, sive mente diuinitus instincta illam admiserunt: constat viros illos iustos Deoque pergratos pluribus inducis vxoribus haud peccasse. Et sicut vir Dei Ambrosius inquit. Quando mos erat, peccatum non erat: concedebatur enim vxorum pluralitas, sicut & libellus repudiatorius ei temporii in quo nihil ad perfectum adduxit Lex. Enimvero Dominus noster Iesus Christus egregius humane nature instaurator summa autoritate prohibuit, nequis maritus priori viuente vxore secundam ducat. Non: & si prior illa repudiata sit, quod fuerit in manifestario adulterio deprehensa: ait enim, Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Hanc plane legem tam viro quam feminae ex æquo communem esse, quatenus secundas viuente vtrolibet coniuge nuptias cauendas decernit, sententia est Hieronymi viri cum doctissimi, tum sanctissimi. Assipulatur & Paulus huic sensui in epistolæ primæ Ad Corinthios capite septimo dicens. His autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere in nuptiam, aut viro reconciliari. Ceterum quomodo marito suo reconciliari posset, si maritus eius inter dissidendum aliam legitime duxisset: quæ doquidem Euangelica lex duas simul habere prohibet. Accedit & ad hoc id quod paulo post diuinus Paulus replicat: Mulier alligata est Legi, quanto tempore viuunt vir eius. Nam si mulier viro suo viuenti, conubiali lege adstricta est, quomodo potest ille, alteram ducere, cum sit eidem integrum priorem illam respicientem, & emendatam recipere? Interdum enim viro, præferim pio, ratio consultit, & charitas persuadet, eumque permouet, vt adulteram olim repudiatam, domoque pulsam, at verò ex animo poenitentem, vereque correctam ad se reuocare: ne illa desperata omnino reconciliatio, omni impudiciæ, omni que dilectæ, Concilij Mileuitani, cui Augustinus interfuit, hac de re decretum. Placuit, vt secundum Euangelicam, & Apostolicam disciplinam,

Hiero.

Exod. 1.

Ecl. 30.

Aug.

1. cor. 7.

Aug.

Ose. 1.

Ambro.

Mat. 19.

1. cor. 7.

Cœc. Mil.



nam, neque dimissus ab vxore, neq; dimissa à marito alteri coniugantur: sed ita maneat, aut sibimet reconcilientur: quod si contempserint ad poenitentiam redigatur. in qua causa legem imperialem petendam promulgari. Vides, vt grauissima sacri Concilij autoritas hoc praescriptum tam Apostolica, quam Euangelica sanctione constare asserat. Cui suffragatur quoque Summus pontifex Innocentius huius nominis tertius in epistola Decretalis, cui est titulus De diuortijs octauo capite. Denique valeant, qui aliter hac de re, ac perinde perperam sentiunt. Sed iam ad virum iustum reuertamur.

Innoce. 3

Qui ingressus est ad eam.

Scilicet Abraham ad ancillam Agar. At caetera Scriptura sancta, cuius omnes sermones sunt castissimi, honestissime tacens, legentibus subintelligenda reliquit. Enimvero, vt iterum eadem in re Augustini verbis utar, nulla est hic cupido lasciuiae, nulla nequiciae turpitudinis: ab vxore causa prolis ancilla marito traditur: à marito causa prolis accipitur: ab utroque non culpae luxus, sed naturae fructus exquiruntur.

Aug.

At illa, concepisse se videns, despexit dominam suam.

Fuit enim nouo conceptu ancilla in dominam suam insolens: quoniam existimauit magnificam illam promissionem à Deo Patriarchae factam, posthabita Sara, in se vnam recidisse. Quippe quae domino suo iam marito filias esset paritura. Chrysostomus. Ille enim ferme seruorum mos est: vt, cum parum prosperitatis eis aspirauerit, nequeant intra suos limites manere: sed statim sui ordinis obliuiscantur: & in ingratitude propensi sint. Id quod & huic ancillae accidit. Nam vt vidit vteri facinorae, neque dominam admirabilem honestatem, neque suae conditionis vilitatem cogitauit: sed inflata & superbiens contempsit dominam, quae illam tam commendatam habebat, vt & in viri thalamum admitteret. Porro in Hebraeo non solum scriptum est, Contempsit dominam suam: sed adiunctum quoque est, In oculis suis. idque valde congruenter additum esse putarim. nam ex nulla humani corporis parte, vel clariora, vel certiora animi indicia quam ex oculis accipiuntur. Ita enim in ipsis oculis interiores mentis affectus, id est, moderatio, clementia, misericordia, odium, amor, gaudium, dolor, spes, metus, tristitia, laetitia, reuerentia, & contemptus manifeste

Chryso.

elucet: vt in eis, quasi in propatulo, animus ipse habitare videatur. Hinc vsu venit vt in his literis, ea quae aperte fiunt, in oculis fieri dicantur. Vnde Zacharias propheta inquit, Oculi eorum in vniuersa terra: pro eo quod est, ostensio peccatorum eorum quaquauersum fuit euagata. Hoc igitur in loco Agar ancilla dicitur despexisse dominam suam in oculis suis. quod illa non solum intra cordis sui lateras dominam despiceretur: sed etiam animi contemptum manifestissimis indicijs exterius promeret. idque adeo improbe faciebat, vt ipsum Abraham contemptus ille minime lateret. Quare domina videns ab ancilla se despici, iure suo apud maritum quæsta ipsum expostulauit.

Zach. 3

Dixitque Sarai ad Abraham: Inique agis contra me. ego dedi ancillam meam in sinum tuum: quae videns, quod conceperit, despectui me habet. iudicet Dominus inter me, & te.

Ille enim nouit, me pro beneficio ferre supplicium, idque te viuo, & sentiente: quem oportebat, & ancillae supercilium deprimere, & dominæ autoritatem illam seruare. Quod si in tam manifesta vxoris tuæ iniuria propulsa tanta partes boni iustique patrisfamilias haud egeris, notam criminis apud Deum euadere nequibus. Nam qui non defendit iniuriam, cum potest, infert: iudicet Dominus inter me, & te. Quid igitur audita tam amarulenta conquestratione fortis ille athleta? Certè minimè perturbatur: nihil amari quærule foemine refert: sed domesticæ paci studens sedatissimo animo sibi constitit, vt sequentia docent.

Cui respondit Abram: Ecce ancilla in manu tua est: vtere ea, vt libet.

Carent Hebraei habendi verbo, pro quo vultur his complexioneibus, Est mihi, Est tibi, & reliquis his similibus. Tatum itaque valet, Ancilla tua in manu tua est, ac si dictum fuisset: Habes ancillam tuam in tua potestate: vtere ea, vt libet. his etiam equius multo sonant Hebraea: Fac ei, quod bonum est in oculis tuis: est & hæc Hebraica phrasis. Hebraei enim non habent verbum aliquod, quod vnum respondeat ei, quod Latinis est, Placet: sed eius loco vultur hoc verborum complexus, Bonum est in oculis tuis: autem ea, vt quidam explicat, maxime naturalis locutio,

Stenchn

Proclus.

locutio, dicere, pro eo quod est, Placet, Bonum est in oculis. proprium enim τοῦ ὀφθαλμοῦ est, τὸ εἶπερ. eamque ob rem omnia ipsum appetunt, duplex quidem est boni natura, vt ait Proclus: est τὸ εὐδοκίον, id est, propagans omnia: & eadem bonitas facit, vt ipsum omnia appetant. quanquam id solum in primum ac vero bonum competat, id est, Deum: omni autem bono proprium est, vt exoptabile sit. dicunt quoque, In oculis, quia hi quasi inter nuncios sunt, indiciumque ferant de pulchritudine, quamuis ea etiam per alios sensus percipi possit: sed omnium excellentissima est quae oculis haurimus, licet sit earum rerum pulchritudo quae intelligentia comprehenduntur, quae est omnium excellentissima, quae oculis animi percipitur. Hæc autem non omnino præter rem sunt aducta, vel vt ostendamus virum iustum tradidisse quidem ancillam, sed iam vxorem suam, eandemque prænantem, dominæ suæ: vt eam pro arbitrio suo, id est, probatissimæ matronæ commodè corripere: non autem, vt pro libito grauius illam, quam par esset, diuexaret. dixit enim, Fac ei: sed id quod bonum sit, haud malum, idque in oculis tuis, quae pia es & pudica modestaque foemina, denique prudens. Hoc demum responso, ut ait Augustinus, demonstrauit Abraham, se non amatorem seruum, sed liberum fuisse genitorem: & in Agar Saræ coniugi pudicitiam custodisse, nec voluptatem suam, sed voluntatem illius impleuisse: accepisse, non petisse: accessisse, non hæsisse: seminasse non amasse. ait enim, Ecce ancilla tua in manibus tuis: vtere ea quomodo tibi placuerit. O virum viriliter vrentem foeminis, coniuge temperate, ancilla obtemperanter. Quid Sara? admi sit enim Abrahamæ satisfactio: & oblata castigandi ancillam facultate abusa est. Et affli xit eam Sarai.

August.

Affligente igitur eam Sarai fugam iniit.

Nimirum Sara, quauis sancta foemina esset: pro sexus tamen foemine conditione non nihil humanum passa est: & aduersus Agar plus æquo mouebatur: ac si ancillæ conceptui sterilis domina aliquantum inuideret. Affligebat itaque ancillam domina, non tamè ad eum durè, vt eam domo extruderet: neque enim grauidam, aut verberare feriebat, aut compede constringebat, aut victus vestitusque penuria deieci ebat, aut nimio demum labore defatigabatur. veruntamen illam tristiori, quam antea vultu despiciebat: nec eidem clementioribus

illis dictis, factisque, quibus prius, respondebat: denique duriuscule licet non inhumaniter illam angebat. Erat autem id ipsum ancillæ fetu suo iam insolenti, & supra dominam sese efferenti graue nimis & intolerabile: ac perinde tristabatur, indignabatur, irascebatur, & angebatur: iuxta illud Pauli: His autem qui sunt ex contentione, qui non acquiescunt veritati, obediunt autem iniquitati iram, tribulatio, & angustia. Præterea habet malum hoc seruorum genus: vt in quocumque afficiuntur, modum minime teneant. nam, & prosperis nimis lætantur, insolescunt, & aduersis præter modum dolent & anguntur, animisque deiciuntur. Agar igitur herilis correptionis, impatiens fugam iniit. sperabat enim se dominam ancillæ amissione vlturam, herique suum aduersus heram conceptus subtractione irrituram. Cæterum vide & hoc cum Chrysofostomo, quomodo ancillæ superna prouidentia non deest, quo iustus in maiori sit honore: nam quia iusti semet in se gerebat, ideo & angeli aspectum videre meruit.

Roma. 23

Chryso.

Cumque inuenisset, ait, illam angelus domini iuxta fontem aque in solitudine, quæ est in via Sur.

Igitur tam merito Saræ, quam Abrahamæ angelum suum dominus misit, vt Agar fugientem in herilem domum reuocaret: ne Dei omnipotentis amici ancilla, proleque futura priuarentur. inuenit autem eam angelus in desertoidque in via quæ ducit Ægyptum. Ægyptum enim Ægyptia petebat. sedebatque prope fontem: vt itineris laborem sedendo leuaret: sitimque bibendo restingeret. Est autem Sur desertum inter Cades & Barad: extenditurque vsque ad Mare rubrum, quod ad Ægypti confinia peruenit.

Dixitque angelus ad illam: Agar, ancilla Saræ, vnde venis? & quo vadis?

Proprio eam nomine compellat, quod est amicitiae cuiusdam insigne, iuxta illud Domini ad Moysen: Noui te ex nomine. scilicet, ne ignotum, vel timeret, vel auerfaretur. deinde ancillam vocando ipsam conditionis suæ admonuit: quod admonita sciret, inique se dominæ suæ iugum ferre derectasse, & iniquius ab herili domo semet furtim subtraxisse. Quare angelus haud velut inscius, sed increpatu vultu, sonoque eam interrogat, dicens. Vnde venis

Exod. 33

P



venis: de quo vadis: ac si dixerit, In iustu proculdubio est & impium, te domo heri iam mariti, praecepte feceram abire. quoniam im- prudentissima mulieris est, relicta locupletifima domo ire, quo nescias, nec sedem stabilem habeas. Verum Agar opulentu Patriarcham deserens Aegyptumque repetens, eoru figuram praefert, de quibus apud Hieremiam Dominus queritur, Populus meus mutavit gloriam suam in idolum. Obstupefcite caeli super hoc, & portae eius desolamini vehementer, dicit Dominus. duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquae vivae, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Agar deniq; angelica interrogatioe excitata simul & loci solitudine, non tantis que atque conditionis suae memoria perstrasa, spiritum coelestem esse, qui secum loquebatur est opinata.

Hiere. 2.

**Quae respodit: A facie Sarai dominae meae ego fugio.**

Præterdit iustam se habere fugiendi causam quod nequiter imperiosae dominae furorem, indignationemque in se perpeti. & ideo non matrem familias ipsam Sarai: sed dominam odiosè appellavit. Facies autè pro furore accipi, frequens est in Sanctis scripturis. quale est illud: Averte faciem tuam à peccatis meis, & illud Hieremiae, Facies domini diviuit eos. Et illud Osee, Humiliabitur superbia in facie eius. & apud Iob Dominus inquit, Quis resistere poterit vultui meo. & in Psalmo, Vultus autem Domini super facientes mala, ut disperdat de terra memoriam eoru. His in locis atque alijs id genus  $\text{פנים}$  panim Hebraicum, quod modo facies, modo vultus interpretatur, recte pro furore seu indignatione positum intelligitur. Caterum ancilla fugitiva congrue carnalis atque refractarij populi imaginem gerit: qui Domino Deo suo servire nolens dum ab eo improbe discedit, aut Legis duriciem, aut Evangelij arduitate perperam causari solitus est. cum reuera illius praecepta gravia non sint: verum Aequa sit via Domini. & quae licet nolentibus arcta sit: eff tamen volentibus peruia, & libenter ad eunda siquidem per se gradientes ad vitam ducit. Denique quamvis voluptuosus hominibus, durum & importabile Christianae pietatis studium videatur: attamen his, qui spiritu Dei aguntur, proculdubio iugum Christi suave est ionusque eius leue.

Psal. 50. Tren. 4.

Osee. 7. Iob 41. Psal. 33.

Mat. 11.

**Dixitq; ei angelus Domini, Re-**

**vertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu eius.**

Chrysostrmus. Ad hoc quide quod dicit, A facie dominae meae ego fugio, inquit: Reverte, & ne sis ingrata erga dominam tuam, quae de te tam bene merita est. Deinde, quia ex factu, & superbia dominam suam in iram excitaverat, inquit: Et humiliare sub manibus eius: subiecta esto: hoc enim tibi proderit: agnosce servitutem: ne ignores dominium: nihil sublime sapito: ne plus de te, quam oportet, sentias. Duo itaque praecipit angelus ancillae, & dominam repetere, & ei sese subdere. haec enim duo vel praecipua sunt officia servorum in dominos, illis praesentes esse, eoruque dictis parere. Enimvero quam civiliter immo diuine hunc locum Paulus orbis doctor explicat, Ephesiorum famulos his verbis instituit: Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri sicut Christo, non ad oculum servientes, quasi hominibus placetes, sed ut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus, scientes quod unusquisque, quod fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue servus, siue liber. Quae legislatorum sanctiones, quae philothophorum decreta de servientium, macipiorumq; officijs tradita, Apostolicae huic praecipioni coparari possent? Certe, quantum ego sentio, nulla. Aded meliora reddit diuinus spiritus, quaecumque humana tantu ratione disposita constant.

Chrysostr.

Eph. 6.

**Et rursus.**

**Ex persona Domini angelus loquens.**

**Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuu, & non numerabitur praet multitudinem.**

Variatio personae à tertia in primam ostedit, manifeste prius per angelum, tanquam per quendam ministrum, Dominum fuisse locutum. nunc velut per se ille loquitur, ut indicet suu ipsius esse, genus humanum multiplicare, cuius fuit à principio illud condere. Misce autem tristibus laeta. nam, quoniam graue, durumque ancillae videri poterat ad dominam redire, eiq; penitus humiliari: reddit utriusque Dominus multo blandius, ac leuius, iniecta, innumerabilis posteritatis spe. Reuera multiplicati sunt plurimum Agareni magno vere pietatis incommodo. nullos enim alios tam graues infestosq; aduersarios, quam Agarenos

nos

nos religio Christiana perpeffa est vnquam. Acciditq; infelicissime, vt tata prolis multitudo, quae in solatium repetede seruitutis promissa sit, in ministerium iniquitatis conuersa fuerit, atque impietatis pertinacissime, idque duce Mahumeto, homine, immo portento quodam vafro, prauoque animo, flagitioso, facinoroso, scelerato, malefico. Quid amplius addam? nisi impium, & seuisissimam totius humanae reipublice pestem eudem fuisse? A deo iam olim in eo prodigio ministeriu iniquitatis operabatur. At vero bono animo Christianos esse oportet. Quia Scriptura inquit paulo inferius, Eijce filiu ancillae. non. n. erit filius ancillae haeres cu filio liberae.

**Ac deinceps ait ei angelus Dni.**

$\text{הינך הרה}$  hinach harah, idest, ecce tu praeg-nans. nam  $\text{הרה}$  hara hic nomen est, sicut genes cap. 38. Et ecce gravida. & Exodi. 21. Si rixati fuerint duo, & percusserint mulierem praegnantem. & Esaiæ. 7. Praegnant: vbi subaudiendum est, Erit. Nam verbum, Est, subaudi in Hebraeo sermone solet. & hoc in loco subaudiendum est verbum, Es: vt sit sensus: Ecce tu grauida es. Quare prorsus respuedum est Iudaeorum figmentu. qui temere tradunt, conceptum Agar fuisse prius propter suam ipsius insolentiam in eius vtero extinctum: deinde propter obedientiam viuificatum. Nec enim angelus dixit ei, Ecce concipies: sed ecce tu grauida es. quod satis com-mode Hieronymus interpretatus expressit.

Infra. 38.

Exod. 21. Esai. 7.

**Ecce tu cocepisti: & paries filiu.**

Diuinitus ancillae reuelat conceptu eius esse masculum. Enimvero si hoc est diuini numinis opus, quanto magis illud Esaiæ vaticiniu, cuius paulo ante meminimus, virginem scilicet fore grauidam, eandemq; filium paritura, neutiquam fuit coniectoris felicitas: sed prospectus diuini manifestatio. Caterum illius signi praestantia eo maxime elucet, quod foemina, manens semper virgo, & concipiat, & pariat intacta, & incorrupta.

27.

**Et vocabis nomen eius Ismael.**

Certe Ismael nobis interpretatur exauditio Dei. ideoq; imponedi nominis causam reddidit dicens.

**Eo quod audierit Dominus afflictionem tuam.**

Triplicem afflictione passa est Agar. primam à domina sibi nimis infensa illatam. alteram sponte assumptam à se ipsa dominam sibi infestissimam

fugiente. tertia q angelico monitu ad dominam suam redire cogitur: veniaq; ab ea orare, eideq; ancillari officio deseruire. Quae quide afflictiones; quanquam Agari Ancillae poenae fuerint non iniuste, primae tamen earu absq; vilo in Deu murmure toleratia. posterioruq; ex diuina iussione admissaru patientia, sanctae precreationis vim apud Deu habuere, vt ab eo exaudiretur: ac pinde ei in ministratorio spiritu appareret, & potiora consulere, & maiora promitteret. Ne igitur, vt Chrysostrmus monet, grauatim feramus, si molestijs pmentibus humiliemur. Nihil enim ita naturae uostrae conducit, vt mentem subducere, & humiliare superbum spiritum, & inflatione deprimere. Tunc enim nos magis audit dñs, quum cum dolore animae, & corde cõtrito ipsum inuocamus, maiore in precibus sedulitate adhibetes. Notandū est & hoc in loco, nonnullos in Testamento ram veteri, quam nouo absq; vilo velamine suis nominibus antequam nascerentur fuisse vocatos, Ismaelē, Isaac, Salomonē, Agag, Amalechitaru regē, Iosia, Cyru, Ioannem Baptistā: deniq; Iesum Christu dominu nostru. Quae quidem nomina, licet ex parte ad historia comode referantur, praecipue tamen ad spiritualis intelligentiae vsum sunt accomodata. Quae aut in eis mysteria contineatur suis locis inuestiganda relinquimus. illud interim admonetes, eiusmodi nominu impositione diuinitus appropriatam, haud esse in omnibus, quibus diuino reuelatu ante eoru natiuitate nomē inditur, futurae sanctitatis certum & euidens signu. Nam Cyrus Perfaru rex vera pietate minime fuit imbutus. & Agag crudelis & impius à iusto Samuele fuit occisus. & ambiguū est, fuerit ne Ismael probus an improbus. imo quae continuo sequuntur, eū potius improbu, inhumanu, & impiu: q; pbu, humanu, ac piu arguit. his enim pueri nascituri studium praedicat.

Chrysostr.

**Hic erit ferus homo: manus eius contra oes: & manus omniu contra eū: & eregioe vniuersoru fratru suorum figet tabernacula.** Sane pro fero siue rustico scriptum est in Hebraeo  $\text{פער}$  pere, quod nomen Latinis interpretatur Onager, cuius natura est hominum occursum praeter ceteris animantibus longius multo vitare, vt liberrimo fruatur campo. Ex quo fit, vt velocitate sua fretus venatoribus eminus prospectis superbe insultet. Inuenit autem Diuina scriptura, Ismaelitas ere-

num habituros, vagos, incertisq; sedibus errantes: quos Sarracenos vocamus: quique vniuersas gentes, quibus desertum ex latere iungitur, incurfant: & impugnantur ab omnibus. Utinam intra limites suos pestilens hoc hominum genus contentum egisset: nec inde olim effusum maximam orbis partem impietatis veneno infecisset: nec improba libidinis sordibus polluisset. idq; adeo insolenter ferociter & intemperanter, vt de illo sanctus Iob vaticinatus videatur, cum dixit, Vir stultus in superbiam erigitur: & tanquam filius onagri, liberum se natum putat. Merito tandem hoc nomine appellatur Ismaelitica gens: quippe quæ sit mera totius barbariæ colluuius. In eo autem, quod manus eius contra omnes futura proditur, & manus omnium contra eum, insinuatur, fore illum prius qui dem viris armisque potentem, & alijs infestum, eorumque victorem: posterius autem ab vniuersis eius hostibus impetendum, premendum, atque vincendum. Quod vaticinium Deus faxit, vt hac tempestate duce Carolo Christianorum imperatore tam egregio, quam pio feliciter compleatur. Eo autem quod est in Latino, Et eregione fratrum suorum figet tabernacula: apertius est Hebraicum, Et coram vniuersis fratribus suis habitabit. Græca habent κατωικησεν. i. morabitur: at Hieronymus traducens, Figet tentoria, morem gentis expressit: quæ transmutatim passim tentorijs, iam hic, iam illic hospitantur. fratres demum Ismaelitis, vniuersos eius cognatos, siue ab Abraham ex vxoribus Sara Zethuraq; siue à Loth & filiabus eius prognatos intelligit. cuncti enim vtriusq; posterii habitauerunt circum circa desertum Pharan, quod incoluere Ismaelitarum, qua parte id ipsum circumiacentibus regionibus adiungitur.

Vocauit autem Agar nomē Domini, qui loquebatur ad eam: Tu Deus qui vidisti me.

Mox enim vbi angelus Dñi superiora narrauit, disparuit: solaque mansit Agar, & re gestam secum ipsa reputans: nec non tanto de nuncio læta, & promissis celestibus gaudens, Deoq; gratias agens vocauit illum locum nomine, quo piensissima in se ipsius prouidentia significaretur dicens: Tu Deus, qui vidisti me. Agnoscendus est enim ex his Sanctarum scripturarum mos: per quem sæpe fit, vt pro vno tantum nomine quædam vocum congeries multarum sufficiatur, qua vel vnū, vel

plura opera denotentur faciendā, per eū qui talibus denominatur. sic & apud Esaiam scriptum de vno Christo legimus: Vocā nomen eius, Accelera velociter: spolia detrahe: festina prædari. & de eodem apud eundem rursus, Puer natus est nobis & filius datus est nobis: & factus est principatus eius super humerum eius: & vocabitur nomen eius Admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Ecce vnū nomen, & plura nomina. quoniam variæ proprietates, pluraque opera in vno eodemq; Verbo Dei carne factō complectuntur. Sic & ipse Christus cum discipulis suis baptizandi rationē præscribit: Baptizantes eos, ait, in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. vbi dicto singulariter. In nomine, statim tria nomina adiecit. quia Pater & Filius, & Spiritus sanctus vnum diuinitatis nomen constituunt. nec est aliud nomen sub cælo mortalibus datum, quo beata illa atque beatifica deitas, essentia vna, personisq; trina proprius, apertius, distinctus, atque dignius pijs animis innotescat, quā Pater & Filius & Spiritus sanctus, cognatissimo velut vnus dictionis complexu, coniuncti. Eadem ratione nunc Agar quadam multarum vocum complexione Deum appellauit dicens: Tu Deus, qui vidisti me. ac si dixerit: Tu es Deus & non alius: qui adeo bonus es, ac prouidus, vt me mulierculam miserimā oportuno maxime tempore sis visitare dignatus. Et reuera merito Deum illa talibus vocibus compellauit, qui gratuito indigentibus subuenit: miseris consulit: solatur mœrentes: laborantibus accurrit: iniuriarumque affectos eripit: imbecillos protegit. iuxta id quod Dauid canit, Tu laborē & dolorē cōsideras: tibi de relictus est pauper: orphano tu eris adiutor.

Dixit enim Agar, Profecto hic vidi posteriora videntis me.

Sic interpretatus est Hieronymus. & est sensus, vt profiteatur Agar ad tempus se vidisse eum, qui semper eam videat, siue Deum, siue Dei angelum. & tamen ita vidisse, nō vt intuita sit ipsam, vel Dei, vel angeli faciem, sed vtriusuis posteriora, hoc est, simulachrum quoddam ei auersum, & à tergo sese eidē ostendens: vt Deus, vel potius angelus sub eiusmodi forma conspectus doceret, nequaquam se in suæ naturæ maiestate ostēdi, sed in imagine quadā ad id cōficta apparere. Tale quoque est illud Domini ad Mosē: Posteriora mea videbis: faciem autem meam videre non poteris: Non videbit me homo & viuet.

Et

Et certe ad hunc quoque sensum trahi Hebraica possunt. quæ sic habēt אֱלֹהִים רָאִיתִי אֶת־אֱלֹהִים, id est, nonne etiam hic vidi post videntem me, hoc est, illa quæ sunt post videntem me. potest & aliter intelligi, vt fateatur, angelum Domini à se visum: postea tamen quam ab eodem ipsa visa fuerit. Nec enim aliquis videre potest, aut dominū aut eius angelū. nisi prius ab eodem, vel Deo vel angelo visus fuerit. sponte nanque se conspicibilem vterque cui vult præbet. Dicit itaque Agar. Nonne etiam hic vidi angelū Domini: postquam Deus ipse vidit afflictionē meam eam leuaturus. nam alias ille me iugiter intuetur. Quod si אֱלֹהִים nomen sit, erit ea vox admirantis atque dicentis, Nonne etiam hic in desertis conspexi Dei nunciū, postquā illius modi angelos in heri mei domo aliquoties aspexeram. erat nimirum asfucta celestes nuncios in Abraham domo certere: idcirco enim illa nec occursum, nec angelum alloquio territa, turbataque fuit. Sicut Manue quando angelum Domini conspiciat ait: Moriemur, quia vidimus Dominum. hæc enim Agar putatur quatuor iam vicibus altera post alteram eum angelum vidisse, qui domus Abraham custos esset. propterea inquit, appellauit puteum illum, Puteum viuētis & videntis me. Quem antea fontem, nunc puteum vocant. quia omnis puteus è quo manat aqua, quamuis profundus sit, fons tamen est. Nam fons à fundendo nūcupatus est. Viuentis autem dixit emphaticè. s. solus enim Deus omnino verè viuūt: qui nulla vel tantilla mutatione variatur, vt vel tantillum desinat esse, quod fuerit. Quod si illud Viuentis ad angelum referas, angelus quoque suapte natura immortalis est, licet ea vitæ careat æternitate, quæ vniuersam mutationem excludit. Videntis autem adiecit, quia ibi fuerat à Deo per angelum visitata. Altero itaque nomine Deum ipsum vitæ fontem esse profiteatur: altero autem memor diuini muneris, quod ad fontem acceperat: summo bonorum largitori gratias agit. hæc sunt plane duæ vel præcipuæ veræ pietatis partes, Deum parentem agnoscere: & quicquid boni habeas, in eius beneficentiam referre.

Ipse, ait, est inter Cades, & Barad.

Scilicet in Arabiæ deserto, quod Pharan appellatur.

Peperitq; Agar Abrahæ filiū: qui

vocauit nomē eius Hismael.

Quamuis angelus matri præceperit nascituro filio nomen imponere: pater tamen ei nomen indidisse refertur. quod ciuilitate factum est: quia in patrefamilias prima rerum domesticarum autoritas residet. fuerint autem ancillæ partes, tanto Patriarchæ, quæcunque eū angelo egerat, ex ordine manifestare: non solum, vt ea omnia ille cognosceret, sed etiā vt discerneret, vtrum Spiritu sancto dictante fuerint sibi prodita. Inerat enim Abrahæ Deo dono vis illa, qua spiritus veraces à fallacibus discernuntur. Ex hoc igitur loco discimus, debere inferiores, eū eiusmodi spiritales apparitiones acciderint, superiores & sapientia & pietate sedulo consulere: vt ab eis probentur spiritus, an ex Deo sint, nec ne, neq; id mirum alicui videri debet: cum diuinus Paulus ascenderit Hierosolymam, vt Euangelium quod prædicabat, cum Petro conferret: ne in vanum curret, aut cucurrisset. Neque hoc fecit reuelationis sibi factæ dubius: sed, vt ex collatione apostolica dicēdi autoritas ei maior accederet. constaretque auditoribus, ea quæ de Christo prædicabantur, pari consensu ab omnibus Apostolis comprobari. Porro quod sequitur.

Octoginta & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Hismaelem.

Patriarchæ longanimitas commēdatur, qui per totum decennium à celesti vocatione, diuinaque de nobilissima prole promissione infœcundus manens, varijsq; iactatus casibus, nihilominus ei, qui promiserat, confidebat: & quo magis ætate promouebatur, grauioribusque calamitatibus pulsabatur, etiam atque etiam animo firmabatur: conceptaque de sponsore fiducia immotus sibi constabat. quia in promissis expetendis non humana ratio, sed diuina veritate nitēbatur. Docemur & nos hinc, vt quamuis diuinitas nobis promissa diutius, quā vellemus, differatur, quāuis quædā ipsis promissis diuersa, aduersaq; nobis accidant, neque animis consternemur neque ab opinione de Deo semel habita aliquatenus cadamus: sed summa fiducia expectemus optimum atque maximum rerū parentem per oportuno tempore nobis præstaturum esse, quicquid illud est boni, quod humanæ extimationi dilatum nimis esse videtur. semperque cum Propheta dicamus, Veniens veniet, & non tardabit.

Habac. 2.

Caput decimumseptimum.

Postquam verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus.

**E**cce Abraham nato Hismacle spe quadam pascebatur humana, putans, in hoc filio complenda esse ingētia illa promissa sibi diuinitus facta. Sed certe Abraham, quamlibet magnus propheta, falsebatur: poteratque illud Pauli ingenue fateri: Ex parte cōgnoſcimus, & ex parte prophetamus. Neque enim prophetę omnia norunt mysteria: sed tantum ea, quæ ille summus spiritus mentium illustrator eis reuelare dignatur. At in reliquis, quæ humana coniectura illi completi nituntur, interdum scopum attingunt: interdum, vt homines, ab illo deuiant. Enimvero clementissimus rerū pater amicos suos, quando cos humana extimatione aberrare vsu venit, commodum in rectam reuocat: sicut admonuit Nathan, reuocare consilium, quod regi Dauid super ædificanda Domino domo, non diuino sed proprio spiritu dederat. Et modo Patriarcham de sanctę prolis successu errantem correxit. Namque nunc decimotertio ab Hismaelis natali, id est, nonagesimo nono ætatis Abraham anno apparuit ei Deus, vt illum certiore faceret, nequaquam in filio ex ancilla sibi nato: sed in alio ex libera nascituro potiores illas atque opulentiores seminis sui benedictiones esse complendas. Cum autem audieris, Apparuit, nihil huic suspicere? neque putes oculis carnalibus videri diuinam illam & incorruptibilem substantiam: sed pie omnia intellige. Sic vt sane credas, apparuisse Deum sub humana quadam specie in qua adumbratum Deum Patriarcha adorauit: fuitque ea apparitionis forma valde negocio cōgrua, vt familiarior Dei cum homine sermo conferretur.

Dixitque ad eum.

Non dubium, quin ipse essentię, vitęque fons. hoc enim adsignificat nomen Dei tetragrammatōn יהוה אלהים Ani el sadai, ego, scilicet Dominus, fortis vastator. nempe nomen tetragrammatōn, quod in Dominum perpetuo transtulit Hieronymus, significat Deum, prout est essentię, vitęque prin-

cipium: יהוה el significat Deum, qua est fortis & vastator. notificatur autem hic nomen: vt ostendatur esse idoneus ad immutanda totius naturę creatę iura, & ad impediendum, atque auertendum quicquid futurum astra minantur: immo ad vincendum ita cœlorum influxus, planetarum cursus, stellarumque vim: vt contrarios illis effectus in rebus gerendis facile præstet. Ad hæc hoc nomine Sadai notatur Deus, quando facit occultius mirabilia quædam opera, vel in liberandis iustis à fame, gladio, & peste, quibus peccatores tunc temporis pereunt. Talia sunt miracula, quæ continentur in illis benedictionibus, atque maledictionibus: quæ in Leuitico atque Deuteronomio continentur. Nec enim fert ipsa rerum natura, vt in bello fame & peste iustus potius, quam peccator seruetur: vel quod huic ahenum sit cœlum, & inimicum: alteri vero propicius, & amicus. Quod ergo eodem rerum cursu manente, aliter cum hoc, quam cum illo agatur, in superiore quadam occultamque vim est referendum. Denique talia fere fere miracula facta sunt in alendis fouendis atque promouendis diuinitus Patriarchis illis Abraham, Isaac & Iacob, nec non alijs plarisque: qui ante Mosem floruerunt. Cæterum miracula sub Mose gesta in eripiendo Dei populo Ægyptiaca de seruitute manifesta fuerunt, eod quod in illis gerendis aperte constabat, naturę iura peruertere, mutata in serpentem virga, aqua in sanguinem conuersa, reuoluto in vtrunque latus Mari rubro, cæterisque id genus mirabilibus, quæ in nomine tetragrammatōn facta traduntur. Videtur & hoc mysterium insinuatum fuisse, eod quod ad Moſem Dominus inquit: Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum Adonai non indicaui eis. Ac si dixerit: Manifestaui quidem tribus illis amicis meis: sed abscondite, occulta quadam miracula in Deo omnipotente faciendo. nō autem eis feci illa manifestissima.

Exod. 6.

quæ

quæ in nomine tetragrammatōn geruntur. Nam si qua huiusmodi ante Moſem gesta fuerunt, nequaquam facta fuere inuocato à Patriarchis nomine tetragrammatōn. nec ob peculiarem iustorum gratiam gesta fuerunt. Si quidem generale diluuiū, & Babylonię machinę destitutio, & Pentapoleos euersio, nō tam vt iusti fouerentur, quam vt punirentur iniusti, effecta referuntur. Verum alioqui nomen tetragrammatōn Patriarchis iam olim fuerat indicatum: quādo quidem sub hac appellatione Deum interdum inuocare assueverunt. Nihilominus traditur, nō ita illis fuisse manifestatum, vt eisdem hoc nomen inuocantibus aperte illa miranda opera egerent, quemadmodum sub Mose ædita fuisse constat. à quo vsque ad Christum sub vtraque Dei appellatione tam occulta, quam aperta perfecta sunt miracula. Enimvero maximus talium operum prouentus sub Christo mortalibus erupit. à quo tot, tantaque signa atque prodigia sunt ædita. quæ si conscriberentur, vt ait Sanctus Ioannes Euangelista, conscribendos tantis de rebus libros totus non caperet mundus. Sed ad rem præsentem redeūtes dicamus, conuenientissime hoc in loco Deum prædicare semet primo naturę creatę autorem, à quo sint vniuersa: deinde fortem, qui potens sit facere, iusserit quodcumque volūtas: demum victorem, cui nihil possit resistere, si rerum cunctarum habitus, vires, ingenia & opera, naturasque peruertere velit. hoc est denique prorsus esse omnipotentem. Hæc demum proposuit Deus Abraham, vt fidem ab eo extorqueret qua crederet posse hominem centenarium de sterili vxore, eademque effœta prolem facile gignere, modo velit Deus ille, apud quem non est impossibile omne verbum. Iam verò summam profectus auctoritatem, addit præcepta dicens.

Ioan. 2. 1.

Luc. 1.

Ambula coram me, & esto perfectus.

Quid est Ambula coram me? nisi, Cura mihi placere. Nam nihil aliud est Hebræis hominem coram Deo ambulare, quam se pro viribus illi gratum & amicum adhibere: dū omnes cogitatus, dicta, factaque sua dirigit, & moderatur, quatenus ei placeat, quem scire omnia nouit, sed bona tantum modo velle. hinc Sapiens merito beatificat virum, qui mente Dei circumsp̄ctionem semper cogitat. id quod latius multo explicans Michęas propheta inquit, Indicabo tibi dhomo, quid

Eccie. 14.

Mich. 6.

fit bonum. & quid Dominus requirat à te: utique facere iudicium, & diligere misericordiam: & sollicitum ambulare coram Deo tuo. Plane hac vna via sine errato tenditur ad eam perfectionem, quam sibi adquirendam Dominus Patriarchę admonet dicens: Et esto perfectus, id est, omni virtute perditus. Nempe perfectus quisque, quantum suus ipsius status exigit, tandem euadet, qui semper Deum malorum vitorem, bonorum que remuneratorem suspexerit: & in de ab soluta orthodoxę fidei dogmata, rectissimamque probatissimorum operum regulam ad hanc vitam Deo digne in eundam circumsp̄ctione susceperit, diuinoque ductui sese sic accommodarit, vt quocumque illum Deus ducat, eo libenter & alacriter sequatur, adimplens illud Apostoli, Qui dicit, se in Christo manere: debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare: nec non sub Euāgelio præstare id quod ante legem quoque præstitit Enoch, Qui ambulauit cum Deo, & ei placuit, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus, Reuocatur igitur Abraham in priorum sanctorum, Enoch scilicet, & Noe memoriam, quos cū Deo ambulasse constabat, cum ei dicit, Ambula coram me, & esto perfectus. Monet itaque eum, vt tantorum imitatione virorum, & cum Deo, & coram Deo gradiatur, id est, vt Deo placeat, eique adhareat: quo sit perfectus, omnibusque vere pietatis numeris cōsummat: ac perinde laudatissimis integrę iusticię officijs promereatur esse ratū, quod ei Deus ipse iterum atque iterum pollicetur, prioribus num etiam monitis adijciens.

1. Ioan. 2.

Gene. 5.

Ponamque fœdus meum inter me & te.

Pro eo quod est Ponam in Hebræo est, Dabo. quo utique verbo significantius multo ostenditur, pactum hoc inter Deum & hominem in eundum esse, haud tam merentis dignitate, quam donantis gratia. A deo enim Patriarchę gratis datum fuit, vt non nihil tantorum munerū sibi promissorū apud eū promereri posset: vt iā tunc, velut cū Ioannē Baptista Christo, p̄ acceptis beneficijs gratias ageret dicens, Et de plenitudine eius omnes accepimus, gratiā pro gratia: non dubiū, quin gratiā præmiorū pro meritorū gratia: vt non solū sint nobis gratuita merita, sed & præmia quia gratis nobis donatū est, vt talibus meritis talia præmia consequeremur. Ait itaque, Ponam fœdus meum inter me & te. Vtrunque sane

Ioan. 1.



pronomen habet emphasim. Græde certe beneficium est, & supra humanum captū, Deū summum ac maximum dignari cum homine pacisci. nec non singularis gratiæ fuit præcæteris mortalibus pactum inire cū vno Abraham, quamlibet viro probo, humana tamen infirmitate circumdato, & qui cū Ioanne veraciter dixisse poterat, Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. nec enim, ut ait Salomon, est homo, qui nō peccet. Enim uero quoties summa gratia, vel certe peculiari quadam quenquam optimus rerū omnium princeps afficit, illud ingenue & gratulanter libro Hester proferre debemus, Tali honore dignus est, quem Deus voluerit honorare. nec enim eiusmodi honore indignus est: quia non tā suis meritis, quā Dei gratia tali honore dignus est. quoniam ideo per Dei gratiam dignus ille fit, ut re vera honore dignus sit. Nunquid aliter honorabilis quispiam est, nisi quia dono Dei factus est honorandus? hanc quippe honoris dignitatem in Abraham filijs, præcipue tamen spiritualibus, per Christum complendam Legislator iactat utique, sed non ambiciose dicens, En populus sapiens & intelligens, gens magna: nec est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quod mysterium Petrus Christi vicarius diuina sapientia pertractans, omnem hanc gloriam à carnalibus Hebræis ad spirituales congruenter transfert, cum his verbis renatos Christo summa autoritate alloquens, eis, inquit, Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuncietis eius, qui vos vocauit in admirabile suum lumen. Huc nempe respicit foedus cum Abraham in eundem super multiplicando illius, cum carnali, tum spirituali semine: deque subeunda circumcissione: denique, de filio Dei incarnando. nam dixit Deus illi.

**Multiplicabo te vehementer nimis.**

Mirum est profectō, quantum sit multiplicatum semen Abraham, & secundum carnem circumcissionis signaculo insigne, & secundum spiritum nobilissimo Christiani baptismatis caractere egregium atque gloriosum. Quid? quod utrumque pro temporum varietate, & in Christo & propter Christū Iesum multifariā dispositum est. Idque in omnibus his, qui ex fide in fidem iustificati pertinent ad gratiā

eiusdem liberatoris nostri, qui est vnicus Legis, nec non Euangelij scopus. At verò.

**Abram cecidit pronus in faciem.**

Scilicet tanti numinis præsentia tactus, tantaque promissio percepta, diuinam in se magnificentiam admirans, ut tanto pollicitatori gratias ageret, in humum sese prostravit. Ita enim gratiæ animæ quanto maiori fruuntur fiducia, tanto maiorem Deo reuerentiam exhibent. Nanque hic est iustorum mos, toto corpore coram numine sese prosternere: ut ipso corporis habitu interiori animum cultum summæ maiestati exhibendum innuant excitent, & augeant: ac subinde hac ratione tota intra mentis sinum ratione reducta aptiores multo sint ad hauriendas reuelationes quæ pijs animis à diuinitate superne immittuntur. Tum demum, ut tam humili modesti summissique cordis specie supplicantis precatio fiat attentior, & exaudibilior multo apud Deum, cui semper placuit humilium & mensuetorum deprecatio. Hanc quoque piæ reuerentiæ formam expressit cœlestis ille magister, quem hoc loco Patriarcha adumbrat, cum oraturus in horto patrem, procidit in faciem suam. Enimvero Abraham humi incubans diuinam maiestatem silentio venerabatur, quæ eius magnificentiam nullis se verbis explicare posse nouerat. iamque illud propheticum religiose præstabat, Et erit cultus iusticiæ filiorum. Quem quidem patriarcham casto quodam timore prostratum, ut erigeret Deus,

**Dixit ei: Ego sum. & ponā pactum meum tecum: erisque pater multarum Gentium.**

Verbum autem, Sum, hoc in loco nemo putet, temporariam Dei præsentiam significare, sed ipsam illius substantiam, eo quod æternus sit, semperque idem & sibi similis maneat: apud quem non est transmutatio neque vicissitudinis obumbratio: quoniam neque illius essentia in aliam atque aliam naturam mutatur, neque in sacratissima Trinitate alter alterius personam induit. Sanè ad hunc locum explicandum libenter Hieronymi verbis utar, quibus sanctæ Marcellæ inquit. Deus solus, qui exordium nō habet, veræ essentia nomen tenuit, quia in eius comparatione, qui vere est, quia incommutabilis est, quasi nō sunt, quæ commutabilia sunt. De quo enim dicitur Fuit, non est: & de quo dicitur Erit, nondum

dum est. Deus autem tantum est, qui non nouit, fuisse, vel futurum esse. solus ergo Deus verè est, cuius esse essentia comparatum, non frum esse non est. At ne quæpiam moueat, quod in Sacris literis Deus non modo dicitur esse, sed etiam fuisse, atque fore: accipiat Augustinum super Ioannem ea de re ita differenter. Cū de sempiterna re prædicatur Est, secundū nos bene dicitur Fuit, & Erit: ut intelligatur Fuit, quia nūquam desijt: Erit, quia nunquam deerit: Est, quia semper adest. non enim præterijt, quasi quod non maneat: non orietur, quasi quod non erat: quoniam ut disertissimus Hylarius inquit. Esse non est accidens Deo, sed subsistens veritas, & manens causa, & naturalis generis proprietas. nempe Deo non accidit esse, quoniam quicquid ille est, id ipsum esse suum est. nec aliud ab eo intelligi potest, modo verè, plenèque, natura Dei mente concipiatur. Hinc fit, ut sit ille subsistens veritas: siquidem esse Dei est ipse Deus verè subsistens: ac perinde est causa semper manens. causa quidem, quia aliorum principium est, ut sint: manens autem, quia perpetuo stabilis manens dat cuncta moueri. Denique diuinum esse, est naturalis generis proprietas. quia simplex illud est, actusque purissimus nihil extrarium admittens, quo natura eius, aut fiat, aut sit diuina: sed sibi maxime proprium est, esse diuinum esse: hoc est, esse immensum, immutabile, verum, æternum, vnum, subsistens, forte, efficax, inuictum, omnipotens, denique diuinum. Merito igitur Deus dixit Abraham, Ego sum: ac si dixerit, quoniam solus ego sum: solus Deus ego sum: nec est alius Deus præter me. ideoque ego solus sum autor vitæ, fortis, inuictus, demum omnipotens: ac perinde ego sum is, qui prolem, quæ Saræ sterilitas, & emortua vulua, tuumque senium negant, facile præstare possum. Denique ego qui talis ac tantus sum, ponam pactum meum tecum: pactum, & immutabile, & inuitabile. Ego enim, qui paciscor, sum Deus: & non mutor. Erisque pater multarum gentium. significantius in Hebræo habetur והיות לאב הטרון גוים & eris in patrem multitudinis gentium. Quo, licet occultius, significatur paternitas illa spiritalis, per quam futurus erat Abraham pater omnium credentium suam ipsi fide imitantium. idcirco vsus est oratione, non tã re-cta, quàm obliqua dicens: Eris in patrem: ut ostenderet paternitatem non tam propriam, id est carnalem, quàm figuratam, id est, spiritualem. Est quod hoc mysterium fuerit plurimis mortalium à sæculis absconditum: do-

nec post Christi crucem per Spiritum sanctum primum Apostolis eius, deinde toti mundo fuit manifestatum. Quamobrem admodum opportune viro iusto nomē immutatur à Deo sic præcipiente.

**Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham: quia patrem multarum Gentium constitui te.**

Hæc est autem etymologia. nomen enim pristinum erat Abram, quod sonat, Patrem excelsum: quod autem nunc denuo imponitur Abraham, quod est Pater multitudinis: Amō enim multitudinē sonat: quod si cum Abram componatur, vltima syllaba dempta fiet Abrahamā. Sed quia est cacophoniam, M nominis Abram demitur, fitque Abraham ex Abraham & Ham. Jam verò licet exacta videri possit prædicta nominis Abraham compositio: augustinior tamen est ea, quam eruditissimus Hieronymus in libro Quæstionum Hebraicarum super Genesim refert inquit. Dicunt Hebræi, quod ex nomine suo Deus: quod apud illos tetragrammatōn est יהוה literā Abraham & Saræ addiderit, dicebatur enim primum Abram, quod interpretatur Pater excelsum: & postea vocatus est Abraham אברהם, quod transfertur, Pater multorum: nam quod sequitur, Gentium, non habetur in nomine: sed subauditur. Porro multa in hac nominis interpretatione, atque in nouatione notanda veniunt. Primum, sanctorum nomina tam in veteri, quàm in nouo Testamento pro virtutum, profectu, & incremento interdum in nouari, & mutari: qualia sunt, Abraham, Sara, Israel, Petrus, Paulus. & ut cætera suis locis tractanda relinquamus, nomen Abraham factum est ex Abram: quia qui prius virtutum præstantia fuit pater excelsum, deinde tantis laudabilium actionum incrementis profecit, tantū fidei robore apud Deum valuit, ut auctus diuinæ gratiæ prærogatiuis, ita perfectus euaserit, qui vere pietatis ratio fieret pater multitudinis gentium: etenim non solum natura rerum, sed etiam gratiarum ordo id re uera expetit, ut quilibet prius in se perfectus sit, quàm sit alijs bonitatis autor. huc plane respicit illud Salomonis proverbium, quo admonet filium, debere eū prius morum probitatem præstare, quàm alios sit eam doctorus. Bibe, ait, aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui: deriuentur fontes tui foras, & in plateis tuis aquas diuide. Est

1. Io. 12. 1.

3. Reg. 8.

Hester. 6

Dent. 4.

1. Petr. 2.

Indit. 9

Matt. 26

Es. 32.

Iacob. 1.

Hieron.

Aug.

Hylar.

Thom.

Boeti.

Malac. 3.

Hiere.

Prouer. 5



& secundum hic notandum, nomen Patriarchæ mox à natiuitate inditum haud omnino ei fuisse sublatum: sed fidei merito diuinitus adauctū. Quo docemur, diuina munera hominum naturam non tollere, sed perficere. Sicut & lux hæc quam oculis corporeis haurimus per hunc aerem diffusa, nec ipsum consumit, nec propulsat: sed ei illapsa eundē illustrat & consumat. Neque enim spiritualia dona rationalibus creaturis à Deo tribuitur, vt non sint: sed vt meliores sint. alioqui non essent illa perfectionum augmenta: sed naturarum detrimenta. Porro percutit hic locus eos, qui ad eo deificant mortalium animas, vt homines æternæ gloriæ lumine affectos propria natura amissa in diuinam transire putent. percutit & eos, qui resurrectione quidē humana corpora tradunt, sed non eadem. Vtrunq; temere asserunt, cum neq; anima possit esse beata, quæ eadem sibi non sit: neque corpus resurrexisse, quod idem nō sit, quod antea ceciderat. quod enim idem sibi substantia non est non modo ipsum non est: sed etiam prorsus non est. Iam verò, si vna quædam litera ex illo ineffabili Dei nomine tetragrammatarum patriarchæ appellationi fuit interposita, ea proculdubio ratione incarnadi Verbi mysterium mirificè nobis insinuatū est. Vt quid enim aliud Dei nomen humanæ misceretur appellationi, nisi vt præostenderetur, esse futurum aliquando, eundem esse Deum & hominem compactione quadam ineffabili naturarum in vna eademque Christi persona: ex quo fieret, vt idē vocaretur, nō tantū hoīs filius sed etiā filius altissimi. vocaretur quidē re ipsa Hemanuel: appellatione autem sua ipsi diceretur Iesus. Hoc igitur illud erat, quod dicebamus, quod, quia totus ille iusti huius viri profectus in vnum Christum tendebat, qui non tantum Dei filius secundum diuinitatē, sed hominis quoque secundum carnem futurus erat, Deus ipse de nomine suo nomen hominis auxerit: vt sit Abraham non modo pater multarum gentium iuxta carnem, sed etiā pater multitudinis gentium secundum spiritum: & vtrunq; haberet illius dono, qui eiusdem è semine homo fieri dignatus est: vt Spiritu sancto humanas mētes & afflaret, & perficeret. Attamen quia iuxta Paulum, nō prius quod spiritale est, sed quod animale: ideo carnale pactū prius, & apertius constituitur, atq; digeritur: deinde spiritale fœdus occultus ingeritur: ac perinde potius insinuat, quàm explicatur: quod seruaretur in temporis plenitudine penitus perficiendū, atq; omnino

Esa. 7.  
Luc. 1.

I. cor. 15.

manifestandum. Hinc quoq; apud Hebræos mos inoleuit, vt nomina infantulis imponerentur octavo à natiuitate die: in quo circūcisio Legitima obseruatione fiebat: id quod & in Seruatore nostro est etiam obseruatum Luca Euangelista dicente: Cumq; complerentur dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Secuti sunt & hūc morem Christiani nomina, vel imponentes, vel innouantes his qui baptizantur in Christo: vt qui deposito homine veteri regenerantur in nouum hominem, qui est secundum Deū per Christum, cui vocatum est nouū nomen, quod os Domini nominauit: idem quoq; nouam sortirentur nomen claturam, iuxta id quod scriptum est: Et vocauit seruos suos nomine alio: non dubium, quin Christiano. Constat enim ex Actis Apostolicis Christi discipulos primū Antiochiæ cognominatos fuisse Christianos. Iam verò quia dixerat, Patrem multarum gentium constitui te: quomodo id futurum sit, vt manifestius ostendat, adiecit. **Faciamque te crescere vehemētissimè.**

Tam in Hebræo quam in Græco est, Valde valde. Etenim duplicationem huius aduerbij non frustra adiecit: sed vt significet, iusto multam multitudinem dandam. Proinde, vt ait Chrysostomus, in nomine quasi in columna quadam indelebili promissionē ei inscripsit. potest & aduerbij huius duplicatio vtranque generationem carnalem scilicet & spiritalem adsignificare. E vestigio autem amplius explicat prolis carnalis abundantiam dicens, **Ponam te in gentibus.**

Multæ namq; nationes ab eo sunt ortæ, quales Hismælitæ, Idumæi, Madianitæ, Israëlites: nec nō aliæ, quas est in historicis libris nosse. Addit & generis dignitatem dicens.

**Regesque ex te egredientur.**

Tales fuere Hismælitarum, Idumæorum, Madianitarum, Amalechitarum, & Israelitarum reges. hi enim populi suos reges habuerunt.

**Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semē tuum post te in generationibus tuis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te.**

Sanè pro Statuam Hebræis est, חַקְקֵנִי ha-kimōthi, id est, suscitabo, atque surrigam. Ed enim Deum cum homine paciscitur, vt ille huius

Luc. 2.

Esa. 43.

Gen. 62.

Esa. 65.

Act. 11.

Chryso.

Hebr. 11.

huius mentem in se suscitaret, & erigat ea fide suffulscam, quæ est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Hanc enim ob causam huiusmodi pactū in Scripturâ sacra Testamentum nuncupatur: quia adhibitis in eo testibus cum Abraham Deus pactum pepigit: eumq; terræ primū Chananae, deinde cœlestis hæredem constituit. Ne putaret autem Abraham ad suam ipsius tantum personam pactum, quod cum eo erigebatur, pertinere: addidit: Et inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno. Enimvero, si hoc ad carnalem generationem referatur, constar fœdus hoc non fuisse sempiternum: sed ad longum dumtaxat tempus, id quod huic literæ minime repugnat. nā Hebraica dictio אבדך gholam, non modo significat Hebræis Sempiternum, sed etiā Diuturnum: quod huic loco maxime quadrat. Constat enim Abraham posteros, non quidē omnes, sed Israelitas solos Chananaeam terrā de qua pactū est possedisse, diuturno quidem tempore, non autē perpetuo. Siquidē quo die hæc scribitur, milleſim⁹ quingentesim⁹ decim⁹ nonus annus agitur, ex quo impij sceleratq; Iudei diuinitate eis aduersa, & debitas, pini-quissima Christi morte ab eisde pœnas exigēte, bello tam externo, quàm intestino penitus excisi, pleriq; interierunt: reliqui verò miserima seruitute oppressi à Palestina exulant, antiquam patriam nūquā repetituri. Attamē hoc diuturno fœdere adlibratum est fœdus illud verè sempiternum: quo spiritalis Abraham posteritas in cœlum inducitur, vt viuendum terrā perpetuo iure possideat. Vt sim, ait, Deus tuus & seminis tui post te. hoc enim est summa & caput omnium bonorū: vt Dominus ipse sit hominis Deus: sicut Dauid canit, Beatus populus cuius Dominus Deus eius est. hic est summus totius ineundi pacti finis: vt ipse Dominus hominis Deus habeatur, non tantum potestate, naturaliū quodā dominio creationis iure constabilito: sed libero quodam & voluntario, quo creatura creatori suo sese sponte subijcit, eiq; vltronea inseruit. Neque enim Dominus mūdi conditor seruū quempiam, nisi spontaneum recipit. neq; aliquem in suam amicitiam admittit inuitum. Nam quemcunq; Pater ad Filium occulta quadam vi trahit: ita trahit, vt meliorib⁹ obiectis ille ad illum tandem sponte sua perueniat & ideo trahit, vt ex voto apud eundem maneat, cantas cum Propheta: Mihi adharere Deo bonum est: & ponere in Deo spem meā. Hinc sæpe populus Israël à legislatore, atque

Psal. 143.

Psal. 72.

Prophetis interrogabatur, vellent ne in Deum suum Dominum habere. vt quem norant omnium esse Deum natura atque potestate, esset eorum Deus gratia & voluntate. Nec hinc Iudæi supercilium attollant: tanquā Dominus suus ipsorum & non aliorum sit Deus: est enim ille cunctorū De⁹. qui ei & voto heret, & officio seruiunt. Nam & pater eorum Abraham hac ratione habuit Dominū in Deū prius etiam multo quàm circumcideretur. Præclare enim diuinus Paulus: Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus Legis. An Iudæorum Deus tantum? immo & Gentium. Quoniam quidem vnus Deus qui iustificat circumcisionem ex fide: & preputium per fidem. Hęc ita habent, esto q; Hebræorum populus proprio circumcisionis signaculo Domino astrictus peculiari quadam ratione profitebatur Dominum esse sibi Deū ac perinde legitimis quibusdam ceremonijs eum colere tenebatur, dicente Gentiū dōctore: Testificor omni rursus homini circumcidentem se, quod debitor est vniuersæ Legis. Quod autem sequitur.

**Daboque tibi, & femini tuo terram peregrinationis tuæ, omnē terram Chanaam in possessionē æternam.**

Propter tuam inquit virtutem, & posteri tui erunt mihi commendatiores: daboq; eis Chananaeam terram in possessionem æternam. Et quomodo fuit illis æterna illius terræ possessio: à qua iam olim exclusi toto terrarū orbe peregrinantur, ad eam nūquam regressuri, iuxta ad id quod Dauid præcinit: Destrues eos, & non reedificabis eos? Sed intelligendum est, prout paulo superius exposuimus, nomine Æterno haud vtique absolutam simpliciter æternitatem significari: sed magnam temporis diuturnitatem fuisse designatā. hoc autē ita debere accipi, ipse rerum euentus maxime probat, & euidentissime declarat. Quod autem subiungit, Eroque Deus eorum, tantum valet, ac si dixisset, Multam me eorum curā habere ostendam, & meum subsidium illis præstabo. Interim Patriarcham ipsum cum femine suo Deus adstringit, vt circumcisiōis pactum inuolata religione custodiat, dicens: **Et tu ergo custodies pactū meū, & semen tuum post te in generationibus suis.**

Chrysostomus. Nihil, ait, aliud à vobis requi-

Rom. 3.

Psal. 27.

Chryso.  
ro,

ro, quàm obedientiam, & gratitudinem: & ego oĩa quæ pollicitus sum, opere cõplebo. Quid est aut hoc, quod postquã dixerat, Semẽ tuum intulit, In generationib<sup>9</sup> suis? Nun quid poterat semẽ, aut ppagari, aut perfare, nisi in suis generationib<sup>9</sup>? sed profecto id additum arbitror fuisse, quoniam hic religionis iuxta carnem successus abolendus, & nouus iuxta spiritũ Dei cultus erat instituendus. nã & prioris populi abiectiõnem, & posterioris suffectiõnem rex David præuidens cecinit, *Psal. 21.* Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabũt cœli iusticiam eius populo quã nascetur, quem fecit Dominus. Latenter igitur ostendit Abraham posteros tamdiu in sua progenie circumcisiõnis Lege teneri, donec Domino alter populus aggeneretur, qui sacro-baptismate spiritu renatus in nouum hominem, qui est secundum Deum, crearetur. hic proculdubio Christianus est populus, qui prius ob peccatum mortuus cum fuisset, ex aqua & Spiritu sancto renatus Christũ induit: vitamque nouam recepit. Quod si quæras, quod sit illud pactum tantopere commendatum.

Hoc est, ait, pactum meũ, quod obseruabitis inter me, & vos & semen tuum post te.

Iam Deus cum hoc iusto detradenda ei Chanaanã regione dequẽ insigni illo benedictiõnis exoptatissimã semine proferẽdo pepigerat. Quod igitur aliud nunc nouum inducit? Enimvero non tam nouum affert pactũ quàm prius inductũ signum instituit. per me talepsim enim circumcisiõnem pactum vocat, eo quod sit iniri antea signaculum certũ, viuudum, apertum, simul ac mysticum. Vnde & paulo post ait.

Et sit signũ fœderis inter me & vos.

*Rom. 4.* De quo Gentium quoque Doctor, Et circumcisiõnem accepit Abraham signaculũ iusticiæ fidei. At verò postquã dictũ fuerat Inter me & vos, quid opus fuit addere Inter me, & semen tuum? nisi quod per prius dictum Abrahamẽ filioque eius Hismaeli cæterisque domus ipsius famulis necessariã circumcisiõnis obseruationem indixit, per posterius Abrahamẽ posteris nondum natis: Deo tamen præsentibus, Qui vocat ea, quæ non sunt, vt sint, eãdem fœderis seruandi vim imposuit. Collige hinc studiose lector, haud minus olim summo rerum conditori in primo homine licuif

se, cunctum genus humanũ habendæ iusticiæ originali obnoxium facere, quàm nunc potest Abraham posteros subeundẽ circumcisiõnis pacto subijcere & adstringere. tantundem enim iuris cõditor habet in his qui sunt, & in his qui futuri sunt. Siquidem vtrique ex æquo ab eo pendunt: illi vt seruentur: hi, vt aliquid sint. Imponitur itaque Abrahamẽ mã datum, vt ei parendo Deo placeat, sicut eidẽ non obediendo Adam displicuit, vt per mirabilis Patriarchæ pietatem, obsequiumq; ad semen illud beatum, atq; beatificum perueniretur, quod primi parentis culpam aliorũq; mortalium flagicia, facinorãq; non corruptibilibus auro, & argento, sed proprio sanguine quasi agni incontaminati, & immaculati redimeret. Quale autem sit pactum sequentibus aperit dicens.

Circumcidetis ex vobis omne masculinum: & circumcidetis carnem præpucij vestri: vt sit signum fœderis inter me, & vos.

Quia enim Patriarchæ nepotes inter alias Gentes à Deo alienas diuersaturũ erant longo tempore, iussit eos circumcisiõnis nota designari: vt vbiuis Gentium agerent, agnoscerent se Deo optimo ac maximo segregatos assignatosque neque sibi licere alijs nationibus connubio misceri: neque fas eis esse alienas religiones, immo superstitiones aliquatenus subire, quin potius magnopere niterentur paternum, aut tumque semen secretum, mundumque seruare, & in futurum impermixtum porrigere: donec nasceretur ille in quo diuinitus nato, nobisque cœlitus donato mirabilis illa, & mag-nifica, atque optatissima Gentium omnium benedictio compleretur. Huc tẽdit quod in membro propagandæ proli destinato eiusmodi signum circumduci voluit: vt Hebræi præ oculis perpetuo haberent signum, quo admonerentur ex eorum Patriarchæ semine iuxta Domini cõdictum Sanctum sanctorum esse nasciturum: ac perinde curarent seiplos incontaminatos, sanctosq; seruare: quatenus haberentur vtcunq; tali tantaq; prole digni: possentq; in eis per castitatem Deo placentibus gratuitæ promissiones expleri. Quod autem ait: Circumcidetur ex vobis omne masculinũ sexum circumcisiõni aptum decernit masculinum, nam fœmina præputio caret amputãdo. De quo mox infert: Et circumcidetis carnem præputij vestri. Est autem triplex præputium. alterum cordis, alterum oris, aliud demum virilis

*1. Petri. 1.*

rilis organi. Sed quando profertur absolute, proculdubio membri virilis humanæ generationi deputati præputium cõuenienter intelligitur. Quid? quod præceptum de circumcidendo, solos mares respicit: non vtrique fœminas. & si carnem haberent, quæ accidi posset, eo præcepto non fuissent obnoxie: quia generis successio natura masculis præcipue conuenit. Gentiumque distinctio masculos sequitur, non fœminas, quæ, cum viris nubunt, in eorum familiam transeunt, eorundemque religionem suscipere solent. Huc pertinet: Vt sit signum fœderis inter me & vos. ac si dixerit, Hoc signo quasi quodam vinculo vos astrictos teneri volo, tanquam seruos quosdam minus fideles: ne mentis incõstantia vestra natione neglecta à me conditor, Deoq; vestro ad exteras Gentes idolis seruiẽtes impiẽ insipienterque diffugiatis. De tempore autem quo circumcisio fieri debet, sic imperat.

Infans octo dierum circumcidetur in vobis.

Hoc tempus à misericordi Deo circumcidẽdis Iudæis deputatum est duabus de causis. Vna, vt in ætate molli vulneris labor, & dolor facilius tolerari queat. nam ante octauum diem infans esset tenerior patiẽdo: & post octauum diem durior ad eam carnis cõcisæ molestiam tolerandã haberetur. Altera causa fuit, vt octaua à natiuitate sua die circumcisi fiduciam conciperent, se per fidem, qua tẽ debatur in illud semen sanctum & sanctificũ qui Christus est, ab originalis peccati labe per carnalem generationem contraãta depurgãdos esse: futurosque resurrectionis iustorum participes, quæ in octaua mundi ætate futura speratur: in qua ab omnibus illis, qui eiusmodi resurrectione fuerint digni, penitus amputabitur quidquid labis, & infirmitatis hanc miseram vitam degentibus hæret. Quid? si ante octauum diem infantulo mortis periculum instaret. erat ne ante præscriptum tẽpus circumcidendus? minime vnquam. Nam hoc Dei statutum, vtpote ceremoniale ad literam erat seruandũ. Quid si ille incircucisus mortuus esset. peribat ne? minime: si parẽtes eius adhuc viuẽtem propensa in Christum fide Dei clementiæ commendassent. maximẽ, si eãdem fidem signo quopiam exteriore protestarentur. Quod si die octaua circumcisius non fuisset, nimirum postea circumcidendus erat. Licebat ne sabbatis circumcisiõne fieri? Audi cœlestem magistrum Iudæorum im-

probritatem his perstringentem. Circumcisio nẽ accipit homo in sabbato; ne soluatur lex *Ioan. 7.* Mosis. scilicet, ne illa quæ in ea certo die fieri decernuntur, aut præponantur, aut postponantur. Cæterum, si quis temere ante octauũ diem puellum circumcidisset, peccasset quidem in Legem circumcisor ille: attamen infantulo commoda esset ea circumcisio, vt mox ab illa hac vita discessus in Abrahamẽ sinu reponeretur. Quid? si infantulus esset languidus, adeoque debilis, quod statuto tempore circumcisius illico moreretur? profecto tunc fas esset, circumcisiõnem in diem alium differri. quoniam præceptum de non occidẽdo est multo vrgentius, quàm præceptum de circumcidendo certa quadam die: cum illud naturali iure: hoc verò positicio tantum conster. Quod si interim ante susceptam circumcisiõnem ille interijisset, poterat ei præsidio esse parentum pia de diuina misericordia erga puellum fides: sed hæc in scholis & commodius & exactius differuntur. Nos interim quæ sequuntur, exponamus.

Omne masculinum in generationibus vestris tã vernaculus, quàm empticus circumcidetur: & quicumque non fuerit de stirpe vestra.

Cum dixit omne masculinum in generationibus vestris, subaudiendum est Circumcidetur. paulo quoque superius addidit In vobis: vt ostenderet hoc pacto solũ eos adstringi, in quibus per ætatem successus, Abrahamẽ posteritas vltierus esset deriuanda: id est in posteris Isaac: non autẽ Ismaelis iuxta id quod Dominus dixit ad Abraham: In Isaac vocabitur tibi semen. in posteris irem Iacob, non Esau: Iacob, inquit, dilexi: Esau autẽ odio habui. *Infra 22. Mich. 1.* Esto igitur quod Hismael & Esau fuerũt circumcisi, filios autem suos circumcidere nõ tenebantur. quod vel ex eo constat, quod vterque eorum diuina autoritate ab electa Patriarcharum genealogia seclusi sunt. Quod si nec Hismaelitæ, neque Idumæi circumcidendæ carnis erãt Legi subiecti, multo magis ab eadem erant immunes aliæ gentes, quæ nullatenus ad Abrahamẽ stirpem atinebant. Esto quod multarum ex quadam parte gentium, maxime quæ Iudææ, Palestinæque cõfines sunt vsque ad hodiernum tempus populi circumciduntur, & præcipue Ægyptij, & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ, & omnis regio Sarracenorum, quæ habitat in solitudine. quod quidem *Hieron.*

quidem hi omnes faciunt, vel à Satana delu-  
 si qui transfert se in angelum lucis, vt incau-  
 tos deludat mortales imitatione superstitio-  
 sa eorum, quæ sunt pro vera religione diuini  
 tus instituta. quo malo maiorem orbis nostri  
 partem hodie veterator ille implicat vndiq;  
 diffuso Machum etææ sectæ veneno. vel cer-  
 te circuncisionem gentes illæ præscæ subibât  
 Hebræorum circuncisionem simpliciter imi-  
 tantes. Nam, vt est autor Theodoritus, fertur  
 Pythagoram circuncisionem subiisse accep-  
 tam ab Ægyptijs, quam tamē ipsam illi à pa-  
 tribus Hebræis accepissent. Et, vt luculenter  
 Diuus Ambrosius tradit, autumabant vete-  
 res illi, ineptos esse ad philosophiam secre-  
 taq; naturæ percipiendâ eos, qui essent incir-  
 cumcisi: circumcisos insuper vi quadam su-  
 periore esse à dæmone tutos. Sed reuera cir-  
 cuncisio Iudæorum antequam per Christū  
 dominum antiquaretur, sola Deo grata fue-  
 rat, vt Origenes abunde docet. Tam vernaculus,  
 quàm empticius, ait, circūcidetur. Ser-  
 uus vernaculus est, qui domi sit natus: empti-  
 cius, qui aliunde sit emptus. Igitur hos quoq;  
 circuncidi Deus iubet: vt cūcti domestici in  
 vna religione concordent. Quid? si serui cir-  
 cuncidi nollent? primū sane mitibus allo-  
 quijs erant alliciendi, deinde intentata mor-  
 te deterrendi: vt tandem minis compulsi, qđ  
 præcipiebatur, subirent. Quid? si quispiâ in-  
 uitus circuncideretur? Nempe circumciscus ef-  
 fet. nec enim sublato semel præputio iterum  
 circuncidi poterat. sed nullum Spiritus fan-  
 cti emolumentum inde tulisset: donec id in  
 se factum probaret: fideq; in eius sacramenti  
 autorem propensa Dei iusticiam promere-  
 tur. Quod autem sequitur: Et quicumq; non  
 fuerit de stirpe vestra, talē potest habere sen-  
 sum: vt si quis ex alienigenis, vt Achior, He-  
 bræus fieri expeteret, nequaquam in Hebræo-  
 rum cœtum reciperetur, nisi prius ille circū-  
 cisionem in se susciperet. Quod est consen-  
 taneum ei, quod apud Exodum præcipitur  
 Iudæis in hæc verba, Si quis peregrinorū in  
 vestram voluerit transire coloniam & facere  
 Phale Domini, circuncidetur prius omne  
 masculinum eius: & tunc rite celebrabit: e-  
 ritque sicut indigena. Quod ergo, vt adno-  
 tauit Augustinus, omnes non solum filios, ve-  
 rum etiam seruos vernaculos & empticios  
 circuncidi iubet, ad omnes diuinam gra-  
 tiam pertinere testatur. Quid enim aliud  
 circuncisio significat, quàm vetustate exuta  
 naturam renouatam? Et quid aliud, quàm  
 Christum octauus dies, qui hebdomada cō-

Theodo.  
 nu. 1. c. 6

Ambros.

Origen.  
 lib. 5. c. 6.  
 Cel.

Iudich. 4

Exod. 12.

August.

pleta, hoc est, post Sabbatum resurrexit? Fā-  
 cit & ad hoc id quod scriptum est in libro  
 De vera circuncisione, siue Hieronymus  
 illum; siue quis alius ædiderit. Christus  
 octauo die circunciditur; à matre utique,  
 quasi homo: qui promissus fuerat ipsi A-  
 brahæ, cum de circuncisione doceretur, di-  
 cente Domino: Et erit testamentum meum  
 in carne vestra in testamento æternō. Dei  
 testamentum in nostra carne esse, Domi-  
 no in nostra carne esse dignante, quis dubi-  
 tat? Illudque testamentum æternum videri,  
 quod cytharis & psalterijs psalleretur.  
 Quibus sane verbis innuitur, circuncisio-  
 nis insigne Christum in sua carne ex Abra-  
 hæ prognata suscepisse, idque perpetuo in se  
 seruaturum. per quod ostendit, se Patriar-  
 chas minime defraudasse illa mercede ni-  
 mis magna in illis per se ipsam æternanda.  
 Huc denique respexit Paulus Romanis scri-  
 bens. Dico enim Christum Iesum minis-  
 trum fuisse circuncisionis propter veritatem  
 ad confirmandas promissiones Patrum. Su-  
 per quo præclare Theophylactus. Nempe  
 tale promissum Abrahæ fuerat iam pridem,  
 fore scilicet, vt eius semen mundum  
 hæredicaret. Verum, cum omnes, qui ex A-  
 braham ortum duxissent, fontes essent, &  
 peccato obnoxij, utpote qui fuissent legem  
 præuaricati, eoque & promissione illa vide-  
 bantur indigni: venit Christus, & legem im-  
 pleuit: & circuncisionem insuper in se admi-  
 sit. lege itaque adimpleta circuncisionis &  
 Abrahæ semen effectus Dei iram dissoluit:  
 effecitque nos ad promissiones excipiendas  
 idoneos. Ob id igitur circuncisionem susce-  
 pit, vt vera redderet Dei promissa, non vt le-  
 gem statueret. Quid igitur heus tu, qui Iu-  
 daicos ritus sectaris, à lege pendes? cuius gra-  
 tia? vt à promissione excidas? haud sane in  
 paruo versaris discrimine. Si circuncidimi-  
 ni, inquit, orbis doctor Paulus, Christus vo-  
 bis nihil prodest. Dixerint Æthiopes: Nos  
 utique Christo credentes adhuc circuncidi-  
 mur, haud à lege pendentes, sed vt Chris-  
 to circunciso hac etiam in parte assimile-  
 mur. Sed ingratum hoc illi. quippe qui in  
 cruce pendens testatur est hoc pactum cum  
 cæteris eiusmodi, quantum ad carnis con-  
 cisionem attinet, consummatum esse, ab-  
 solutumque, & exclusum. Audite ò Æthio-  
 pes Apostolum admonentem: Omnia pro-  
 bate: quod bonum est tenete: ab omni spe-  
 cie mala prohibete vos: abstinete à veteri sig-  
 naculo, tum ob alia, tū ne videamini ansam  
 præbere

Hieron.

Gen. 17.

Rom. 15.

Theoph.

Gal. 5.

i. Theff. 5.

præbere Iudæis obiectantibus hunc locū vo-  
 bis, tanquam si ex eo constaret, carnalē circū-  
 cisionem minime vnquam fuisse reuocandā  
 sed id sriuolum. nam prætermisso illo diui-  
 no admodum, verissimoq; sensu, quem nu-  
 perrime adduximus, si simplicius intelliga-  
 tur, quod scriptum est: Eritq; pactum meum  
 in carne vestra in fœdus æternum. illud Æter-  
 num non affert veram, simplicemque æter-  
 nitatem: sed longam multi temporis diutur-  
 nitatem, scilicet ab Abraham vique ad domi-  
 num Iesum natum, passumq; per quem anti-  
 quato veteri testamento nouum conderetur.  
 Quod Dominus apud Hieremiam pollici-  
 tus est: Ecce dies veniunt dicit Dominus: &  
 feriā domui Israel, & domui Iuda fœdus no-  
 uum. non secundum pactum, quod pepigi  
 cum patribus vestris in die, qua apprehendi  
 manum eorum, vt educerem eos de terra Æ-  
 gypti: pactum, quod irritum fecerit. & ego  
 dominatus sum eorum dicit Dominus. Sed  
 hoc erit pactum quod feriam cum domo Is-  
 rael post dies illos, dicit Dominus: Dabo Le-  
 gem meam in visceribus eorum, & in corde  
 eorum scribam eam: & ero eis in Deum: &  
 ipsi erunt mihi in populum. Iam verò impo-  
 sira Hebræis lege, inobedientibus poenā eis  
 luendam prædicit.  
 Masculus, ait, cuius præpucij ca-  
 ro circuncisa non fuerit, delebi-  
 tur anima illa de populo suo:  
 quia pactum meum irritum fe-  
 cit.  
 Hebræa ad verbum sic habent: Et præpucia  
 ti masculi, cuius non fuerit circuncisa caro,  
 exterminabitur anima ipsa de populis suis:  
 pactum meum irritauit. Chaldaicâ item sic:  
 Et masculus habens præpucium, qui non cir-  
 cunciderit carnem præpucij sui, peribit ho-  
 mo ille de populo suo. Quorsum tam variæ  
 lectiones? Certe, vt exponamus hunc locum  
 bifariam intelligi posse, vno quidem modo,  
 vt hæc interminatio ad ultos solum, non etiã  
 infantes respiciat: vt sit sensus: quod mascu-  
 lus, qui, vt est in Chaldæo, nō circūciderit, id  
 est, non permiserit circuncidi carnem præ-  
 putij sui, deleatur de populis, hoc est, senten-  
 tia, manuq; iudicium de medio tollatur, occi-  
 daturque. & subiungit euestigio causam, qđ  
 diuinum fregerit pactum hoc in capite cum  
 Abraham initum. At verò, quoniam hoc cri-  
 minis in infantem rationis vsu carentem ca-  
 dere nequit, solos adultos ea poena tangere vi-

Hiere. 31.

Osee. 6.

Roma. 3.

Psal. 50.

August.

detur. Altero autem modo longe potiori ab  
 omnibus fere doctoribus Ecclesiasticis expli-  
 catur, videlicet vt ea mortis interminatio nō  
 corporalis solum, sed spiritualis quoq; sit ac-  
 cipiendâ: vt sit sensus: Anima masculi incir-  
 cuncisi delebitur de populo suo, id est, de san-  
 ctorum cœtu in Abrahæ sinu tunc temporis  
 repositorum, eo quod Dei pactum cum A-  
 braham: imo & cum Adam initum vio-  
 larit. Siquidem primo parente peccante, hic  
 suo prope modo peccauit: haud quidem ppria  
 priuatâque sua ipsius culpa: sed communi o-  
 riginalique peccato Deum offendit, dicente  
 propheta: Ipsi, sicut Adam transgressi sunt pa-  
 ctum meū: ibi præuaricati sunt in me. Hinc  
 Paulus Apostolus insonuit illud, Omnes in  
 Adam peccauerunt, & egent gloria Dei. id  
 quod & de se ipso Dauid propheta irgenue  
 fatetur: Ecce in iniquitatibus concepit sum,  
 & in peccatis concepit me mater mea. Non  
 enim his verbis gignendi officium arguit,  
 quod Deo autore sancitum est: sed dolet à pa-  
 rentibus in se originalem labem peccandi;  
 libidinem gignendo fuisse deriuatam. Ergo  
 quia apima à primo parente in gignendo ho-  
 mine originalem maculam traxerat, nec ab  
 ea depurgata fuerat suscepta ex fide in Chris-  
 tum circuncisione, de libro videntium ani-  
 ma delebitur illa. Lege Augustinum in libri  
 decimi sexti De ciuitate Dei capite vigesimo  
 octauo.  
 Dixitque Deus ad Abrahā: Sa-  
 rai vxorem tuam non vocabis  
 Sarai: sed Sarah.  
 Quia hi iusti cōiuges in eandē beatam pro-  
 lem erant conuenturi. Sicut in eandem verā  
 religionem conueniebant. Simili mysterio  
 Deus Sarai nomen immutat, quod & Abrahæ  
 vocabulū immutauit. Igitur Sarai prius vx-  
 ris Abrahæ nomen per has tres literas  $\text{שׂרַי}$  sin,  
 res, & i, iod scribebatur. deinde sublato,  $\text{ר}$   
 Iod, id est, i, elemento addita est  $\text{ה}$  he litera,  
 quæ per ah legitur: & vocata est  $\text{שׂרָה}$  Sarah,  
 Causa autem nominis ita immutati hæc est:  
 vt quæ antea dicebatur Sarai, id est, princeps  
 mea, vnus utique tantum domus mater fa-  
 milias. postea verò dicatur absolute princeps  
 $\text{אֲרַחַסָּא}$ . & hoc est, quod ait: Non vocabis  
 eam Sarai id est, princeps mea: sed Sarah: om-  
 nium quippe gentium futura iam princeps  
 est.  
 Et benedicam ei.

Non



Non dubium quin Saræ. Et quomodo pater spirituum ei benedices? Nempe modo, quod à principio homini benedixi, dando ei gignendi vim. Sic & nunc Saræ, quæ sterilis est, & senio confecta, gignendæ proli inepta, vim concipiendi prolem, foetumque nutriendi, lactandique, mirificè donabo.

Et ex illa dabo tibi filiū, cui benedicturus sum.

His igitur dictis opportune Patriarchæ corrigi errorem: quo ille, deceptus magnificas illas Dei promissiones superius proditas ad Hismaelem ancillæ filium pertinere putabat. Ostenditque ei, nullatenus ancillam fuisse dignam, ut filius eius cum liberæ filio ratorum esset hæres bonorum. Ideoque Dominus Saram ipsam magnificans & illustrans congruè ter addidit: Et dabo tibi filium ex ea & benedicam ei, neque Saræ. Est enim in Hebræo illud relatiuum, Et, fœmineum, itaque Saram refert. Nec ab re duplex in Saram benedictio profertur, prior quidem, ut filium gignendi facultatem habeat, posterior autem: ut per eū quæ genuisset ipsius genus multiplicaretur. Namque benedictionem ad multiplicationem facere ex primo huius libri capite liquet. Benedixit, ait, illis dicens: Crescite, & multiplicamini. Benedictionis itaque repetitio fidè à Patriarcha arrogat, per quam indubitatum habeat, eam qui creando, benedicendoque, homini gignendi vim indiderat, posse quoque eidem quamuis senio exhausto, & sterili, eandem generandi potentiam repetita benedictione reponere. huc enim pertinet, quod ad iungit.

Eritque in nationes: regesque populorum nascentur ex ea.

Nationes namque tres ex illa sunt ortæ Idumeorum videlicet natio ab Edom, hoc est, Esau eius nepote. A malechitarum ab Amalech filio Eliphaz, nepote autem Esau. Israelitarum verò ab Israel, qui & Jacob filio Isaac. Denique constat ex Regum libris, atque Paralipomenis vniuersos hos populos de sua ipsorum progenie reges habuisse. Scio hæc posteriora ad Isaac Saræ filium à Hieronymo Septuaginta interpretes secuto referri, sed quantum ad rem ipsam pertinet, parum refert vtrouis genere legatur. Siquidem quod filio ascribitur, matrem quoque attingat, necesse est. Quid ad hæc Patriarcha? Quid de omni motu nimirum tam insperato gaudio, veritusque magnificentissimum pollicitatorem.

Cecidit Abraham in faciem suam.

Id quod summi in Deum cultus indicium est.

Et risit in corde suo.

Risus autem in Scripturis diuinis nunc in illusionem, nunc in gaudium æditur, accipiturque. In irrisionem quippe in Prouerbijs: Ego quoque, ait stultis sapientia, in interita vestro ridebo. In gaudium autem apud Lucam. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Et rursus de muliere forti in Prouerbijs: Et ridebit in die nouissimo. Hic ergo præ læticia risus est effusus verus, non fictus. mirabundus enim Abraham, & lætabundus quod senex filium ex anu suscepturus esset, in primis obstupuit, deinde gestiuuit, pronusque in faciem cecidit. tandem censuit rem eam esse gaudium, risuque dignam. hinc Sara concepto filio dixit, Risum mihi fecit Deus: quicumque audierit corridebit mihi.

Risit itaque Abraham in corde suo dicens.

Secum enim loquebatur dicens.

Putasne centenario nascetur filius: & Sara nonagenaria pariet?

Putasne, cum inquit, vox est admirantis, non ambigentis, affirmantis potius quam dubitantis. ut est illud libri Regum: Nunquid reuelatus fui? & illud Ezechielis: Nunquid non tu vides? In omnibus enim tribus his locis eadem particula ha in Hebræo ponitur, eandemque vim retinet. Traditur autem Abraham centenarius & Sara nonagenaria, quod alter annum ætatis suæ ceterisimum, altera nonagesimum ingredi coepisset. erat enim Abraham decennio maior natu, quam vxor eius Sara. Iam verò cum diu considerasset, quod tandem diuinum oraculum tenderet: multaque secum reputans, & inter spem, metumque fluctuanti similis, coram Deo prostratus iacet: sic spem tandem de filio tunc promisso certissimam concepit, ut tamen cura prioris tangeretur: ne forte hoc ei suffecto ab ipso Deo reprobaretur. ideoque pro Hismaele precatus est.

Dixitque ad Deum: Vtinam Hismael viuat coram te.

Idest, ita pie, & sanctè degat, quo religiosi moribus præditus ita tibi placeat, ut apud te vita dignus habeatur, aptusque tuo conspectui

tui esse probetur, namque ea quæ Deo approbantur, oculis eius amica sunt: quæ verò improbantur illis sunt ingrata. vnde & illa fatetur se scire, quæ approbet: illa vero nescire, quæ reprobet. At Deus in misericordia diues de vtroque; filio tam nascituro, quam nato Patriarcham instituire pergit dicēs, abal quæ dictio potest interpretari, Sed, vel Certe, vel Vtiq; vel Vere: ut sit lectio.

Sed utiq; & vere Sara vxor tua pariet tibi filium.

Forſitan & hac particula vsus est Iesus cum apud Lucam respondens dicenti sibi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti; dixit: Quinimo beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud: ut pro Quinimmo dixerit, Abal, id est, Certe, vel Vtiq; ut sup particula non aduersantis aut corrigentis matris suæ felicitatem prædicantem, sed eam confirmantis, & aliquid amplius inferentis: ut sit apud Latinos Quinimmo, pro Quinetiam positum. Facit ad hoc, quod μενοειν Γρεκίς non modo significat Quinimmo, sed etiam, Atqui, & Vere. Ea igitur coniunctio neque negat quod dictum est, neque reijcit: sed infert, quod est certius & amplius. Sed ad rem. Septuaginta pro Abal Hebraico posuerunt ἰδού, id est, Ecce. Ait ergo Dominus ad Abraham: Atqui Sara vxor tua pariet tibi filium. Ecce repetito oraculo, & veluti quodam iurando nuperrima promissione confirmatam, iacentem erigit, & summa fiducia confirmat. Pulchrè Chrysoſtomus: Quia satis piâ iusti mentem tanto tempore Dominus probauerat, & Saræ fidem: quia viderat vtrunq; nihil sibi de suis promittentibus viribus, Abraham quidem propter senectutem, Saram autem propter sterilitatē & annos: dicit nunc, Quia omnino vobis hoc esse videtur impossibile, idcirco & ego tandiu distuli: ut ostendam quod longè ultra naturam sit donum, quod concedo, quo & vos alijque, omnes his factis discant, quod naturæ sim dominus: & ad quodcunq; libuerit, ea vtar: & ipsa obedit, & cedit meis præceptis: Qui enim eam ex nihilo produxi, multo magis cum iam sit & claudicet erigere possum. Ut igitur melius fidei re possis, audi & expergiscere: & repulsis cogitationibus mentis tuæ, accipito ex his, quæ tibi afferuntur, certum argumentum: Ecce enim Sara vxor tua, quam putas tum propter sterilitatem, tum propter ætatē parere non posse, ipsa pariet tibi filiū: & ut nihil hesites, ecce tibi & nomē eius qui nascetur, præmonstrabo.

Vocabisque nomen eius Isaac.

Nomen utique prædicit, quo promissus filius vocandus sit. ne hac in parte Isaac esset Hismaele inferior: sed superior potius. Siquidem Hismaele iam concepto, Isaac verò prius quod conciperetur, impositum nomē est. Vocabisque, ait, nomen eius Isaac: Super quo Hieronymus. Diuersa opinio, sed vna est etymologia, quare appellatus sit Isaac. Interpretatur enim Isaac Risus. Alij dicunt, quod Sara risit, ideo eū risum appellatū esse. quod falsum est. Alij verò, quod riserit Abraham: quod & nos probamus. postquam enim ad risum Abraham vocatus est filius eius Isaac, tunc legitur risisse & Saram lætū quidē nomen nec immutandū, sicut immutata sunt nomina Abraham, & Saræ, & Iacob. Nec id mirū. hæc enim ab hominibus sunt indita: illud verò autore Deo fuit impositum. nempe variant humana, diuina verò sibi constant. habet hoc impositi huius nominis mysterium, haud dubie præaugium quoddam stabilis & æterni gaudij, quo iusti perfruentur perpetuo apud Patrem celestē per Filium eius Iesum Christū, qui est risus ille paternus, cui vniuersi beatorū chori merito adgaudent, & libenter arrident: Absterget enim Deus, ut est in Apocalypsi, omnem lachrymam ab oculis eorum: & iam non erit amplius, nec luctus, nec gemitus: nec vllus dolor, quæ prima abierunt. Igitur quonia per filium Isaac, & non per Hismaelem promissionem Patriarchæ dictam Deus adimplere decreuerat, euestigio adiungit.

Et constituam pactum meū illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum.

Dirigitur itaque autore Deo deriuanda promissio ab Abraham per Isaac, eiusque successores vsque ad Christum: in quo vno cuncta diuinitatis instituta complentur, & penitus consummantur. Et sancta, inquit, David fides, id est, immobili veritate constantia. Quare licet hoc testamentum ex parte respiciat temporariam hæreditatem paucis diebus ab Hebræis in Palestina possidendam, præcipue tamen ad æternam pertinet, in quam solus Iesus Christus spirituales Hebræos toti mundo gratus, atque iucundus introducit. Insuper Dominus omnino accumulare volens beneficia, & excedere muneribus amplius multo, quam ille petuerat, continenter addidit.

Sup Hismael quoque exaudiui te.

Scilicet



Scilicet ne putes eum fuisse à me omnino reprobatum. Ecce benedicam ei. quamuis enim minus optata sit de illo spes;

Benedicam tamen ei.

Quonia ego ipse sum pater ille coelestis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & peccatores.

Et augebo eum

Bonis scilicet temporarijs, necnon aeternis: modo ne ipse semet talibus indignum reddiderit.

Et multiplicabo eum valde.

Nempe numerosa filiorum prole.

Duodecim duces generabit.

Quorum nomina digeruntur inferius vigesimo quinto huius libri capite.

Et faciam illum crescere in gentem magnam.

Profecto quilibet duodecim filiorum Hismaelis adeo multam progeniem à se effusam adhuc in uens obtinuit, ut merito veluti magni cuiusdam exercitus princeps illius haberetur. Eo autem quod subiungit,

Pactum vero meum statuam ad Isaac.

Manifeste Hismaelem postergat: ut Isaac profectus à quo & per quem ad Christum usque Iesum tantae promissionis perpetuo tenore deducenda disponebantur, ut in illo penitus absoluerentur. Quod autem addidit,

Quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero.

Pergit amice certiore eum facere, certissimum definiens tempus, in quo proculdubio ex nobili vxore Sara infantulum sit habiturus: ne videlicet dilata longius spe, diutius afflicteretur. Iam enim probata erat Patriarchae obedientia, iam declarata fides, iam denique exercita patientia: nam viginti quatuor annis Dominus probauerat iusti huius virtutem.

Quando enim exiit à Charris, & obediuit praeepto Domini Septuaginta quinque annorum erat: nunc autem postquam haec audiuit, nonaginta nouem annos excefferat. Quid enim ulterius expectandum erat? nisi ut promissa reddi inciperentur, & accumulata redderetur ab eo, qui & plura & maiora inferuentibus sibi donare, nedum retribuere paratus est, quam nos petere, aut intellegere possumus.

Cumque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus ad Abraham.

Pro ἀπὸ Græca, & Ab Latina praepositionicula in Hebraeo est *וַיֵּשׁב* meghal, id est, desuper. Infinito est excellatior homine Deus, & humanis superiora multo erant, quae gerebatur mysteria: ideoque dominum superne extitisse declaratur. Et reuera, quemadmodum Deus iustis, tanquam quibusdam spiritualibus thronis, curribusque; insidere dicitur, quando illis fauet aspiratque; atque indicia quaedam praesentiae suae, vel clarissima, vel sublocida illis impartitur, & beneficijs afficit, suoque spiritu agit: sic ab eisdem abire traditur, cum se occultit, cum cessat, cum munera quaedam subtrahit, eum denique ipsos ad tempus deferit. fitque quodam mirabili modo & praesentia absens, & absentia praesens. Denique, sicut quando ad infirmitatem nostram sese accommodat, descendere ad nos fertur: ita & cum in se ipsum se recepit à nobis cessando, ascendere traditur. Igitur finito sermone cum Abraham, ascendisse de super eo Dominus memoratur: quia completo reuelationis mysterio confestim disparuit. Tale quid innuatur in illo Cantico: Quo abit dilectus tuus? & in illo: Auerte oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt. Opere precium autem est, ut ad institutum sermonem redeamus: & videamus iusti obedientiam: & quomodo fecit quod ei à Deo imperatum est. Ait enim Scriptura.

Tulitque Abraham Hismaelem filium suum, & omnes vernaculos domus suae, vniuersosque, quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suae: & circumcidit carnem praeputij eorum statim in ipsa die, sicut praeeperat ei Deus.

Extat ex hoc loco sedula, absolutissimaque Patriarchae obedientia: qui, mox, ut ei per Domini discessum liquit, operi semet accinxerit: & absque vlla mora, se, suosque circumcidit: cunctaque iuxta Domini praeeptum, peregit. Verus namque, obediens, neque praepicienti Domino se subducit, aut refragatur, aut obmurmurat: neque praeeptum velut iniquum causatur: aut ceu incommo dum curiosus discutat: neque moras negat: vel in aliud tempus omittit.

Sed

Sed haeret praepicienti, iubenti paret, mandatis arridet, & assentitur: & dicto citius iussa caepit, expletque: Et quemadmodum, Vbi consulueris, mature opus est factum: ita mox, ut iussionem exceperis, opus est executione. Nam si alias, cur non modo consultum, iussumque praestiteris? nam sublatis omnibus de medio impedimentis, si opus differas, ignavia notam necesse est, vel negligentiae incurras. Quod si Abraham numerosam adeo familiam habebat, ut trecentos & decem & octo vernaculos pugnaturus aduersus reges in aciem eduxerit: coeetare licet, vel noctu, vel crepusculo matutino cum illo Deum egisse: ipsumque Abraham summo eius diei mane circumcisionem iniisse: ut totus ille dies tot masculis circumcidendis suppetere. Caeterum

Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circumcidit carnem praeputij sui.

Durum quidem id seni, & fere centenario toleratu difficillimus dolor ille acerbissimus erat, qui circumcisionem comitatur: sed fides veritatem superabat: obedientia pudorem premebat: alacritas dolorem vincebat. tantum roboris è diuino colloquio decrepitis homo conceperat. Iam vero hic Iudaeus cristas erigit, quasi à circumcisione sanctus fuerit semen, ex quo prognatus est Isaac. Verum pueriliter admodum id faciunt. Nam, obsecro, quid facit ad seminis sanctitatem id quod aliunde coalescit & deciditur? Quid ad spiritum promouendum sola illius pellicula deputatio? quam ob carnis iniuria diuinus Paulus concisionem appellat. Quid? quod ante circumcisionem iam iustus erat, & sanctus Abraham dicente Paulo: Et accepit signum circumcisionis signaculum iustitiae fidei. Nihil igitur, vel certe parum praeter significationem Abrahamae circumcisio filio Isaac contulit. sed propria hic circumcisio sanctificatus est. Nam sicut tempore nostro, quod est abundantioris gratiae, & consummatae inuocationis baptismus patris filium non abluat: sic tunc temporis filium haud utique paterno, sed sua ipsius circumcisio sanctificabat. Grauius Hieronymus. Christiani non nascuntur, sed efficiuntur. Porro

Et Hismael filius eius tredecim annos impleuerat tempore circumcisionis suae.

Hinc apud Hismaelitas impius mos inoleuit, ut neglecto Dei praeepto filios suos anno aetatis eorum tredecimo circumcidant. id quod, si rite factum sit, circumcidantur & Iudaei simili exemplo anno nonagesimo nono, in quo eorum Patriarcha fuit circumcisus. Enimvero nihil mirum Saracenos eiusmodi in errorem incurrisse. necessum enim est, eum qui à vera in falsam religionem auertitur, in alia atque alia errata passim incidere, quantum uis habeat appositum suffragandae suae superstitioni colorem. Denique, ut ait Ambrosius, Aegyptij quartodecimo anno circumcidunt mares: & foeminae apud eos eodem anno circumcidi feruntur, quod ab eo videlicet anno incipiat passio virilis: & foeminarum menstrua summant exordia. Legislator autem aeternae signaculum circumcisionis carnalis in solis maribus exigit: eo quod ad mixtionis usum vir muliere vehementior sit: & ideo ipsius impetum infringere voluit circumcisionis signaculo. Haec ille. Sequitur.

Et omnes viri domus illius tam vernaculi, quam empticij, & alienigenae pariter circumcisi sunt.

Denique si quis diligenter animaduertat huius literae seriem, inueniet Abraham primum in se, deinde in filio, postremo in seruis Domini mandatum compleuisse: ut exemplo suo dux alijs esset praestanda Deo optimo ac maximo religioe obedientiae. Facto itaque suo simile quoddam diuino Paulo praelustri, non adens aliquid oneris caeteris imponere praeter id, quod prius ipse subiisset. Et recte quidem, nam ut alios honestis moribus imbuas, plus multo recte factis, quam pulchre dictis proficies: quia ad persuadendum discere volentibus optimam recte viuendi viam longum quidem iter est per verba, breue vero per exempla: neque monet tantum, sed vrgit quoque, qui ante exhibet, quod postea doceat. His accinit aptissime poeta dicens.

*Sic agitur censura: & sic exempla parantur.*

*Dum index, alios quod monet, ipse facit.*

Quaeri solet quomodo foeminae ab originali labe mundabantur, quae non circumcidebantur. Nepe sua ipsarum, vel parentum fide, vel oblatis Deo muneribus, vel denique adhibitis sacrificijs, his quippe modis ante datam circumcisionem mortales à peccatorum labe mundabantur.

Quo

Rom. 4.

Hieron.

Ambrosi

Roma. 3

Ouidius

quorum corda fide, quæ est in Christum, vel implicita, vel explicita Deum purificasse Petrus Apostolus restatur. Et illud Gregorij, quo nihil breuius. Quod autem apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres, vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus vir-

tus sacrificij, vel pro his qui de Abraham stirpe prodierunt mysterium circumcisionis. Quod si quis velit hæc plenius, exactiusque cognoscere obuios habet autores in scholis celebratissimos, quos consular. Nos ad alia, quæ sequuntur exponenda tendamus.

Caput decimum octauum.

Apparuit autem ei Dominus in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei.

**C**vi apparuit haud dubium quin Abraham, de quo in calce proximi capitis agebatur. Ostendit eum se Deus iustis pro eorum captu, & amicis suis copiam sui facit, non modo eisdem id ipsum expetentibus atque precurantibus, sed interdum quoque, aut ab ea cura vacatibus, aut aliud agentibus. En tibi. Apparuit Dominus Abraham nihil tale meditati, vel procanti vel expetenti, sed simpliciter sedenti, idque paulo post à circumcissione dignus enim erat, cui diuina maiestas sponte sese insinuaret, ostenderetque, qui tam prona obedientia, tamque pia solertia Dei præceptum de re, quamuis infueta, grati, maximoque cruciatu plena fideliter impleuit. Sic & completo tabernaculo Domini gloria in illud incubuit, conspectaque fuit non solum Moysi, cæterisque principibus, verum etiam omni tantæ multitudinis vulgo hinc inde circumfuso. Sic & sub Salomone ædificato templo gloria Domini illud impleuit. Nonne apud Matthæum Euangelistam scriptum legimus, Et crediderunt in eum discipuli eius? Quibus euestigio Christus dominus, velut in eorum fidei præmium, maturandam gloriæ suæ visionem pollicitus fuit dicens, Sicut quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec filium hominis videant venientem in regno suo. Est enim promptum celestis mandati obsequium amplioris apud Deum mercedis meritum. Cæterum de persona nunc apparente variant inter se autores. Sed quantum de Sacris scripturis nobis colligere datur, aliquando in eis angelus inducitur apparens simul & loquens, vt est videre apud Esaiam, Ezechielem, atque Da-

nielem. Et in Euangelio Lucae Gabriel angelus cum Zachariæ Ioannis Baptistæ patri, tum beatissimæ virgini Mariæ sub humana forma visus est, eidemque allocutus. Aliquando introducit, & apparens & loquens ipse Dominus, vt est passim videre in Veteri instrumento. Et in Christi baptismo Pater apparuit, & locutus est. Idem subinde in transfiguratione vtrunque fecit. Demum peccanti Christo, dicentique, Pater clarifica filium tuum idem ipse respondit: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Aliquando apparet angelus, sed Dominus loquitur, vt Exodi capite tertio: Apparuit angelus Domini. & paulo post inferitur dominus dicens, Ego sum Deus Abraham patris tui. Aliquando demum fertur apparere Dominus & subiungitur angelus loquens: vt hoc loco apparuit Dominus Abraham, & paulo post subditur, Et eleuauit oculos suos, & vidit tres viros, qui & dixerunt ei, Fac vt locutus es. Siue ergo eiusmodi tres viri Patriarchæ visi angelos adumbrent, siue tres diuinas personas innuant, idem est sacramentum, quod per Dominum, & quod per ipsius ministros geritur. Apparuit itaque Dominus Abraham hac vice iam septima. Sexies enim eidem ante apparuerat. nunc autem visus est sub corporali specie, vt ex subiecto constat conuiuio, in quo cuncta plane corporaliter geruntur. Apparuit demum in conualle Mambre. In Hebræo est, In quercubus. quod de loco non erit ociosum adscribere ea quæ in libro De locis traduntur. Chebron olim metropolis fuit Palestinorum, & habitaculum gygantum, regnumque postea Dauid, in tribu Iuda ciuitas sacerdotalis, & fugitiuorum

rum: distat ad Meridianam plagam ab Ælia millibus circiter viginti duobus. Quercus autem Abraham, quæ & Mambre vique ad Constantij regis imperium monstrabatur: & Mausoleum eius impresentiarum cernitur. Cumque à nostris iam ibidem Ecclesia ædificata sit, à cunctis in circuitu gentibus terribinthus superstitiose colitur, eo quod sub ea angelos Abraham quondam hospicio suscepit. Apparuit itaque sedenti in ipso ostio tabernaculi, in ipso feruore diei. quod recte, vt arbitror, interpretantur Septuaginta *ἑπτὰ τριμύρια βετα*, id est, in meridie. hospitalis enim erat Patriarcha, & perhumaniter expectabat, si forte quispiam viator accederet, cui hospitio suscepto benigne obsequeretur, & humanitatis officia præstaret. vero nanque simile est, eum hospitali affectu in itineris prospectu sedisse: eaque diei hora, qua solis calor declinantes, qui faciunt iter, in hospitia diuertunt. tantopere enim curabat hospitalitatem vt noller hospitum venationem cuiquam familiarium committere: sed trecentos & octo habens vernaculos homo senex, & nunc decrepita ætatis, cætenarius enim erat, apud ianuam excepturus hospites sedebat. Et quia hospitalitatis sagem expanderat, meruit & vniuersitatis dominum cum angelis suis suscipere. Ea propter & Paulus dicebat, Hospitalitatis ne obliuiscamini, per hanc enim quidam nescij angelos exceperunt: patriarcham insinuans. hinc & hospitalitas apud Hebræos semper in precio fuit. itaque à tanto patriarcha simpliciter & studiosè celebrata. Vnde & triginta illis argenteis, quibus à Proditore Christus impie distractus fuit pro veteri consuetudine principes sacerdotum veraciter impij pietatem præferentes Emerunt agrum singuli in sepulturam peregrinorum: quemadmodum Matthæus Euangelista prodidit. Enimvero in hoc etiam pietatis officio, sicut in cæteris rebus ad religionem & humanitatem pertinentibus, Hebræos Christiani multo antecellunt. Argumento sunt pleraque xenodochia vbique ad pauperum peregrinorumque susceptionem ædificata.

Chryso.

Hebr. 13.

Matt. 27

Cumque eleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quippe non est animi constantis elatos oculos circūactare, sed opportunè attollere, & qua sit opus visus aciem modeste dirigere tamen viri exemplo, qui demissis oculis manebat. Sed in cunctis quæ vel ad pietatem colendam

vel ad civilem honestatem pertinent, primas partes Iesus noster obtinuit. cuius mos fuit, oculos suos summa verecundia affectos & in humum pronos, modò diuina quadam grauitate demissos continere, modò super humana dignitate ad aspiciendum attollere. Eleuauit itaque Abraham oculos suos castos honestis tantum rebus inspicendis assuetos: id quoque dignos, quibus dominum videret, sub ea videlicet forma, qua voluit ille sese videntem ei præbere: nempe in tribus viris. Apparuerunt enim ei tres viri stantes prope eum. Plausibile & illud, quod in Hebraica quadam glossa continetur: præcepisse videlicet Dominum Abraham paranti sibi assurgere, sedentem quiescere, atque manere: idque factum præ sagio quodam mystico, quo portenderetur, futurum esse olim, vt Deus ipse coram ipsius nepotibus iudicandus adstaret. quod procul dubio sic euenit, quando dominus noster Iesus Christus stetit coram Anna & Caipha sacerdotum principibus, quàm impiæ neci, rãpiæ morti ad mouendus. Porro quod prius in summa traditum est, nunc particulatim explicatur. Solet enim Sacra scriptura summa tum proponere, quæ postea sigillatim digerat. prædictum enim erat apparuisse dominum Abraham in conualle Mambre sedentem. nunc explicatur eius apparitionis forma, quæ dicitur: Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. in Hebræo supra eum. hi tres erant nimirum angeli Domini sub virorum specie ei visi, quos tradunt fuisse Michaellem, Gabrielem atque Raphaellem. Michaellem, qui semen celesti virtute roboraret: Gabrielem, qui circūcisum proles suscipienda fiducia confirmaret: Raphaellem, qui sterilem Sarâ fecundam redderet. Repete autem ei visi sunt, non vtiq; gradido accedere, sed subito adstare: vt ex impuulso aspectu ei mirabiliores haberetur: denique cõstiterunt in eminentiori loco, vt è situ se nuncios esse celestes insinuant. Enimvero cur non ulterius recta progrediebatur? nisi vt sic stantes occasione Patriarchæ inuitadi leipios præberet. Solet nempe Deus homines à suis ipsorum officijs occasione sumpta ad se vocare, eisdemque exercendæ virtutis ansam præbere ab eisdem studijs, quibus ipsi maxime delectantur, & detinentur. sic & beatos Apostolos mirabilis piscium captura argumeto per motos ad se traxit, hominumque piscatores fecit. sic etiam magos, illos illustres, viros obseruandis astris intentos per nouam mirabilitatemque stellam ad Christi canabula perduxit. sic & modo oblata Patriarchæ trium

Matt. 27

Matt. 4

Matt. 2

peregrinorum specie ad hospitalitatem incitavit. Nec defuit senex centenarius officio erga eos obeundo.

**Quos, cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui, & adoravit in terra.**

Expende in viro grandævio per benignā hospitalitatis promptitudinem: in centenario senē inopinabilem alacritatem: in adoratione demum insignem urbanitatem. modestissima namque genium plicatione in humū pronus exhibuit illis eum cultum, quo decebat eum colere vel homines, vel angelos, vel ipsum denique Deum pro sententia, quam de tribus illis sibi adstantibus mente versabat. Præfatusque est eis verbis quibusdam egregiā sane pietatem sonantibus, dicens.

**Domine, si inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum.**

Ad vnum plane quendam, quæ reliquis duobus esse præstantiorem animaduvertebat, vel in tribus illis diuino quodam spiritu instinctus ad ipsum Deum sermonem direxit dicens: Domine, facit & ad hoc, quod Hebrææ linguæ periti tradunt, in castigationibus Hebræorum codicibus Adonai, id est, Dominū hoc in loco cum accentu Camēz scriptum esse, quo apice subiecto id nominis in veteri instrumento de solo vero Deo accipitur. Gratiā autem, beneuolam appellauit domini voluntatem, quam in se propensam esse præcæbatur, vel in eo quod oblatum subiret hospitium. hoc est enim quod ait: Non transeas seruum tuum: id est: ne prætergrediaris hominis stabulum quamlibet humilimum cupientis sponte sua, obsequium quantulum eunq; præstantiæ tuæ exhibere. Dixeris. Quid est quod tantus propheta ei, quem spiritum esse forte crediderat, corporale proponit obsequium? Nēpe quod hospitalitatis officia etiam angelis adhiberi possunt, cum ex elementis corpoream speciem assumunt. non quod illis egeant, sed quod illa admittendo humanis votis arrideant. quod vir hic iustissimus intelligens simul & deitatem in vnitate adorabat, & dispensationi angelicæ in forma visibili, eademque trina ministrabat. ideoque præces vni tantum porrigit: hospitalitatis autem officia pariter tribus omnibus profert eum dicit.

**Sed afferam pauxillum aquæ: & lauentur pedes vestri.**

Enimuero, quod Abraham tam sedulo atque pie angelos suscepit hospitio, eorumque pedes aqua lauandos curauit: promeruit utique ut aliquando posteris suis in deserto sitientibus Deus aquarum copiam de silice promeret. vicitque longe huius patriarchæ meritum illam nobilem duorum insignium ducum ad aquas contradictionis, vel ignauiam, vel incredulitatem: ut vel hinc noueris, quanti faciat Deus propensam hospitibus humanitatem, quam tanto post tempore opportuna maxime aquarum subuentione donauit.

Quod si alius mente conscendas, vehementiori obsecro cogitatione perpende, quam admirabili dispensatione Deus ab homine aquæ laucrum acceperit, locutus & ipse olim mortalium pedes: & qui simili dispensatione baptizandus esset à Ioanne, tali accinctus sanctæ lotionis præudio sacrum laucrum institueret, quo totum genus humanum ab vniuersis peccatorum maculis ablueret, ut Euangelica narrat historia. Porro eosdem viros sub arbore sedere curauit.

**Et requiescite, ait, sub arbore.**

Et forsitan id egit antiquitatis memor. Meminerat enim primum hominem sub arbore peccasse, & sub arbore delituisse, & inde in communes calamitates incidisse: nec posse ab illis erui, donec magnus ille consilij angelus sub foehci mirabilis crucis arbore quiesceret, nec non proiectus in aquas tribulationum a marissimas eas mira quadam suavitate edulcarer: & pro lethali arbore cunctis generibus vitalem erigeret. Est enim Christus virginitus & sapientia Patris, lignum vitæ omnibus accipientibus eam. Deinde congruenter addidit.

**Ponamque bucellam panis: & confortetur cor vestrum.**

Prius meminerat aquæ: nunc apponit & panem, quoniam pane simul & aqua integer cibus in Scripturis sanctis significatur. alioqui perquam modeste conuiuium facile parandum promittit: nec dapes iactat, ne videatur epulum pluri, quam conuiuias facere: & quæ ex insperato fuerint allata, sint gratiora. Et confortetur, ait, cor vestrum, quoniam assiduo labore, nimioque æstu pulsatis spiritus, atque vitales à corde frequentiores quam

quàm par est, emittuntur. qui si vitra modum imminuatur, paulatim cor deficit. quique si penitus exhauriatur, prorsus interit. Lassus atque defatigatus opus est præsentaneo cibo, quo sufficit spiritus illi reponatur, & instauretur: quibus vitalia penetrantibus cor facile reficitur, atque roboratur. Notandum quod præter id quod panis in Sanctis scripturis sæpe pro iusto, integroque, vsurpatur alimento: appellatur quoque cordis robur, & fulcrum etum idque in Legge, & in Prophetis, & Agiographis. in Libro Regum primo: Ponamque bucellam panis, & confortetur cor vestrum. & in Psalmo: Et panis cor hominis confirmet. Quod si panis hic corporalis & corruptibilis humana corda reficit, & corpora firmat: quanto verius ac plenius verus ille panis, qui de celo descendit, panis verè vitalis: quippe qui dat vitam mundo, pie desumptus comedentium animos alit: mentesque reficit & roborat. At quia abeundi facultatē à comestione eis proponit dicens:

**Et postea transibitis.**

Constat prandium illis parasse non cenam. Præstabant igitur antiqui, atque cœnitabant, licet apud illos luxuriosiores multo, atque ambitiosiores cenæ, quam prandia fuerint. Verum in honestissima iusti viri domo ita civiliter, abundanter, lautæque epulæ parabantur: ut tamen cunctæ veterem illam & humano conuiuii commodissimam frugalitatem sapienter, quam quidem frugalitatem insignis Orator in populari oratione talibus commendat: Ut volet quilibet accipiat: ego tamē frugalitatem, id est, modestiam, & temperantiā virtutem maximam esse iudico. Ut enim nequicia est mater vitiorum omnium: ita frugalitas mater cunctarum virtutum. Et sicut illa à nihilo, id est sterilitate: sic hæc à fruge, id est, à fructu propter quandam animorum fecunditatem est nominata. Quod autē addidit.

**Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum.**

Apponit & necessitati vescendi apud se oportunitatem: ut à duobus conuiuium eis oblatum admittere persuaserit. prius quidem à necessitate, cum dixit, Et confortetur cor vestrum: posteriori ab oportunitate inquitens: Idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Nam pro eo quod in Latino legimus Idcirco, in Hebræo est כי על כן ki ghal ken quod

modò significat Idcirco, modò Siquidem, quadrat autem huic loco potius Siquidem, quam Idcirco. non enim ideo tres illi viri ad Abraham diuerterunt, ut sese ipsius mensæ impudenter ingererent, licet à diuertentibus ille inuitandi eos occasionem arripuerit.

**Qui dixerunt: Fac, vt locutus es.**

Etenim munera nostra Deus, quæ eius bonitas est, libenter accipit, si pura de mente profecta fuerint: ut eorum acceptione offerentes lætificet, alliciat, contineat, & sibi magis ac magis familiares reddat. Nec in his, quæ à mortalibus ei offeruntur, modum præscribit: absit modo, & ab offerente, & ab oblati superstitio: ad sit discretio: quia minime querit, quæ offerenda sese offerunt, talia sunt, quæ Deo offerri liceat. Si bene, inquit, obtuleris, & male diuiseris, peccasti.

**Festinavit Abraham in tabernaculum ad Saram.**

Animi alacritate tardam ætatem superabat. Igitur properauit senex, ne tepide propositum exequi videretur: Sed ex animi sententiā profusus illos accipere.

**Dixitque Saræ: Accelera: tria facta similia commisce: & fac subcinericios panes.**

Cum Accelera inquit, similem vir ab vxore sua alacritatem in excipiendo, fouendisque hospitibus exigit. Nec boni viri bona scemina mariti mandato refragatur: sed æquale & ipsa studium affert. Profecto pro eo quod hic legitur facta, in Hebræo ponitur כִּי וְסֵדָה cēim id est mensuras, licet incerta nobis sit eiusmodi mensuræ quantitas. Septuaginta quoque nomine generali τρία μετρήματα, id est tres mensuras interpretati sunt. Hieronymus hæc mensuram existimat esse amphoram. interpres itē Chaldaicus, kimhā, id est, farina, posuit De-coltha. i. simile, sensum potius, quā vim Hebræicæ dictionis secutus. est enim similia farina alba, & flos seu deliciae farinae triticeæ. Et fac, ait, subcinericios panes. hæc enim coquendi ratione panes ocus multo parantur, quàm si magno in furno concoquantur. præter id quod eiusmodi panes quibusdam hominibus sunt in delicijs: ut tales, quasi lautiores, hospitibus apponendos curarit.



Matth. 3.  
1. corin. 5

Nec verisimile est in domo tam opulenta cibarium panem tunc temporis defuisse. Omitto quoddam ad hospitium numerum tres tantum panes parantur: quorum sane mysterium ex Euangelio, & Paulo Apostolo nobis manifeste aperitur. hæc enim sunt illa tria fata farine quæ mulier Evangelica fermentauit: hi denique panes iuxta Legem, & Apostolum sunt azymi: quia sine fermento malitiæ, & nequitiæ languore, atque doctrinæ peruersæ errore, credentium in Christum esse unitatem oportet. Sunt & ijdem subcinericij, ut Spiritus sancti vapore decocti per veram delictorum pœnitentiam esca Deo acceptabilis fiant.

Quid? quod ex communi disertissimorum virorum tam Latinorum, quam Græcorum sententia hi tres viri, imo angeli tres personas in vna diuinitatis maiestate cõgruentissimè adumbrant, quidquid ogganiat inuidus cœcusque Iudeus, quod sane mysterium Abraham cognoscens (erat enim propheta) cum tres vidisset, vnum adorauit: docuitque diuinitus cõctos homines summa quidem ab eis reuerentia omnes diuinas personas esse colendas: sed colendi rationem vnã vel maximam esse optimæ summæque deitatis excellentiam.

Ipse verò ad armentum cucurrit: & tulit inde vitulum tenerimum, & optimum: deditque puero, qui festinauit, & coxit illum.

Cuncta alacriter exequitur: & tanquam, sicut aquilæ, iuuentus eius renouata fuisset, senili grauedine deposita expetendos cibos apparere celeriter, & ad modum studiosè festinat: nimirum longe iam alienus ab illa execratione: Maledictus qui facit opus Dei negligenter. Ad hoc fertur, hunc puerum, cui senex vitulinam coquendam tradidit; Hismaelè fuisse: quem iam tunc pientissimus pater obeundis expectatæ pietatis operibus imbuebat, de cœntissimisque officijs innutricbat. Nouerat enim multum referre ad vitam hanc probè, pièque degendam; pueros ab ineunte ætate hoc, vel illo more institui: magnique esse apud Deum meriti filios bene educare. Ceterum iuxta mysticos intellectus vitulus tener & saginatus Christum patenter adsignificat, qui pro mundi salute in crucis arbore immolatus est: hic est enim vitulus ille paschalis, quæ pater cœlestis pro reparando filio prodigo in Euangelio Lucæ occidendum tradidit.

Luc. 15.

Tulitque butyrum & vitulum, quem coxerat: & posuit coram eis.

Vitulum pro quodam vitulinæ carnis segmẽto per synedochem posuit. Animaduertendum, quomodo omnia cum velocitate, cum ardenti alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna iucunditate faciat. Hilarem enim datorem diligit Deus. Comedebat denique illi.

2. cori. 9.

Ipse verò stabat iuxta eos sub arbore.

Habitu vrbani hominis his verbis describit: qui & humanitatis, & modestiæ, & officij gratia conuiuis non assidebat, sed adstantabat. Pulchrè Chrysofomus. Adstantabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio, & alacritate multa, imbecillitate sua factus superior, & robur quoddam accepisse. sæpe enim consuevit alacritas animæ si quando roborata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Astitit igitur Patriarcha, quasi famulus, & summum honorem suum existimans, quod præsentibus ministraret: & solaretur itineris eorum laborem.

Chrysof.

Cumque comedissent, dixerunt ad eum: Vbi est Sara vxor tua?

Comedere dicuntur angeli ἀνερωπομορφάτικας, quod velut in ventrem cibos transferant: eosque vi quadam haud vtique digerant sed in morem ignis absumant. Honestè autem, & pergratè à prandio: vt ingentem gratiam pro officio suscepto hospiti referant Patriarcham interrogant. Interrogant autem, quasi homines ignoti, vbi nã sit Sara. Quia statim enim Dominus polliciturus erat ei, quæ super naturam forent, propter hoc etiã, dicendo Saræ nomen, significauit, quod supra naturam esset, qui in tabernaculum eius diuerterat. Non enim hospiti mensæ adfuerat mulier verecunda atque pudica: sed pudore decenti contenta in secessu manebat. Hinc ille respondit.

Ecce in tabernaculo est.

Honestè admodum in tabernaculo Sara probatissima femina intus sedebat. quia nõ est mulieris honestæ in publicum frequentius prodire: sed domi quiescere, nisi vrgeat necessitas: vel tanta sit commoditas, quæ illam aliquo accedere suadeat. est enim meretricum huc illuc euagari: nec nõ editiori de loco impudico

impudico aspectu pulchritudinem ostentare.

Cui dixit.

Non dubium quin vnus è tribus illis. Enimvero quid sibi vult hæc numerorum commutatio? modo quidem ait Dixerunt, quasi plures essent, qui loquebantur: modo Dixit, quasi vnus tantum esset: id videlicet innuere vult, quod in tribus angelis loquentibus, vnus Deus erat, qui loquebatur. haud tamèn est incongruum hanc varietatem hinc subortam putare, quod prius omnes tres de Sara simul maritum interrogarint, deinde præcipuum inter eos, & eum qui ad annunciandum Saræ conceptum venerat, singulariter oraculum protulisse dicendo.

Reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite: & habebit filium Sara vxor tua.

Cum ait, Tempore hoc, similem in altero anno diei præsentis diem indicat: in quo scilicet Sara viuã foret & incolumis. Ergo quod Hieronymus traduxit Vita comite ad Saram refertur: ac si dixisset: Reuertens veniam altero anno: vel potius, hoc exacto veniam ad te, vita comitante Saram. Eadem quoque phrasi Heliæus est vsus. Sed Heliæus non dixit se reuersurum: quia minime, sicut angelus reditus erat. Quæras, quando angelus ad Abraham sit reuersus. Certe circumacto anno redijt eodem, veluti rediuiuo tempore. Vnde id constat? Ex eo nempe, quod inferius iam reuersus inquit: Multiplicans multiplicabo te, vel potius respondendum est, quod, licet Scriptura, vel angeli, vel Domini reditum taceat (non enim cuncta replicat) credendum tamen est, eundem designato tempore ad Abraham fuisse regressum. Simile quidam est apud Iohelẽm prædicentem prodigia Christo patiente futura, Sol conuerteretur in tenebras, & luna in sanguinem. Super quo Hieronymus. Sol est versus in tenebras, quando pudentem dominum suum videre nõ ausus est: & luna in sanguinem: quod iuxta historiam factum esse credamus, & ab Evangelistis prætermissum. Hæc ille: Sic & gentium doctor in Hispaniam iturum se prodidit, sentiuntque; autores nonnulli minime contemnendi, Hispaniam illum petijisse, quod tamen Scriptura omnino silet. Multa igitur quæ in Scripturis sanctis prænunciata sunt, euenisse plene putemus: quamuis haud sit in eis proditum, vel quando, vel quomodo completa fuerint. Et habebit, ait, filium Sara vxor tua. filium vtique

Iobel. 2.

Hieron.

Rom. 15.

que, non illum ancillæ: sed suum ipsius Saræ filium: id est: non adoptiuum, sed naturalem: Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi.

Potius sensum, quam verba, & quod interim accidit, Hieronymus explicuit. nam Hebræa ad verbum sic habent: Et Sara audiebat in ostio tabernaculi. accersita em Sara femineo quodam pudore prope tabernaculi ostium substiterat, auscultans nimirum quos sermones noui hospites cum viro suo conferrent. & quod vterius in Hebræo sequitur: Et ipsum post eum, significat, quod ostium tabernaculi situm erat ad loquentis angeli terga, ex quo liquet, non potuisse angelum ab occipitio ridetẽ Saram aspicerẽ: ac perinde nõ quidem corporali, sed spiritali, id est, sua ipsius angeli vi illius risum deprehendisse. At ne stultum, aut leue omnino censẽas grauissimæ feminae risum: quasi respondens pro ea Scriptura loquitur.

Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis: & desierant Saræ fieri muliebria.

igitur re noua, & à naturali consuetudine aliena audita, nimirum risit. Perdocte Augustinus, Ambo senes erant, sed illa etiam sterilis, & liquore menstruo iam destituta; propter quod iam parere non posset, etiam si sterilis non fuisset. Porro si femina ita sit prouectioris ætatis, vt ei solita mulierum menstrua adhuc fluant: de iuuenere parere potest, de seniore non potest: quamuis possit adhuc ille senior, sed de adulescẽtula gignere. Sicut Abraham post mortem Saræ de Cethura potuit: quia viuã eius inuenit ætatem. hoc ergo est, quod mirum commendat Apostolus, & ad hoc dicit Abraham iam fuisse corpus emortuum: quoniam non ex omni femina, cui esset aliquod adhuc pariendi tempus extremum, generare ipse in illa ætate adhuc posset. ad aliquid enim emortuum corpus eius intelligere debemus, non ad omnia. nam si ad omnia non iam senectus viri, sed cadauer est mortui. Quamuis sic etiam solui solet ista quæstio: quod de Cethura postea genuerit Abraham. quia donũ gignendi, quod à Domino accepit, post obitum etiam mansit vxoris. Sed propterea nihil videtur illa, quam fecuti sumus huius quæstionis solutio præferenda: quia centenarius quidem senex, sed temporis nostri de nulla potest femina gignere. non tunc quidem, quando adhuc tandiu viuebant

Augusti.

Rom. 4.



uebant, ut centum anni non facerent hominem decrepitae senectutis. haec ille.

**Quare risit occulte.**

Effusa quidem est Sara in risum: sed adeo demissum, ut ab alijs audiri foris nequireret.

Et dixit.

Vel secum ipsa loquens, vel suppressa voce cum ancillis suis agens.

**Postquam senui: & maritus meus verulus est: voluptati operam dabo?**

Nonagesimum vitae suae annum agebat Sara: centesimum Abraham. expertique se tam longa consuetudine infecundos iam tunc ante auditum Apostolum sese thoro separauerant, ut liberius orationi vacarent: & ut futilem exemplo suo libidinem damnarent. hoc enim est quod turpe atque indecens arbitrata risu dignissimum censuit, si minime gignere potentes, & a genitili opere iam olim cessantes, velut impotentes libinis denuo coiret quod non tam coniugalis officij, quam meretriciae veneris negotium videri posset. Quid mirum, mulierem pudicissimam, a viroque sapientissimo edoctam hanc habuisse de castitate intra matrimonij quoque limites seruanda sententiam? Siquidem puriores theologo, atque sanctiores censent, viri & vxoris congressum praeter gignendae prolis & mutuae fidei seruandae studium, pro explenda voluptate dumtaxat, appetitum non carere culpa, vel certe leuiori, atque veniali.

**Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara dicens: Num vere paritura sum anus?**

Enimvero arguitur merito Sara, quod risit: non autem Abraham, qui similiter riserat: quoniam niam Abraham risus admirationis fuit, quae fidei dem dictis non abrogat: Sarae autem dubitationis, quae iam ab integra fide declinabat. id quod diiudicare tantummodo ille potuit, qui solus nouit corda filiorum Adam. Caeterum quae dixit?

**Num vere paritura sum anus?**

Naturae plus, quam diuiniae acquieuit potentiae. Quem errorem, ut efficacius Dominus tollat, percontatione respondente vrget dicens.

**Nunquid Deo est quicquam difficile?**

Nempe pro difficili in Hebraeo est verbum *יָשָׁר* iypalé, quod varia significat, videlicet, abscondetur, separabitur, mirificabitur, difficile erit: quae omnia huic loco maxime congruunt: nam Deo nihil est absconditum. omnia enim, ut diuinus Paulus testatur, nuda sunt & aperta oculis eius. nihil item ab eo semotum est, qui coelum implet & terram, & cuius sapientia attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: nihil mirabile Deo, in quo perspicua est omnium mirabilium actionum, operumque mirabilium causa & origo primaria: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso vita erat. Denique nihil est ei difficile. quia omnia quaecunque voluit fecit in caelo, & in terra, & in mari, & in omnibus abyssis. ut iam non modo non sit impossibile apud Deum omne verbum: sed neque difficile. siquidem cuncta fert, atque refert nullo, aut laborioso, aut vehementi conatu: sed facilissimo virtutis suae nutu. nec temporis dispendia agendo sustinet: sed momentaneo compendio facienda peragit. Demum manifeste se ipsum Dominus detexit: ostenditque naturae dominum esse, atque omnia posse: quando voluerit, & emortuam vuluam fecundam & partui idoneam facere. idcirco summa autoritate dicta confirmat dicens.

**Iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite: & habebit Sara filium.**

Chrysofostomus. Postquam reuertero, inquit, tempore illo, tunc sciet ipsa Sara, quod neque senectus ei obstaculo fuerit, neque sterilitas. sed verbum meum non poterit irritari: & partus eam docebit eorum, quae a me dicta sunt, potentiam.

**At illa negauit.**

Id quod Dominus scire se interrogatione ostenderat.

**Dicens: Non risi, timore perterrita.**

Timor enim concusserat eius mentem: & ideo Scriptura tribuens hoc totum infirmitati muliebri inquit: Timore perterrita. Porro quae mentita est, proculdubio peccauit: sed est eius ignoscenda culpa: quae non inolita malicia, sed praesentanea perturbatio deliquerit.

**Dominus autem, Non est, inquit, ita: sed risisti.**

Hebr. 4.

Sap. 8.

Ioan. 1.

Psal. 113.

Luc. 1.

Chrysof.

Ne

Ne putes, inquit, licet in animo haec tractaueris, & quod in occulto riseris: quod possit abscondi a virtute & scientia mea. itaque negare factum noli, ne addas ad peccatum. Quid ad haec Sara tacuit nempe: & quae negauit, minime pernegauit. proba enim erat foemina. quodque muliebri formidine peccauerat, liberali quodam silentio arguenti se annuens correxit. Quinetiam reuelati risus sui miraculo persuata, pollicenti factum fidem adhibuit: eaque in Deum fide praedita filij conceptionem, cum marito suo promeruit. Et de viri quidem fide testatur Apostolus in epistola ad Romanos sic inquit: Abraham contra spem in spem credidit: ut fieret pater multarum Gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum, sicut stellae caeli, & arenae maris. & non est infirmatus in fide: nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam sepe centum esset annorum: & emortuam vuluam Sarae. in promissione etiam Dei non haesitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dās gloriae Deo. plenissime sciens, quia quaecunque promisit Deus potens est & facere. Et de vxoris eius fide in epistola ad Hebraeos

Roma. 4.

Hebr. 11.

inquit. Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam praeter tempus gratis. quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. Caeterum, si in dubium reuocetur, fuerit ne mirabilius concepitse an natura sterilem, quam virginem natura fecundam? Porro absurdum foret, & stultum quaestionem hanc discutere, si virgo illa communi congressu ex viro conceperit: sic enim nihil acciderit miraculi. immo quae sic conceperet iam desineret esse virgo. Quod si illa concepisset semine virili in eius alui a daemone, vefertur, in cubo immisso pressa sopore, & flagrantia signata: maneret quidem illa virgo. & ante partum integra: sed ea conceptio esset quidem naturalis, non autem miraculosa, licet daemone arte prodigiota. Quod si non fuerit eiusmodi virginis conceptio mirabilis, nullatenus nunc venit in comparationem eum illa anus sterilis conceptione. nam quae nullam habent inuicem analogiam, non bene inter se conferuntur. Quare tractanda est proposita quaestio, ut sit locus comparationi, quando virgo non ex virili semine, sed sola Dei virtute conceperit. quo admissio atque constanti; censemus mirabilius esse, si virgo adolecens hominem purum concipiat, quam si idem faciat sterilis anus. quia in vetula quidem sterilitas remouetur, & aetatis vigor concipiendo necessarius reficitur: in virgine autem vi-

ri absentia, coitusque per superiorem virtutem suppletur ad generationem necessarius. At vero plus distat non vir a viro, quam infecunda a fecunda. quia in altero fecunditas tantum, in altero autem, & persona simul & actiua generandi vis concluditur. At opus mirabile tanto est mirabilius, quanto magis ab ordine naturae recedit. Praeterea in anu sterili & decrepita reficitur seminan di vis, medio tamen utroque semine tandem concipit: virgo autem prorsus absque virili semine concipit. Quare ut illa conceptio ex parte, ita haec omnino supra naturam perficitur. Ad haec quamuis anui sterilis sit reddita diuinitus fecunditas, in virgine tamen fecunda eius potentia remota, sit per superiorem virtutem proxima, & ad concipiendum actum reducitur. Ac perinde sterilis anus illa recepta mirabiliter fecunditate per agens naturale concipit. haec vero per supernaturale. Mirabilior ergo fuerit huius conceptio, quam illius. quia vnum quodque magis iudicatur tale secundum formam, quam secundum materiam: & similiter secundum agens, quam secundum patiens. quia, ut ait Philosophus, Forma tenet ex parte agentis. Suffragatur & huic rationi Diuus Ambrosius super Lucam dicens. Quam cito de impari conditione creditur Maria? quid enim tam impar, quam Spiritus sanctus & corpus? quid tam inauditum, quam virgo praegrans contra legem, contra consuetudinem, contra pudorem, cuius charior cura est virginitas? Zacharias autem non de impari conditione: sed de senili aetate non credidit. nam conditio congruebat. ex viro & foemina solennis est partus. Nec incredibile debet videri, ubi natura concordat: cum aetas naturae sit, non naturae aetatis, sit plerumque ut aetas impediatur naturam: non est tamen irrationale, ut minor causet causa maiori: & potior prerogatiua naturae vsque inferioris excludat aetatis. Haec ille. Praeterea sterili datur generandi facultas, sed progressu quodam omnino naturali: Virgini autem additur per Spiritum sanctum vis quaedam, quae vel subito, vel breuissimo temporis curriculo praestet nonnulla quae alioquin longiori spacio essent peragenda. Tandem talis virgo gignendi calore diuinitus accepto tantum humorem foetui procreando suppeditaret incognita viro, quantum illa sterilis iam fecunda, viroque permixta. Hinc merito catholica Ecclesia in miraculum primum quoque refert, quod Deipara virgo conceptum in utero foueret, nutret, natumque lactaret, cantans de illa. Ipsum regem angelorum

Aristot. Ambros.

sum sola virgo laetabat vbera de caelo pleno. Quod si mirabilior multo est virginis conceptio foecundae, quam anus sterilis, ubi purus homo conciperetur: quanto mirabilior est, & ultra omnem comparationis gradum, ubi virgo conceperit Deum & hominem, sic ut quod ex ea natum est, sanctum sit, atque verissime vocetur & sit filius Dei? Hoc est proculdubio miraculorum maximum in quod tanquam in caput, referenda sunt quaecunque miranda opera ab orbe condito Deus omnipotens edidit. Hoc est summum illud signum quod impio regi & incredulae plebi Esaias pollicitus est dicens, Propter hoc Dominus ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Hemanuel. Et Hieremias de eodem: No uum creabit Dominus super terram. foemina circumdabit virum. Eleganter igitur Ambrosius praefert fide beatam Mariam virginem Zachariae sacerdoti. adiunguntur enim rationi, quam superius ex eodem autore intulimus, ea quae sequuntur. Huic accedit, quod Abraham & Sara filium in senectute susceperant. & Ioseph filius senectutis est. quod si, quia refert Sara reprehenditur, iustius condemnatur, qui nec oraculo credidit, nec exemplo. Maria autem, cum dicit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoui? non videtur dubitasse de facto, sed de facti qualitate quaesisse. Liqueat enim, quia faciendum esse credidit, quae quomodo fieret, interrogavit: unde & meruit audire, Beata quae credidisti. Et verum beata, quae sacerdote praestantior, cum sacerdos errasset, virgo correxit errorem. Nec mirum, si Dominus redempturus mundum, diuinam operationem suam inchoavit a matre ut per quam salus omnibus parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. Et bene quaesivit, quomodo fieret. legerat enim quod virgo conciperet: non legerat, quae ad modum virgo generaret. legerat, ut dixi, Ecce virgo in utero accipiet. quomodo autem acciperet, in Evangelio primum Angelus est locutus. Haec ille. Quare cum angelus in exemplum affert virgini sterilis anus conceptum, non ut incredulam hortatur ad fidem: sed credenti, quae audierat, ampliora replicat mysteria, ut quae Deum virgo erat paritura, praecursorum quoque de anu sterili cognosceret: atque ab exemplo sensibili id, quod iam in se futurum crediderat, manifestius nosset: & suavi quodam ductu, atque humanae conditioni congruente in eo ipso, quod crediderat, manifestius nosset: & amplius firmaretur. Forsitan no-

bis occurre munitus autoritate Venerabilis Bedae dicentis. Ne virgo se parere posse diffidat, accipit exemplum sterilis anus pariturae: ut diffidat oia Deo possibilis, etiam quae naturae ordine videtur esse contraria. Oportet sterilis conceptione esse mirabilior virginali. eo quod illa ad huius firmamentum allegetur. Audi Chrysostomum. Quonia praecedens dictum superabat virginis mentem, ad humiliora angelus declinavit sermonem, per sensibilia ipsi suades, Et ecce Helisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis est sextus illi quae vocatur sterilis. Veritatem, ut ait Nicolaus, quia exemplum hoc non est vsquequaque perfectum: quia maius est virginem concipere, quam sterile: ideo angelus inducit rationis efficaciam ex Dei omnipotentia, Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum: tanquam si dixisset: Eo quod experimento iam notum est sterile virtute diuina concipisse, constat & posse virginem eadem virtute concipere filium altissimi. Nec enim omnipotentis virtus villo sine claudatur, quasi possit hoc prestare, & non illud, quin potius ex quoque opere mirabili, quod diuinam potentiam ordine naturae superioris ostendit, colligi licet, quod eumque aliud esse Deo possibile, siue prior illi fuerit minus, siue aequale, siue denique maius. quia in rebus mirabiliter gestis ratio tota facti est potentia facientis. Ipse namque Deus, cum sit naturae dominus cum dea potest, cum velit: qui ex sententia sua cum dea peragit, & disponit: Ipse. n. dixit, & facta sunt ipse mandavit & creata sunt. Denique oia, quae eumque voluit Dominus, fecit, siue in caelo, siue in terra. Nec id mirum, quantum est ex parte omnipotentis. quia in eo, ut ait Bernardus, nec verbum diffidet ab intentione, quia veritas est: nec factum a verbo, quia virtus est: nec modum a verbo, quia sapientia est: Ac per hoc non erit impossibile apud Deum omne verbum. Neque quoniam in conceptu Isaac sublata sunt diuinitus tria impedimenta, primum sterilitatis, alterum mensuram sanguinis defectus (iam enim defierant fieri Sarae muliebria) tertium decrepita, frigentisque aetatis in Abraham: ideo conceptio Sarae fuit mirabilior, quam virginis. Siquidem, licet illuminare duos caecos sit mirabilius exte siue, quam vni mortuo visum reddere: hoc tamen inter se est multo mirabilius. Miracula autem non tam iuxta operum extensionem, quam potentiae intentionem sunt expendenda. Quia maioris virtutis atque potentiae est, superare naturam inter se siue, quam exte siue: mirabilius enim opus est, vnum tantum mortuum suscitare, quam sanare & recitificare millemillia claudorum. Denique hac ratione in concordiam facile reuocatur, si qui au-

Bedae

Chrysost.

Nicolaus

Psalm. 148

Bernardus

Luc. 11.

Esai. 7.

Hiere. 31

Ambro.

Luc. 1.

Esai. 7.

tores hac de re contraria sentire videntur. *Tostadus* Lege, quae tradit sapientissimus *Tostadus* super libri Iudicum capite tredecimo: & quarti Regum capite quarto. Iam vero ob liberalem hospitalitatem futurorum scientia Patriarcha remuneratur.

Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam.

Ad orientem vtrique vrbis Chebron iacet platicies Pentapoleos in quam loco eminentiore vrbis aciem angeli direxerunt, nempe illorum iter facturi. eiusque regionis vrbes euerfuri. Et quia cum Abraham tractauerant de futura misericordia, quam erga eum Deus esset executurus, in genium dando ei de libera filiam: ne quisquam Deum iusticia vacare crederet: exercendum contra Sodomam iudicium intentatur: eidemque Patriarchae reuelatur.

Et Abraham simul gradiebatur deducens eos.

Quippe comitabatur eos, vel officij gratia, vel ut iter eis ostenderet, si forte adhuc eos homines putabat. Certe deducebat, euentus futurae calamitatis, quae Pentapolim oppressura erat, ignarus. Sed Dominus, sicut vult pios iustorum praemia scire: sic non patitur eos, impii nescire supplicia: ut illud sit ipsis illectamento: hoc autem exemplo: vtrunque autem oblectamento.

Dixitque Dominus.

Etenim in tabernaculo Abrahae, & angeli, & eorum dominus per idem tempus visi sunt. postea vero illi quidem, ut ministri, missi sunt ad subuersionem illarum ciuitatum, ipse autem Dominus mansit: & quasi amicus, amico iusto communicabat, quae nam facturus esset. Vnde cum illi profecti essent, dixit Dominus. Cuinam? vel angelico exercitui Dominum ipsum circumstanti, vel secum ipse loquebatur, quae mox facturus esset aeterno consilio cogitans. quale est illud Ezechiae regis: Ego dixi in dimidio dierum meorum, pro eo quod est, mente volui, atque reputavi.

Esai. 38.

Ioan. 12.

Dixit autem, Num coelare poterit Abraham, quae gesturus sum?

Potero coelare positum est, pro Debeo velle coelare. nam verbum Possum pro Volo interdum vsurpatur. ut in Evangelio Ioannis, Et non poterant credere, pro Nolebant dictum

est. Siquidem auxiliante Deo liberum est homini diuinis oraculis credere. Profecto bene Dominus viro iusto, suique studio, & in primis amico secreta sua detegit, & tanquam fidelissimo. celestium sacramentorum custodi committit. est enim mutua consiliorum communicatio firmissimum mutuae benevolentiae argumentum. Vnde & hoc indicio vsus est Christus, ut mutua sibi cum discipulis suis intercedere amicitiam satis probaret. Dixit enim eis, Vos amici mei estis: quia omnia quae audivi a Patre meo, nota feci vobis. Ne putesigitur honorem tantum viro iusto concessum solius esse diuinae bonitatis: sed cogita, eundem quoque sibi fuisse quadantenus honoris autorem, obediendo mandatis diuinis magna fedulitate. Itaque tres causas memorat, ob quas dignetur huic viro secretum suum praenunciare. quarum prima est. Quod Futurus sit in gentem magnam, & robustissimam.

Ioan. 15.

Magnam ad numerum retulit, ac si dixisset plurimam. adeo enim Hebraeorum gens multiplicata fuit: ut a conceptu Isaac vsque ad regressum filiorum Israel de Aegypto sexcenta virorum millia recensita sint, qui in acie educi possent. Robur autem ad virtutem militarem pertinet, qua praediti aspirantes Deo multas, egregiasque de hostibus victorias reportauerunt. Secundam causam addit, quod Et benedicende sint in illo omnes nationes terrae.

Nanque congruentissimum fuit eum praescire execrandorum incendium Sodomorum, in cuius semine abscondendi erant omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei: & per quod genus humanum ab aeterno igne seruandum foret. Denique tertiam addit rationem dicens.

Scio enim quod praecipturus sit filijs suis & domui suae post se, ut custodiant viam Domini, & faciant iusticiam & iudicium: ut adducat Dominus propter Abraham omnia, quae locutus est ad eum.

Sane verbum Scio pro quo in Hebraeo est ידעתי Iadagti in Sacris literis multa significat, modo est in notescere & manifestare, nec non exaltare: ut illud, Quid est homo, quod inno-

Psalm. inno-

*Exod. 2.*  
*Psal. 1.*  
*Psal. 32.*  
innouisti ei? vel exaltasti eum? modò est eripere, atque liberare, vt apud Exodum; Vidit Dominus filios Israel & liberauit eos. modò est approbare, vt Nouit Dominus viam iustorum. modò est simpliciter nosse, vt Scio quòd nò est in hoie via eius. modò scire specialè quandà inspectionè, egregiùq; in aliq; affectu ad significat, qualem explicat Dauid dicens: Oculi Domini super iustos. alioqui oculi Domini còtemplantur bonos & malos. Iam vero quid sit illud peculiare, quod in hoc iusto Dominus nouit, & approbavit, continuo exprimit dicens, quòd præcepturus sit filiis suis & domui suæ post se. hoc enim à parentibus ipsa rerum natura exigit; vt filios, quos genuerint, alimentis nutriant, præceptis erudiant, moribus instituunt. absurdum enim est patres filiorum corpora curare; animos negligere. quod enitè suapte natura præstantius, id cura dignius. Enimvero Abrahæ laus hoc maxime claret, quòd non solum, velut naturæ sequax, sed tanquam diligentissimus diuinitatis cultor saluberrima daturus erat præcepta, tam filiis suis, quàm reliquæ familiæ, posterisq; suis, immo cunctis etiã gentibus, vt eusto dicerent viam Domini. Et quæ est Domini viã? nimirù pceptio, qua institui mur, atq; iubemur; facere iusticiam, atque iudicium. id est, synceram in Deum seruare pietatem: & sedulo in proximum integram præstare iusticiam, & æquitatem. videlicet, vt & illum religio sa obseruantia colas: & huc benigno foueas officio. Huc tendunt proculdubio illa duo charitatis præcepta, quibus Deum quidem super omnia, proximum autem, sicut nos ipsos, diligere iubemur.

Vt adducat, inquit, Deus propter Abraham, omnia quæ locutus est ad eum.

*2. pet. 1.*  
Multa quippe promeritus est Abrahã à Deo bona, tam rectæ fidei pietate, quàm recte factis eam consequentibus sibi, suisque posteris promissa, ac subinde retribuenda: quamuis nonnulla eorum haud aliter essent complenda, quàm si eius posteris, tanti Patriarchæ filios, fidei, quæ per dilectionem operatur, imitatione sese præstitissent. Quod beatus Petrus acriter animaduertens, vt dispersos per orbem terrarũ Israelitas, vel ad Christum reuocet, vel reuocatos in Christo contineat, eos talibus admonet: Quapropter fratres mei satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.

Porro postquam benedictionibus & laudibus fiduciam & animos dedit iusto, incipit, quod dicturus erat, argumentum.

Dixit itaque Dominus.

Non dubium quin Abrahæ.

Clamor Sodomorũ & Gomorrhæ multiplicatus est: & peccatum eorum aggrauatum est nimis,

Quamuis & aliæ ciuitates simul perierint: sed quia hæ fuerunt clariores, eas solum commemorauit. Clamorem autem vocat, cum sceleris magnitudinem, tũ flagitiorum, quæ perpetrabantur, euidentiam: quæ accusatoris officium supplerent. Sic enim frequenter & imprudenter Pentapolitæ maxima variaque facinora ædebant: vt ea res, vt pote maxime nefaria, nec ab ipso Deo, quamuis patientissimo, vltius dissimulari posset. Id quod vel ex eo liquet, quòd hos in maiorum exemplũ Deus adducit, cum Iudæos simili impudentia maxima scelera committentes apud Esaiã traducit dicens: Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt: nec absconderunt. multiplicatum autem dicit, quia non vnum illi peccatum: sed varia, plurimaq; peccata peccabant: ea nempe, quæ propheta Ezechiel enumerat dicendo: Hæc sunt iniquitas Sodomæ fororis tuæ, superbia, saturitas panis: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et licet Ezechiel liberali quodã pudore prohibitus præposteram libidinem inter prædicta crimina non enumeret, haud tamen dubium illos eadẽ infectos diuinis naribus putuisse. Id quod hoc loco, aliquanto, licet obsecurius, insinuat tamẽ: cum dicitur, Et peccatum eorum aggrauatum est nimis. eo enim vsque inueterata perperam agendi consuetudine, quasi mole quadam plumbea, depressi sunt: vt absque vilo pudorẽ masculèo concubitu indulgentes naturæ iura scèdissime violarent. quòd manifeste ex proximo capite cõstabit. Porro vt mortales à præcipitatione iudicij Dominus compesceret, mala Sodomæ prius voluit probare, quàm iudicare. & ideo inquit.

Descendam & videbo, an clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita: vt sciam.

Præclare Euaristus Papa. Deus, ait, omnipotens,

gens, cui nihil est absconditum: sed ei omnia manifesta sunt, antequam fiant: nò ideo hæc inquirere dignat<sup>9</sup> est, quòd ea ignoraret: sed vt nobis exemplum daret: & ne præcipites in discutiendis & iudicandis negocijs essemus: & ne mala proximorum prius quisquam præsumat credere, quàm probare. Verum nos repetamus verba singula: singula enim pondus habent. Descendam, cum ait, quid sibi vult? nunquid de loco ad locum transit vniuersorum dominus? non vtique. Sed cum descendere se dicit, sermonem nostræ infirmitati attemperans, cognoscendæ veritatis studium indicat. Præterea eum à longanimitate, qua peccatores ad pœnitentiam expectat, ad criminum puniendorum exactiorem sese demittit ab excelso misericordiæ culmine ad seuerum iusticiæ examen, velut ad quoddam inferius descendere videtur. Quoniam multò magis in ignoscendis mortalium culpis, quàm in exigendis ab illis meritis pœnis Dei maiestas eminet. Hinc illud, Misericordia eius super omnia opera eius. & illud Iacobi, Misericordia superexaltat iudicium. in eo autem quod appoluit, Et videbo, id est aperissimè cognoscam, noranda est duplex Dei providentia. non quòd Dei scientiam diuidamus, quæ simplicissima est: sed quòd ea nobis multiplex videatur iuxta multiplices eorum, quæ prouidentur, rationes. Duplex igitur nobis esse videtur Dei prouidentia: altera quidem vniuersalis, quæ versatur circa omnia, quæ ab eo cõdita sunt: vt ea cõseruet, & in fines suos agat: altera autem particularis in hominem reliquis animantibus præstatiorem maxime intenta. Quin & hæc posterior duplex quoque inuenitur: altera quæ in dignoscendis mortalium cogitationibus, eorumq; studijs, operibusque examinandis expenditur: vt illorum cuique pro meritis suis præmia rependat. altera, qua id tantum intendit, vt egregia quadam ope haud omnes homines, sed quosdam ad ea, quæ proba piãq; sunt, incitet, dirigat, iuuet: atque ita promoueat: vt in iusticia vsque ad vltimum huius vitæ halitum perseverantes, eaque Deo grati defuncti æternam illam vitam, atque felicissimam consequantur. Hæc denique Dei prouidentia iustos, electosq; tantum modo respicit: sicut illa alia peccatores & impios despicit, & examinat: iuxta quam nunc ait, Vt sciam vtum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint. Notandum quòd in Hebræo pro eo quod est Fecerunt, & pro Cõpleuerint, legitur *חבצ* calã, quæ dictio interpretatur finis siue con-

summatio. & est sensus: Si tõt tantaq; crimina commiserunt, finis eorum vitæ, rebusq; suis consumptio, extremaque perditio est illis inferenda: nempe tanquam hominibus consummata malicia deprauatis, & obdurata in Deum fronte impœnitentibus: Omnis enim arbor non ferens fructum excidetur, & in ignem mittetur. In eo autẽ quod sequitur, Aut non ita, inbaudendum est, fecerunt: vt scia: scilicet eos talia, tantaq; scelera minime perpetrasse: eosdemq; approbem. Hæc dicens, num ignorabat Deus peccatorum magnitudinem? Absit. Nunquid nesciebat laplos correctionem non suscepturos? Absit. Sed talibus verbis formam iudicibus præscribit, quã inuestigandis, plectendisq; occultis criminibus teneant. Nam quemadmodum commodus, piusq; scelerum absconditorum inquisitor, cum, siue riorum, siue fidei corruptelã deprehenderit, lætari debet: vt impijs, sceleratisq; punitis immedicabile vulnus enserescindatur: ne pars syncera trahatur. ita exacta perferutatio, si nihil criminis subesse certum, exploratumque habeat, amplius multò gaudebit: quòd nullatenus fuerit aliquid impij, sceleratumque commissum, quod diuinitatis oculos offenderit, supplicioq; sit dignum. alioqui est iniquissimum habendum, si forte (quod Deus auertat) vt iudicariarum tibi autoritatem compares, aut dubijs, aut leuibus, aut nullis extantibus malorum indicijs, nullaque publica insinuatione, aut semiple-na probatione quempiam non vrgente, importunis ac improbis peccatorum perferutationibus per Ecclesiastica decreta minus adprobatis subditos vexare pergas. Noli, inquit, impietatem querere in domo iusti. Denique taceo eos, qui omnia suspicionibus replent, quod inhumanum est, & auaricia, ambitioneque plenum: scilicet, vt despectis alijs atque iacentibus, ipsi soli habeantur in precio: vbi que regnent: cunctaque humana atq; diuina pro libito, vltro citroque versent. Nec meminerunt illud Ecclesiastici. Multos supplantauit suspicio: & in vanitate deuinit fœsus eorum. Tales erant, quos arguit Iesus dominus noster dicens: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. hæc sunt, vt canit Dauid, qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. Ceterũ ad duos illos angelos attinet quod sequitur.

Conuerteruntque se inde, & abierunt Sodomam.

Nam loquente Patriarchæ Domino angelis aduer-

*Matth. 3.*

*Iacob. 2.*

*Esa. 3.*

*Ezechiel.*

*Prou. 24.*

*Eccle. 3.*

*Matth. 9.*

*Psal. 27.*

*Euarist.*



aduersis vultibus ei adstabant: ideoque ab illo se auerterunt, vt Sodomam peterent.

Abraham verò adhuc stabat coram Domino.

Nempe auditis Domini verbis, perceptisq; tantis iniis, vir optimus obstupuit: & deprecanti similis immotus mansit.

Et appropinquans ait: Nūquid perdes iustum cum impio?

Appropinquauit Abraham ad Dominū magna fiducia fretus, & vehementi compassione motus. Est autē in Scripturis reperire tria accedēdi genera: ab alijs appropinquatur ad agendum: ab alijs acceditur ad placandum: ab alijs denique fit aditus ad precandum. & quidem ad pugnandum accessisse legimus

2. reg. 20  
Infrā 45

Ioab insignem illum exercitus David duē appropinquauit & Iudas confidenter ad placandum fratrem suum Ioseph Ægypti principem à Pharaone secundū. adiuit & ad precandum Elias. His tribus modis accessit Abraham ad Deum. & quidem ad agendum, cum ait, Nunquid perdes iustū cum impio?

Si fuerint quinquaginta viri iusti in ciuitate peribūt simul: & nō parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in ea? Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio: fiatque iustus, sicut impius. Nō est tuum hoc, qui iudicas omnem terrā. nequaquā facies iudicium hoc.

Vide quā vehementi, sed non irreuerenti cōtentione cum ipso Deo hic vir pius, ac misericors agat, vt iustorum occasione iniquis parcat: quā multa agglomerat argumenta: eademque repetit; quā artificiosē quacūque se vertit, vt nō solum iustis ereptionem, sed iniustis quoq; veniam extorqueat. Vrget itaque Deum frequenti interrogatione dicens: Nunquid perdes iustum cum impio. Cui plane respondere poterat Deus: Haud equidem perdam iustum cum impio. sed erua iustum: & impium perdam. Verum hanc Domini responsonem, quamlibet æquam continuo Patriarcha infirmare nititur, subijciendo: Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate,

peribunt simul? Quod si hoc absurdum videri potest: nonne parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? hoc ita inferat si dicat: Si in alterum, vel parcendo, vel puniendo extremum sit declinandum, potior est iustorum, quā iniustorum causa. Vincatur igitur à bono malum. Siquidem crudelitatis cuiusdam esse videtur benemeritos cū malemeritis supplicio afficere. benignitatis autem propter æquos ab iniquis contumendis interim manus continere. Attende quāta asseueratione quod primum inductum fuerat, iterum replicet dicens: Absit à te vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio. sequetur enim ex hoc absurdum quoddam & grande inconueniens, vt quamuis sint meritis impares, præmijs tamē sint pares. At verò esset hoc tam grande malum, tam perniciosum damnum: quod mores, iura, castitatem, pietatem religionemque de medio tolleret; ac subinde quidquid rationis elucet in homine densissima quadam scelerum caligine, atque feculenta flagitiorum colluue inuolueret, extingueretque. demum domos vrbes, regnaque dissensionibus, seditionibus, bellisq; intestinis, atque perniciosissimis facile euerteret. sublato enim de medio timore Dei per quem declinat omnis homo à malo: nihil obstat. quin eunctorum scelerum, flagitiorumque pestes hominum genus penitus inuadant, latissime sequant, susq; deq; omnia perturbent: & mortales passim diuexēt: omninoq; frangant & conterant. At nō est hoc tuum, qui ad seruandum multo promptior es, quā ad perdendum; qui potentiam tuā parcendo potius, quā vlciscendo manifestas. nō est hoc tuum: qui iustus es; & iusticias diligis: qui clementiam & equitatem magis, quā iudicij seueritatem aspicias, & amplecteris. non est hoc tuum; qui iudicas omnem terrā: sicut. n. suprema iudicādi totum terrarum orbem facultate præstas, ita es pietate præstantior & obseruantior æqui, quā cæteri omnes iudices, quosquos in homines eis similes iudicium exercere decernis. Quare si ab inferioribus morum censoribus eadē piū cum impio ruina affligi, turemet iniquum esse censes, indignum est, & à tua maiestate alienum eiusmodi facere iudicium. Nequaquam igitur facies hoc iudicium, quod à tua bonitate maxime abhorreat. Obliqua est proculdubio hæc argumentatio: neque tam iure causam obtinet, quā humanitatis affectibus plena Dominum à iusticiæ rigore ad misericordię temperamentum deflectere conatur.

Alioqui

Alloqui facile iure suo poterat Dominus iustis seruatis iniustos abolere. Denique, quia vt parceretur vrbi toti propter fratris filiū, manifeste dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volēs cum alijs & hūc seruare, & cum hoc etiam alios etipere.

Dixitque Dominus ad eum: Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittā omni loco propter eos.

Dabo hoc, inquit, quinquaginta iustis, si inuenti fuerint: & alios saluabo: & petitionem tuam implebo. Quid autem est quod ait, In medio ciuitatis, nisi inter ciues? tales quippe: qui publice habeantur iusti, & qui absq; vllō timore in media vrbe iustitiam profiteantur. Quinquagenarius autem numerus pœnitentiæ atque iubileo, id est, gratissimæ cunctarū obligationum absolutioni, nec nō lætissimo Spiritus sancti aduentui dicatus est. ideo Abraham hunc potissime numerum designauit: vt iuxta illum conditionem Dominus ad urbem Sodomam liberandam admitteret. Nec id mirum. per pœnitentiam namq; Spiritus sancti virtute præditam à luendæ pœnæ reatu liberatur. At verò Patriarcha hac responsonem, licet non cōtensus fuerit, animatus tamen.

Respondēs ait: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meū, cum sim puluis & cinis.

Pro Cœpi in Hebræo est, Volui: & est sensus. licet non tam iure, quā voluntate dominum meum alloqui cœperim, eundem tamen mihi ex sententia mea respondere dignatū rursū & affabor & precabor: esto quod sim cinis & puluis. quis est enim dignus, qui cum Domino sermones cōferat? nēdum ego, qui non sum æthereus aliquis spiritus; sed terrenum quoddam animal. Cæterum signanter puluerem se dixit, memor qd à principio de puluere assumptus, formatusq; primus Adā fuerat. Cinerem verò sese appellauit, quia primus idem homo incēsus igne, & suffusus vel nimio cupiditatis æstu, vel ineptæ desidiæ frigore exhaustus, omne grati liquoris temperamentum amiserat: sicut ei dictum est, Cinis es & cin cinerem reuerteris. id quod secū reputans Rex ille pulchrum absolutæ pœnitentiæ exemplum, pœnam in cibum sapienter conuertit. is enim est, qui dixit, Cinerem

Supra. 3.

Psal. 101.

tanquam panem manducabam; & potum cum fletu miscebam: quia tu Domine eleuās allisisti me: sane percōmode hæc cinerea meditatione tanquam pane, mente vescebat, cui lachrymas quoque miscebat, vt limus humanus in pristinum illum reformaretur temperamentum. quod habebat, prius, quā per peccatum allideretur, & contereretur. Nec prætereundum illud. quod diuus Gregorius

Gregorius

Luc. 3.

annotauit dicens: Sācti viri quāto magis interna diuinitatis prospiciunt, tantō magis se nihil esse conspiciunt. Nusquam enim legitur Abraham se cinerem & puluerem profectum esse, nisi; cū meruit Dei locutionem habere. fortasse enim aliquid se esse crederet, si veram essentiam quæ super ipsum est, nō sensisset. Sic & beatus Petrus, vbi Christi maiestatem cognouit, sese deiecit infra puluerē & cinerem, peccatorem sese confitens, & pœnitentiæ tanti Dei semet indignum reputans, discessum eius non tam prudenti, quā pia quadam trepidatione precabatur dicens: Exi à me domine, quia homo peccator ego sum.

Verum iam ad Abraham reuertamur, ita referentem.

Quid, si min⁹ quinquaginta iustis quinq; fuerint? delebis propter quadraginta quinq; vniuersam urbem?

Ac si dicat. Nonne propter eos, qui corpus abstinentia quadragenaria domant: & sensibus quinque ordinate vtuntur, parces omnibus alijs ciuibus?

Et ait Dominus: Non delebo, si inuenero quadraginta quinq;. Rursumq; locutus est ad eum.

Namque Abraham pientissimo voto sibi timens à iustorū paucitate per arbitrariorum quoddam gradus percontando descendit.

Dicens: Si autem quadraginta inuēti fuerint, quid facies? Ait. Nempe Dominus. Non percutiā propter quadraginta. Quis pro dignitate Dominum omnium laudat ob tantam longanimitatem & obsequiam: vel iustum beatum prædicaret, cui tanta est fiducia? hic autem numerus illis conuenit qui Legis, & Euangelij præcepta pariter & consilia seruantes diuinis institutis

R obsequi



obsequi maxime conantur. hic enim numerus Decalogi simul & Euangelicæ gratiæ symbolum fert. decalogus enim Legi, quatuorvero Euangelia gratiæ tribuuntur. quater autem decies quadraginta fiunt. At rursus Abraham.

Ne quæso, inquit, indigneris Domine, si loquar.

Quia videbatur, dominum frequentius interrogando improbe ad responsionem sibi reddendam urgere, interrogandi improbitatem precaria præfatione temperat dicens: Nō quæso indigneris domine, si loquar. Euestigio autem quasi annuente ei Domino rursus quærit.

Quid, si inuenti fuerint ibi triginta?

Nam quia paratū inuenit Dominum ad misericordiam præstandam, non tantum quinque iustos de superiori summa adimit, sed decem. oblectatus autem Dominus deprecantis affectu.

Respondit: Non faciam, si inueno ibi triginta.

Admisit & hunc numerum, veluti decalogū cū Trinitatis fide pro temporum varietate, vel implicita, vel explicita salutarem. ter enim decem sunt utique triginta. Adhuc Abraham, tanquam si ipse in scelere deprehensus esset, ulterius preceando procedit.

Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum. Quid, si inuenti fuerint viginti? Dixit: Non interficiam propter viginti.

Videlicet seruantes mandata cum dilectione Dei & proximi. viginti enim denariū includunt & binarium bis enim decem sunt viginti. Mirabilis huius viri constantia. nec enim veritus est impudens haberi: sed sacris appellatis.

Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel. Quid, si inuenti fuerint ibi decem? Dixit: Nō delebo propter decem.

Ciues scilicet, viros probos Decalogum simpliciter seruantes. Et quia vltima precatione dicendi finem præscripserat, tandem silet: & à denario non descendit interrogando. ne ad inferiora deueniens non tam modestus precator, quam infestus haberetur exactor. Denique:

Abijt Dominus, postquam cessauit loqui ad Abraham.

Quia dispensationis est gratia, nō autem naturæ necessitas, vel angelū, vel Deum ad conueniendos mortales descendisse, absoluta locutione Dominus discessit. Quid enim eo munere peracto ulterius illi in terris gererēt, quorum conuersatio non est cum hominibus frequens? Sic & Christus postquam à mortuis surrexit, minus erat Apostolis assiduus: sed alternis vicibus, modō se illis ostēdebat, occultabat modō. Erat enim iam eius cū angelis consuetudo. Hinc discipulis præfens cū esset, dixit: Hæc sunt verba, quæ locutus sum vobis, cū adhuc essem vobiscum. Erat enim illis præfens carnis veritate: erat autē absens carnis immortalitate. Sequitur.

Et ille.

Scilicet Abraham

Reuersus est in locum suum.

Vir nempe probus, & sapiēs, vbi pietati quæ in Deum habenda est, respondit, vbi proximi pietatis officio satisfacit: vt ad se, suaq; euanda redeat, oportet. ne sui negligens, aliorum fatagens præter modum aliena, vel loquatur, vel agat. Sed iam videamus quomodo Loth à Patriarcha hospitalitatem edoctus eam ciuilitate, & vtiliter exereuerit. Quæ de re Scriptura infert.

## Caput

## Caput decimum nonum.

Veneruntq; duo angeli Sodomam vespere sedente Loth in foribus ciuitatis.

**I**N Hebræo est, Duo illi angeli: interponitur enim articulus ה, quo notatur, sermonem fieri, de quibus paulō ante mentionem Scriptura fecerat. Et est sensus. postquam abijt ille, qui inter ceteros præstantiori forma insignis Dñi vicem gerebat: nec non ad sua Patriarcha reuersus est: illi duo angeli, qui Sodomam versus proficiscebantur: illuc peruenerunt occidente sole. Hic iam manifeste ostendit Scriptura tres illos viros, quos Abraham hospitio susceperat, reuera angelos fuisse. Venerunt autē Sodomam, sed vespere. vastaturi enim urbem, tardi & veluti inuiti incedebant: nec tēbant itaque inter eundem moras, præstolantes, si forte Dominus pijs Patriarchæ precibus exoratus de excidēda vrbe sententiam mutaret. Nam quemadmodum Deus ipse peccatores, quamuis deploratos, & prorsus impoenitētes, magna cū attentione, ac velut inuitus punit: sic & angeli, iusti que viri hominibus pœnas inferre morantur, quandiu est aliqua spes emendandi, seruandique eos, quos plectere parant & excidere. hic est proculdubio diuinæ bonitatis spiritus, quem Christi discipuli nesciebant, quando indigne ferentes, Iesum Samaritas intra mœnia sua non recepisse, illi dixerunt, Vis dicimus, vt ignis descendat de coelo & consumat eos? At pietissimus innocentiae magister eorum impetum reprimens respondit: Nescitis cuius spiritus estis. filius hominis non venit animas perdere, sed seruare. Discesserūt itaq; duo illi angeli à prandio: postque longas ambages Sodomam, fugiente iā die, peruenerunt. Ex ipso igitur diei tempore, cum vrbs iam iam peritura occasus designabantur, tum occasio tentandi flagicium sceleratis hominibus proponebatur. Solet enim iure suo vsus æquissimus rerum arbiter hominibus consummata maliciæ studiose agendi materiam obijcere, qua tamen eos esse abufuros prospicit. taxat enim tali pœna sceleratorum rebellionē: vt Qui in sordibus est, sordescat adhuc. hac ratione diuinus Paulus tradit Pharaonem à Deo ipso fuisse ad malum operandum suscitatum, non vtique di-

recte, sed oblique: id est, non Deo autore sed punitore. proposuit enim illi Deus pietatis exercendæ in filios Israel materiam. ipse autē in impietatem abusus est ea. Sed huius culpa non est reiicienda in proponentem, sed in abutentem. Denique facit hoc Deus, cū aliās, tum præcipuè, cum opportunitas bene agendi improbis oblata in vtilitatem cedit proborum: quemadmodum hoc loco Sodomitis peropportuno fuit, angelos hospitio benigne & reuerenter suscipere. sed quia petulci erant, id quod illi facere præterierunt, Loth vir modestissimus, & in beneficentiam propensissimus probe atque libenter præstantum arripuit. Ad hoc enim aduentibus angelis in vrbs foribus Loth sedebat: vt quoslibet aduenas & peregrinos in domum suam exhibēdæ eis hospitalitatis gratia induceret. didicerat enim hic iustus à patre suo hanc virtutem erga ignotos quoque ad amissim exercendam.

Qui, cum vidisset eos, surrexit: & iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram.

Eadem enim alacritate, qua prius Abraham præcurrerat ad angelos excipiendos, quos viros putabat, ad eos ipsos hospitio suscipiendos Loth nunc cucurrit: eademque animi summissione, qua ille, hic de more gentis eodem veneratus est: & eadem denique vrbannitate, vt in domum diuerterent, inuitauit dicens.

Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri: & manete ibi. lauate pedes vestros: & mane proficiscemini in viā vestrā. Sane quod se puerum corū pronunciat, hospitalitatis est, & modestiæ, & vrbannitatoris. puerum enim pro seruo posuit interpres. Nam esto quod Hebræis puer seruum sæpe sonet, hoc etiam in loco in Hebræo est שפך ghabdechēm, id est serui vestri. At angeli difficiliore inuitati sæpe præbuerūt.

Luc. 9.

Roma. 9.

Qui dixerunt: Minime: sed in platea manebimus.

Hæc primo aditu respondent: vt insinuent, detestandam esse flagiciosam ciuitatem: in qua cœlestibus vel sanctis nullatenus communicanda erant amici iura hospicij. Quod autē compulsi, & quasi cum auersione totius ciuitatis, diuertunt ad Loth, propria est gratia iusticiæ eius meritis tributa: Enimvero angeli statim Abrahæ eos inuitanti assenserunt: at Loth eodem inuitante, conuiuium eius admittere distulerunt: quia inuitanti nos principi inurbanum est refragari: plebeio autem haud ita facile hac in re obtemperare decet. At Loth, qui non fictam, sed veram hospitalitatem prætendebat.

Cōpulit illos oppidò, vt diuertērent ad eum.

Porro angeli huius boni viri hospitium, conuiuiumque non illico admiserunt, admissuri tandem. sed obnoxie præcanti consensum præbere distulerunt: vt ex longiori præcatiōe ipsi inuitanti meritum, lausque cresceret. Sicut & Christus angelorum dominus simile quiddam egit cum ad Emmauentem iter faciēs accessit. duobus enim discipulis comitatus, ignotusque finxit se longius ire, quod discipulis eum inuitaturis, actandem compulsiuris, vt cum ipsis maneret, ex assidua præcatione, vehementique compulsionē hospitalitatis virtus etiam atque etiam in eis cresceret, & extaret: ampliorisque mercedis apud Deum meritum fieret. Quare, sicut neque Dominus Iesus mentitus est, fingens se longius ire, vt occasionem præberet suis discipulis per quam studiosius & vehementius ipsum cogerēt secum manere: ita nec angeli mentiti sunt, negantes se ad Loth diuersuros, donec obnixi ad id compellerentur. Quia nec Christo, nec angelis fuit animus oblatum admittendi officium, nisi vehementior quædam tam liberalior, quam liberalior inuitantium compulsiō prius accederet. Denique vbi angeli vident iustum ita feruentem, & nolentem desistere, nisi voti compos fieret,

Declinauerunt ad eum: & intrauerunt domum eius. Ingressisque domum fecit conuiuiū: coxit azyma, & comederunt.

Vides, vt non sit sumptuosa mensa, non regales dapes, non solenniores epulæ: sed quod

mentis potius liberalitate, quam epularum splendore, quos homines esse putabat, sedulo pauert. Quod verò iam tunc azyma coxerit, mirum videri non debet. Nam forsitan nō est à veritate alienum, quædā præludia Legis ante Legem fuisse, qualia videri possunt illa mundorū immundorūq; animalium discrimina, primogenitorū iura, adulteræ occisio, panis deniq; azymus absq; alia ceremoniarū ratione. Nonne simili modo Ioannis baptisimus quoddā fuit pludij ad Christi baptisimū mortaliū peccatoribus insinuandum?

Prius autem quam irent cubitum viri illius ciuitatis vallauerunt domum illius à puero vsque ad fenem, omnis populus simul.

Igitur interim dum ab angelis cœnabatur, viri illius ciuitatis, eius nempe de qua Deus Abrahæ sermonē fecerat, ea est Sodoma. nam in Hebræo postquam dictum est, Viri ciuitatis, expositiue adduntur alia duò verba,

Viri Sodomæ,

Concitrauerunt se mutuo: vt communi libidinis imperu peregrinos & hospites appeterēt. hi sunt, de quibus superius scriptum est, Viri Sodomæ erāt mali & peccatores. mali videlicet aduersus Deum: peccatores contra proximum. ab illo deciscetes, hunc autem opprimentes. Conuenitq; Sodomæorum moribus atq; ruinæ nominis interpretatio. nam Cedom interpretatur, vel secretum eorum, vel calx eorum. tū quia turpe est dicere, quæ ab eis in tenebris fiebant: tum quia sulphureo igne cœlitus missio, velut in calcem eorum regio constanda esset. Viri itaque Cedon vrbis, quam nos Sodomam vocamus vallauerunt domum illius nempe iusti viri, à puero vsque ad fenem. ab extremis intellige medios, & adolecentes, & iuuenes, & viros: quos, vt explicaret Scriptura addit, Omnis populus simul. Nullus igitur erat Sodomis iustus, vno Loth dūtatur excepto: nedū decē, propter quos ab excidio ciuitas liberaretur, sicut inter dominū & Abrahā conuenerat. Hoc itaq; loco, vt Ambrosius inquit, præstituitur diuini iudicij æquitas. ne forte quis diceret: Quid peccauerūt pueri: vt omnes excidio inuoluerēt? ita nullus illic iustus, nullus innocēs fuit. Audi Scripturam testificantem, Quia circumdederunt domum ab infante vsque ad senem, totus populus pariter.

nulla

nulla ætas erat culpæ immunis: ideo nullus immunis excidij fuit. & qui possibilitatē perpetrandi criminis non habuit, habuit affectum. effectū vires senum, sed mens plena libidinis. neque erubescere tam turpe, tamq; impudens flagicium: neque infallibilem Dei oculum cogitabant: neque iustum reuerbantur: neque hospitibus parcebant. sed absque rubore, & nudo (vt aiūt) capite libidinis suæ verba dicentes.

Accesserunt, vocauerūtq; Loth & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui intrauerunt ad te nocte?

Reuera noctis filij, lucis filios nocturnis facinoribus obtenebrare, & profunda impudiciæ caligine inuoluerē conantur. Erant itaque intēperatissimi, atq; flagiciosissimi: qui perfricta fronte à viro iusto, castoque hospites efflagitabant, in quibus turpissimam atque nefandam libidinem seculento abusu explerent, dicentes:

Educ illos huc, vt cognoscam eos.

Quid absurdius? quid scelerius, quam à pudicissimo viro exigere sibi tradi viros peregrinos scelestissime pollucidos? qui propter hūc illicitum eorum conatum & impiam peruersitatē iustus hic, vt Chryostomus opinatur, vsque ad vesperam in eorum porta federat, ita vt ne fineret viatores ignaros incidere in eorum laqueos.

Chrysof.

Egressus autē ad eos Loth post tergum accludens ostium ait: Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere.

Hic mihi primū perpende constantē sibi huius viri virtutem: qui in furentem turbam intrepide se dedit, ne officio deesset. deinde vide quā mitibus alloquijs furentes demulcere tentat. nam fratres amico nomine vocat homines improbos, brutos, atque nefarios. proponit & illis ante oculos, quantum sit malum quod perpetrare moliantur. appellat enim illud malum simpliciter, velut extremum & manifestarium. deinde ne naturam traducant, primaque eius iura scelerissime violēt, filias suas florulentas & intactas virgines faciāda ipsorum libidini offert dicens.

Habeo duas filias, quæ necdū

cognouerunt virum, educā eas ad vos: & abutimini eis, sicut vobis placuerit: dum modo viris istis nihil faciatis mali.

Dicit aliquis ex aduerso. Repugnat huic Paulus mundi doctor asserens, non esse facienda mala, vt eueniant bona. nulla enim ratione adprobari potest, vt criminum aliud alio cōpensetur. Quid ergo? Damnabimus propter hoc factum virum hunc? At eius damnationi beatus Petrus refragatur, qui eum virū sanctum prædicat, & ob insignem iusticiam à Sodomorum impressione ereptum fuisse. Igitur Loth non prostituit filias procacibus illis, tanquam ab eis violandas: sed commotrans longè distantes criminum gradus tantum obtulit eis optionem: vt tam inopinabili hominis iustissimi facinore percussis respicerent, & erubescerent, & ab intento scelere auerterentur. Alioqui suspecti erant ei illorum mores, à quibus timebat, nullatenus à flagicio esse cessaturos, vt oblatam sibi conditionem admitterent. Quid si admisissent? aliam nimirum via vir probus, Deoque fretus filias ab imminente strupo seruasset. Videmus & tale quid vulgo accidere, cum quisquam hominem furibundum & euaginato gladio alterius vitam petentē, vt placet, ei se quasi occidendum obijcit dicens: Obsecro ne istum occidas: conuerte in me gladium, meque interfice. quod haud ideo proponitur, vt is ab infesto occidatur, sed vt iratus ille tanta intercedentis summissione placatus vtrique tam inuiso, quā supplicanti facile ignoscat. Euestigio autem causam allegat iustissimam, propter quam tantopere Sodomitis persuadere conetur, vt viris in domo sua receptis ab eis parcatur.

Roma. 3

2. Petr. 2

Quia ingressi, ait, sunt sub vmbra culminis mei.

Hoc proculdubio ipsa totius humani generis societas experit: vt peregrini hospitio semel suscepti, tanquam arce quadam inclusi, sint protecti. nec alicui pateant iniuriæ. hac enim vna vel potissima causa peregrinantes in certas quasdam domos sese recipiūt: vt in eis sint tutissimi. Nonne hospitalia iura peccatoribus humanis adeo penitus infederūt, vt pro violatis hospitibus vlciscendis grauissima violatoribus bella in ferri iustissimum, dignissimūq; vbiq; gētium semper habitū sit?

R 3 Cauter

**Exod. 22** Cavetur & lege diuina, ne hospitibus nocetur: Aduenam inquit, non contristabis: neq; affliges eum. aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Egypti. Ab expertis enim similem exit affectum erga hospites, qualem & ipsi preitari sibi experierant, dum in Egypto peregrinabantur. Psalmographus quoq; magnominarum terrore hospitis sub diuina tutela esse testatur, cum ait: Dominus custodit aduenam. & alibi: Orphano & peregrino tu eris adiutor. Id quoque officij Paulus ab Episcopo requirit, quem vult esse hospitem. idem in probanda vidua exquiri præcipit, si sanctos hospitio suscepit. iubet & cunctos Christianos esse inuicem hospitales. Deniq; piorum est hospites suos non tantum ab iniuria defendere, sed eos etiam perhumaniter tractare. Et quidem interdum officium minime violaris, si quem hospitem non admittas. At si cum admissio ciuilitate non egeris, nequit fieri, quin sis inurbanus, Quantum autem gloriæ sibi comparent, qui hospitibus liberaliter inferunt, diuinus Paulus in epistola Ad Hebræos missa docet, his tuadens: Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. sic enim habet vulgata editio. At Augustinus in primo Quæstionum super Genesim libro hoc testimonium aliter citat. Per hanc enim quidam nescientes hospitio receperunt angelos: ut magna hoc dandum fuerit felicitati, angelis Dei perstitisse, quæ mortalibus exhiberi putabantur. Noui quæ Erasmus super hunc locum Pauli adnotarit. Sed nos quod instat agamus.

**Hebr. 13.** At illi dixerunt Loth: Recede illic.

**August.** Interpres eleganter reddidit verbum גַּלְגַּלִּים galgalim, quod ad verbum sonat, Appropinqua de longe. Sunt autem hominum iratorum comminatoria verba. imperatores enim libidinis, ac perinde imperiusibiles honestis monitis, venereo æstu furebant: & vehementissime viro iusto irascebantur, qui eos à concupiscentiæ foedissimæ voluptatis sordibus auertere conabatur. Sic homines deploratæ nequitiæ recte monentibus, quibus gratiam referre deberent, succensent, eisq; retribuunt mala pro bonis & odium pro dilectione regerunt. hi quoque sceleratissimi honestissimum virum contumeliosis afficiunt. Nimis enim inuidiose.

Et rursum, Ingressus es, inquit-

unt, vt aduena: nunquid vt iudices?

In Hebræo significantius multo אָדָם אֲדָמָה אֲדָמָה, id est, vnus ingressus est ad peregrinandum, & iudicium iudicabit? His demonstratur Sodomitas aduersus Loth vehementissime concitatos mutuo sese adhortantes & viro iusto, tanquam aduenæ insultantes dicere: Vnus venit ad nos peregrinus, & à nobis ciuitate donatus iam cristas aduersus nos intolerabili superbia erigir: & accepti beneficii immemor adeo insolenscit, vt iudicandi quoque autoritatem apud nos audeat usurpare? Hæc velut amentes loquebantur, & infanda perturbatione perstrixi non intelligebant, virum sapientem nunquam esse peregrinum, cui vna sit vrbs nempe latissimus orbis præter id quod vir prudentia virtuteque præstans aliorum dominus & rector & iudex, rerum natura id præscribit, vbique gentium habendus est. deniq; mutuis acclamationibus excitati vehementius in virum iustum excandescabant, & ferocius ei aduersabantur dicentes.

Te ergo ipsum, magis quàm hos affligemus.

Enimvero affligendi verbo nefandum totius corporis habitum adsignificant, in quæ soliti erant captos deturbare: vt auersi insanientium furori prostrarent. comminatumq; flagitium dicto citius adorti sunt.

Vimque faciebant Loth vehementissimè.

Vide hinc pessimorum impudentiam & improbitatem, qui insano impetu in medicum irruerunt. Hinc dicitur iusti huius insignem & admirabilem fortitudinem, qui tantæ multitudini, eidemq; effertissimè opponere se attentauit. Ergo illorum alij summis viribus conabantur virum fortem ab ostio depellere: alij in terram eum prostrernere, alij in fores domus impetum fecerunt: vt eas vel impellerent, aut infringerent: tot machinis castitas concutitur: sed stat firma regnatq; probatissima huius viri constantia. Ceterum

Iam prope erat, vt infringerent fores.

Iam igitur tempus aderat, vt homini perfuncto strenue officio suo, desertoque humano auxilio subsidium adesset diuinum.

Et

Et ecce miserunt manum viri: & introduxerunt ad se Loth: claueruntq; hostium.

Mirabilis plane angelorum potentia declaratur, quod aperta per eos domus ianua, sic ipsum Loth ad se reducere, vt nulli Sodomorum licuerit simul cum eo in ipsam domum irrumperere. Nec id tantum fiebat, quod occulta quadam celestium spirituum vi detinebantur impediti, ne accederent: sed etiam quod offusa hominibus impuris repente cæcitate, domus ostium ab eis non reperiretur. hoc est enim quod sequitur.

Et eos qui foris erant percusserunt cæcitate à minimo vsq; ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.

Augustinus. Græci habent ἀόρατοι, quo verbo magis significatur, si dici potest, audentia, quæ cæcitas: quæ faciat non videre, non omnia, sed quod non opus est. nam merito mouet, quomodo potuerunt deficere querendo ostium, si tali erant cæcitate percussi, vt omnino nihil viderent. hoc enim modo sua calamitate turbati vltimus ostium non require-

ret. hac ἀόρατοι & illi percussi sunt, qui querebant Helisem. eandem & illi habuerunt, qui dominum post resurrectionem cum illo ambulantes in via non cognouerunt: quamuis non sit ibi hoc verbum positum, sed res ipsa intelligatur, in eo quod dicitur, Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Vide-

Luc. 24. tur & ad hoc penitus intelligendum, non parum facere, quod verbum Hebraicum אֲרֵרָם arrem, quæ est contraria ἀόρατοι, id est discretionis rerum: vt sit quædam visus hebetudo & ipsius mentis stupor: & vt verbum ex verbo transferam, indiscretio quædam, qua homo sic affectus res alias ab alijs discernere nequit. Sic

4. Reg. 6. nempe Syri illi, qui Helisem querebant, videntes peruenerunt ad urbem Samariæ. Sed, quandiu tenebantur acrisia, non discernebant vbi nam gentium essent. Sic & Babylonius rex humanam in se à bruta formam minime discernebat. Sic & Discipulorum oculi tenebantur in via, nec faciem Iesu alioqui eis notissimam à peregrina discernere: donec sublato sacri panis communionis impedimento, aperti sunt oculi eorum. Ergo Sodomitæ percussi acrisia, cum alia viderent ab illis ostium

4. Reg. 6. Adhuc angelos viros vocat, non à natura, sed à vi, qua sæculentissimam hominum pollutissimorum urbem excisuri erant. nam alioqui iam manifestauerant se hominibus esse maiores, cum Sodomitarum impetum celesti virtute represserant. Dixerunt itaque.

Dixeruntq; viri ad Loth. Adhuc angelos viros vocat, non à natura, sed à vi, qua sæculentissimam hominum pollutissimorum urbem excisuri erant. nam alioqui iam manifestauerant se hominibus esse maiores, cum Sodomitarum impetum celesti virtute represserant. Dixerunt itaque.

Habes hic tuorum quempiam generum, aut filios, aut filias?

discernere non poterant. Demum angeli percusserunt omnes à minimo vsq; ad maximum: vt eadem poena plesteretur omnes, quicunq; eiusdem criminis cõsortes erant. Porro valde congruenter à pueris ad senes per medios iuuenes vltio procedit: vt, quia pueri senes in appetendo scelere, obsidendaq; domo præcesserant, priores quoq; in poenis essent luedis. Quod aut in tanto facinore aggrediendo pueri senes anteuerterint, ex eo liquido constat, quod Sacer historicus pueros senibus narrando præposuit: Vallauerunt, superius inquit, domum illius à puero vsque ad senem. Nec prætereundum hoc est, quod pro eo quod apud nos habetur, Vt ostium inuenire non possent, in Hebræo & apud Septuaginta legimus, Et defatigabantur ad inueniendum ostium. Fuerunt igitur defessi ianuam quærentes per quæ patenter arguitur, Sodomitas non fuisse omnimoda cæcitate percussos, nec integro discernendi alia ab alijs defectu: sed duxerat quod non possent videre ostium, nec visu tactuue ostium à domo discernere. deniq; delassati ostium domus quæritando, flagitiosissimaque expectatione destituti in domos suas concessere. completumq; in eis est illud: Desiderium peccatorum peribit. O miserimos quibus nec fallaci: turpiq; voluptate abuti licuit: nec vera honestaq; frui vltquam licebit. Completum & illud: Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Quoniam, vt ait Chrysostomus, mentis eorum oculus excæcatus erat. propter hoc visu & priuati sunt: vt discat, quod nihil si bi profunt corporales oculi, si oculi mentis fuerint excæcati. Et quia conspirauerant in malicia, & à malo conatu neq; senes, neque iuuenes abstinebant: ideo omnes excæcati sunt. & non solum excæcati sunt, sed & viribus corporis destituti sunt: quandoquidem potiore hominis partem corrumperant: & qui prius ianuam contere nitentur, & multum minabantur iusto: statim steterunt luxatis membris, & ante oculos sitam ianuam non videntes.

Dixeruntq; viri ad Loth.

Adhuc angelos viros vocat, non à natura, sed à vi, qua sæculentissimam hominum pollutissimorum urbem excisuri erant. nam alioqui iam manifestauerant se hominibus esse maiores, cum Sodomitarum impetum celesti virtute represserant. Dixerunt itaque.

Habes hic tuorum quempiam generum, aut filios, aut filias?

More hospitum angeli Loth interrogant: ut ea interrogatione percitus vir iustus eos qui ad se pertinerent, accerferet: & a presenti periculo subduceret. Nihilominus illi duo spiritus bene nouerant, eum nullos alios liberos praeter duas filias habere, eademque intra paternam domum contentas. quas tamen duobus iuuenibus Sodomæis desponderat.

**Omnes, inquiunt, qui tui sunt, educ.**

Igitur familiares Loth eius merito seruari poterat, si eum eo procul a deprauatissimis hominibus illico perdendis fieri voluissent. **P**edicunt & inenitabile urbis excidium, inquit

**Delebimus locum istum, eo quod excreuerit clamor eorum coram Domino.**

Id est quoniam grandis est peruersitatis eorum magnitudo, in caelum clamat: & quia incurabilis est morbus, & vulnus hoc nullam curam recipit,

**Misit nos Dominus, ut perdamus illos.**

Nempe quia plus valuit apud eos malum inolitum, ne a consueta nequicia desisterent, quam bonum insolitum visitationis angelicae, quod erant, si respicerent, ad meliora promouendi: tanquam deplorati, extremo abolendi sunt excidio. Denique aperiunt se angeli non esse mortales, sed nuncios esse coelestes, nuncios, inquam illius Dei cui nomen tetragrammaton. ideo ab essentia & vita est ei nomen impositum, quia bonitate sua in causa est hominibus ut sint & uiuant. aut pro eorum male meritis moriantur, & intereant. sicut in Samuele Anna cantat: Dominus mortificat, & uiuificat: deducit ad inferos, & reducit.

*1. Reg. 2*

Quaeritur, cum non tantum Sodomitæ essent ea in aetate flagitiosi, sed vniuersæ quoque mundi nationes, quare in eos potissime Dominus animaduertit? forsitan, quia Pentapolis erat sita intra Terræ sanctæ sinu, quâ Dominus a tam nefarijs hominibus habitari noluit. Vnde & longe post simili de causa Chanaanæos inde sustulit, nempe completis eorum peccatis, sicut & Sodomitarum. Quod quidem malum, ut Israelitæ sibi cauere, a Domino sunt admoniti apud Leuiticum dicente: Custodite, ait, leges meas, atque iudicia mea: ne vos euomat terra, quam intraturi estis & habitaturi.

*Leui. 20*

Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius.

Præclare Hieronymus. Quia postea duæ filiae Loth virgines fuisse dicuntur, de quibus & ipse dudum ad Sodomæos dixerat, Ecce duæ filiae meae, quæ non cognouerunt virum, & nunc Scriptura commemorat, eum habuisse generos: nonnulli arbitrantur eas, quæ viros habuerunt in Sodomis remansisse: & eas exisse cum patre, quæ virgines erant. Quod cum Scriptura non dicat, Hebræa veritas exponenda est, in qua scribitur, Egressus est Loth: & locutus est ad sponfos, qui accepturi erant filias eius. nec dum igitur virgines fuerant matrimonio copulatæ. Chrysostr. *Chrysostr.*

Ne pures ait, diuersa esse hæc ab illis, quæ superius a iusto sunt dicta. mos enim ille veteribus erat, ante multum tempus sponsalia facere: saepe item & cohabitare de sponsatis: & simul cum parentibus conuersari. id quod & nunc saepe fieri solet. Quia igitur iam desponsatio facta erat, ideo vocat eos generos. & dixit iuxta Septuaginta, Qui acceperant filias suas, proposito videlicet & compromissio. Volens autem Deus statim liberare iustum ab illorum affinitate, non permisit eis commisereri, filiabus iusti: sed cum impijs illos perdidit: ut iustus cum filiabus effugeret eorum cognationem. Et quidem Deus hæc moliebatur. iustus autem pro agnata humanitate generos suos conuenit.

**Et dixit Loth: Surgite, egredimini de loco isto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc.**

Ambrosius. Loth factus monet generos suos secum fugere instantem calamitatem, ne deserendo eos, neque admonendo minus pius videretur circa filiarum maritos, vel posterioris earum stupri causa ipsi patri assignaretur, quæ destitutæ virili consortio concubitorum inebriati expetissent patris. Non ergo indefensum sinit Scriptura virum sanctum relinqui: cum in ea & tradidisse maritis filias, & monuisse generos inducitur.

*Ambros.*

**Et visus est eis, quasi ludens, loqui.**

Putarunt enim generi Loth, eum secum iocari, non serio loqui: non quod ille prætexerit

rit aliquam ludi speciem, qui cum ipsis serio valde agebat, ut ipsius monitis a presentanea clade eriperentur. At quia prauæ consuetudinis vitio illi districti, velut voluptate ebrijs studebant, salubrem monitionem nullatenus acceperunt, sed rem ludicram esse putauerunt: ac perinde minas spreuerunt. horum similes sunt illi, de quibus Iudas Thadæus inquit: Hi sunt, qui carnem quidem maculant: dominationem spernunt: maiestatem blasphemant. Quod si generi sancti huius viri, iusti non erant, quos minus prauos cæteris ab eo in affinitatem delectos est verisimile, constat nullos alios ciues fuisse iustos, propter quos impuræ ciuitati parceretur. Ergo nossem illam Loth totam duxit in omnem, totamque consumpsit in suadendis generis suis, atque domesticis, atque clientulis suis cauere sibi, & in statem calamitatem secum effugere. quibus cum suadere non posset, multis precibus cum angelis egit, ut urbi parceretur. sed obstitere viri pienuissimi votis obstinati malo peruerforum ciuium animi.

*Iudas.*

**Cumque esset manens, cogeabant eum angeli.**

Videlicet tardantem exire & moras abeundi necessentem, tum tanta rerum perturbatione turbatum, tum sperantem se presente urbe tantam non esse euertendam. Cogeabant itaque eum dicentes.

**Surge & tolle uxorem tuam, & duas filias, quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis.**

Ac si dixerint: iam tu officio boni foci, bonique patris familias pertinctus es: & generos tuos, & familiares monendo, ut instantem internecionem tecum euaderent. Qui quoniam admonitioni tuæ parere noluerunt, non longe post participes erunt communis interitus. Ne igitur fugam differ, ne simul tu cum pereuntibus pereas. Quod autem pro causa participandæ perditionis addidit in scelere eorum: non sic accipiendum est, quod eodem quo illi, scelere vir sanctus teneretur: sed id aiebant, ne nimio in urbem, quam habitabat affectu ductus vlioni diuine iam iam imminenti pertinacius obstistere videretur: & ne diuturniori nequissimorum hominum consuetudine labem quampiam simili poena dignam aliquando contraheret. vel denique, ne si oblatam ab angelis proximam euadentem

di perniciem, occasione alacriter non arriperet, videretur optare miraculo pou, quæ monstrata faciliq; via a prædicta clade liberari. id quod non est modesti viri, sed diuinu tentantis arbitrii aduersus illud quod præceptum est: Dominum Deum tuum non teneris. Prudentis itaque viri est, malorum confortia procul fugere non minus, quam morbum quendam contagiosum: nec non imminentem desperatis peccatoribus perniciem, qua datur via prompte & expedite effugere. Audiendusque est angelus ille, qui in Apocalypsi hæc damna negligentes opportune admonet dicens: Exite de medio eius popule meus: & ne participes sitis peccatis eorum: & de plagis eorum non accipiatis. Denique

*Deut. 6.*

*Apoc. 18.*

**Dissimulante illo apprehendentes manum eius, & manum uxoris eius, & duarum filiarum eius.**

Animabant eos vtiq; angeli manuum contactu, & roborabant eorum alacritatem, ut ne timor eorum dissolueret robur. Hoc sane exemplo docemur, quod si aliquo affectu carnali detenti prauorum hominum conuersationem vitare dissimulant, crebra bonorum admonitione cogendi sunt ab illis fugere, ne probos mores improborum exempla corrumpat. quin etiam licet in ferre illis vim quandam officiosam, & a medullis charitatis profectam: per quâ, qui nobis chari sunt (esse autem oēs debent) a seuiente prauæ societatis luce salubriter eximantur. Sic enim cautum est Loth ab angelis.

**Eo quod parceret dominus illi.** Significantius est in Hebræo: Eo quod miseretur Dominus super eum. Ergo seruatus est Loth non æque proprio merito, ac Domini misericordia: qui iussit eum de perdenda urbe angelica manu foras extrahi, quamquam primum renitentem, sed tandem diuinæ iustioni obsequentem. faciebat & ad Loth ereptionem non parum Abrahæ apud Deum gratia. nam qui nepotem de comuni patria secum adduxerat, eo pereunte miserime doluisset. Quippe qui ad eum diligebat, ut cum regibus potentissimis, eisdemque victoribus exultantibus intrepide congressus fuerit, quod charissimum sibi nepotem de manibus hostium eriperet, totamque prædam excuteret. Cæterum haud ita erepti sunt ipsius Loth generi, quia a focero moniti monentem irriterunt: opportunumque Dei auxilium neglexerunt: quo, si dextere vti voluissent, conuincuntur.



maius & efficacius obtinissent: quod permoti tandem salutis sue ducem, autoremque sequerentur. Denique perierunt, quoniam ipsi fuerunt rebelles lumini. sicut illi qui dicunt Domino: Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

Job. 21.

Eduxerunt ergo eum angeli, & posuerunt eum extra ciuitatem.

Notandum quodd ubi spiritus illi coelestes ereptum iustum a Sodomeorum interitu in tuto posuerunt, idque comoda quadam illata ei violentia: euestigio ipsum facultati suae committunt: ut deinceps ipse sibi caueret: ne malum quodpiam incurreret. Sic & angelus ille qui e carcere Petrum extraxit, ubi ventum est ad locum in quo integrum erat educto, abire, quo vellet, eum reliquit. Ex quo liquet, sic homini quamlibet pio, praesens esse numen in negocijs humana potentia superioribus: ut tamen ubicumque rei gerendae satis est creaturae facultas vim nouam minime adhibeat: semperque homini liberum ad agendum relinquatur arbitrium: & si in agendo eundem dirigat iuuetque. hac de causa erutum Loth, velut de medio incendio, angeli admonent se ipsum sibi consulere.

Act. 12.

Ibiq; locuti sunt ad eum dicentes: Salua animam tuam.

Hac repetunt, quia adhuc morabatur Loth & lentus erat ad incessum. Dolebat enim pius vir urbis periturae vicem. ferebat aegrius ingentes opes suas omittere: generos suos minime sequi se: reliquamque deserere familiam. Quem angeli Domini tempestiue admodum monebant, aspernanda esse haec omnia iusto Dei iudicio peritura: oportere autem seipsum pro seruanda vita sua maxime sollicitum esse: quasi iam tunc Evangelicum illud personarent: Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, anima vero suae detrimentum patiatur? Huc quoque pertinet quod sequitur.

Matt. 16

Noli respicere post tergum.

Mandatur enim ei, ne affectum humanum semel depositum aliquando repetat. Quia nemo mittens manum ad aratrum & retro aspiciens apertus est regno Dei. Ut quid homo ad huius vitae ludibrium respiciat, cui spes aeterna vitae beatae praemia consequendi ardet? Siquidem cunctae praesentis vitae opes ea felicitate, quae homini futura Deo autore promittitur, longe sunt gradu inferiores, precio

Luc. 9.

viliores, dignitate posteriores: ac perinde constitat eas negligendas esse, atque despiciendas: & pro vera beatitudine seruanda, consequendaq; prorsus posthabendas. Quam enim commutationem dabit homo pro aia sua? Adhuc eodem in loco stantem iubent remotius secedere dicentes.

Matt. 16

Nestes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. ne & tu simul pereas.

Iubetur Loth minime resistere in omni illa planicie, in qua iacebat pulcherrima illa vallis, per quam erant sparsae quatuor ille nobilissimae ciuitates, Sodoma, & Gomorra, Adama, & Seboim iam iam penitus euertendae: sed in monte saluum fieri praecipitur: nimirum quia illuc ignis peruenturus non esset, qui totam illam illustrem planiciem, & vniuersa, quae in illa erant, consumpturus esset.

Ne tu, ait, simul pereas.

Quia Qui amat periculum peribit in illo. Amat quippe periculum, qui negligit: qui non vitat in his praecipue rebus ad eundem, quae si ne villo discrimine geri non possunt: aut in quibus gerendis maius damnum, quam commodum periculo coniunctum sit. Exin, iustus timens, ne forte non posset designatum locum assequi, & in montem peruenire, ad preces confugit.

Dixitque Loth ad eos: Quaesio domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti gloriam, & misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam: nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar.

Ecce qualiter hic vir probus & gratus liberationem sui non in merita sua, sed in Dei refert bonitatem. Quod autem montem ascenderet, ibique seruari, nec facile, nec satis tutum putat, nemini mirum valde videri debet. perturbatus enim discrimine praesentaneo minus integram Deo in angelo loquenti fidem adhibuit. sicut & longe postea Moyses & Aaron insignes fide ac pietate viri districti afflictique infestissima Israelitarum improbitate, in fidei ambiguum quadantenus inciderunt, quando

quando haud ea qua soliti erant, fidentis animi alacritate ad istum virgae eruptionem de felice aquam sperauerunt. hoc enim est, quod in Psalmo scriptum est: Absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum. & explicati in Psalmo centesimo quinto iuxta Hebraicam originem: Et fuit malum Mosi propter eos: & rebellare fecerunt spiritum eius. Sed ad Loth redeamus dicentem.

Psalm. 140  
Psalm. 105.

Est ciuitas haec iuxta, ad quam possum fugere, parua ea.

Est Bale, quae postea Segor dicta sit, ex quo Loth eam paruam appellauit. nam Segor Hebraeis est parua.

Et saluabor in ea.

Ad hanc quae proxima erat confugere maluit: ne longius senex iter faceret: ne subsidio in monte maneret. sed in propinquo, & commodiori loco habitaculum haberet. Quod autem subdidit.

Nunquid non modica est?

Paruitatem allegat oppidi, vt inde petita concedere angelis persuadeat, vel quod in parua ciuitate, pauciores essent peccatores, quam in alijs urbibus maioribus: vel quod minora multo erant ciuium huius urbis peccata, quam aliorum: vel quod horum crimina nondum ad summam peruenerant, vel denique modicam eam dixit, seruans sanctorum modestiam, qua ipsi sibi temperant: ne ab ipso Deo maiora petant, quam deceat. quippe qui bene honorunt suorum mensuram meritorum. Hinc Helias ad Helisum petentem duplicem spiritum in se fieri, in hunc modum respondit: Grandem rem petisti: ac si dixerit: Maius quiddam petisti, quam vt ego tibi polliceri praesumam.

4. Reg. 2

Dixitque angelus ad eum: Ecce in hoc etiam suscepi preces tuas, vt non subuertam urbem, pro qua locutus es.

Ecce Loth sancti Noe virtutem secutus inter tot peccantium exempla iusticiam non reliquit. Et vt illum totius mundi exemplum non viciat: ita hic tota illa, in qua habitabat, regione peccante, contra multitudinis vitia tenuit sanctitatem. atque ideo simili exemplo, vt ille cum familia resarciendo generi humano idonea e diluuiio ereptus: ita & hic, non solum eripitur de incendio, sed etiam precibus ipsius Bale ciuitas igne manet intacta. Ex quo in-

telligimus, quodd, quando Loth cum filiabus suis de incendio ereptus est, liberati essent & eius generi, si inde cum eo exire voluissent. Siquidem liberata fuit Segor vna quaedam Petropoleos urbs, & quae prope eiusdem cum alijs erat meriti. eidemque sententiae erat obnoxia, cui Sodoma & Gomorra, Adama, & Seboim subiacebant: Frustra igitur Deus, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, mortales inculant, dum pereunt: ipsi enim sumus nostrorum causa malorum, & sua quemque magis recordia ledit. Sed iam angelus iustum virum maturatione fugam, & festinato urbem Balam introire vehementer vrget dicens: Festina, & salua te ibi. & illico subiungit imperatae festinationis rationem dicens.

Quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

Ac si dicat. curam ago salutis tuae: excepto do nec illuc abeas: & tunc eis infligam poenam. ac ceperat enim a Deo angelus decretum, quod praeterire nequibat: videlicet, ne damnatae urbes igni & sulphure euerteter, quoad intra regionis euertendae ambitum Loth maneret, ne vel igne, sulphureque tangeretur, vel ad pereuntium clamorem reuocatus contra praescriptum retro aspiceret, vel terribili ratis calamitatis fragore perterritus miserrime afflaretur.

Idcirco, ait, vocatum est nomen illius Segor.

Quia Loth dixerat paruam, dicta est igitur Hebraico Michar a gara quod est parua. Vocata quoque est Salissa. de qua Esaias: Ventes eius usque ad Segor vitulam contemnantem. contemnantem dixit, quasi, triennem: eo quod Salissa Hebraeis est Tria.

Esai. 35

Sol egressus est super terram.

Illam hoc loco terram intelligamus in qua quatuor urbes euertendae sitae erant. Nam & hora rei gerendae designatur, & caeli serenitas declaratur: vt futura tempestas minime a tritorum naturae, sed superiori virtuti adscribitur. repente enim igne atque sulphure completum est, & improuisus interitus incredulos atque securios oppressit. Id quod dominus Iesus apud Lucam declarat dicens: Sicut factum est in diebus Loth, ita erit in diebus filij hominis. edebant, & bibebant, emebant, & debant, plantabant, & aedificabant. qua die autem exijt Loth a Sodomis pluit ignem & sulphur

Luc. 17

fulphur de caelo, & perdidit omnes. Vnde sequitur.

Et Loth ingressus est Segor.

Per opportunè damnandæ noctis silètia euadens, & Sodomorum incendia fugiens.

Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrâ sulphur, & ignem à Domino de caelo: & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem: vniuersos habitatores vrbium: & cuncta virentia.

Profecto singula sectionis huius verba pondus habent. nam collectione vtitur dicens, Igitur. quo significatur quodam iusticiæ consequio tantum excidium accidisse, exigentibusque ciuium sceleribus, & pensatis criminum meritis, satisque exploratis vltionis causis, pulcherrimas vrbes, & opulèntissimas fuisse deletas. hoc item caelesti præiudicio iudicibus exemplum proponitur, quod imitentur: ne in vlciscendis sceleratis segnes tardiq; sint. Sed cum exacta criminum inquisitio præcesserit, eorumque causæ qualitas & quantitas discussæ fuerint, magna attentione in criminosis sententia feratur. qua mature lata, cum primum fieri poterit, impij, atque peccatores de medio tollantur, ne aut simplices & incautos malis, prauisque moribus corrumpant: aut pios ac probos fraudibus circumueniant, incommodis afficiant: totamq; ciuitatem improbis aggressibus perturbent. Talem se iudicem, instique executorem gessisse Dauid canit dicens: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

*Psal. 100*

*Chrysol.*

Quare, vt ait Chrysostomus: Non est suggillanda diuini iudicij seueritas pro Sodomorum excidio. frustra enim Deus longanimitè eos vltèrius ad conuersionem expectasset. eo em malorum peruenerat: & adeo vitij incalluerant: vt potius essent contagio nequitie suæ alios corrupturi, quàm ad meliora redituri. id quod apprimè nouerat æternæ clementiæ oculus. At multi, dices, nunc, aut similia, aut grauiora scelera perpetrant: & non ita seuerè puniuntur. Esto. Enimvero ad grauiora supplicia seruantur: quia nec mundi alluuiò, nec Sodomorum incendio moniti flagitiorum suorum penitere voluerunt.

Igitur pluit Dominus.

Bene primus pluendi actus Domino tribuitur: vt constet, imbrem illum igneum, atque sulphureum nullatenus naturali cursu cecidisse: sed vi superiori demissum fuisse.

Idque à Domino

Illo ad quem clamor Sodomorum ascenderat. Porro bene.

De caelo

Dominus pluuisse dicitur peccatoribus supplicia. quoniam, vt scriptum est in libro Iob, In eis, scilicet caelis iudicat populos. Cum enim Dominus mortales puniendos censer de caelo, cum aereo, tum æthereo deijcit, quæcunq; sunt eis nocitura. sicut è diuerso, quando dignatur hominibus impartiri bona, eosdemq; opibus iuuare, de caelis demittit, quæcunq; sunt humanæ vitæ degendæ, atque in meliora promouendæ commoda. Hinc est, quod in Exodo inquit: Ego dabo vobis panem de caelo. huc quoque pertinet illa celebratissima Esaiæ propheta precatio, Rorate caeli de super, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Vides quomodo hic Evangelicus vates sublimi mentis volatu sustulit se, non tantum supra caelum hunc aereum, sed etiam supra caelos stellatos, donec ad supremum illum diuinitatis caelum peruenit. Vnde nempe nobis irroratur Manna, non illud Mosaicum, quod qui comederunt, mortui sunt: sed verè diuinum: quod qui manducat, viuet in æternum. De quo Dominus: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi.

*Iob 36*

*Esai. 45*

*Ioan. 6*

*Euche.*

Siue igitur aduersa, siue prospera patimur, à Domino nobis ea omnia caelitus immittuntur. Sed quid pluit? nempe sulphur, & igne. Euchèrius perdoctè: Cur sulphureo igne Sodomæi puniebantur? nisi vt putidissimo libidinis ardor putidissimo flammæ ardore puniretur? vt veniente imbreo igne de caelo tota illa regio in cinerè verteretur: vbi supra in masculos in tantam consuetudinem conualuerant, quanta in nostro tempore gètes impias videmus eiusmodi flagicium licèter perpetrare. Quæri etiam potest, quare in diebus Noe peccatum mundi aqua diluitur: hoc verò Sodomitarum, igne punitur? nisi quia illud naturale libidinis peccatum cum sceminis leuiori elemento damnatur: hoc verò contra naturam cum viris peccatum acris elementis vindicatur incendio. & illic terra aquis abluta reuifescit: hic flammis cremata æterna sterilitate arefcit. Præterea Sodomitarum supplicium vltionis vltimæ, quam in impios & peccatores Deus exercebit, speciè prætulit

prætulit. Eo enim sulphureo igne, quo arserit Sodomita & Gomorra, veluti quodam præiudicio, præmonstratur, quàm grauis futura sit extremi iudicij calamitas, quando caelo, terraque ira Dei concussis totus cõflagrabit orbis. supplicium enim priorum est exemplum posteriorum. Enimvero, quamuis soli Pentapolitæ igne caelesti cõsumpti perierit, haud tamen illi soli tunc temporis peccatores fuerit. Non vtiq; plus quàm illi, super quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. de quibus ad nuntiantes, & Galilæorum excidium referentes Seruatot inquit: Putatis quia & ipsi delictores fuerunt, præter omnes homines habitantes in Hierusalem? non, dico vobis: sed si non penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Non igitur cuncti morte digni vno ictu caduntur, sed aliqui: vt alij tali exemplo moniti respiciant. Denique igne & sulphure deuorauit Dominus illustres illas vrbes Sodomam atque Gomorrâ cum Adama, & Seboim. has enim quatuor deuastatas simul fuisse Deuteronomium testatur. Verum hic duabus earum tacitis aliæ duæ memorantur euerse Sodomam atque Gomorrâ, q; cæteris essent & ampliores & illustriores, & peccatorum principes. Adeo vt Adama & Seboim mala exempla aliarum sectata fuerint. Ad hæc cunctos illarum habitatores eadem ruina oppressit: quia omnes eiusdem flagicij reos offendit. nam, sicut ait Apostolus, sceminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam. similiter & masculi in masculos turpitudinè operantes. Esto: iuste arserint viri atque sceminæ, pueri quoque & puellæ, quibus iâ, vel patrandi sceleris, vel admittendi faculas aderat. At infantes flagitiorum ignorantissimi, cur simul arserit? Audi Augustinum his respondentem: Vt nimis impium facinus Sodomitarum possit aduertit, peccatum eorum peruenit vtiq; ad necem filiorum ipsorum: ne de origine illorum signum aliquod remaneret. nonne prouisum est illis, ne diu viuentes exemplum sequerentur patrum? A gehenna enim liberi sunt in aliena causa occisi. At Dominus dicit: Non morietur pater pro filio, nec filius pro patre. Audi. Non moritur proflus filius pro patre, qui, & si pater non peccasset, originali tamè culpa infectus semper est reus mortis: sed parentis peccatum est occasio, vt Deus ab eius filio vitam, quam quolibet tempore poterat repetere, nunc repetat. Deniq; totam planiciem circum circa iacentem longè, lateq; ignis deuorauit: penitusq; consum

*Luc. 13.*

*Roma. 1.*

*August.*

psit: & cuncta virentia sulphureus ignis depulatus est: pulcherrimamque totius solitatem scedauit, atque peruertit: vt partim sub aquis sulphureis obrutis arboribus stagnantem, partim perperua ariditate sterilem reddiderit. Et, vt Augustini verbis vtar, Terra Sodomorum non fuit vtiq; vt nunc est: sed iacebat similis cæteris facie, eademque, vel etiam vberiore fertilitate pollebat. nam Dei paradiso in diuinis eloquijs comparata est: hæc postea quædam de caelo tacta est, sicut gentiliū quoque attestatur historia, & nunc ab eis qui veniunt ad illa loca conspiciunt, prodigiosa fuligine horrori est: & poma eius interiorem fauillanti mendaci superficie maturitatis includunt. Lege Solinum historicū. prorsus autem mirabile quod sequitur:

*August.*

Respiciensq; vxor eius post se versa est in statuam salis.

Ex quibus talis nobis sensus aperitur, quod illa tardiori gressu, & pene inuita virum iustū sequebatur. adhuc enim pristinae conuersationis affectu tenebatur: ob idque longiores in itinere moras traxit, donec eius marito vrbes, in qua seruandus erat, ingresso illico igneo sulphure micans æther horribiliter detonuit. Igitur ad terribilem fulminum strepitum, & ruinarum fragorem, percunctiūque clamorem contra diuinum mandatum versus vrbes iterum atque iterum respexit, vt Iosephus tradit, respexit infelix, vidit, & periit in statuam conuersa salis. Præclare Hieronymus Ad Rusticum. Optauerat Loth cum filiabus saluare coniugem suam, & de incendio Sodomæ, & Gomorræ penè semiustus erumpens, educere eam, quæ pristinis vitij tenebatur adstricta. sed ea desperatione trepida, respiciensque post tergum æterno infidelitatis titulo condemnatur.

*Hieron.*

Versa est enim in statuam salis.

Iosephus autem ita tradit: Vxor autem Lothi decedens, cum respiceret sapiens ciuitatem, & eius curam haberet interdicitè Domino, ne faceret, in statuam salis conuersa dignoscitur. vidi siquidem eam. hæc tunc enim manet. Hæc ille. Verum per commodè in salerni, & non rem aliam commutata est: vt cunctis discrimina mundi fugientibus, extremaque excidia vitare cupientibus; Christumq; seruatore sequentibus saluare quoddam vitalis sapientiæ condimentum propinet. quo imbuti sapiant illi, caueantq; sibi simile perditionis exemplum. Opus est enim eos, qui Christi gratia à mundana insipientia respue

runt,

Commentariorum

runt, huiusque temporariae vitae ludibria pro aeterna consequenda prudenter neglexere, rursus ad ea minimo reuerti, si volunt extremi iudicij incendium euadere. Quam pie? quam vtiliter Coelestis magister ad huius salis memoriam apud Lucam nos reuocat? vtrali memoria moniti, summis viribus priora delicta dominica gratia nobis remissa repetere caueamus: In hora, inquit, illa, qui fuerit in tecto & vasa eius in domo non descendat tollere illa. & qui in agro, non redeat retro. me mores estote vxoris Loth.

Luc. 17.

Abraham autem confurgens manens, vbi steterat prius, cum Domino, intuitus est Sodomam & Gomorram, & vniuersam terram regionis illius: viditque ascendentem fauillam, quasi fornacis fumum.

Ecce Patriarcha simul & peccatorum interitum miserans, & de Loth iusto valde sollicitus, vt vir piensissimus mane confurgens iam illud Psalmographi complet: Mane astabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tuam. & venit in locum vbi prior die cum Domino steterat, ne inpe strenuum, dignumque intercessoris officium apud Dominum iterum acturus: si tamen iusti precibus pro peccatoribus sceleratissimis veniam petentis locus esset. Sed vae illis, quia similes erant eis, pro quibus Dominus Hieremiam precari prohibuit dicens: Et tu ne ores pro populo hoc, quia non exaudiam te. Pulchre Chrysostomus. Vide Domini misericordiam, praedicat propheta pro deprauatissimo populo deprecanti, se eum non exauditurum: vt ne quum postorationem non exaudiat, tribuat hoc suis demeritis. & ideo iam praedicat ei populi maliciam: & prohibet, ne precetur. & vt ipse scire queat immodicam Iudaeorum peruersitatem: & illi sciant, quod nihil eis prodest propheta, nisi & ipsi, quae sua sunt proficere velint. Id scientes dilecti confugiamus ad sanctorum preces: & oremus, vt pro nobis intercedant. sed non illorum precibus tantum confidamus, sed et ipsi nostra, vt oportet, dispensemus recte: & ad meliora semper conuertamur. ne propter peruicaciam nostram sanctorum preces nihil nobis profint, sed cum impoenitentibus pereamus. Intende o pie lector, quam miseranter Patriarcha inquitus versus ea loca: in quibus vrbes fuerant,

Psal. 5.

Hier. 8.  
& 11.  
14.  
Chrysos.

prospexit miserimum spectaculum, ascendentem videlicet inde fauillam, quasi fornacis fumum. adeo enim breuissimo temporis spacio perdenda regio conflagrauit igne sulphureo totam illam inuadente, vt nullus habitantium eam aliqua instantem perniciem euadere potuerit. Denique potest quempiam mouere, quod dicitur Abraham confurrexisse mane, atque stetit in loco, vbi prius cum Domino fuerat, cum orto iam sole vrbes fuerint euersae. Sed intelligendum est, illum summo mane surrexisse, & post solis ortum, vrbiumque euerfionem peruenisse ad eum locum, vnde videret, vtrū vrbes excissae essent, nec ne. Sic & illae sanctae mulieres in Euangelio dicuntur summo mane orto iam sole venisse ad monumentum, eo quod summo mane de stratis surrexerunt: deinde mora in apparandis aromatis tracta, tandem muliebri tarditate incendentes, cum iam sol ortus esset, ad Domini monumentum peruenere.

Mat. 16.

Cum enim subuerteret Dominus ciuitates regionis illius, recordatus est Abraham: & liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat.

Explicatiora sunt Hebraica, licet non aequae elegantia. Et fuit, quum perderet Dominus ciuitates planicie, & recordatus est Deus Abraham: & emisit Loth de medio euerfionis in euertendo ciuitates, in quibus habitauerat. In primis notandum est, hoc loco non scribi nomen tetragrammaton, quod est diuinae misericordiae notamen. sed nomen Elohim, quod ad Dei iusticiam denotanda pertinet. Quoniam Loth non modo suis meritis, sed etiam Abraham ab vltione, quae ciuitates illas vastabat iuste ereptus est. quidquid enim ad merita refertur, non tantum ad misericordiam Dei, sed ad iusticiam eius quoque pertinet. Quod autem scriptum est, Cum perderet, vel euerteret Deus ciuitates, sic accipiendum est, vt intelligamus illud esse factum in ipso subuersionis iam iam instantis apparatu. prius enim Loth angelus dixerat: Festina & salua te ibi, quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Igitur iam Loth erat in tuto, quando vrbium euerfio fieri coepit. ad quod etiam attinet verbum *וַיִּשְׁלַח* Salahh, id est, emisit, vel potius eiecit: vt significetur superiori quadam vi Loth a ciuitate expulsum, suisque, ne tardantem egredi sulphureus ignis corripere

reperet. Quid autem est? Recordatus est Deus Abraham: hoc est petitionis, quam fecit dicens, Ne simul perdas iustum cum impio. Verum recordari dicitur Deus, non quod in eum obliuio cadat. alienum id prorsus est a diuina natura. sed quod, vel auxilium laborantibus ferat, quod antea non tulerit: vel quod palam faciat, quod fuerat occultum, vel demum praesto fiat ijs, quibus antea videbatur abesse. Denique recordatus est Deus Abraham, & liberauit Loth. Porro hoc dicto commedat Scriptura, vt Augustinus sentit, meritis magis Abraham, quam suis liberatum fuisse Loth. vt intelligamus iustum Loth dictum secundum quendam modum, maxime quod vnum verum Deum colebat: & propter comparationem scelerum Sodomaeorum, inter quos viuens ad vitam similem non potuit inclinari. Ad haec commodum nepos patruo praestiterat officium non modo ei inferuendo, quamdiu fuit indiuiduus eius peregrinationis comes: sed etiam penitus arcanum seruando, quando Saram Abraham vxorem esse nullatenus Egyptijs prodidit. quibus plane meritis cognationi mutuae accedentibus piensissimus Patriarcha inuitatus, pro illo Deum orauit, exoratusque Deus periclitantem eripuit. Liber hoc loco Chrysostomi verba repetere dicentis: Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationem Patriarchae iustus seruatus est, & non propter iusticiam suam? Ita certe, propter orationem Patriarchae. Quando enim, quod ex nobis est, simul afferimus: & accedit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert. Quod si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis solis collocamus nostrae salutis, nihil amplius nobis prodest. non quod infirmi sunt iusti, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos perdimus. Quid, si apud Deum sancti negotientur, vt peccatoribus eam gratiam largiantur, qua faciunt quod in ipsis est, vt iustorum preces sint efficaces? Non est vtiue id de clementia diuina desperandum. Siquidem Saulus, qui & Paulus, ob Stephani protomartyris preces in ipso impiae persecutionis aestu Iesu Christi liberatoris afflatu tandem percitus ad meliora conuersus est. Sed haec felicitas pertinacibus & pene deploratis peccatoribus rarius contingit: & miraculo fere tribui solet. At nondum solida prorsus fide sibi constans.

August.

Chrysos.

Act. 7.

Ascendit Loth de Segor, & mansit in monte: duae quoque filiae eius cum eo.

Hieronymus. Queritur, ait: cum primum fugam montis Segor praetulerit, & eam in habitaculum suum voluerit liberari: cur nunc de Segor rursus ad montem migrat? Respondemus, veram esse illam Hebraeorum coniecturam, quod frequenter terrae motu subruata Bale primū, & postea Saliffa appellata firmitueritque Loth dicens, Si cum caetera adhuc vrbes starent, ipsa saepe subuersa est, quāto magis nunc in communi ruina non poterit liberari: & hanc occasionem infidelitatis, etiam in filias coitus dedisse principium. Qui enim caeteras viderat subruui ciuitates, & hanc stare, sequē Dei auxilio erutum, vtiue de eo, quod sibi concessum fuerat, ambigere non debuit. iniustus itaque ipsius metus est quadam animi diffidentia profectus arguitur, cum subditur.

Hieron.

Timuerat enim manere in Segor: & mansit in spelunca ipse, & filiae eius.

Porro in solitudine & vastitate extrema postea fuit, cum filiabus in monte habitans: & vxoris non meminit, quae nuper perierat.

Dixitque maior ad minorem: Pater noster senex est: & nullus virorum mansit in terra, qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersae carnis: veni & inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen.

Quippe soror natu maior minori suafura patrum concubitus, rem sane, si nuda pensetur, turpissimam, ab instanti necessitate argumentum sumit: & modum prodit, quo id facile fieri possit: Pater, inquit, noster senex est. Artificiose paternae senectutis meminit, vt quod patrandū decreuerat, maturandū ostenderet. scilicet: vt cum patre (honor sit auribus) coiret: prius quā ille senio confectus rerū naturae cederet: vel gignendi vi destitueretur. Nam, vt rei propositae summam necessitatem monstraret, addidit: Et nullus virorum mansit in terra, qui possit ingredi ad nos secundum morem vniuersae terrae. Nimirum filiae Loth muliebri leuitate ductae nunc igne absumptum totum terrarum orbem, sicut olim diluuiū, putauerant. didicerant enim, vel à patre, vel à patruo alteram totius orbis consummationem

tionem per ignem esse futuram. Et tanquam puellæ integra sapientia minus perfectæ, suspicata sunt tale quiddam sibi accidisse, quale in Noe temporibus factum audierat: ut quæ admodum tunc temporis octo animæ in arca seruata fuerant ad reparandum genus humanum, ita & ipsa cum patre suo ad idem hominum genus restituendum superstitibus essent. Ideoque consilium incunt, non utique explendæ voluptatis libidine, sed propagandæ posteritatis studio. Et idcirco patris tristitiâ vel rigorem vino molendum putant. hoc est enim quod maior minori dixit: Veni inebriatus cum vino, dormiamusque cum eo: ut seruare possimus ex patre nostro semen. Bonus utique & admittendus finis, generis humani progeniem seruare: sed vix tali medio comparandus. non enim facienda sunt mala, ut eueniant bona. Nihilominus dignæ veniã deri possunt filiæ Loth, adeo, ut si earum scopum attendas, omni ipsas liberes crimine: Quoniam, licet grande sit facinus cum patre concumbere, firmissimumque naturalis pudoris vinculum soluere: grauior eis tamen videbatur impietas, si seruandæ castitatis studio spem posteritatis ab vniuersa humana natura excluderent. Quid, quod, ut dicebamus, haud libidinis æstu ardentibus, sed prolem habere desiderantes congregari nouo, inauditoque exemplo parant? singulis enim noctibus ad patrem suum ingressæ singulæ ab ignorante concipiunt. nec idem opus vterius repetunt. non ergo fuit libidinis vitium, quod non iteratur, sed ignoscendum factum, quod errore perpetratur.

Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa.

Sed vnde illis in spelunca latentibus vinum? non dubium, quin illud ex vrbe Segor attulerint: quo senem mæstum alioqui abstemium fouerent, exhilararentque, & inebriarent. quæ ubi videre vino somnoque sepultum, opportunitatem eis explendo proposito oblatam arripuerunt.

Et ingressa est maior, & dormiuit cum patre. At ille non sensit: nec quando accubuit filia: nec quando surrexit.

Aduerte quod non dicit scriptura hunc senem minime percepisse cum femina se congregari. quod incredibile videri possit. non enim rerum natura capit, aut coire quempiam ne-

scientem: aut cocuntem venero cõcussu non euigilare. sed quid innuit? id certe quantum ego ex eius verbis coniecto: quod vir iustus minime sensit, accessisse ad se filiam aut accessisse: tanta enim ebrietate premebatur, ut neque accubantem presenserit, neque discreuerit, quænam esset mulier quæ cum eo concubiebatur. nec hoc incredibile videri debet ijs, qui bene norunt, quã vim habeat vinum in perturbanda hominis cogitatione obruendaque eius ratione. nanque: ut poeta

*Vino forma vult, vino corrumpitur etas:*

*Vino sape suum nescit amica virum.*

Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui cum patre meo. Demus ei vinum bibere etiã hac nocte. & dormies cum eo: ut saluemus semen ex patre nostro. dederuntque & illa nocte patri suo bibere vinum.

Hoc est hominem perditorum institutum dare operam vel maximam, ut in quod scelus ipsi lapsi fuerint, labantur & alij. quasi minor haec beatur culpa, in qua plerique alij deprehendantur: cum longè grauius sit crimen, te non solum deliquisse: sed aliorum quoque delictis gaudere: & quod pessimum est, reliquis esse delinquendi ducem, diaboli ministrum, scelerum artificem, iniquitatis hortatorem. Denique sunt illi ex eorum numero, quos à se Christus dominus amandat dicens: Discedite à me omnes operarij iniquitatis.

Ingressa quoque est minor filia & dormiuit cum eo. & ne tunc quidem sensit, quando concubuerit, vel quando illa surrexit.

Non videtur omnino à culpa vacare in Loth, quanquam viro iusto, huiusmodi ebrietas. Quid enim? ut filiabus suis crebra vina miscerentibus, aut fortasse nec mixta crebro porrigentibus consentiret: nisi ut illius destitutionis: & materni luctus dolor de cogitatione mentis ebriæ fugaretur, ipsas etiam tandem bibere existimans, & aliqua fraude agentem ne biberet, ipse bibebat? sed etiam talem, aut mæsto sibi, aut tristibus illis admittere & adhibere consolationem, quomodo virum iustum decuerit, non videmus. An aliqua Sodomitarum arte pessima etiam paucis poculis

lis patrem sic inebriare potuerunt, ut illud peccatum potius cum ignorante, quam de ignorante committerent? Quare culpandus est Loth, qui semel atque iterum imprudenter inebriatus est. Sed, ut ait Augustinus, non quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas. Pulchrè Hieronymus: Loth, ait, nescit in concubitu filiarum quid fecerit, & inebriatus ab eis non habet crimen conscientie: & tamen error in vitio est. At Diuus Chrysostomus, & grauius, & eleganter tam patrem, quam filias ab omni culpa defendit propter eas quas superius rationes attigimus, quod & illæ reparandi generis humani voto id fecerint: & hic profus ignoranter cum eis egerit. Denique Deus hæc per scripturas suas prouidit: non faciendâ præcepit: & cauendâ admonuit: non imitanda proposuit.

Cõceperunt ergo duæ filia Loth de patre suo.

Emphasim quandam habet hæc verborum series, & præ se fert quendam animi stuporem, quod summus rerum arbiter permisit, feceritque ex tali concubitu duos filios fuisse conceptos, eosdemque futuros gradum populorum principes. Enimvero Deus, qui de non bonis mortalium factis optima quæque proferre nouit, gentes quas voluit, ex cognatissimo semine propagauit, tam alienus ab errore, quam à culpa.

Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab. ipse est pater Moabitarum usque in presentem diem. Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon. id est filius populi mei. ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

August.

Hieron.

Chrysol.

Propert.

Luc. 13.

August.

Hieronymus. Moab interpretatur ex patre, & totum nomen etymologiam habet. Ammon vero, cuius quasi causa nominis redditur, filius generis mei, siue ut melius habetur in Hebraeo, filius populi mei, sic deriuatur ut ex parte sensus nominis, & ex parte ipse sit sermo. אַמִּוִּי Ammi enim, ex quo dicti sunt Ammonitæ, vocatur populus meus. O admiranda Historiæ sacræ discretio, maiorem fororum expresse tradit cum patre suo dormiuisse, ut scelus, aut verum, aut apparens aggraueret: minorem autem dixit, suppresso paterno nomine dormiuisse cum eo: ut leuius huius, quæ illius peccatum insinuarer. vnde & maior ab incestu paterno filio nomen indidit, quod manifestarium fuit impudentiæ signum. at minor prudentius multo, quem peperit filium populi sui, id est, generis sui, quod nomen castissima quoque Sara filio suo Isaac imponere potuisset: quandoquidem de Abraham cognato suo eum conceperat. Ex quo euenit, ut librato vtrinque iudicio posterioribus temporibus ob diuersa matrum merita fortasse mitius actum fuerit cum Ammonitis, quam cum Moabitibus. namque de Ammonitis Israel præceptum est: Ne contendas cum illis omnino. de Moabitibus autem: Ne pugnes cum eis. Arctioris plane est amicitie non contendere, quam non pugnare. Denique Loth huiusmodi contigit esse de Sodomis egressum. & ut verbis beati Petri grauius hoc caput cõcludam, sic ciuitates Sodomorum & Gommorreorum in cineres redigens euerisione damnauit, exemplum eorum qui impie acturi sunt, ponens: & iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, & luxuriosa conuersatione eripuit. aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij seruare cruciandos. Iam vero completa de Loth historia ad cõceptam de Abraham narrationem reuertitur dicens:

Hieron.

2. Petr. 2.



Commentariorum  
 Caput vigesimum.

Profectus inde Abraham in terram Australem habitauit inter  
 Cades & Sur, & peregrinatus est in  
 Geraris.

**M**ox à Sodomorum excidio hic Patriarcha à conualle Mambre, vbi angelos hospitio susceperat, recessit. idq; vbi a uerfatus ei assidere terræ, quam penitus deformatam; perpetuoq; inhospitalem Dominus reddiderat, & habitationi, conuictiue humano prorsus ineptam fecerat: vel vrgente pascuorum penuria ciborumq; indigentiã vberiora loca petiuit. Nam cum in tabernaculis habitaret, nullibi tam certam sedem sibi locabat, quin facile inde demigraret, quod fors illum commodior aduocaret. Vide cum Chryostomo iustorum cõuersionem, quã curia paruaque illis fuerit, & minime superuacua supellex, quomodo facile transmigrabant, vitamque suam instituebant, sicut peregrini, & aduenæ: & nunc hic, nunc istic tabernacula erigebant, quasi in peregrinatione agentes. non sicut nos facimus habitantes in aliena terra, quasi in patria, & domos extruimus splendidas, & vestibula, & de ambulatoria, & villas possidemus, & balnea facimus, aliaque plurima, quorum neque diu, neque quiete vti possumus. Profectus autem Abraham Austru versus venit in desertum, quod respectu vallis Mambre ad Aphricum porrigitur. De quo Hieronymus in libro De locis Hebraicis. Sur, inquit, locus est, vbi inuenit angelus ancillam Saræ Agar inter Cades & Barad. extenditur autem desertum Sur vsque ad Mare rubrum, quod ad Ægypti confinia peruenit. porro Cades solitudo est supra urbem: sed & Scriptura desertum Cades cõtra faciem Ægypti extendi memorat. ad quod primùm venere Hebræi Rubro mari transfuadato. Et habitauit in Geraris. De qua idem Hieronymus. Gerara, ex cuius nomine nunc geratica vocatur regio, trãs Claroma procul ab Eleuteropoli viginti millibus & quinque ad meridiã. Erat autem olim terminus Chanæorũ ad Australem plagã, & ciuitas metropolis Palestinæ. Scriptura fuisse eam commemorat inter Cades & Sur, hoc est inter duas solitudines, quarum vna Ægypto iungitur, ad quam populus trãs fretũ Rubri maris peruenit. altera verò Cades vsque ad Saræ

Chryosf.

Hieron.

cenorum eremum extenditur. Hæc ille. Igitur cum Abraham intra Geraræ fines peregrinus habitaret, à quouis nimirum interrogatus, mortisq; timore pulsatus.

Dixit de Sara vxore sua: Soror mea est.

Isidorus. Tacuit, ait, vxorem. dixit sororem. ne ipse occideretur: & illa captiua ab alienigenis possideretur, certus quod à Deo in uoluntate seruaretur: sicut apud Pharaonem iã prius fuerat diuinitus custodia. vnde & Abimelech oraculo inter dormiendum monitus intactam reddidit. Augustinus. Quæri solet, quomodo in illa ætate Abraham pro Saræ pulchritudine periclitari timuerit: sed forme illius vis miranda est, quæ adhuc amari poterat: miranda quidem, sed & id cõtingere potuit, vel quod sterilibus diuturnior permanet forme nitor, quam fecundis: vel quod dono Dei seruata sit illi præter ætatem in signis illa pulchritudo, sicut & Mosi robur vsque ad ætatem deceptam, extremamque. Inuulgata igitur Saræ forma ad regis aures peruenit. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam.

Isidorus.

August.

Non dubium, quin sibi in vxorem. Vir enim alioqui probus erat Abimelech: nec Saram, tanquam scortum, rapuit: sed vt, tanquã probam foeminam, quam cœlibem putabat, in vxorem duceret.

Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte.

Deus hic, sicut frequenter alias, angelus Dei est intelligendus, in quo Deus venisse traditur ad Abimelech, eumque per somniũ admonuisse, atque deterruisse. venit enim sumpturus de rege pœnas, nisi alienam viro suo intactam restituisset. Est autem angelus regi inter dormiendum locutus locutione quadam non sonabili. alioqui primo sonitu dormientem excitasset: sed imaginaria quomodo loquelam humanam somniantes plerumque se percipere putant.

Et

Et ait illi.

Terribiliter scilicet ei minitans.

En morieris propter vxorẽ, quã tulisti: habet enim virum.

En, voeula corripientis est atq; comminantis: nisi redderet vxorẽ viro suo inuolatã Abimelech, moriturus proculdubio esset, eodẽ morbo quo diuinitus afflictus in lecto decubebat. hac nẽpe saluberrima comminatione Deus clemẽtissimè Saram ab iniuria, regem à peccato, Abraham à maximo dolore liberauit. Prauenit enim Dominus misericorditer nefarium regis cum aliena congressum, quod, vt Scriptura doceret, interposuit.

Abimelech verò non tetigerat eam.

Pulchra sane interpositio, qua ab adulterio immunis Sara fuisse asseritur. Arctandusque lector est, vt qui Scripturę sanctę testimonio per suasus credit, Sarã ad regẽ fuisse sublatã, credat & eã mansisse apud illũ in cõtaminatã. vtrũque enim eodẽ verborũ tenore historia sacra prodidit. Deniq; diuina providentiã cauẽ tũ fuit, ne alienũ semẽ exciperet illa, quæ tũc tẽporis ex viro suo cõceptura esset semẽ illud per quod tandẽ cœlestis benedictio in omnes gentes effundẽda foret. alioqui incertum esset semẽ illud: quã nisi haberetur exploratis simũ, non poterat esse optatissimũ humanæ salutis momentũ. sed quid Abimelech? nãq; imaginaria itidẽ in somno locutiõẽ vsus ait:

Num Domine gentem ignorãtem, & iustam interficies?

Deinde ignorantia factõ prudenter præterdit: vt iniuriæ culpam à se depellat. Nam qui per ignorantiam alioqui inculpatã aliquid, quod iniquum sit, facit: non est censendus iniustus. quippe qui iustum opus illud esse existimauit: quod proculdubio vitasset, si illicitum illud esse putasset. Quare Abimelech, licet iniustum fecerit, alienam tollendo: nõ tamen fecit iniuste, qui quã tulit alienã esse nesciebat. Idcirco admodũ competẽter maritũ cũ vxore ignorantia suæ producit autores asfertoria quadam interrogatione vsus.

Nonne ipse dixit mihi: Soror mea est? Et ipsa ait, Frater meus est?

Matth. 18. Quasi dixerit: Si in ore duorũ vel trium testimonium stat omne verbum, constat me nequa-

quam flagiciofa petulantis animi libidine cõcubinam rapuisse: sed diligenti, honestoq; officio coniugij fidẽ seruare voluisse. Quare compertum ex his haberi potest, quod

In simplicitate cordis mei, & in mūditiã manuũ mearũ feci hoc.

Optime distinxit. nam cordis simplicitatem vocat directũ in id, quod honestũ piũq; sit, afsectũ: morũ tẽperantiã, mentisq; sobrietatẽ amplectentẽ. Manuum autẽ mundiciã nominat operũ puritatẽ, quod nequaquã fuerit solitus, aut vago cõcubitu pollui, aut iniuria proximis afficere. his itaq; duobus simplicitate, & innocentiã semet innoxium merito probare pertẽdit. Ad hoc profecto non parũ facit quod pro mūditiã, in Hebræo est *יָדָיו בְּנִיקָיו* benikiõ id est innocentiã, quod & Septuaginta nõ ita proprie *ἐν δικαιοσύνη*. i. in iusticia trãstulerunt. quibus verbis insinuat, regẽ arbitratũ fuisse nemini se eo factõ vel nocere, vel iniuriam inferre.

Dixitq; ad eum Deus.

Vere Deus non proiecit simpliciẽ: sed cũ simplicibus sermocinatio eius versatur. Vnde. *Prou. 3.*

Et ego, inquit, noui, quod simplici corde feceris.

Deceptus scilicet illorũ dictis, vt legitimũ & licitum & irreprehensibile simpliciter hæc fecisti. Discretor enim cogitationum & intentionũ cordis Deus manifestissime nouit, quod affectu quisq; feratur in opus: & quantũ humani cordis intima cognoscit, tantũ eius simplicitatem diligit. Ex quo fit, vt propensissimus sit ad dirigendos simplices, atque monendos, vel vt non errent, vel vt errantes ad rectam reuocet. hinc Salomon: Fortitudo simpliciẽ via Domini: & pavor his, qui operantur iniquitatem. Et iterum: Via simpliciẽ dirigit viam eius: & in impietate sua corrueat impius. Propterea adiecit Deus.

*Prou. 10. ibidẽ. 11.*

Et ideo custodiui te, ne peccares in me.

Igitur qui ad alienam vxorẽ accedit, in Deũ proculdubio peccat: eod quod coniugalia iura autore Deo sanctissima improbe violet. Promeruit item mētis rectitudine hic vir ab instati errato diuinitõ defendi: ita vt iã tũ illud David regis potuerit iure suo decãtare: Iustũ adiutoriũ meum à Dño, q saluos facit rectos corde. Quæritur. Quomõ, si Abimelech Abraham vxorẽ tetigisset, in Deũ peccaret? q cor-

*Psal. 7.*

dis sui simplicitate manuque suarū puritate defendebatur. Enimvero peccatum illum dixit Deus, si diuino praesidio protectus non fuisset: non quod foret culpandus, si illam attingisset: sed quod factum esset inapte natura illegitimum illicitum, atque reprehensione dignum: nisi eius autor per ignorantiam haud improbandam à culpa esset immunis. nāq; vsuuenit non raro, iniustū fieri nō iniuste: sicut ē contrariū iustum iniuste: quando quisquā qua via nocere parat, prodest. Denique nemo inuitus bene agit, & si bonū est, quod agit. Ad stipulatur & huic sententiæ illud: Quod iustum est, iuste exequere. Quod autem subditur:

Dent. 16.

Et non dimisi te, ut tangeres eā. Tantundē valet, ac si dixisset: Nō tuū fuit, quā aliena non sis abusus: sed beneficentiæ meæ opus, qui tibi viti cognoscendi alienā vxorē cōmodū subtraxi, idq; immisso morbo, quo praepeditus cū foemina rē habere nequies. Nunc igitur redde vxorem viro suo.

Non enim iam improbitati tuæ ignorantiaē clypeum praetendere poteris, quando me tibi, qui mentiri nequeo, reuelante, Sarā esse maritatam didicisti. Quid? quod vir eius minime floccipendendus est, cum sit mihi maxima amicitia coniunctus?

Quia est propheta.

Quare quā iniuriā ei intuleris, mihi illatam prorsus esse putabo. Quod si libētī aīo vxorē viro suo restitueris, mihi rē gratā feceris.

Et orabit ipse pro te, Ut libereris à morbo, quo tactus es,

Et viues,

Scilicet precibus eius pristinae saluti restitutus. Hinc facile compertum habetur, iustorum precibus aegrotos interdum à lethalibus morbis eripi. Deinde ut ne concupiscētia flagrās, & pulchritudine Sarā victus min⁹ faciat mā datum immittit ei timorem: & maiorem poenam minatur, se inducturum dicens:

Si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris tu, & omnia quę tua sunt.

Hic est em̄ amabilis diuinę dispēnsatiōis mos: ut optimus rerū pater prius mortalibus bonā maxime exoptāda proponat, offeratque: deinde vitāda maxime mala pronūciat, mineturq;. Hinc in Deuteronomio benedictio

nes maledictionibus pferuntur. ille quoque Dñs cui pater omne iudiciū dedit, prius cōpellatur est benedictos Patris sui: postea maledictos à se propulsurus. Id quod facit, ut vel hoc bonorum, malorumq; ordine ostēdat se esse multo propensiorē ad seruandū, q̄ ad perdendū: q̄ hoc sit iusticiæ, illud misericordiæ, quæ super exultat iudicio. Denique amplius multo immentia illa Dei bonitas extat ignoscētia, atq; beneficentiā q̄ vltione, ac seueritate. Porro Abrahā merito dictus est propheta: q̄ diuinas reuelatiōes aliorū more prophetarū excipere solitus fuerit, siue mysteria sibi reuelata alijs hominibus inuulgauerit: siue pones seipsum tacita continuerit. Nec id mirū. nam Aarō, & Maria foror eius, & Iosue dicti sunt prophetae: esto q̄ sacramenta sibi reuelata scripto minime tradiderint. Præterea ex hoc loco cōstat, Deū huic regi superius mortē cōminatorie intēstasse, cū dixerit ei: En morieris propter mulierē, quā tulisti. scilicet q̄ moriturus esset, si eam viro suo nō redderet. nā quod illic absolute protulit: hic sub conditione euenturum minatur. Vt hinc intelligamus plurima in Sanctis scripturis, atq; Prophetis predictiōibus inueniri absolute prolata, quæ tamen sub conditione quadam sint accipienda, atque pro alijs, atque alijs causarum meritis: vel impedienda, vel expedienda. Quid tum Abimelech. Nempe tantis minis perterritus euigilauit.

Statimq; de nocte confurgens Abimelech, vocauit omnes seruos suos: & locutus est omnia verba hæc in auribus eorum.

Excitauit itaq; dormientē eū summa imperantis autoritas, tū animi anxietas, quā ex comminata sibi morte cōceperat. excitatusq; statim surrexit, vel de nocte: ut quāta posset celeritate imperata sibi perficeret. vel, ut est in Hebræo וַיִּשְׁכֶּם vaiaškém, id est, manicauit, si hoc verbo vti velimus: id est mane surrexit. sic & Septuaginta τοῦ ἐπιγεῖν, & diluculo surrexit: scilicet, ut opportuno tēpore impositum sibi munus exequeretur. prudēs enim commodō tēpore operatur: nec in mora esse censendus est, qui tempus rei gerendæ opportunum præstolatur. Vocauit autē omnes seruos suos, & locutus est omnia verba hæc in auribus eorum. hoc vtiq; humanitatis pariter & prudentiæ fuit opus. humanitatis quidem, quod seruis, tanquam amicis, arcana manifestauit: amicorum est enim ami-

corum

eorū auribus secreta sua inferre: Vos, inquit Dominus discipulis suis, amici mei estis, quia omnia quæ audiui à Patre meo nota feci vobis. prudentis autem, ne temere, leniterq; cōiugium tantopere expetitur repudiare videatur. est enim præcipua virtus præsentis prudentia, per quam reipublicæ vtiliter consulit, & apud populum auctoritatem sibi comparat, & retinet. libenter enim quisque regēdum se cōmittit ei, quem causarū merita melius nosse, rerumque euentus procul magis prospicere arbitratur. Denique Audiens sapiens sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit.

Prone. I.

Timueruntque, ait, omnes viri valde.

Nimirum impendenti periculo perterriti: quo etiam euaso nonnunquam humana peccora tremore quatuntur. quia hæret adhuc illis proximi discriminis opinio. Verū timor hic foeliciter in veram profecit pietatem, qua Deum veriti sunt: & in reddenda Sara regē dominumque suum, & expensis & ministerio alacriter iuuerunt. Sic enim timor Domini mentes humanas, ut euigilent, pulsat: vigilantes sollicitat: sollicitasque ad mandata peragenda adigit: agentes in bono opere cōfirmat. Denique Per timorem domini declinat omnis homo à malo.

Prone. I.

Vocauit autem Abimelech etiam Abrahā, & dixit ei: Quid fecisti nobis? Quid peccauimus in te? quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande. Quæ non debuisti facere, fecisti nobis. Rursumq; exostulans ait: Quid vidisti ut hoc faceres?

Vehementissima profecto exostulatio, & crebris, breuibisque questibus aduersarium instanter vrgens. Quid fecisti nobis? absoluta interrogatio: sed amarulenta conuestione plena: ad quam responderi nihil posse videtur. quod interroganti fuerit satis. Quod si forte in nos irritatus id fecisti, ostendas oportet, quid peccauimus in te, q̄ induxisti super me, & super regnum meum peccatum grande. Per quā artificiose rex quicquid hoc factū in Patriarcham commissum est, in eius culpam deflectit, qui veritatem suppressit ta-

centis que facinori locum dedit. parum enim distat, utrum facinus committas, an admittas. Sed hæc pro regis affectu dicta sunt: paulo enim inferius idoneam pro se defensionē Patriarcha adducet. etenim merito adulterium grauissimum peccatum esse fatetur: eo quod hoc flagitium cum continentia simul & iusticia pugnet. nam & intemperantis est vagus & illegitimus concubitus: & iniusti alienum polluisse thorum.

Rursumque exostulans ait: Quid vidisti, ut hoc faceres?

Hoc est deprehendisti nos, aut petuloscos, aut improbos, aut alieni coniugij cōtemptores: ut exposita nobis vxore tua, velut inhiatibus prædæ, obiecta libidinis offa, cum maximo vitæ nostræ dispendio vitæ tuæ cōsuleres? Enimvero, ut obiectum crimen diluat, quærēti satisfacere, grauitate & prudenter valde, iusto timore id factum prætexens.

Respondit Abraham: Cogitavi mecum dicens: Forsitan non est timor Dei in loco isto: & interficient me propter vxorem meam.

Non enim, inquit: hoc feci iniuria aliqua lacessitus: nec temere, aut maligne: sed pensitata ratione mihi persuasi, arte quadam nō improba vitæ meæ prospiciendum esse: ne thori focia propter egregiam faciem mei occidendi causa esset. Non igitur tantū mihi hoc inuento, sed vobis quoque consuluit: ne libidine furentes posthabita iusticiæ cura homicidium adulterio nequiter adderetur. Nam mecum ipse reputans dixi: Forsitan nō est timor Dei in loco isto: & interficient me propter vxorem meam. Hic ego, ut quidam ait, non possum non mirifice commendare eos, qui timorē Dei verterūt θεοσεβείαν, pietatē, Deiq; venerationē: declarātes, nihil aliud esse in Sacris literis Deū timere, q̄ apud Gētes eū venerari, pieq; colere: ut eorū occurrerent calūnijs, q̄ Hebræos putaret διαίδημονας. i. supersticiosos: quod hi timere Deū dicatur: eo q̄ superstitio sit vanus Deorum metus: eumque reformidare, qui minime sit noxius. itaque θεοσεβείαν θεοῦ, nihil est aliud quàm θεοσεβείαν facit & ad hoc id qd̄ Iacob ad Laban socerum suum inferius dixit: Nisi timor patris mei Isaac custodisset me: per timorē proculdubio pietatem religionemq; significās.

Est & memoria dignum, quod de hac pietate scribit Herodes Pythagoræus: Omnium virutum princeps est pietas, quæ in diuinam causam respicit semper. Denique hæc de eo timore accipienda sunt, quem Theologi filialem dicunt: quo longe potius, quam seruiliter metu Deus colitur. Alioqui timendus est quodque Deus, tanquam iudex, qui puniat delinquentes. nam quamuis ille innocentibus minime noceat, infert tamen peccatoribus supplicia. verendus igitur est, tanquam pater: & metuendus, tanquam dominus. vtrunque enim ille per prophetam à nobis exigit: Filius honorat patrem suum: & seruus dominum suum. si ergo pater ego sum: ubi est honor meus? & si dominus ego sum: ubi est timor meus? dicit dominus omnipotens. Sed iam ad Patriarcham pro se defensionem afferentem, sequere veracem ostendentem reuertamur. At enim.

Malac. 1.

Alias autem verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ: & duxi eam in vxorem.

Hieron.

Super quo Hieronymus in Quæstionibus inquit. Sara fratris eius Aran est filia, non sororis. & mox velut sententiam corrigens: Sed quia in Hebræo habet: Verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ. & magis sonat, quod soror Abraham fuerit. in excusationem eius dicimus, necdum illo tempore tales nuptias lege prohibitas. nec dubium, quin Mosaicam Legem intelligat. nam lex naturalis ab æuo condito vigeat. postea autem Mosaicam Legem cautum est, ne fratres sorores ducant. ea est quæ in Levitico habetur. Qui acceperit, ait, sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illa quoque, conspexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati sunt. occidentur in conspectu populi, eo quod turpitudinem suam mutuo reuelauerunt. Sed mirum est quod idem autor posteriorem hanc sententiam alibi frangit, cum agens contra Heluidium inquit: Quia se est, ut Abraham, vir iustus patris sui filiam coniugem duxerit, cum in primis hominibus propter aurium sanctitatem id ipsum Scriptura non nominet, mallens intelligi, quam proferri: & Deus postea sanciat & minetur: Qui acceperit sororem suam &c. Vides autorem disertissimum, modo hanc, modo illam sententiam fouere. nec id mirum. Est enim huius Scripturæ locus perdifficilis: & in

Leuit. 18

quo doctissimus quisque non parum ambigat, vtram sententiam teneat. Nam sicut honestus quidam pudor aspirat ijs, qui existimant Saram non fuisse Abraham sororem germanam sed consobrinam ex patre suo Aram progeneratam: consuetoque Scripturarum tropo sororem ipsius esse nuncupatam. sic huius literæ contextus adeo explicite declarat, & ante oculos ponit, eandem reuera fuisse Patriarchæ sororem: ut nihil expressius tradi potuisse videatur, quod id ita esse credatur. Nobis demum satisfuerit huius loci difficultatem proposuisse, præsertim, quod non modo supra in vndecimo huius libri capite: sed alias quoque exactius de hac re disseruimus. Iam verò aperit Abraham consilium, quod cum coniuge sua inierit dicens.

Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiam facies mecum, in omni loco ad quem ingrediemur, dices, quod frater tuus sum.

Etenim domum patris sui vocat Aram Mesopotamiæ, in qua habitavit Thare cum Abraham & Nachor filijs suis: ut habes supra capite vndecimo. pro eo autem quod in Latino est, Eduxit me Deus, in Hebræo talis est ad verbum sensus: Vagari me fecerunt Dii: *וַיִּגְדַּלְנִי אֱלֹהִים*. errabat enim vagabundus Abraham ignarus eius loci, quod Deus eum duceret: ac subinde pro ductu diuino tabernaculum & figebat, & mouebat. nulla enim totius orbis regione illi definita, quam peteret, Mesopotamiam relinquere ipsi Deus iussit, Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui & veni in terram, quam monstrauero tibi. De quo & Paulus Ad Hebræos. Fide, qui vocatur Abraham, obediuit: ut exiret in locum, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit nesciens quod iret. Quod autem hic scriptum est, Vagari, vel declinare me fecerunt Dii, locus vnius eorum esse videtur, in quibus Elohim nomine beata Trinitas innui possit. nam cum plurale sit nomen, verbū quoque, plurale ei adiungitur, pluralitas quædam, non vtiq; diuinæ essentię, sed personarum significatur. Nam si vnus tantum significatur, cur ab vtroque nomine scilicet, & verbo plures comonstrantur? Huic dubio nulla quippe ratio, vel probabilior, vel melior nobis occurrit reddenda, quam Christianorum: quod

Hebr. 11.

Deute. 5.

quid miseri Iudæi aduersus sacram Triadem oggiant. Vrger & Hebræos valde id, quod Deuteronomij capite quinto, ubi ex professo Dei vnitatem Lex autoritate diuina decernit, scriptum est: Quid est omnis caro, ut audiat vocem *אֱלֹהִים חַיִּים*. Deorum videntium. Nam, obsecro, cur præscripto paulo ante vno tantum Deo, mox Deos videntes scriptor facer induxit? nisi ut vnitatem diuinæ essentię rudibus exprimeret, & personarum Trinitatem eruditus insinaret? Quid? quod in translatione Chaldaica singulariter expressum est, Quid est omnis caro, ut audiat vocem verbi Dei viuiloquentis de medio ignis? probat clare Dei nomen hoc loco, non vtiq; pro angelo, sed pro vero Deo accipi. Et quod aliud est verbum Dei viuui? nisi verbum illud caro factum, quod ipsum esse Christum filium Dei vitini Diuus Petrus Patris celestis magisterio doctus veracissime confessus fuit. Hinc euenit, ut non immerito quidam ecclesiastici tractatores huiusmodi apparitiones in Filium potius, quam in Patrem aut Spiritum sanctum referant. ut idem mundi pereuntis ereptor prius in imagine patris appareret, qui posterus in assumpta carne videndus esset. Septuaginta verò, nec non Hieronymus singulariter interpretati sunt: Eduxit me Deus, veriti aliquid forsitan, ne plures Deos inducere viderentur. Verum Hebraica pro fide Trinitatis asserenda Iudæos fortius vrgent. Cæterum apud nos, qui verè de diuina maiestate sapientiam celestis dono obtinemus, piaculum est tres Deos profiteri sed vnum dumtaxat personis trinum. Hinc factum est, ut vir quidam sagaci ingenio prædixit malit hoc loco angelos intelligi, quos veri Dei nomine secum agere, bene nouerat Patriarcha, utpote propheta. Sed reuera Hebraica Hebræos, ut diximus, vrgentius premunt. Quod autem Abraham in Deum ipsum profectioem suam refert, quodque hac illac euagatus demum ad regiam urbem diuerterit: ostendere vult, se nec temere, nec leuiter, nec vrgente inopia, nec ob crimen aliquod de patria sua exulem de gente in gentem transire solitum: sed oraculo celesti monitum domum paternam reliquisse, diuinæque iussioni obsecutum, huc illuc permeasse ut tandem, ubi diuinitas iuberet, stabilem sibi sedem locaret. Quod autem ingenuè fatetur vxori suæ persuasisse, ut sororem suam semet assereret, in quouis loco ad quem peruenirent: id agit, ut Abimelech respondeat, & regi dicat: Haud vtiq; tacui hanc esse meam

vxorem, quod aliquid in me peccaueris: nec quod quicquam, aut facinoris, aut flagitij in terris tuis deprehenderim: sed eximia coniugis meæ pulchritudo spectantium oculos ad se vehementer allicere potens, & ignoti mihi mores eorum, inter quos diuersor, coegeret me hoc vaframento vitam meam tutari. & quamuis certus eram vxorem meam superiori custodia præmunitam nullius libidini futura obnoxiam: non tamè humana vultus solertia iniquum aliquid molitus sum. Cæterum, ubi nihil periculi instat, liberrimè eandem coniugem meam esse profiteor. Enimvero misericordiam, atque beneficentiam vocauit, pietatem maximam erga se, iudicans eam taciturnitatem, qua vxorem suam in se vti voluit. Septuaginta *δικαιοσύνην* Hebraicum *צדקה* transtulerunt hoc est iusticiam. sed defendi possunt: quoniam iusticiæ duæ partes sunt, quarum altera id iuris habet, ut nemini cum iniuria noceatur: altera ut benefici, liberalesque simus in eos, qui nostra ope indigent, quatenus eis opitulari possumus atque debemus. Debemus autem auxilium cunctis proximis, id est vniuersis hominibus quadantenus præstare, quoties id res tempus, locusque postulant. namque paulo minus iniquior est is, qui nemini vnquam profuit, quam qui obfuit: Declina, inquit, à malo: & fac bonum. *Psal. 37.* Quin etiam dominus Iesus iusticiam pro eleemosyna & beneficentia apud Matthæum Hebraico more posuit dicens. *וְאַי שְׂלֵמָה תְּתֵנוּ* *וְאַי שְׂלֵמָה תְּתֵנוּ*, id est videte ne iusticiam vestram dederitis coram hominibus. Etenim recte, sicut Græci, eleemosynam à miserendo deducunt. sic & Hebræi *צדקה* id est iusticia: eo quod, vel iustum sit, ut miseros nostro foueamus beneficio: vel homo in hoc opere foris ostendat quis intus per Dei gratiam sit: dum iusto quodam libramine recte facta probis affectibus exæquat. Non enim, ut ait Paulus, auditores tantum Legis, sed factores iustificabuntur. Denique rex accepta satisfactione reueritus magnam iusti mansuetudinem magna liberalitate affectit illum. Tulit igitur Abimelech oues, & boues, & seruos, & ancillas: & dedit Abraham.

Psal. 37.

Matth. 6.

Roma. 2.

Etenim oraculo monitus, & accepta satisfactione maximi Patriarcham fecit: & spem recuperandæ salutis, illo pro se orante, concepit. ideoque commodis illum donis remuneravit.

Deditque illi uxorem suam.

Scilicet maritali tum iure, tum libertate habendam.

Et ait: Terra coram vobis est.

Vbiunque tibi placuerit habita. Maximum planè beneficium, homini peregrino licere ex sententiâ sua vbi libet totius regionis habitare, & in alieno solo liberis vti pascuis. In quo & laudanda regis in Deum pietas claruit: libenter enim iubenti paruit: & regalis in hospitem minime contemnendum magnificentia ampliter extitit. Sed & insignis cuiusdam prudentiæ fuit, corripuisse Saram mitibus tamen alloquijs.

Saræ enim dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. hoc erit tibi in velamen oculorū ad omnes, qui tecum sunt: & quocunque perrexeris, memeto te deprehensam.

Quid super hunc locum cum alij, tum doctissimus Tostadus cōmentatus sit, in promptu est videre, qui volet. nos autem ex varijs doctorum explanationibus illam, vel ut precipuam, nostris collectaneis apponem⁹, quæ in glossa, quam dicunt ordinariam, habetur. Sed prius quàm illam adscribamus, præstat Hebraica adverbium interpretata referre. Sic enim habent: Ecce dedi mille argenteos fratri tuo. ecce hoc ipsum erit tibi velamen oculorum omnibus, qui tecum sunt, & ad omnes: & castigaberis. Ait igitur: Ecce dedi mille argenteos. tanti enim pecora illa, & mancipia, quæ Abrahæ Abimelech dederat, æstimari poterant. Verū ironic⁹ addidit Fratri tuo, quæ iā cōstaret ipsius esse maritū. Et (scilicet me dedisse mille argenteos marito tuo propter id quod errore mihi ignoscendo, tibi autem improperando te duxerim) erit tibi in velamen oculorum. hoc est, ad tuum ipsius pudorem: velantur enim, atque clauduntur erubescantium, pudentiumque oculi. ad pudorem, inquam, tuū hoc erit: ut deinceps pudeat te, tam coram tuis, quàm alienis, profiteri te viri tui sororem, tacere vxorē. Quod si præsentis discriminis, quo modo deprehensa es, & si diuinitus defensa, memineris: proculdubio castigaberis. eris enim correpta, ne vnquam vltius tale quid vbiuis Gentū lo-

quaris. ne rursus, aut aliquid simile, aut forsitan peius tibi accidat. Sed iam accedat glossæ illius verba, quæ sic habent: Quasi iocādo loquitur, quia illa dixit fratrem suum esse, qui maritus erat. & hortatur in posterū hoc meminere: ne deinceps simile improprium deprehensa incurrat. Denique

Orate Abraham, sanauit Deus Abimelech, & uxorem, ancillasque eius: & pepererunt.

Si quæras morbum, en tibi.

Cōcluserat enim Dominus omnem vuluā domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ.

Quare nec Abimelech gignere poterat. morbo quippe debilitatus, ne coire posset: nec ipsius sceminae congregientem marem admittere valebant: adeo illarum vuluas Deus constrinxerat. Quæras. Cur innocentem regem sic puniuit Deus? Respondet Chrysostomus dicens. Propterea, quāuis alienus esset à peccato rex, plagam hanc Dominus induxit: ut precibus iusti annuens eam soluat. & iustum clariorem, illustrioremque efficiat. nam semper Dominus omnia ita facit, & tractat, & singula ita dispensat, ut qui sibi seruiūt, quasi luminaria reluceant, & eorum virtutem vbi que manifestam faciat. Denique hæc omnia non parua sunt argumenta iusticiæ Abrahæ, propter quam Abimelech percutitur, & sanatur: & Sara seruetur intacta. Aptissimè tandem dicitur Elohīm Deus, qui ad iusti preces ægrotis salutem restituit. Dominus autē nomine tetragrammatōn, qui summa pietate prouiderat, ut illato morbo Abimelech corrigetur. Enimvero totum hoc caput paradoxon est: & quo à communi sensu longius recessit, tanto in se augustiora continet sacramenta. quæ quoniam à plerisque orthodoxis autoribus acutè, plenè, pieque pertractata sūt, ea nos intacta relinquimus, ne Actū agere videamur. Cæterum, ut iterū Chrysostomi verbis utar, vidisti tandem omnipotentem & variam Dei sapientiam. Abraham qui in mortis periculo cōstitutus erat, & omnia faciebat, ut mortem posset effugere: non solum mortem effugit, sed & magnam obtinuit fiduciam, & repente gloriosus factus est. In hunc enim modum agere solet Deus: nō solum

solum à tribus liberat eos, qui fortiter se gerunt in periculis, in quæ incidunt: sed & tantam in aduersis præbet lætitiā, ut in eorum obliuionem omnino veniāt, & in multa sint bonorum affluentia: Cum ipso, inquit, sum

in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Denique postquam iustum hunc à tantis liberavit molestijs, continuo ea præstitit ei, quæ olim de conceptu Saræ promissa fuerant. quæ scriptura continenter enarrat.

## Caput vigesimum primum

Visitauit Deus Saram, sicut promiserat: & impleuit quæ locutus est.

Dominus igitur præcipuus generationis, vitæque autor Saram visitauit. memor vti que fuit sui promissi, memor & Saræ, cui vim concipiendi dedit. Visitauit & Samson, ut est in libro Iudicum, uxorem suam in hædo caprarum. Sicut enim visitatio Dei cū in malum ponitur, animaduersionem eius in peccatores significat, ut apud Esaiam, Quid facient in die visitationis. & Hieremias, In tempore visitationis corrueat dicit Dominus. Sic & cum in bonum ponitur visitatio, largam diuinæ gratiæ donationem, præsentem custodiam, & promissionum complementum inducit. Hinc Iob ad Deum: Et visitatio tua custodiuit spiritum meum. & apud Lucam Dominus flens super ciuitatem Hierusalem exprobrat ei, eò quod non cognouerit tempus visitationis suæ. & Zacharias in Cantico, Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. & in eodem, Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Quare cōgruentissimè hoc in loco, postquam dictum est, Visitauit Deus Saram, sicut promiserat: statim adiungitur, Et impleuit, quæ locutus est. Sicut enim Visitare hoc in loco conuenienter ad foetus conceptionem refertur: sic & Implere ad foetus edendi partum. nam sicut Dominus sterili Saræ vim concipiendi dedit: sic & eidem conceptum pariendi facultatem præbuit. auxit enim Dominus Saræ pariendi potentiam: sic, ut absque vilo discrimine foetus in lucem æderet. hoc enim est, quod Scriptura, tanquam mirabile quoddam, subnectit dicens:

Concepitque, & peperit.

Ipsa enim Sara, quamuis suapte natura sterilis, quamuis ætate nonagenaria: dono Dei mi-

rifico fecunda reddita concepit, & peperit. & quemadmodum cæcus à natiuitate per oculos supernaturaliter sibi restitutos naturaliter videt: ita hæc pia mulier per gignendi vim à Deo mirabiliter acceptam filium naturaliter concepit, aluit in ventre, foras edidit, & lactauit. Multa enim sunt, quæ supra naturam recepta, per naturam operantur. Sicut & homo animal arbitrio pollens, diuinæ gratiæ præsidio in secepto liberè vitur. id quod Paulus satis innuit, cū dixit, Gratia Dei sum, id quod sum: & gratia eius in me vacua non fuit. his enim verbis manifeste diuinæ gratiæ indigentiam, & liberam in agendo facultatem simul in homine adesse significat. Porro pro eò quod in Latino legimus, Cōcepitque, & peperit filium in senectute sua: in Hebræo est וְהָיָה וְיִלְדָה לְאַבְרָהָם בֶּן לְזִקְנָתוֹ, & cōcepit, & peperit Sara Abrahæ filium in senectute eius: videlicet Abrahæ: ut senectus hoc loco non ad Saram, sed ad Abraham referatur. illud em̄ pronome Eius virū refert, nō mulierē: id quod ex Hebraica inflexione, vocisque cadentiā manifestè cōstat, quæ in Hebræo masculina est. In Sacris præterea literis vxores maritis suis filios parere, eorumque aut iuuentæ aut senectæ ædere dicuntur, ut in superioribus annotauimus. Quod autem addidit.

Tempore, quo promiserat ei Deus.

Ostendit veracem Deum, atque iustum: qui ad præscriptum tempus promissa reddiderit. pars enim est cū fidei, tū iusticiæ haud minima, quæ promiseris, definito die præstare. Ad hoc illud relatiuum Ei, ipsum quidem Abraham, non autem Saram referre liquet.

Esai. 10.  
Hierem. 6.

Iob. 10.  
Luc. 19.

Luc. 1.

1. car. 15



Supra. 18.

tum quod apud Hebræos יְהוָה othó, idest, Ei, masculine est: tum quod compertum est, ipsi Abrahæ, non autem Saræ dictam fuisse de habendo filio promissionem. Dixerat enim Dominus Abrahæ: Iuxta conditum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite: & habebit Sara filium. Quam verò æquum, & dignum Dei beneficentia opus fuisse arbitramur, iustum hunc virum qui pietissimis precibus regis vxori, ancillisque suis vim concipiendi à Domino paulò antè exorauerat, cõtinenter Dei dono ex vxore sua filium accipere? par enim est, eum qui petit, obtinetque aliquid à Deo, quo laboranti proximo subueniatur: idem eum à diuina magnificentia sibi obtinere, si eodem indigeat. huc respicit illud Salomonis, Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. & illud Iacobi, Orate pro inuicem, vt saluemini. & illud Psalmographi Oratio mea in sinum meum conuertetur. & illud Domini ad Discipulos, Pax vestra ad vos reuertetur. Nouo denique merito priorum promissionem sibi ratam Patriarcha fecit: filiumque confestim à Sara suscepit.

Provi. 19.  
Psal. 34.  
Matt. 10.

Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac.

Norandum in Hebræo interponi, Qui natus est ei. & merito, quoniam licet Ismahel fuerit Abrahæ filius, non tamẽ natus est ei singulari quadam fœlicitate, qua natus est illi Isaac. de quo patri à Domino dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen. Natus est igitur Abrahæ filius Isaac fidei precium, gaudium parentum, domus splendor, generis decus, posteritatis Christi futuri specimẽ, atque pro-pago. Denique Patriarcha diuini præcepti memor filio suo nomen indidit Isaac, quod interpretatur Risus. riserat enim pater eius, quando ipsi à Domino promissus fuerat. Sed risit rem nouam admirans, eaque maxime gaudens. riserat & mater, quãdo per illos tres viros alter ei filius à Sara iterum promissus est: gaudens quidem, non nihil tamẽ & dubitans. deinde exprobat illis angelo, quod risus ille, & si gaudio fuerit effusus, haud tamen esset plenæ fidei, tandem fide confirmati certissimam habuerunt diuinam pollicitationem. ex eo ergo nobilissimo risu puer nomẽ accepit.

Supra.

Et circumcidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus, cum

centum esset annorum.

Quod scriptum est, Sicut præceperat ei Deus, manifesta parenthesis est. Siquidem Abrahæ solenne illud de circumcissione præceptum datum est, cum ætatis suæ nonaginta nouẽ annos natus esset. exacto autem proximo anno puellum circumcidit, cum esset centum annorum Scriptura idipsum testante, ac dicente.

Hac quippe ætate patris natus est Isaac.

Acclamatio est enim, qua declaratur, non tam ad naturæ ordinem, quàm ad promissionis gratiam pertinere, quod Abraham centenarius de vetula Sara, eademque sterili filium genuerit. quin & centenarij numeri plenitudo ad insinuandum, ceu iusti centesimi fructus perfectionem nimirum attinet: ad quã quisquis diuini verbi semine regenitus, adultusque peruenerit, solidi, absolutique gaudij copia perfruetur.

Dixitque Sara.

Nempe filio recenter nato læta.

Risum fecit mihi Dominus.

Hoc est læticiæ, risusque occasio est mihi partus. fatetur enim se filium Dei dono habuisse, de cuius mirabili ortu tanto gaudio afficitur, vt in risum erumpat: & non modo ipsa secum rideat: sed alij quoque sibi adgaudeat, & arrideant, adgaudeant prole: arrideant in-sperata. Hoc est, quod ait:

Quicumque audierit, corridebit mihi.

Etenim, quæ noua, lætaque sunt, atque præter opinionem eueniunt, propter admirationem, quam secum afferunt, facile ad gaudium, risumque mouent. Vnde quod nouus partus res esset miraculo plena, iterum exclamauit, rursumque ait.

Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?

Et est sensus: Quis audiens rem adeo singularem & inusitaram, poterit de Abrahâ credere, quod Sara sterilis & vetula potuerit filium lactare, quem peperit ei iam seni, quippe centenario? Admirantis itaque vox est de re penè prodigiosa, atque paradoxa: quippe quæ præter omnium opinionem euenierit. Expolimus Hieronymum: exponamus itẽ

&

Chrysol.

Roma. 4

Hebr. II.

& Hebraica ad verbum interpretata: quia fœsum quoque perutilem continent. Quis locutus est Abrahæ: fecitque lactare liberos Saræ: quod genuit filium senectutibus, eius. Et est sensus: Quis fuit ille tam magnus, tam potens, tam verax, qui constanti veritate, & efficaci potentia dixit Abrahæ marito meo, facturum se esse, memet sterilem, vetulamque in effœta iam ætate tanta lactis abundare copia: vt non modo filium meum, sed etiam alienos proprio lacte nutrire possim? nanq; in vltima illius senectæ ei filium peperit. Extat igitur in Abraham multiplex, summa admirandaque Dei bonitas: & quod mirabili dignatione seni nihil tale iam fere sperati filium promiserit: & quod dederit Saræ non tantum concipiendi, atque pariendi vim, sed tam affluentes lacte fontes, quibus suos, atque alienos filios lactare valeret. Nam, vt ait Chrysolomus, propter hoc & lactis fontes concessi sunt, vt partum magis credibilem faciant: & ne quis suppositicium esse puerum mentiretur. fontes enim lactis omnibus prædicabãt, præter humanam expectationem hoc euenisse. Vterque denique huius loci sensus tam Abrahæ quàm Saræ conuenit, eorumque fidem declarat. Etenim Abrahæ fidem Apostolus in epistola Ad Romanos celebras inquit: Et Abraham non est infirmatus in fide: nec cõsiderauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum: & emortuã vuluam Saræ. Et de Sara in Epistola Ad Hebræos: Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in cõceptione feminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidem credidit esse eam, qui promiserat. Admirantis ergo Dei bonitatem, & laudatis potestatem figura dictum est, Quis crederet? Quis dixerit? Denique ex hoc mirabili anu conceptu mortalium corda iam preparabantur, vt crederent, fieri posse, vt aliquando absque virili semine de Spiritu sancto virgo conciperet. Nam licet mirabilis multo sit, virginem absque virili semine concipere, quàm sterilem diuina virtute fieri fecundam, vt ex viro concipiat: ex altero tamen firmatur alterum: quia ad vtrūque requiritur virtus auctoris infinita, quæ & naturæ infirmitatem suppleat, & impotentiam superet, & obstacula vincat. Hinc quoque Gabriel angelus, vt Deiparæ virgini virginalem de Spiritu sancto conceptionem persuaderet nouam sterilis anu conceptionem allegauit, prout superius exactius declaratum est.

Creuit ergo puer, & abla-

tus est.

Creuit nempe, vt pote materno lacte nutritus, quod alieno longe conuenientius est, & salubrius, & efficacius ad infantium incrementum, tanquam eis cognatum, nec extrinsecus appetitum. immo si quid ad mores genus facit, consequens est infantibus, qui generosæ parentis succo aluntur, minus multo, quàm alios, qui externo, à maiorum suorum probitate declinare. Probatissimus igitur sanctarum foeminarum mos fuit, quos ignotos foetus in vtero grauidæ tulerant, fouerantque: eosdem natos, notosque, velut alienos à se non abijcere: sed gremio continere: sinu fouere: vberibus suis appellere: gestare in ulnis: manibus suis pulles ori ad mouere: vt cum lacte parentum mores, & pietatem suggerent. Denique ipsum regem angelorum sola virgo lactabat vberibus de cœlo pleno. Enimvero quia infantilis ætas articulos suos habet, cum dierum incremento variandum est & eorum alimentum. Quoniam, sicut alendæ teneræ infantis lac maxime congruit, quod sit digestu facile, & quod propter cognationem, quam lac habet cum sanguine absque multo negotio in carnem conuersum, eius, qui nutritur, augmento perfacile suggeritur: ita & adultiori ætati lac ipsum cibis est ineptus, & noxius: quia nec nutrimento puellorum sufficit, nec augmento: eosque morbidos facit & imbecillos. quare opportuna opus est ablaçtatione, vt transeat infans in eorum classem, qui solido cibo nutriuntur: vt cum prouectioris ætatis accessione, crescat & corporis robur. Demum Sara foemina prudentissima, atque diligentissima hanc in nutriendo filio suo rationem seruauit.

Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablaçtationis eius.

Vt enim tam his, qui prope, quàm his, qui longe erant, mirabilis hic partus indubitat esset: plurimos tam propinquos, quàm remotos in die ablaçtationis infantuli splendido conuiuio accepit. Hinc solenne fuit apud Hebræos infantium suorum ablaçtationem, & cognatis & amicis epulo exceptis celebrare. Nec id ab re. nam tunc tẽporis puerulus periculis infantis iam prætergressis robustior factus in cognatorum, amicorumque numerum adscribi potest. immo & ea solennitas fiebat: vt cõmunibus votis Deo infantis seruatori gratiæ agerentur. Sic enim Samuelis

i. Reg. 2. prophetæ

Prophetæ parentes in die ablactationis eius, & puerum Deo obrulerunt, & hostias immo lauerunt, & solenne conuiuium fecerant. Est & in eo hic quoque locus moralis, quod Patriarcha, neque sordide, auareque, neque prodigiosis, & luxuriosis epulis exquisitis: sed liberaliter, & modestè magnum fecit conuiuium: quale tum in sperata prole, immo diuinitus donatæ læticia, tum locupletissimi viri opulentia requirebat. Nāq; sicut viris probis in epulo exhibendo, cum id res ipsa postulat, non conueniunt exquisitæ sordes, aut affectatæ mundiciæ: quod illæ vel parui animi, vel simulatæ parsimonix: hæc autem, aut prodigi, aut iactabundi sunt indicium. ita & illos conuiuales sumptus pro conuiuiarum dignitate adamussim atemperati maxime decent, siue eos mediocres vir liberalis proferat, siue magnos magnificus largiatur. idque seruata inter multum & parum mediocritate à prudentia præscripta, quam non modo profana, sed etiā Christiana philosophia docet probatque. Nec his arctiora ieiunia quā dantenus improbamus. aliud est enim tenui cibo subsultantem carnem castigare, libidinemque reprimere: aliud amicis eleganter accipere. illud est quidem strictoris cuiusdam temperantiæ: hoc autem ciuilioris, vel liberalitatis, vel magnificentix, quæ virtutes minime secum pugnant. Quod sicut hæc nimis hærentia literæ censeantur, ad intelligentiam spiritualem alacriter ascendat cum Origine nec non Augustino sic spiritali ratione philosophantibus. Crescit enim spiritu quisquis ascensiones in corde suo ponit, & ad solidū doctrinæ peruenit, & sacratiora mysteria mente penetrans & intelligens à fidei lacte ad spiritalis sensus cognitionem sustollitur. Vnde Crede & manducaisti. Merito igitur pater ille fidei, nec in die natiuitatis, nec in die circūcisionis filij sui, sed in die ablactationis eius conuiuium fecit. quia debet magnū esse gaudium spiritalis ætatis, quando talis factus est homo, vt pascatur solido cibo: nec sit eis similis, quibus dicitur, Lac vobis potum dedi. nō escam. Sequitur.

1. corin. 3

Cumq; vidisset Sara filium Abgar Egyptiæ ludentem cū Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc & filium eius. nō enim erit hæres filius ancillæ cū filio meo Isaac.

Etenim dictio Hebraica זַרְפָּרָה זַרְפָּרָה proprie significat ludentē à verbo זָרַר זָרַר proprie significat ludere: sed transfertur ita, vt modo significet subannare, modo idololatrare, modo coire, modo preliari. Ex quo factum est, vt cum ex litera non satis constet, quod genus ludi cum Isaac Ismael luserit, discors hūc locū explanātiū sententia reperitur. alij em̄ putant Ismahelē lasciuia quædā ad coitū pludra cū Isaac exercuisse. alij idololatriæ initia quædā egisse, alij irrisiōe quædā puellō cum illuisse, tanquam futuro hæredi se longe inferiori. alij sic illum quodam pugnx simulacro cum Isaac certasse, vt non modo sepe, sed etiā semper cum maximo salutis eius periculo puerulus ab adulescentulo vinceretur. Enimvero in tanta sententiarum varietate eam potissimum sententiam sequar, quam doctissimus Hieronymus amplectitur *Hieron. Galat. 4.* exponens illud Apostoli. Sed quomodo tūc, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum. & cetera. Non puto, inquit, inuenire nos posse, vbi Ismael persecutus fuerit Isaac: sed tantum illud, quod cum filius Egyptiæ, qui maior natus erat, luderet cum Isaac, indignata sit Sara: & dixerit ad Abraham, Eijce ancillam & filium eius: non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et vtrique simplex inter infantes ludus expulsionē & abdicationē indignus est. Verum Apostolus, quasi Hebræus ex Hebræis, & ad pedes Gamalielis edoctus: qui quondam furentes aduersus Deū Phariseos consilio refrenarat: ex verbis Saræ dicentis, Non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo Isaac intellexit, lusum illum simplicem non fuisse. sed quia forsitan Ismahel quasi maior natus, & eo tempore circumciscus, quo iam poterat intelligere & sentire quod passus est, sibi primogenita vendicabat: Scriptura iurgium paruulorū lusum vocauit. Vnde & Sara hæc verba non sustinens, & consuetudinem sibi primogenita vendicantis ancillæ filij à parua ætate non patiens erupit in vocem: Eijce, inquit, ancillam cum filio suo. non enim hæreditabit filius ancillæ cum filio meo.

Durè accepit hæc Abraham pro filio suo.

Quod cum durum fuisset Abraham (semper enim primogenitis maiora debentur) nō solum Ismahelē priorem esse definire, sed ne æqualem quidem cum minore fratre accipere portionem: Deus qui liberam intusse, & foras

foras expelli volebat ancillam, Saræ verba confirmat. & loquitur ad Abraham.

Non durum sit corā te de puero, & ancilla: omnia, quæ dixit tibi Sara, audi vocem eius.

*August.* Hæc Hieronymus. Sed accedat & Augustinus. Quæritur, ait, quare contristatus fuit Abraham? cum hæc propheta fuerit, quam ipse magis, quàm Sara nosse debuerat. Sed ex reuelatiōe hoc dixit Sara, quod prius sibi fuerat reuelatum. ille verò paterno affectu commotus est: cui postea Dominus reuelauit. Hinc aduerte, quod sicut Sara præfertur Abraham agendorū prudentia: sic & Ecclesia Mosi mysteriorum intelligentia. Notandum & illud, quod quia iam cessauerant muliebria Saræ: ac perinde nō iam quæ carnis, sed ea quæ spiritus sunt, cogitabat: consilio præstat: & Abraham præcipitur. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Obtempera, inquit, Saræ: & fac, quicquid illud sit, quod illa de ancilla, filioque eius faciendū decreuerit. Nā licet Ismael maior natus sit, nō tibi videatur graue, molestum, & onerosum ancillam cum filio suo à domo tua expelli. quia non in Ismaele sed

In Isaac vocabitur tibi semen.

Idest generis tui propago, atque nomenclatura ab Isaac proficiscetur. Et qui te patre, generisque autore illustrabuntur Hebræi, non vtrique Ismaelis, sed Isaac erunt posteri. & reuera non tam Ismaelitæ, quàm Israelitæ patriarcha Abraham gloriantur. Hæc autē omnia, licet secundum carnem vera sint, secundum tamen spiritum multo veriora reperiuntur. nam, vt ait Augustinus: Et Ismael semen Abraham dicitur est. quod & Apostolus ait: Nō filij carnis, sed filij promissionis æstimabuntur in semine. sed hoc proprie ad Isaac pertinet: qui non filius carnis, sed promissionis, & semen spirituale ex promissione est, non ex carne. Et, vt hinc profundius & excellentius eliciamus mysterium, constat ab Abraham per Isaac, iuxta illas generationum tessarade cadas, quas Mathæus Euangelista pulcherrima serie deducit, ad Iesum Christum peruenisse: qui solus est semen illud, in quo omnes gentes essent benedicendæ. Et vide, quā eleganter non dixit in recto, Isaac vocabitur tibi semen, sed obliquè in Isaac. quia non totus Isaac, idest, non omne ipsius genus Deo fidele fuit, vt fidelis Abraham semen vocaretur: sed pars quædam Deo credidit ad iusti-

*August. Galat. 4.*

*Matth. 1.*

ciam fidem Abraham imitata, in qua semen suum agnosceret. Igitur Abraham semen appellatur in Iacob, non in Esau: ac subinde in alijs atque alijs illius posterioribus fidei iusticiam seruantibus vsque ad Iesum Christum: in quo completa est seminis Abraham vocatio diuinæ generatiōis titulo insignis. iuxta illud Angeli ad Mariam: Ecce concipies in vtero, & paries filiū: & vocabis nomen eius Iesum. hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. Quod autem Dominus addidit.

*Luc. 1.*

Sed & filium ancillæ faciam ingentem: quia semen tuum est.

Nam Magnam non est in Hebræo. Consolatur igitur Deus hac pollicitatione vtrūque Patriarcham: quod plurimus populus, idest, duodecim principes viribus, armisque potestates de Ismaele nascituri forent. Magna quidē Ismaelitarum gens, non spiritu, sed carne. Quod ergo secundum carnem multiplicatus est Ismael multis prognatis populis, qui per vtranque Arabiam euagantur, meriti fuit Abraham. quod autem secundum spiritum imminutus fuerit, fortassis culpæ fuit ipsius Ismaelis: vel certe filiorum eius, qui impietatis, & iniquitatis venenum medullis eorum penetrans insulsum, tanquā viperarum filij, in minores transfudere: donec peruentum est ad hominem pestilentissimum Mahometum, notissimum pseudopropheta: qui tenuissima quadam, & profusissima luce omnia iura diuina, & humana fœdauit; & perturbauit, penitusque antiqui serpentis afflatu furēs peruertit, armorumque vi prorsus oppressit. Nō est igitur quod miremur, si hac quoque tempestate is, qui natus est secundum carnem, persequitur eum, qui natus est secundum spiritum: nanque insidiantur improbi probis. & pii impij fatigant. Sed hæc alias:

Surrexit itaque Abraham manens.

Igitur noctu facta est viro iusto reuelatio, idque opportune admodum. nam in somno, & quiete tantò est homo aptior ad percipiendas diuinas, & intellectuales illuminationes, quanto mēs eius à sensibus abstractior, à corporalibus, humanisque tumultibus magis vacat: esto quod de perceptis in somnis mysterijs certiores vigilando, quàm dormiendo sententiam ferat. Surrexit itaque Abraham mane: vt alacer, vt obediens, vt promptus diuinæ parere iussioni.

Et



Et tollens panem, & vtré aquæ  
imposuit ſcapulæ eius.

Non dubium quin ipſius Agar.

Tradiditq; puerum.

Doctè Hieronymus verbo Tradidit rē ipſam expreſſit, vt Hēbraicæ lingue peritus. ſic enim habent Hēbraica. Et accepit panē, & lagenam aquæ: & dedit Agar, ponens ſuper humerum eius & puerum: repetendum eſt enim à ſuperioribus verbum Dedit: eſt enim protozeugma. Poſuit ergo Abraham panes, & vtrém aquæ ſuper humerum Agar. & hoc factò puerum, cum iam decem & octo eſſet annorum,

Dedit matri: & dimiſit eam.

Hoc eſt in Agar manus tradidit: eoſque mitibus alloquijs conſolatus dōmo emiſit. Expende hic, o lector, cum Chryſoſtomo religioſam viri iuſti mentem. nam quando audiuit Saram dicentem, Eijce ancillam, & filium eius: durum ei videbatur: ed quod bene afficiebatur erga Iſmahelem. verum vbi Dominus præcepit: ſtatim fecit, quod imperatū eſt. & genuini amoris oblitus iubenti obtemperat. quaſi diceret: Vbi quid præcipit Dominus, faceſſant omnes affectiones: quia naturæ Dominus eſt, qui præcipit. Eſt tamē mirabile, quod ita nudam expulſit ancillam, vxorem tamen: nec ſolam, ſed communi cum filio: vt nec ſufficiens longo itineri viaticū, nec alia donaria ad vitam honeſtè degendam abundantiſſè præbuerit. Forſitan aliquis reſponderet, ancillam cum filio ſic nudam, opibusque vacuum fuiſſe dimiſſam ex voto Saræ, atque ſententia liberæ. quæ, tum ſemineo affectu, ne dicam nouercali odio, in eos concitata, tū diuini oraculi conſcia, eos inopes expelli decreuerit. Nec integrum erat Patriarchæ quamlibet pio opulentoque viro Saræ decreto reſragari, cui Dominus iuſſerat ea in re vxoris liberæ dictis prorfus obtemperare. vt ſic ad viuam adumbrarentur ea ſacramenta, quæ Doctōr gentium in epiſtola Ad Galathas luculēter explicat. Denique in tribus viri iuſti in Deum pietas atque obediētia præcipue extat: quibus ei illum maxime placuiſſe conſtat. Primum illud eſt: quod maiestatē vnus veri Dei, maximi faciendam mortaliſibus paſſim, & conſtantiffimè prædicauit: vt homines iam tunc ad idola colenda declinātes ad veram pietatem reuocaret. Vnde capite vndecimo, Et inuocauit ibi nomen Domini: pro eo quod eſt, Et prædicauit. Et animas,

quas fecit in Aran, nullos enim filios in Aran genuit Abraham: ſed nonnullos prædicādo Deo vero acquiſiuit. Secundò gratus Deo fuit Abraham, & pauperibus opitulando, & aduenis & peregrinis hoſpitiū gratis exhibēdo. Vltimò ſupremo rerum Domino ſumma perplacuit obediētia, cum Iſmaelē dōmo eijciens, tum Iſaac in victimam offerēs. Enimvero pietati iuſti conſentaneum eſt maxime, mox, vbi, aut Saræ indignatio deſeruit, aut myſterij ratio completè fuit adumbrata, illum tam Agar vxori, quam filio propinquum ſibi deſertum incolentibus, nō modo degendæ vitæ neceſſaria, ſed ea quoque, quibus ad honeſtum cōuiſtum eſt opus, ſupeditaſſe. nam & inferius legimus, dediſſe illum munera filijs concubinarum. Denique hoc factò tale myſterium continetur. præformatur enim, priorem videlicet populum in dōmo Saræ, id eſt, Eccleſiæ per Chriſti gratiam liberatæ nequaquam in æternum manere: & carnalem Iſraelem, nec eſſe Chriſti cohæredem, nec Chriſtianorum conſortem, nec cum nobili filio, hoc eſt, catholicò populo æternæ gloriæ regnum poſſidere: quoniā oblatum ei regni cœleſtis Euangelium reputat. Sed ad Agar.

Quæ, cum abiſſet, errabat in ſolitudine Berſabee.

Locus eſt in deſerto Pharan, cuius hæc pars dicta eſt Berſabee, id eſt, puteus iuramenti, vt patet paulò inferius in hoc eodē capite. Moſes igitur qui multò poſt tempore ſacrā hanc hitoriam ſcripſit, vſus eſt prolepti, id eſt, anticipatione: qua loquendi figura ea, quæ poſterius facta ſunt, prius enarrantur. Euagabatur itaque Agar per illam ſolitūdinem neſcia quò potius greſſum dirigeret: vt ſibi filioque ſuo locum quempiam eligeret habitandum. cumque per loca arida & inaquoſa diutius erraret

Aqua.

Quæ portabatur

In vtere.

Frequentiori pueri ſitientis hauſtu.

Fuit conſumpta.

Ventum itaque eſt ad extremam aquæ potandæ indigentiam, & eam, cui humana ratione ſubueniri non poterat: vt auxilio diuino expetendo, præſtandoque opportunius aditus præpararetur. Cæterum iuxta ſpiritualem ſenſum compertum ſit, aberratibus ab illa aqua, quæ ſitientibus,

ſitientibus, non ſpernentibus Chriſtus propinat, & quæ bibentibus eam, ſit ſons aquæ viuæ ſalutis in vitam æternam, ſtatim deſicere ea flumina, quæ in vtero Eccleſiaſtici pueri continentur.

Cumque conſummata eſſet aqua in vtre, abiicit puerū ſubter vnā arborē, quæ ibi erat: & abiit.

Quod dicitur matrem abiiciſſe filium, non eſt putandum impiè, & inhumanè fuiſſe factum: ſed quod Agar deſperata filij ſalutē, extrema ſiti languentem, iam iam que moriturum, velut à ſe quodammodo iam alienum; cui nec verbo, nec factò ſuccurrere poterat, haud violento iactu, ſed trifti affectu mœſtiſſima ſub arbore quadam properantius depoſuit. depoſito autem filio, & tāquam deplorato ibi relictò, abiit Agar,

Seditq; è regione procul, quantum poteſt arcus iacere. dixit enim, Non videbo puerum morientem.

Ergo, vt vita deſperatū, dereliquit: & vt mater, longius non reſceſſit: certabantque ſimul in ea vehemens deſperatio, affectioque materna: ac perinde, quem deſperans deſerebat, deamans non deſpiciebat.

Et ſedens contra.

Quid puras ageret mœſtiſſima mater, atque gemebunda? Nempe

Leuauit vocem ſuam, & fleuit.

Sanè ingenti clamore precata eſt Deum, vt miſerabilem puerum vltimo iſtantis mortis periculo laborantem clementer reſpiceret, atque ſeruariet: & vt efficaciores preces eſſent, eis lachrymas addidit. ſed mirū eſt valde, quod ſequitur.

Et exaudiuit Deus vocem pueri.

Clamat mater, & flet: & exauditur filius: qui nec clamaſſe, nec fleuiſſe ſcribitur. Verum non dubium, quin puer clamarit, & fleuerit: cuius vox à Deo fuerit audita. de conſequenti namque exauditione præcedens clamor arguitur. Sic enim ſe bene ad Deum clamaſſe deducit Dauid inquiens: Ego clamaui, quoniam exaudiſti me. Et notandum, quod orante matre, pueri vocē Deus exaudiuit. Ex quo

docemur, alienis præcibus accedentibus, non ſtras iuari, & exaudibilioreſ fieri. Hinc Filius ille tonitruſ ſalubriter admodum nobis conſulit; orare pro inuicè, vt ſaluemur. Quin & aliud hinc diſcimus, exaudibiliorem eſſe frequenter apud Deum eam precationem; quam quiſque pro ſe ad illum fundit, ea, quæ alius pro alio agit. Permiſit ergo Dominus ipſam Agar ſeruire, quid eſſet ſolitudo: & ſtatim ſuum conceſſit præſidium.

Vocauitq; angelus Domini Agar de cœlo.

De cœlo inquit: quia cœleſtis nuntius erat: & ſupernè apparuit iſ, qui diſtincto valde colloquio; familiariffimoque ſermone de inſperata pueri ſalutē; mirabilique profectu cum eius matre acturus eſſet. O miſericordiā Domini. non quia ancilla erat obſeruauit eam: ſed quia Patriarchæ promiſerat, & illius ſemē erat Iſmael: tantam quoque curam erga eam declarare dignatur dicens.

Quid agis Agar?

Hæc angelica vox non eſt vti que neſcientis; ſed lugubrem, & præſenti calamitate ſtupidā ad meliorem ſpem de puero habendam excitantis. Idcirco mox addidit.

Noli timere: exaudiuit enim Dominus vocem pueri de loco in quo eſt.

Dices. Quomodo Dominus eum exaudiuit, qui iam peccator erat? primum ob Abraham meritum, cui multa Deus ſuper Iſmaele promiſerat. Deinde, quod ipſe Iſmael forſitan morbo afflictus reſpuit: & veniam à Deo expetiuit: & ſalutē obtinuit. at relapſurus erat in peccatum. & futurus iniquior: ſed Deus propter præſentem pœnitentiā præcātem miſericorditer exaudiuit: quem nihilominus propter extremam impœnitentiā forte no uerat, perpetuo eſſe damnandum. Ideo namque adiectum eſt, De loco in quo eſt: quia Deus miſericorditer reſpexit eum, in quo loco moribundus iacebat: & eius pœnitentiā, quam inibi fecit, elementer acceptauit, diſſimulatis alijs peccatis, quæ alijs in locis, temporibusque commiſerat.

Surge, tolle puerum, & tene manum illius.

Vrget angelus matrem, vt ſurgat (ſedebat enim eminus) & propere humili de loco abiectum, iacentemq; filium tollat: & eius qui ſiti

Iacob. 5.



sui debilitatus erat, manum teneat. ne utiquam enim iuberet in becillae foeminae, ut a dolescentem iam corporis mole grauem, quippe qui vigesimum aetatis suae annum iam agebat, super humeros suos vehat: sed debilem erigat, & manu fulciat: nec deserendum putet eum, qui magnae, numerosaeque Gentis futurus sit princeps. Pro causa igitur seruandi pueri subiecit.

**Quia in magnam Gentem faciam illum.**

Queritur, quare paulo superius Dominus cum Abrahami loquens dixit dumtaxat, In Gentem faciam illum: hic autem cum Agar agens addidit Magnam: ideo ut arbitror, quod populus ab Ismaele descendens, quamuis plurimus infidelis tamen Patriarchae fideli coelesti patriam meditati minime magnus habetur. Ancillae tamen Aegyptiae, quae terrenam tantum molitur urbem struere, carnalis progenies grande aliquid esse videtur: atque subinde maximi facit copiosam posterorum, qui terrena sapiunt, multitudinem. Porro futurum promissionem praesenti Deus beneficio confirmavit.

**Aperuitque oculos eius Deus.** Non quod antea clausos haberet, sed quod fecit eum videre, quod antea nullatenus videbat. nihil enim proderant ei aperti oculi ante supernam visitationem. Hinc exploratum nobis esse potest, quando in his literis legimus, Deum alicuius oculos reuelare & aperire, non significari, illum oculos clausos, aut opertos habuisse, sed eos nouiter illustrari excitari, ac dirigi, ut aspiciant, videantque ea, quae prius, neque videbant, neque aspiciabant. praesertim cum ea diuinitus ostenduntur, quae suapte natura sunt abdita, & a mortalibus percipi nequeunt, nisi manifestante illo, qui abscondit sacramenta sua sapientibus & prudentibus, & reuelat ea paruulis. Denique, cum Deus erga matrem & filium prouidentiam suam declarare voluit, aperuit oculos Agar: id est, indicauit ignoranti, & mentem eius excitauit: viamque ei ostendit, ut videret locum, in quo fontes aquarum scaturiebant.

**Quae videns puteum aquae, abiit: & impleuit utrem: deditque puero bibere.**

Puteus est, qui perpetuas habet aquas, & de fonte manantes: dictus, quod puteat, dum cauetur. Cisterna aquas viuas non habet: sed ea

xternas, & aduenticias. fons autem à fundendo dicitur, quod inde fundat aqua. inter fontem & puteum hoc interesse Augustinus putat, quod omnis puteus fons est: non autem omnis fons est puteus. vbi enim de terra aqua manat, & statim se vsui praebet haurientibus fons dicitur. si autem in alto, & in profundo sit, ita puteus vocatur, ut fontis nomen non amittat. Viso itaque puteo abiit Agar: & impleuit utrem: & dedit puero bibere. Vides, quomodo minime cessauit Agar, cum primum ostensam sibi diuinitus aquam vidit: sed ea confestim hausta filium cito potauit. Nec enim cum Deus nobis, vel extrema, vel maxima rerum necessitate laborantibus opem tulerit, ad caetera peragenda cessare debemus: nec ipsi Deo vltiora perficienda relinquere. sed auxilio diuino potiti: quoties opus fuerit, quaeque facienda restant, quantum possumus, per nos ipsos sedulo praestemus. indignum enim est, insuetum diuinitatis praesidium passim efflagitare, vel ad minima quaeque agenda, vel ad ea, quae ipse facile proferre queas. Vide tandem cum Chrysostomo, qualiter in inuis ancillae Abrahamae viam praebuit: & perplexae menti, nullamque salutis spem habenti suam misericordiam exhibuit, simul eam consolans, & pueri curam agens. sic quando cunque voluerit Deus, licet in solitudine simus, & in extremis afflictionibus, nullamque spem salutis habeamus, nullo alio opus est, diuina gratia omnia nobis suppeditante. Nam, si eius gratiam nacti fuerimus, nullus nobis praualebit: sed nos potentiores omnibus erimus. Caeterum quod in Latino tantum scriptum est.

**Et fuit cum eo.**

Tam in Graeco, quam in Hebraeo additur: Deus.

Ut sit sensus, Deum fuisse cum puero Ismaele, eum videlicet seruando, augendoque. vnde nugari videntur, qui tunc temporis illum latrocinia egisse tradunt. haud enim est verisimile, peculiari cura Deum iudicem exactissimum affuisse ei, qui iniquissimis abactionibus aliena raperet.

**Qui creuit, & moratus est in solitudine: & factus est iuuenis sagittarius.**

Qui creuit, ait, donec ad virile robur peruenit: & moratus est in solitudine, vnde agrestem animum traxit. euenitque loci occasio, ut

August.

Chrysol.

ut de venatione sibi victum quaereret: factusque est iuuenis sagittarius. Enimvero, quod ab adolescentia semet exercuit sagittandi arte: & maximo insectandi, cœdendique feras studio tenebatur: manifestum fuit praesidium, quo portebatur, ipsum, posterosque suos artis bellicae fore studiosos, humanique fundedi sanguinis cupidissimos. nulla enim artium, quae humano ingenio sunt adinuetae, nullaque exercitatio magis imitatur bellicam, quam venatica. quoniam inuadendi, feriendi que feras assuetudine humana animus audacia quadam, & ferocitate militibus necessariam facile contrahit. Hinc Ecclesiasticis sanctionibus praecautum est, ne sacerdotibus, qui summa bonitate, clementiaque caeteris praestare debent, venationi studeant. ne inde feritate aliqua imbuantur, quibus belligerari prohibitum est. decet enim eos semper esse componendos inter dissidentes pacis interpretes. Facit & ad Ismaelis animositatem, ferocitatemque amplius percipiendam, quod Habitauit in deserto Pharan.

Nam cum homo suapte natura animal sit ciuile, quisquis ab humana societate propter morum difficultatem procul abhorret, in feram quandam degenerare videtur. sicut is, qui propter spiritus profectum, hominum turbam longe vitat. adeo in diuinæ naturae consortium, non natura quidem, sed gratia transit: ut eorum de numero merito censeatur esse, ad quos ipse Deo magnifice loquitur: Ego dixi Dij estis: & filij excellenti omnes. Vidit & hoc sane, licet per transennam, ita se habere philosophus ille qui dixit: Qui autem in communi societate nequit esse, qui que nullius indiget propter sufficientiam, nulla pars est ciuitatis. quare aut bestia, aut Deus. Quod autem sequitur.

**Et accepit illi mater sua uxorem de terra Aegypti,**

Nihil miri Aegyptiam matrem uxorem Aegypti filio suo dedisse. id enim fert humanus affectus: ut quisque suam cognationem repetat: eique, quoad fieri possit, arctius coagmentetur: nisi quiddam aliud intercedat, quod id fieri prohibeat. hinc illud Ecclesiastici: Omne animal diligit sibi simile: sic & omnis homo ad proximum sibi: omnis caro ad similem sibi coniungitur: & omnis homo simili sui sociabitur.

Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abrahamam: Deus tecum est in vniuersis, quae agis.

Psal. 81.

Aristot.

Eccle. 13.

Eodem autem tempore, videlicet exacta ancilla Agari cum filio suo de Abrahamae domo, dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius. Ciuiler admodum hic rex initurus foedus cum Patriarcha principem exercitus sui secum duxit: qui totius regni nomine incundo foederi consensum praebere. Tunc enim rite, probeque patrum firmatur: quoniam in illud rex simul, & regnum libenter consentiuit. Voluit autem ille cum Abrahamam patrum inire, expertus virum iustum diuino praesidio protectum in dies magis ac magis crescere. propterea dixit ei: Deus tecum est in vniuersis, quae agis. Constat enim ex superioribus, Deum semper fuisse Patriarchae propitium & protectorem. affuit enim ei, cum quatuor illos reges potentissimos, victoriaque exultantes, non tam humana, quam superna vi valens mirifice debellauit. affuit & cum praeter Pharaonem idem quoque Abimelech pro eodem acerbè correptus est. affuit cum vetulus ille de sterili, eademque effœta filium gignendi facultatem diuinitus accepit: affuit & cum praeter modum praeter ceteris hominibus pecoribus in breuissimo tempore multiplicatis abundabat: auro argentoque multo ditescerebat: magnaque familia constipabatur affuit denique cum eo quando cuncta eius incepta ad votum ipsi succederent. denique omnia, quaeque faciebat, prosperabatur. Exegit ergo rex a Patriarcha, pro pacto inter utrumque firmato, in eundemque iurandum dicens.

**Iura ergo pro Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meae.**

Sic Hieronymus interpretatus est, sed ad verbum referamus Hebraica: Si mentitus fueris mihi, & filio meo, & nepoti meo. Ait igitur. Et nunc iura mihi per Deum hic prudenter in praesenti expetit sibi fieri iuramentum de pace secum seruanda, quando peccata sunt omnia, idque in quo loco vir iustus altare Deo erexerat: sibi praesentem sentiebat eum, quae summa pietate colebat. Est autem tale iurandum, quod ab eo expetit: Si mentitus fueris mihi, & filio meo, & nepoti meo. nec vllum amplius addit verbum quo sensus perficiatur. Pro quo est summo opere aduertendum, in Sacris literis Si particulam frequenter a iuramentibus vsurpari, vbi nulla subiungitur praeposita conditionis ratio. pio namque quodam silentio supprimitur execratio quaedam, quae alioqui esset apponenda, ut. i. reg. 3. Iuraui domui Heli, si dimittetur peccatum domus eius. & in Psalmo 88. Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar. & iterum: Quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. & in Deutero: Et iratus est & iurauit, si vide-

T rit



3. paral. 4

rit vir de viris istis. & in Paralip. Clamavit Iacob ad Deū Israel dicēs, Si benedicēdo bene dixeris mihi: & dilataueris terminos meos: & feceris, ne à malo cōtrister. sequitur euestigio: Et adduxit Deus petitionē eius. Hoc in loco manifestissimè deficit explicāda quaedā cōditio, quæ fuit iuranti tacita. at verò Iacob eā explicauit dicēs: Si fuerit Deus mecum & custodierit me, erit mihi Dñs in Deū. & cætera. Quin & interdū eiusmodi cōditio in vniuersali tantū exprimitur: vt Ionathas ad Dauid: Si inuestigauero sententiā patris mei crastino, vel perēdie, & aliquid boni fuerit super Dauid, & nō statim misero ad te, & notū tibi fecero: hæc faciat Dñs Ionathæ, & hæc addat. In hoc itaq; loco rex Patriarchā, quē maximi faciebat per eclipsum, idest defectiōne suppressā execratione modestissime adiurauit dicēs: Si mētus nocueris mihi, aut filio meo, aut nepoti meo: adijciēdū em erat: Hęc tibi faciat Deus, & hæc addat: aut aliquid aliud, cuius timore adiuratus promissis staret. Iam verò aliquis quærat. Quomodo iuramentum Dei possit sibi ipsi execratoriū esse, qui nulli dāno est obnoxius? respōdemus. q̄ cum Deus sub execratiōis forma iurat, nequaquā maiestātē suā, cui nihil mali potest accidere, sed testimonia sua execratur, vt nō habeatur fidelia. i. certa & stabilia, quæcūq; ab eo sub iure iurando p̄dicuntur, futura, faciēdaq; promittuntur. sed quia mēiri ille non potest, qui per se veritas est, semper manent testimonia Dauid fidelia, sanctaq; .i. im mota veritate sibi cōstant. Sed iā ad Abrahæ iuramentū reuertamur. In quo illud potest lectorē mouere q̄ superius Abrahæ Deus p̄dixerat. quarta generatione posteros eius in hęc terrā exclusis, deletisq; eius habitatoribus esse reuersuros. quo facto p̄sens pactū violandū videtur. Sed soluitur. quia impræsentiarū iusurandū exigitur per regē dūtaxat à Patriarcha super ipso rege, ac filijs, & nepotibus eius, qui tres tantū generatiōes faciūt. Quare in Latino positū esse sciam⁹, Posteros p̄ Filijs, & stirpē pro nepotib⁹, vt oīa sibi cōstet, & quarta generatiōe absq; vlla iurisiurādi religione Geraritæ cū cæteris Chananæis deleatur. Sequitur q̄d & adhuc Abimelech Abrahæ loquitur.

Gene. 28

1. reg. 20.

Sed iuxta misericordiā, quā feci tibi, facies mihi, & terræ, in qua versatus es aduena. His dictis oportūe rex hic beneficia à se Patriarchæ collata memorat: vt eū gratiæ sibi, posterisq; suis referēdæ obnoxii ostēdat. q̄d

agnoscēs vir optimus probe respōdit: Ego iurabo. Hic tantū promittitur iusurandū: sed nō est scriptū, quod fuerit iurātū: sed illud Patriarchā adhibuisse, ex historiæ præsentis cōtextu facile percipitur. Credendū tamen est, illū ita se, suosq; posteros præstito iuramento adstrinxisse: vt diuino proposito de terra illa minorib⁹ suis tradēda nullaten⁹ repugnarit. Et increpauit Abimelech propter puteū aquæ, quem vi abstulerant serui eius.

Etenim Abrahā cōstātī aīo (fiduciā. n. iusticia suggerit) ipsum regē exposulauit, q̄ contra ius gentiū aquæ puteū, quē ipse sibi foderat, eius serui violenter abstulerant: id quod ipse animo inimico, vel iusserit, vel fieri permiserit, aut arte factum dissimularit, aut insolentia neglexerit. Verū rex ipse ignorantia prætextu sese tuetur. Nam

Respōdit Abimelech: Nesciui quis fecerit hanc rem. sed & tu non indicasti mihi: & ego non audiui præterquā hodie.

Ex tribus itaq; arguit exposulatæ iniuriæ ignorātia se laborasse. q̄ nec se suis oculis id fieri cōspexerit: nec ab ipso cui iniuria afferebatur, fuerit admonitus: nec ante id tēporis ab aliquo alio p̄petratū facin⁹ acceperit. Deniq; accepta satisfactiōe de occupato pri⁹ puteo.

Tulit Abraham oues, & boues, & dedit Abimelech.

Curauit. n. vir bonus & prudēs regē, in cuius districtu peregrinabatur, oblati muneribus sibi cōciliare. magnā. n. vim habēt munera ad gratiā ineundā, seruandā, atq; refarciēdā.

Percusseruntq; ambo fœdus.

Percutere fœdus est stabilem inter discordes pacem iureiurando, cū inire, tum firmare. fœdus enim à feriendo dictū est: quod à paciscentibus pecus feriebatur. & in partes secabatur addita imprecatione: vt, qui præstitam fidē violasset, veluti pecus percuteretur, & in partes dissecaretur. Inito demum fœdere.

Statuit Abrahā septem agnas gregis seorsum.

Profecto in secernēdo agnas mystico numero hic propheta vsus est. quoniam in septenario res totius vniuersi conditæ fuere: & septenario quoque Spiritus sancti dona cōpletur. Quod aut agnas, non agnos seposuit, affluētiam

tiam

tiam rerū & temporalium & spiritualium copiosam portendit ei, qui inuiolatum fœdus seruauit. Dānat & Paulus eos, qui sunt absq; fœdere & misericordia. Admirās aut Abimelech Abrahæ factū, eius causā nosse cupiens. Ei dixit: Quid sibi volunt septē agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum?

Separatas videlicet ab alijs ouibus, atque bouibus, quos mihi plurimos donasti.

At ille: Septē, inquit, agnas accipies de manu mea: vt sint in testimonium mihi, quod ego fodi puteum istum.

Accipiens hac lege rex septē agnas, manifeste testabatur, puteum illum, super quo contentio fuerat, ad Abrahā pertinere. alioq; agnas capere penit⁹ renuisset, vt puteo potiretur.

Et idcirco vocatus est locus ille Bersabee: quia ibi vterque iurauit: & inierunt fœdus proputeo iuramenti.

Hieron.

Hieronymus. Vbi hic legitur puteus iuramenti, in Hebræo habetur בְּרִשְׁבֵּעַ Bersabee. Duplex aut est causa, cur ita appellatus sit: siue quia septem agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit (septē enim dicuntur sabbæ) siue quod ibi iurauerint: quia & iuramentum Sabæe similiter appellatur. Quod si ante hęc causam supra nomē hoc legimus, sciam⁹ proleptim dictū esse, sicut Bethel, & Galgala. quæ vtiq; ante id tempus, quo ita appellatæ sunt, aliter vocabantur. Cautissimus aut fuit, id nomen imponens puteo quod septem simul & iuramentum significaret: vtroq; enim, & septem agnis acceptis, & adhibito iureiurando adstrictus Abrahæ mansit Abimelech, & seruando pacto obnoxius.

Surrexit aut Abimelech, & Philcol princeps militiæ eius, reuersiq; sunt in terram Palestinorū.

Enimvero locus in quo rex atque Patriarcha inter se pepigerunt, non extra, sed intra Palestinam iacebat. nam in huius capituli calce de Abraham scriptum est: Et fuit colonus terræ Palestinorū multis diebus. Sed dicitur rex cū suo comitatu regressus in terram Palestinorū, cō quod in Gerara urbem redierit, quæ

Palestinæ fuerit metropolis.

Abraham autem plantauit nemus in Bersabee.

Nāq; conuenienter iuxta puteū plantauit: vt irriguus esset locus arboribus cōlitus, in quo citi⁹ multo arbores humore cōcepto succrescūt, & altius tollūtur, & latius fundūtur, & vberius fructificāt. Nec em nemus hoc intelligendū est, quale à Gētib⁹ iuxta delubra Dijs dicata plātabatur: vt in arboreis specubus humano pudore deuicti delitentes, turpissima quæq; flagicia perpetrarēt. Absit hoc à tanto Patriarcha, cuius posteris lege postea diuina vehemēter cautū est, ne vnquam huiusmodi nemora plātarētur. præterea nomen בְּרִשְׁבֵּעַ ē seel Hebræis significat omne genus arborū frugiferarū: quas Abrahā vir in primis hospitalis cōseuit: vt haberet hortū varijs, pulchrisq; arboribus constitū: in quo velut in quadā paradiso hospites ad se diuertētes elegāter exciperet: & pomis dulcibus aleret. fecit & hoc Abrahā memor illi⁹ paradisi, quā Dñs à principio plātauerat: & in qua hominē collocauerat: vt vel sic antiquū exiliū minus graue sentiret: cōmunēq; iacturā vtrinq; molliret: leuiusq; ferret. Nec mouearis lector, q̄ Abrahā fundū hūc in terra peregrinatiōis suæ posfederit, ac si minus id peregrinātū cōueniat, quoniā, vt ait Augustinus, Abrahā (sicut Stephanus dicit) nō acceperat hæreditatem ibi, nec spaciū pedis: sed intelligēda est hæreditas ea, quā Deus gratis daturus erat: non p̄cio empta intelligitur & agri spaciū iuxta puteū ad illud emptiōis spaciū pertinere, in quo fuerant septem agnæ datæ, quando Abimelech, & Abraham sibi iurauerunt.

Et inuocauit ibi nomen Dei æterni.

Erecto quippe iuxta puteū altari, vt moris erat Abrahæ (vbicunq; em diutius manebat, Deo colēdo altare erigebat) inuocauit ibi nomē Dñi Dei æterni: scilicet, vt ab eo, qui per se solus est, viuitq;, integrā substantiā, vitāq; probis moribus constantē haberet: ab eo, qui spirit⁹ est, spirituale vim reciperet: ab eo, qui sit æternus perpetuā sclicitatē cōsequeretur.

Et fuit colonus terræ Philistinorum diebus multis.

Erat enim pergratum Abrahæ tempore multo in ea regione demorari: quam in posterorum suorum hæreditatē, regnūq; successurā ex diuino reuelatu certissime nouerat.

Caput vigesimum secundum.

Quæ postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham.

**Q**uibus gestis? nempe ciecō Ismaele, a-  
dulto iam Isaac, inito cum Abimelech  
fœdere, plantatis in hortum arbori-  
bus, inuocato nomine Domini Dei æterni,  
cū iam in ipso ætatis flore esset Isaac, cresce-  
retque patris erga eum dilectio, post verba  
promissionis, & postquam dixit, In illo vo-  
cabitur tibi semen, & ille erit successor tuus,  
tentavit Deus Abraham. tantum spiritua-  
lis roboris à pio cultu, sanctaque precatio-  
ne conceperat: vt idoneus esset, qui extre-  
mo veræ pietatis experimento probaretur.  
His itaque gestis, tentavit Deus Abraham.  
Cur tentavit? non vtique, vt aliquid à tenta-  
to disceret, quod ignoraret (omnia enim nu-  
da sunt & aperta oculis eius) sed tentat Deus  
hominem: vel, vt is, qui tentatur capto de  
se ipso experimento sibimet penitus inno-  
tescat: vel, vt tentationis stimulo actus ces-  
santem virtutem exercent, ac subinde lauda-  
bili voto laudabilis actionis meritum accedat.  
hac ratione prope semper optimus rerū  
parens homines sibi deditos exercere solet,  
atque promouere: ac subinde pios potius, q̄  
impios tentare, iuxta illud Psalmi Hierony-  
mo interprete: Dominus iustum probat: im-  
pium autem & diligentem iniquitatem odit  
anima eius. Astipulatur & Augustinus in-  
quiens. Quæri solet, quomodo hoc verū sit?  
cū dicat in epistola sua Iacobus, quod De-  
us neminem tentat: nisi quia locutione Scriptu-  
rarum solet dici, Tētat, pro eo quod est, Pro-  
bat. Tentatio verò illa de qua Iacobus dicit,  
non intelligitur, nisi qua quisque peccato im-  
plicatur. Vnde Apostolus dicit, Ne tētet vos  
is, qui tentat. nam & alibi scriptum est, Ten-  
tat vos Dominus Deus vester, vt sciat, si dili-  
gatis eum. etiam hoc genere locutionis dictū  
est, Vt sciat: ac si diceretur: Vt scire vos faciat.  
quoniam vires dilectionis suæ hominem la-  
tent, nisi experimento eidem innotescat. Ad  
hæc tentavit Deus Abraham, vt placet Chry-  
sostomo: vt & hi qui tunc erant, & qui ab eo  
tempore vsque ad præsens, istuc ipsum Pa-  
triarchæ desiderium & obedientiam in præ-  
ceptis Dominicis præ se ferant. Hinc iam hu-

Psalm. 10.

Augusti.

Iacob. 1.

1. Thes. 3.

Deut. 13.

Chrysol.

manæ mentis in eligendo, agendoque liber-  
tatem agnoscas oportet. si enim homo non  
esset voluntatum suarum, actionumque do-  
minus, proculdubio frustra obiecta ei cuius  
vis rei, præsertim difficillimæ optione tenta-  
retur, cū vnum quoduis necessario factu-  
rus fuisset. Enimvero, quoniam liberū est ei,  
tentatori assentire, vel dissentire: certum, ma-  
nifestumque est, tentationem in illo de arbi-  
traria facultate locum habere.

Et dixit ad eum: Abraham A-  
braham.

Proprio nomine Patriarcham compellat, ve-  
lut amicum, & ex nomine sibi notum: ne  
quid inimicum ab imperio affectui paterno  
longe alieno sibi timeret. Quid enim aliud  
vult verbi duplicatio, nisi magnam erga Pa-  
triarcham beneuolentiam ostendere? demō-  
strabat quoque, quod magnum aliquid esset  
ei ostensurus, vt igitur attentiores redderet,  
vocationem geminauit.

At ille respondit: Adsum.

Assuetus enim visionibus diuinis, & collo-  
quijs, et si nocturnis, placidis tamen, nihil in-  
tempestæ noctis horrore terretur audita lo-  
quentis voce: sed intrepidus respondit: Ad-  
sum. iuxta Hebræum: Ecce ego. & est subau-  
diendum Promptus sum iussionibus tuis pa-  
rere. Continuo.

Ait illi

Deus. Et tanquam obedire parato præcipit:  
ponderator enim spirituum Deus nemini o-  
nus imponit, quāuis ei graue videatur, quod  
ei non sit portabile, modò ipse sibi non de-  
sit, & præsidio cœlesti maxime nitatur. Bene-  
dictus, inquit, diuinus Paulus, Deus, qui non  
patietur vos tentari supra id quod potes-  
tis: sed faciet cum tentatione prouentum. O  
acerbissimum imperium, o naturali affectui  
molestissimum.

Tolle filium vnigenitum, quē  
diligis, Isaac: & vade in terram

visionis

visionis: atque offer eum ibi in  
holocaustum super vnum mon-  
tium, quem monstrauero tibi.

Tolle ait. in Hebræo additur vocula Na, quæ  
hoc loco sonat Eia. non igitur dixit, Duc: sed  
Tolle eia: quod vrgentioris est mandati: & ei  
adeo grauis, vt humanam transcendat natu-  
ram. vnumquodque enim verbum per se suffi-  
ceret ad sauciandam animam iusti. Quid om-  
nia simul? Tolle, eia, filium tuum. hoc est no-  
men in humanis affectus maximi: longe em̄  
maiore affectione pater filiū, quàm filius pa-  
trem amplectitur. dilectionis enim causa, a-  
morisque incendium vnitas. coniunctior au-  
tem pater filio est, cui substantiam commu-  
nicat, quàm filius patri, qui in prolem sibi gi-  
gnendam à patre recedit. præterea mortaliū  
filij, licet à patre viuant, non tamen in patre  
viuunt. hoc est solius eius filij, qui verissime  
dixit: Sicut pater habet vitam in semetipso,  
sic dedit & filio habere vitam in semetipso.  
& ad Philippum: Non credis, quia ego in pa-  
tre, & pater in me est. quid enim aliud est, fi-  
lium Dei esse in patre, quàm eum in patre vi-  
uere? à quo sic habet vitam, vt sit eadem cum  
patre suo vita. Auget præterea amoris ignem  
genitoribus erga suos genitos, q̄ patres hac  
vita quoque defuncti in filijs suis quadatenus  
viuunt. Mortuus est, inquit, pater: & non est  
mortuus: reliquit enim filium similem sibi.  
Nec dixit simpliciter filium, sed adiecit Tuū.  
quia scit Ismaelem ex vxoris suæ Saræ sentē-  
tia magis, quàm ex sua ex ancilla genuit: ita  
Isaacum ad votum suum ex libera maximo  
summi parentis beneficio sibi suscepit. ad  
quod sane multum facit, quod addidit Vni-  
genitum. pro quo multo significantius est in  
Hebræo אֶת־יִצְחָק־בְּרִיתִי id est illum vnicum tuū.  
non enim Isaac erat tam vnigenitus Abrahæ  
(cui esset Ismael quoque filius natu maior fra-  
tre suo) quàm vnicus de Sara secundum pro-  
missionem habitus: vt esset vnicus, risus pa-  
rentum, & gaudium. habent enim Hebraica  
magnam emphasim, si ad verbum transfe-  
rantur. sonant enim, Tolle, eia, illum filium  
tuum, illum vnicum: quem dilexisti, nam que  
ciecō Ismaele, veluti non bonæ indolis sur-  
culo, totam dilectionis vim in vnum Isaac pa-  
ter coegit: quem futurum nobilissimam plu-  
rimæ. clarissimæque posteritatis stirpē Deo  
ipso sibi reuelante acceperat.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

1. Cor. 10.

Et vade.

In Hebræo additur אֶת־יִצְחָק id est, tibi. quo plane  
insinuat, id quod patri diuinitus præcipi-  
tur, quātumuis durum, molestumque prima  
fronte videatur: esse tamen multo mollius, ac  
leuius penitus intuspectum. quoniam id o-  
neris haud inuidia quapiam, aut vlciscendi  
animo viro iusto imponitur: sed summa qua-  
dam Dei omnipotentis in Patriarcham be-  
nignitate: vt inde studiosior excellentior &  
gloriosior euadat.

Vade, inquit, tibi in terram vi-  
sionis.

Hieronymus. Difficile est idioma lingue He-  
bræe in Latinum sermonem vertere. vbi nūc  
dicitur iuxta Septuaginta, Vade in terrā ex-  
cellam, in Hebræo habet Moria: quod A-  
quila transtulit τὴν ἑξαιτάφρον, hoc est lucidam:  
Symmachus τῆς ὀρθοστροφίας, hoc est visio-  
nis. Aiunt ergo Hebræi hunc montem esse,  
in quo postea templum conditum est in area  
Ornæ Iebusæi. sicut enim Et in Paralipomē-  
nis scriptum est, Et cœperunt ædificare tem-  
plum in mense secundo in secunda die men-  
sis in monte Moria. qui idcirco illuminās in-  
terpretatur & lucens, quia ibi est Dabir, hoc  
est oraculum Dei, & Lex & Spiritus sanctus,  
qui docet homines veritatē, & inspirat Pro-  
phetas. Hæc Hieronymus. Hinc non im-  
merito dubitarim, an Septuaginta recte verte-  
rint Moria Excellam. nam terra visionis pro-  
culdubio dicta est, quod ibi se Abrahæ osten-  
derit Deus. interpretatur enim Moria Visio  
Domini. Id quod ad Iesum nostrum potissi-  
me referendum est: vt pote qui persæpe in Sa-  
lomōis tēplo in mōte Siō sito est visus. Inter-  
pretatur & Moria Doctrina Dñi: quod etiam  
Christo Dño cōgruit, qui frequēter in eodē  
tēplo diuinā sapiētiam docuit: vt inde Euāgeli-  
ca doctrina Spū sancto sup discipulos cœlit-  
missio talibus verbis ministris totum per orbē  
diffunderetur, iuxta illud Esaiæ: Quia de Siō  
exibit Lex: & verbum Domini de Ierusalem.  
Nec illud prætereundum cenfeo, posse quo-  
que eandem dictionem deduci à voce Mor,  
quod est myrrha. de qua in Cantibus, Vadam  
ad montem myrrhæ: vt sit mons Moria, mōs  
myrrhæ Domini: id est: amaritudinis Domi-  
ni. id quod Domino Iesu maxime conuenit:  
cui & à magis in sepultura ipsius præludij  
myrrha fuit oblata: & cui in cruce penden-  
ti, atque sienti myrrhatum fuit propina-  
tum. Quod ergo in monte Moria in holo-  
caustum offertur Isaac: quod in eo Dauid

Hieron.

Esai. 2.

Cantic. 4.

rex sacrum agit, ut pestis intercludatur, quod in eodem templum Domini edificatum fuit, diuinis sacramentis plena sunt: & omnia in Christi mysterium manifeste consentiunt; quippe qui in monte illo pro homine redimendo in sacrificium Deo acceptissimum oblatum est: quo luem originalem aliasque varias plurimas peccatorum pestes à genere humano procul auerteret: & per templum corporis sui post triduum à mortuis reedificatum non modo humanas mentes, sed & corpora Spiritus sancti templa faceret. In eo autem quod præcipit, Et offer eum ibi in holocaustum, cum non ait, vel Age illum præcipit, vel Interfice, vel Iugula, quod verba sint acerbiora, sed longe mitiori, immo sacra voce usus ait, Offer: Patriarcham admonet, ut non tam filium perdere, quam pignus charissimum, quod sibi mandatum iubet, tutissimo in loco apud Deum fidelissimum custodere deponere putet. Vnde signatè sacrificij genus expressit dicens, In holocaustum. holocaustum enim genus erat sacrificij, in quo tota hostia comburebatur: & inde apud Græcos nomen habet: ab Hebræis autem holocaustum dicitur חֶבֶל, quod, si ad verbum interpretaris Ascensionem sonat à verbo חָלַל ghala, quod est ascendere. Quod enim totum Deo simpliciter offertur, ad illum in odorè ei suauissimum ascendit, ab eodem acceptum tanquam preciosissimum quoddam depositum asseruatur, tempore suo certissime reddendum: quia Deus noster, Deus est, non utique mortuorum, sed uiuentium. omnia enim ei viuunt, qui potest omnia à morte ad vitam reuocare. Super vnum, ait, montium, què monstrauero tibi. nondum enim erat vnus ille mons Abrahamæ proprio notus nomine, ideo indicio quodam opus erat, quo, velut digito demonstraretur is, qui inter alios latebat. hic est ille mons de quo scriptum est in Psalmo: Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion: & Montes in circuitu eius. Denique quibus potuit Patriarcha vehementius tentari? quibus grauius exerceri? quàm ut renitente penitus rerum natura ipse filium suum ad occidendum eum prope tolleret, ipse suis manibus innocentem filium iugularet? ipse pater filium extingueret, vnicum oculorum suorum lumèn? filium vnicum dilectissimum? florenti ætate grauissimum? miraculo genitum? parentum singulare gaudium? vnicam posteritatis spem? promissionum diuinarum interpretem, generis que traducem? At pietas sanctissimi viri in Deum, pietatem superauit

Psalm. 123.

in filium: & qui se Deo iubenti obedientem excludendo Ismaelem ostenderet, decernendo mactare illi vnigenitum Isaac, se prodit obedientissimum.

O iusti mens sancta viri pietate remota  
Plus pietatis habens. contempsit vulnera nati  
Amplexus præcepta Dei.

Sedulius

Igitur Abraham de nocte confurgens strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum.

Coniunctio Igitur non tam alterius orationis inchoatiua, quam ex superioribus alicuius illatiua habenda est. insinuat enim Patriarcham multa secum de nouo, & inaudito, acerbissimoque mandato cogitasse. nec illud fuisse auersatum: quoniam certissimum erat ei Deum verum esse, qui præcipiebat. adeo enim manifesta ostensione præcipientis. & præcepti noticiam illius menti Deus imprefit: ut vtrumque penitus exploratum haberet. alias nunquam vir iustus in animum suum induxisset, ut contra naturæ iura, præsertim affectu repugnante paterno, innocentem filium iugulare decerneret. Etenim sic Deus Prophetis mysteria inspirat, talique lumine mentes illorum illustrat, ut certissime norint, se illa ab ipso Deo accipere: eademque esse verissima. Hinc Hieremias propheta ait: In veritate misit me Deus, ut loquerer verba hæc in auribus vestris. percepto itaque tali, tantoque mandato Patriarcha multa corde voluebat, sed mente sibi constabat. Certissimus enim de diuina promissione. paulò ante sibi facta, constantissima de filij resurrectione fiducia inturgentes variarum cogitationum fluctus reprimebat. Id quod diuinus Paulus aperte nos docuit illius fidem multis nobis commendans: Fide, ait, obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur: & vnigenitum offerebat, in quo susceperat promissiones. ad quem dictum est, Quia in Isaac vocabitur tibi semen. arbitras quod & à mortuis potest suscitare Deus. promissionem itaque Dei fidelis pater firmiter tenens, quam per hunc oportebat impleri, quem Deus iubeat offerri, non hæsitauit reddi sibi posse immolatum, qui dari poterat non speratus: nec sibi fecit questionem, quasi de contrarijs, & sibi aduersantibus Dei verbis promittentis, prius talem filium nasciturum

Hier. 13.

Hebr. 11.

& postea dicentis: Occide mihi tuum filium vnicum: sed vigeat in eius corde incōcussa fides, qua credit Deum, qui dederat Isaac de senibus iam decrepitis nasci, posse eundem de morte quoque reparare. Igitur hæc secum meditatus Abraham antelucatus est manè. adeo, quatumlibet senex, alacer erat, & iussionibus diuinis exequendis promptus, ut percepto Dei imperio diem non expectarit: sed impiger de lecto exiliens ante diluculum profectorem adornarit. vera enim obedientia moras nescit: & Maledictus est homo, qui facit opus Dei negligenter. strauit item asinum suum. quid est strauit, nisi apparauit? adeo sedulus erat in explendis Dei iussis, ut seruorum operam minime expectarit: sed ipse sibi iumentum strauerit: duxitque secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Qui autem fuerint hi duo iuuenes, ignotum est. incongruum est profectio, putare, eos fuisse Ismaelem & Eliezerem: quoniam alter iam diu à familia Abrahamæ fuerat exclusus: alter senior erat & impeditior, ut dominum suum pedestre comitaretur. Attende, obsecro, senis huius alacritatem. non diu deliberat, non imperium detrectat: nemini consilium suum communit.

Hier. 48

Denique ligna ipse cædit in holocaustum.

Ambro.

Præclare, Ambrosius. Hinc docemur parata omnia ad sacrificium Dei ferre. discimus, apparatum etiam sacrificij, & ministerij munus ipsis nobis vendicare, non delegare. siquid è senex Abraham, & diues pecoribus, atque abundantans feruitorium, non quesuit comitatus sui agmina. ipse quoque ligna concidit, & obsequia maiora viribus suis non intermisit: sed statim occupat iter.

Abijt enim ad locum, quem præceperat ei Deus.

Sciebat autem ille locum, quò ibat: sed non certum. quia regionem nouerat: montem vero, in quo sacrificaturus erat, nesciebat. ex quo amplius multò elucet in hoc iusto obsequendi Deo votum, qui iussus pergeret, quò nesciebat. simili de causa maxime probat Apostolus Abraham de patria sua recedentem quò nesciret dicens: Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiuit nesciens, quò iret.

Hebr. 11.

Die autem tertio eleuatis ocu-

lis vidit locum procul.

Hieronymus: Notandum, quod de Geraris vsque ad montem Moriam, id est, sedem templi, iter dierum trium sit: & consequenter illuc die tertio peruenisse dicatur. male igitur quiddam putant Abraham illo tempore ad quercum habitasse Mambre: cum inde vsque ad montem Moriam, vix vnus diei plena iter sit. Enimvero, quamuis longius à monte Moriam, Bersebee, quam quercus Mambre distet: non tamen plus septemdecim passuum millibus ab illo recessit. ex quo mirum videtur, Abraham tantum temporis egisse eundo ad locum sibi destinatum: sed exercebatur varijs, sibi que repugnantibus affectibus Patriarcha: hinc enim perurgente præcepto progreditur: hinc vero vnigeniti aspectu obluente tardatur. paterno item discernitur affectu: sed immota sibi fide constat. carnis amore distinctur: Dei amore expeditur. & qui rerum presentium gratia frui vellet, futurorum expectatio ne propero simul & tardo molimine vterius tendebat. O sapientiam Dei mirabilem, o consilium Domini salubre. Sic in proximo non erat mons agendis sacris aptus? cum totum sit ageretur in montibus: cum tota ea regio sit montibus plena? Enimvero per triduum senis iter protenditur, ut per totum triduum recursantibus curis paterna viscera torquantur: ut omni hoc spacio tam prolixo intueretur filium pater, sumeret cum eo cibum: tot noctibus in patris amplexibus penderet: in hæreret pectori: in patris gremio cubitaret. Vide o dilecte, quantum tentatio vndiq; accumulatur. sed quanto illa acerbior erat, tanto magis obtemperantis constantia illustratur. Quin & obstupescere cum Chrysostomopium religiosumque, & prudentem iusti viri animum. quia enim sciebat magnitudinem præcepti, prius hoc neque pueris significauit: neque ipsi Isaac: sed solus tecum agonem illum decertabat: & quasi adamas manebat inuictus, robur cogitationum tantum declarans: & non multa causatus obtemperabat magno cum desiderio nutui diuino. Iam vero postquam peruenit prope locum, in quo sacrificaturus erat nutu, ut reor, diuino eleuatis oculis vidit locum procul. qui enim antea senili, incuruaque, ceruice, atque demisso præ graui meditatione capite cogitabundus pergebat, instinctu quodam diuino semet erexit, & in altum oculos sustulit: viditque locum procul: agnouitque statim eum ipsum esse montem, in quo filium Deo mactare iubebatur.

Hieron.

Chrysof.



Enimvero quomodo locum agnouit antea sibi ignotum? nempe quomodo illum ei ostēdit is, qui monstraturum se promiserat. Sed quod aspiciēti dedit indicium? Vis breuiter dicam? quod Deus ipse voluit. Attamen iradunt Hebræi, vidisse Abraham, in quo morte sacrificandum erat, augustiorem quādam ignis ætherij columnam, qua perspecta, exegisse prius quidem à duobus pueris suis, viderēt ne quicquam in solitum in loco, quem eis ille indicabat, quibus se videre aliquid negantibus; subinde à filio suo idem quaesisse, qui responderit quaerenti, videre se in aduersi montis vertice igneū globum cœlesti quodam gratissimoque oculis splendore fulgentem, ex quo cum Patriarcha & non videntium lucebat illam indignitatem, & videntium eā dignitatem facile intellexerit: pueros quidem inibi relinquendos, filium autem secū in sacrificiū esse ducendum sapienter existimauit. Dixitque ad pueros suos: Expectate hic cū asino, ego & puer ille vsq; properantes, cū adauerimus, reuertemur ad vos. Quia igitur Patriarcha sciebat, quod nouū & inauditum esset, quod facere moliebatur: neque ab vilo vnquam tale quiddam factum erat antea: facit, vt id lateat pueros, dixitque eis: Vos expectate hic cū asino. Vos inquam, qui indigni estis tali, tantoque spectaculo, in quo pius pater pium filium in sacrificium Deo acceptissimum pietissime mactet: vos, qui non estis adeo sapientes, vt hoc genus sacrificij, quod ego iubente Deo perficere paro, horrendum non censetis, & insanum non esse putetis: vos, qui non estis adeo constantes, vt mihi innocentem filium iugulare conanti non obstrepatis, vos manete hic cū asino, quia, qui sunt *asini* asineti, id est absque sensu, maximè Christi, non possunt cum Prophetis & Apostolis ascendere in montem Moria: vbi grāde illud fidei oculis videndum est sacramētum: in quo sic pater ille cœlestis pro redimendo homine filium occidi voluit: vt illa diuinitate, duraxat eius pateretur humanitas. Ego, ait, & puer illuc vsque properantes, cū adorauerimus, reuertemur ad vos. Puerum planè vocat iuuenem filium Scripturarum more, in quibus viri etiam quocūque modo alijs subiecti pueri dicuntur. Namque, quando hæc gerebantur, iam natus erat Isaac triginta septem ætatis suæ annos, siquidem ad immolandum du-

sus fuit, in quo anno mortua est Sara, paulò ante matris obitum. Sara autem defuncta fuit hac vita, cū esset centum viginti septē annorum; sed concepit eum nonagenaria. Habebat igitur triginta septē annos Isaac, quando ad immolandum ductus est. Cæterū pro eo quod in Latino est, Illuc vsque, in Hebræo habetur *וְיָצֵא* huc vsque; quæ constat esse diuersa, veruntamen illud refertur ad seruos Abraham, à quib; remotior erat ille locus: hoc autem ad patriarchæ alacritatem, per quam proximum sibi videbatur, quod erat semotū, adeo feruenti spiritu, & intento desiderio implere volebat, quod Deo probabatur. Quod autem se reuerfurum cum puero asseruit, nō paruum quaestionē habet, super qua Patriarcham Origines his verbis compellat. Dic mihi Abraham, verum dicis ad pueros, quod adores, & redeas cum infante, an fallis? Si verum dicis, ergo nō facies eum holocaustum. Si fallis, tantum patriarcham, non decet fallere. Quid em̄ animi indicat in te sermo iste? Verum, inquit, dico: & holocaustū offero puerum: idcirco enim ligna mecum porto: & cū ipso redibo ad vos. Credo enim: & fides mea hæc est, quod & à mortuis suscitare eum potens est Deus. Hæc ille. Indubitata igitur mēte filium Deo mactare Patriarcha destinabat: quem tamen ab illo confestim resuscitandū constantissima fiducia sperabat. laudādus est nihilominus in vtroque, tum in offerendi filij immobili decreto, tum in firmissima suscitandi eiusdem filij fide. sciebat enim Deum fallere non posse: ideoque certissimum habebat, licet puer occideretur, promissionem tamen Dei saluam permanere. Nec minus est commendandus pater de proposito sacrificandi Deo filium: quia sperabat eum mox resurrecturum, quoniā aded erat ei in votis imperanti Deo parere, vt nihilominus eum sacrificaret, & si eundem illico à mortuis suscitandum minime speraret. Si quidem virtutis laus à voto, non ab euentu pendet. Sic & nulatenus fidei meritum diminuitur in eo, qui Deum vnū tantum modo esse, certum habet: quia naturali ratione id ipsum ira esse nouit. quia sic est piæ in Deum affectionis studio, eredendo, promptus: vt nihilominus firmiter illud idem certissimum haberet, quāuis humana peruestigatione exploratum sibi non esset. Denique hæc huius loci expositio ideo nobis præ cæteris placuit, quoniam germanissima est Apostolico testimonio, quod ex epistola Pauli Ad Hebræos paulò superius citauimus.

Tulit

Tulit quoque ligna holocausti: & imposuit super Isaac filium suum.

Quoddam iumentum lignis exoneravit, eisdemque filium dilectissimum oneravit, non solū fuit necessitatis, vt bipes holocausti ligna in excelsum per montis ardua veheret, quò quadrupes ascendere minime valeret: sed fuit quoque euidentis paternæ autoritatis in filij: & promptissimæ filij in patrem argumentū obedientiæ. Nōne fuit admirabilis obsequij, adolescente in nobilem tanta cura dignum, tanta diligentia nutritum, eundemque in domo opulentissima vnicum, tam facile, ceu iumentum quoddam, tantum lignorum onus sponte subiisse, quod satis esset ad portantis corpus comburendum?

Ipse verò portabat in manibus suis ignem, & gladium.

Habent & magnam emphasim, quod pater ipse cultrum portaret, quò charissimum filij iugularet: quod ignem ferebat, quo iugulatum filium cōbureret, seq; suis manibus optimo, atque expectatissimo vnigenito redderet orbem. O animæ fortitudinem, o spiritus soliditatem, qualibus oculis spectabat puerū ligna afferentē, super quibus non multò post illum impositurus erat: quomodo manus ferre potuit ignem & gladium? & manus quidem ferebat ignem, qui sensibilis erat, intus autem accendebat ipsius mentem: & rationē absumebat: & persuadebat, vt vinceret amor in Deum.

Cumq; duo pergerent simul.

Cū Abraham veluti sacrificaturus ignem portat & cultrum, Isaac non post ipsum vadit, sed cum ipso: vt ostendatur, iam tūc adolescentem hunc pari voto cum sene Deū colere, simili mentis alacritate ad sacrificiū accingi, eodemque spiritu sacerdotem agere. Et reuera quid dignius ingenuo adolescente quàm paternos mores, eisdemque probatissimos imitari: auita religione, quæ tamen vera sit, & non antiquata adstringi: & pro eadē promouēda labores assiduos, quamlibet graues, subire. Cæterum vide, obsecro præterea ante sensibilem ignem, incēdium quod paulatim exardescere, & iusti mentem concremabat. nam cū

Dixit Isaac patri suo: Pater mi. Sufficiebat hoc verbum ad lancinanda huius iusti viscera.

At ille respondit: Quid vis filii mi.

Pro quo in Hebræo est *הִנְיִבְנִי* hinc enibe-ni, id est, ecce ego filii mi. quibus verbis planè pronum, tenerumque in filium affectum demonstrat. Præclare Ambrosius. Pulsatur pietatis vocabulis patris affectus, & fluctibus quibusdam hinc atque hinc tunditur, filius vocat patrem, pater dicit, Fili: vt ipso vocabulorum sono, recognoscat patrem, quàm imposibile est, vt ferrē eum possit, cuius se vulneri subijcere optaret. hæc nomina vitæ solēt operari gratiam, non ministerium necis: hæc vocabula incitare ad pietatem, non ad mortem solent. sed quò illa magis sunt pietatis plena, tantò viri virtus amplius probatur.

At Isaac: Ecce hic ignis, & ligna: vbi est victima holocausti?

Profecto in Hebræo est *וְהָיָה הָאֵשׁ לְעֹלָה* veaié haçé legholá: & vbi est pecus in holocaustum. Ergo Hieronymus in genere vertit, id quod erat Hebræis species, nempe Pecus, quod in comune significat, vel agnū, vel hædum, vel etiam arietem. vnde & alij transtulerunt hoc loco agnum: qui commodius refertur ad Christum, qui humana pro gente erat immolandus, vt tolleretur peccata mundi. Considera hic cum Chrysostomo, quomodo probatur iustus: quomodo pertulit auribus, Vbi est victima holocausti: quomodo potuit respondere puero: quomodo nō est confusus mente: quomodo futura occultauit à puero: sed generoso spiritu, & anima forti respondit. Namque.

Dixit Abraham: Deus prouidebit sibi victimam filii mi.

Videtur hoc loco Patriarcham modo loquēdi vulgo consueto respōdisse: Dominus prouidebit sibi victimam. non quod non fuerat antea prouisa: sed quod illius prouisio in futurum porrigatur, donec præstinata sibi victima imoletur. Vel, vt ait Ambrosius, non solum hoc prophetauit, quod statim accidit, quia Deus prouidit sibi pro Isaac hostiam, & reddidit patri filium: verum illud magis, quod non hæc hostia diuinæ esset dispositiois: sed alia esset hostia, quam Dominus sibi pararet, vt mundaret orbem terrarum, per quam multi patres offerret filios suos, & separari ab hoc sæculo filijs non timerent.

Pergebant ergo ambo pariter:

T s venē

Ambros.

Origen.

Rupert.

Chrysof.

Ambros.



veneruntque ad locum, quem ostenderat ei Deus.

Hic est locus sacrificio diuinitus predestinatus, vt prius dictum est. Doctè Origenes. Moses, cum venisset ad locum, quem ostendit ei Deus, non permittitur ascendere: sed ante ei dicitur, Solue corrigiam calceamenti de pedibus tuis. Abraham nihil horum dicitur, & Isaac: sed ascendunt: nec calceamenta deponunt. in quo loco fortassis est ratio: quod Moses, quamuis esset magnus, tamen de Aegypto veniebat: & erant aliqua mortalitatis vincula pedibus eius innexa. Abraham vero, & Isaac nihil horum habent: sed veniunt ad locum prompti voluntarie sacrificaturi: veniunt expediti repressis carnis impedimentis, & spiritu alacres.

In quo nempe loco edificauit altare, & desuper ligna composuit.

Non expectes hic edificium aliquod regale: sed quale locus, & tempus, & res ipsa amarulenta patiebatur, impollitis nimirum lapidibus altare constructum: super quo ligna holocausto peragendo in ordinem disponerentur. Verum specta hic iusti fortitudinè, quomodo potuerit extruere altare, quomodo reacerbissimam aggredi valuerit, quomodo non defecerit præ angustia: sed & altare edificauerit, & imposuerit ligna: & quamquam spiritu properaret iustum sacrum facere: tamen quia tristissimum erat, & præter humanam rationem, & maxime lamentabile patrem iugulare filium, quanta tarditatis molimina in struendo altari & componendis lignis illum duxisse putas, ne filius à patre temere raptus ad immolandum extimaretur?

Cumque colligasset filium, posuit illum in altari super struem lignorum.

Nequaquam credideris imbecillum senem robustum inuenem colligasse inuitum: sed putata Patriarcham diuinam quadam oratione filio persuasisse, oportere eum ex creatoris sententia vitam expendere: libenterque sacrum gladium excipere, parendum esse rerum domino optimo atque iustissimo, qui vitam pro se alacriter proclitiam meliorem multo, atque clariorem proculdubio redderet. O miranda prorius fides Isaac, qua Deo credidit, & admiranda patientia, qua patri paruit: & ineffabili-

lis fiducia, per quam singulariter & inaudito exemplo sese à morte suscitandum sperauit: ob obstupenda mansuetudo, qua iugulum gladio obrulit. Non ergo pater immolandum filium vinculis adstrinxit, veritus ne lignis succendendis superponi se reluctaretur: sed ne instanti morte naturali quodam pauore commotus, sic carnis tenuitate concuteretur, vt vel ab ara laboretur, vel lignorum seriem dissiparet. extenditque manum & arripuit gladium, vt immolaret filium. Merito hic exclamarit Chrysostomus: O religiosam animam: o fortem mentem, o ingens desiderium, o rationem vincentem humanam naturam. Quomodo non auolauit à corpore anima, quando arripuit gladium, vt tam amabilem filium occideret? Vtrum admirer, & obstupescam iustius: fortem ne spiritum Patriarchæ: an pueri obedientiam, quod neque reluctatus est, neque factum ægre tulit: sed cessit, & obtemperauit his, quæ à patre facta sunt: & sicut agnus, cum silentio super altare accubuit expectans patris dexteram.

Extendit itaque Abraham manum: & arripuit gladium, vt immolaret filium suum.

Ordo igitur explendi sacrificij erat huiusmodi. In primis super altare lignorum strues componebatur, deinde super eam victima tendebatur, tandem iugulabatur: & ita iugulabatur, vt ipsius sanguine tam ligna, quam altare aspergerentur. vltimo admoto igne hostia comburebatur. At sub lege aliter fiebat. nam prius quam aræ victima superponeretur, cedebatur: eiusque sanguis alibi, atque alibi rite effundebatur: postremo altari imposita cremabatur. Ostendit denique Abraham, filium diuino præcepto iugulare pertendens: quod fides in Dominum fortior est, quam carnis affectus. amabat Abraham Isaac filium suum, sed amorem Dei amori carnis pretulit: & inuentus est, non in visceribus carnis, sed in visceribus Christi: id est in visceribus verbi Dei, & veritatis, & sapientiæ. Iam vero explorata Abraham obedientia, quid restabat, nisi vt reportaret ingens de tanta tribulatione solatiū? ac subinde Deus ipse dominus mortis atque vitæ, qui innocentem Isaac iuste ad necem adiegebatur, eum in vitam misericorditer seruaret? Verè Dominus iustus, dum pios tribulationibus probat: verè misericors, dum probatis subuenit.

Ecce

In

In ipso discriminis articulo

Angelus Domini de cælo clamauit dicens: Abraham Abraham.

Angelus quippe in cælo infimo, hoc est in aere tunc erat. sed de cælo clamasse dicitur, quia à cælesti Domino missus & iussus clamauit: vt iustum iam accinctum, & paratum ad imitationem, & volentem implere mandatū Domini magna, geminataque voce edita à pueri nece reuocaret. Præclare Ambrosius. Tenuit quodammodo manum eius diuina vox, & ictum vibrantis occupauit dexteræ. non semel vocauit, ne, aut non plenè audiret, aut fortuitam vocem putaret. Sic vocis ingeminatione reuocauit, quem admodum antea imperauit. repetiuit vocem, rāquam veritus, ne præueniretur studio deuotionis, & quasi vna vox impetum ferientis reuocare non posset. ad quem, cum vir pietissimus cælesti agnita voce respondisset:

Adsum.

Id est: Ecce ego præsto sum is, qui Domino præcipienti promptissimè pareo.

Dixitque ei angelus: Non mittas manum super puerum: nec facias ei quicquam mali.

Hoc est: Neque puerum lethali vulnere ferias: nec aliquid eum lædas: quoniam æquitate diuina dignum est, cum, qui plene paruerit, plene seruari. Quæras. Vter horum maioris virtutis præmium apud Dominum, superumque iudicem sit promeritus: pater ne gladium exerendo, an filius iugulum præbendo? Ad quod facile respondemus, solum Deum id apprimere nosse: quia spirituum ponderator est Dominus. nihilominus exploratum nobis est in Sacra historia multo frequentius, multoque amplius patris votum de mactando Deo filio suo, quam filij voluntatem de moriendo paterno gladio passim celebrari. Ait ergo Dominus: Ne feceris ei quicquam. ac si dixerit: Contentus sum voluntate tua, & ex hac cõrono te & prædico. quia

Nunc cognoui, quod timeas Deum: & non peperceris filio tuo vni-genito propter me.

Hoc est dicere: Affectum tuum inquisiui, non factum exegi. tentauit voluntatem tuam, si etiam filio tuo non parceres propter me. non

aufero quod donauit ipse: nec heredem inui deo, quem largitus sum non habenti. Enimvero quæstu dignum est, cur Dominus dixerit, se nunc cognouisse Abraham timere Deum, quasi qui ante ignorauerit. Quia de re Augustinus tradit, Scripturarum sanctarum esse idioma, quo frequenter Deo ascribitur aliquid: non quod ipsum illi congruat, sed quia illud ipse in alijs operatur. secundum quam regulam huius loci sensus est, Cognoscere te feci, quod timeas Deum: idque maximo pietatis experimento quippe qui filium ex sententia mea necare decreueris. Potest & hic sensus ad alios referri, qui ex eodè facto Patriarchæ verè in Deo obediendo religionem cognorint. Pulchre Chrysostomus. Quid igitur ignorabat ne Deus ante hoc iusti virtutem, & nunc cognouit omnem Deum? non hoc inquit dicens: Nunc ipse cognoui. sed quid dicere vult? nunc, inquit, omnibus declarauit quomodo sincero timore Deum colas. nã ego (scivi famulum meum. Quæ autem nunc à te facta sunt, in doctrinam sunt, tam præsentibus, quam futuris. innotuisti enim nunc omnibus, quod timeas Deum, & mandata eius opere cures implere: quia non peperceris filio tuo dilecto propter me. Et vnde credant alij patri, filioque rem aded incredibilem narrantibus? Ex eo videlicet, quod Deus ijs, qui tunc temporis id factum pepererunt, quamuis vulgo inopinabile, eius tamen fidem, vel interiori quodam lumine, vel occulto instinctu, vel exteriori indicio fecit.

Nec id mirum. nam & nos in quos fines sæculorum deueniunt, ita gestum fuisse credimus. quia in Scripturis inuolantæ veritatis traditum reperimus: quibus Spiritus sancti afflatu moti atque persuasi, in concussam fidem adhibemus: ad quos Paulus inquit, Salui facti estis per fidem, & non ex vobis: donum Dei est. Probè autem & Origenes. Sciebat Deus & eum non latebat: quippe qui nouit omnia antea quam fiant. sed propter te hæc scripta sunt: quia tu credidisti quidem Deo: sed, nisi opera fidei expleueris: nisi in omnibus præceptis etiã difficilioribus parueris, nisi sacrificium obtuleris, & ostenderis, quod nec patrem, nec matrem, nec filios præferas deo, non agnosceris, quod timeas Deum. Nec diceretur de te: Nunc cognoui, quod timeas Deum. Alius autem super hunc locum sic philosophatur. Deus nunc cognouit (absit inuidia dicto) velut ipso facto, quod antea scientia sua nouerat. non quod nunc aliquid per experimentum cognoscat: sed quod agnoscat factum esse modò id, quod ab æterno futurum aliquando, faciendumque esse præ-

sciebat

Augusti.

Chrysost.

Ambro.

Chrysost.

Proh. 16.

Ephe. 2.

Origenes.

sciebat. Sicut & cum Deus aliquid creat, cognoscit se tunc temporis illud creare, quod antea non creabat: licet antea nouerat se nunc idem fuisse creaturum. Ergo, quia nunc verum est aliquid, puta hoc, vel illud, aut creari, aut creatum esse, quod falsum erat ante quam crearetur: recte dicitur nunc temporis quodammodo cognosci, quod alioqui ab aeterno omnino cognoscebatur. non quod in Dei cognitione sit, aut nouitas, aut mutatio: sed quod aliquid est in praesenti quod diuinæ scientiæ respondeat: quod priusquam fieret, aut esset, non sic illi in re praesenti respondebat: si tamen illud ad aliud atque aliud temporis instans, non autem ipsius aeternitatis conferatur. Nam secundum immensum illud aeternitatis instans, quod omne tempus amplectitur, cuncta Deo praesentia sunt: omniaque ut sibi ipsi praesentia intelligit: licet non agnoscat eadem sibi ipsis inuicem esse praesentia: quippe quæ alijs atque alijs temporibus oriatur, seruentur, & occidant. Quare cum dictum est Nunc cognoui ad ipsius rei cognitiuam nouam in se praesentiam, potius quam ad Dei (qui vniuersa vnico intuitu conspici) cognitionis modum referri debet. Sed quoniam hæc tertia huius loci expositio videtur aliquantulum scrupulosior, & molestior, addam & quartam: quæ sit facilius multo, leuiorque. Namque commodius forsitan quod dictum est à Deo, Nunc cognoui quod timeas Deum, metaphoricè est accipiendum: ut, quemadmodum, si quis magnas quempiam tentet clientem, ut agnitum, probatumque meritis honoribus afficiat: sic Deus Abraham antea sibi notum, tantquam si tentatione probatum sibi obedientissimum modo cognouisset, summis eum beneficijs & clarissimis honoribus sit prosecutus. Denique quocumque ex quatuor supra positis modo intelligatur, necesse est, verè, recteque à Deo dictum fuisse, Nunc cognoui, quod timeas Deum. Et ut ostenderet, vnde illud nouerit, adiecit.

Et non peperceris filio tuo vni-  
genito propter me.

Illud Et pro Quia positum esse constat. est enim hoc loco Et causalis coniunctio, ut apud Poëtam:

*Iphitus quo iam grauior, Pelias & vulnere tardus.*

*Augusti.* Differit & super hac causa sic Augustinus. Nunquid non pepercit Abraham filio suo propter angelum? Sed in angelo figuratus est Do-

minus, qui Deus est, & magni consilij angelus. erat enim in angelo Deus, & ex eius persona loquebatur. Enimvero, si alienum est ab humanitate hominem occidere, alienius innocentem: alienissimum patrem iugulare filium. vnde pietissimus Patriarcha tam valida naturæ, pietatisque vincula esse disrumpenda censuit? ex eo nempe quod mundi Dominus multo magis quam quivis alius hominum princeps non modo inuenire, sed apponeret quoque iustas causas potest, ob quas homo recte occidatur, & probe. at Isaac erat innocens, sed apud homines: non sic apud Deum. Quippe qui obnoxius erat morti vel certe propter originalem culpam: quæ quidem mortem potest ille iure suo cuiusque mortalium, quando voluerit inferre. Esto. sed num & per patrem interfici filium decuit? proculdubio quia non incongruum est rerum Domino quomodolibet creaturis suis vri: sicut diuiti licet nummos suos in alios, atque alios vsus rei familiari congruos expendere. maius enim dominium super res à se conditas Deus habet, quæ diues in pecuniam iure suo partam. Nec potest quisquam Deo dicere: Cur ita facis? quoniam cuncta iuste facit ille cuius voluntas totius est iustitiæ norma. Porro verbis Dominicis excitatus Patriarcha, & occidendi filij prohibitionem recreatus semet exerit.

Leuauitque Abraham oculos suos.

Antea, vel mœrore quodam humano depressos, vel sacrificio intentos

In cœlum,

Vnde angelus ei loquebatur. Potuitque dixisse: Leuauit oculos meos in montem, vnde veniet auxilium mihi. At ne præcipuam in angelicos montes ipsius Dei ministros præsidium referri videatur, qui ab ipso summo cœlestis exercitus principe tantum beneficium acceperat, subiungit: Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram. Cæterum, quàm misericorditer, quàm opportunè Dominus eam hostiam pro filio immolandam patri suffecit, de qua filio responderat: Deus prouidebit sibi victimam, holocausti filii mei. Namque subleuauit.

Abraham oculos suos: viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus.

וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים אֶת אֲרִיֶּתֶת בְּתֵּרֵי הַצִּבְּרִים

Et

*Nicolaus* Et vidit: & ecce aries post detentus in fœcibus cornibus. Super quo Nicolaus à Lira in libro Differentiarum ait. Hæc prepositio Post referri potest ad locum huius visionis: & sic accepit eam interpres Latinus. addidit explicam di gratia Tergum, quod nomen in Hebræo non habetur: sed tantum Post indeterminatè Posterior significans. Potest etiam illud Post ad visionis tempus referri, quomodo illud Rabi Salomō accepit, exposuitque Post verba angeli loquentis Abraham, hunc vidisse arietem. Fabulantur Iudæi, hunc arietem fuisse in eo loco à mundi constitutione: sed id friuolum est, vanumque, ac superfluum. *Alchui.* Melius Alchuius. Aries, ait, qui pro Isaac immolatus est, non putatius, sed verus habendus est. ideo magis putatur, angelum eum aliud de attulisse, quàm quod ibi de terra ipsum post sex dierum opera procrearet Dominus. pendebat autem aries in Sabec, quod alij dicunt esse genus arboris, siue virgulti spinosi. Qui meliteris Hebraicis instituit aiebat, esse virgultum illud, quod Hispani Hulagas vocant. Alij tradunt Sabec perplexum & implicatum significare. quod si verum est, constat arietem pependisse cornibus comprehensum in perplexitate, id est inter spinas sibi connexas, vel ramos quosdam se inuicem completentes. Recte igitur Hieronymus interpretatus est: Viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus. facit & ad hoc quod in Psalmo septuagesimo quarto in Hebræo habetur וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים אֶת אֲרִיֶּתֶת אֲרִיֶּתֶת אֲרִיֶּתֶת id est in perplexitate arboris. Agnouit denique Abraham arietem repente visum diuinitus sibi allatum.

*Psalm. 74.*

Quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

Quantas gratias tunc temporis egisse putamus Abraham summo rerum parenti, quod animi sui votum pro re ipsa acceptauerit, quod arietem pro filio mactandum substituerit: quod obnixè precibus imo de pectore fufis apud Deum egit: ut non minus grata esset ei arietis, quàm filij sui immolatio: quæ quidem per eum nullatenus steterat, quin ipsius filius Deo immolaretur. Tradunt Hebræi hæc fuisse gesta primo die septimi mensis, qui prope semper cum nostro Septembri conuenit. eratque eis solenne eandem diem in huius rei memoriam festum agere, corneisque tubis canere: scilicet, quod aries, qui cornibus impletus vepribus pēdebat pro Isaac iugulatus fuerit. Quibus & astipulatur Hieronymus inquitens: Iudæi in signum dati arietis solent cor-

*Hieron.*

nu clangere: id quod ex Numerorum quoque libro legenti constare poterit. Peracto denique sacrificio Patriarcha ingentes Deo gratias egit.

*Num. 29*

Appellauitque nomen loci illius Dominus videt. vnde vsque hodie dicitur In monte, Dominus videbit.

Congruum enim fuit, ut ex insigni facto insignem appellationem locus ille sortiretur: quæ diuinæ visitationis memoriam in futura sæcula porrigeret. ea est tota hæc clausula, In monte Dominus videbit. Hinc Moses Patriarcham imitatus altare illud, quod pro deuictis Amalechitis in monte construxit, apertissimo rei gestæ nomine nuncupauit, Dominus exultatio mea: quod Dominus Israelitis prima post egressum de Aegypto de hostibus victoria magnam exultationem dederit. Hunc itaque locum Abraham vocauit וַיִּרְאֵהוּ אֱלֹהִים אֶת אֲרִיֶּתֶת id quod ex Hebræo idiomate pro punctorum diuersitate multa, variaque significare potest: vel, Dominus videat: & sic est precantis oratio, ac si dictum sit, Respiciat Dominus, & misereatur: vel, Dominus videbit: quod est prophetantis, eod quod Deus visurus esset, quantam mercem pro tali patris voto, filijque tolerantia rependi deberet: vel, Dominus videbitur: quia adificato templo in eodem monte Domini maiestas videnda esset: vel potius: quoniam ibi videndus erat Iesus Christus mundi seruator cœlesti doctrina sublimis, atque mirabilis, diuinis moribus conspicuus, atque præfatus, supernaturalium gestorum gloria clarus, & obstupendus. Quin & Septuaginta probe interpretati sunt ὁφθαλμοῖς, id est, visus est: quod adamussim congruit ei, quod Dominus Iudæis secum disceptantibus dixit: Pater vester Abraham exultauit, ut videret diem mecum: vidit, & gauisus est. Vnde vsque hodie dicitur In monte Dominus videbit. Hieronymus pro eo quod hic habetur Dominus videt, in Hebræo Videbit scriptum est. hoc apud Hebræos exiuit in prouerbum, ut in angustijs constituti, & optantes Dei auxilio subleuari, dicant, In monte Dominus videbit: id est: sicut Abraham misertus est, misereatur & nostri. Denique hinc merito, ut arbitror, putarim hunc montem Moria fuisse cognominatum, quod interpretatur Visio Domini, ut latius superius ostensum est. id quod, si verum est, constat per prolepsim, id est anticipationem ante rem gestam à Legiflatore, qui

*Ioan. 8.*

*Hieron.*

qui multo post floruerit, eiusmodi cognome-  
rum usurpatum fuisse: est enim is tropus in sa-  
cris literis frequentissimus.

Vocauit autem angelus Domini  
Abraham secundò de cælo.  
Secundo ait, quia paulò ante semel eum vo-  
cauerat: semelque cum eo egerat. nunc autè  
vocationem iterauit: vt maioribus premijs vi-  
rum iustum auget.

Dicens: Per me metipsum iura-  
ui, dicit Dominus, quia fecisti  
rem hanc, & non pepercisti fi-  
lio tuo vnigenito, benedicam  
tibi, & multiplicabo semè tuum,  
sicut stellas cæli, & velut arenã,  
quæ est in littore maris: posside-  
bitque semen tuum portas ini-  
micorum suorum: & benedicè-  
tur in semine tuo omnes Gentes  
terræ, quia obedisti voci meæ.

Iam reperamus huius periodi singula verba.  
Per me metipsum iuravi, dicit Dominus. Ex  
hoc loco maxime firmatur eorum sententia,  
qui tradunt his in libris Dominum non per-  
se, sed per angelum, & in angelo fuisse locu-  
tum. paulò enim superius personam Dei sub  
sua persona prætexuit dicens: Nunc cogno-  
ui quòd timeas Deum, & non peperceris fi-  
lio tuo propter me. modo autem Dei perso-  
nam inducit, cuius legatione fungatur, in-  
quiens: Per me metipsum iuravi, dicit Domi-  
nus. Hunc locum diuinus Apostolus in epis-  
tola Ad Hebræos missa mirificè tractans in-  
quit: Abraham namque promittens Deus, quo-  
niam neminem habuit per quem iuraret, ma-  
iorem, iuravit per semetipsum. Quòd si De-  
i infirmitati nostræ semet attemperans figurã  
iurantis assumpsit: vt Patriarcham more hu-  
mano iuramento interposito certissimè de  
explenda promissione ei à se facta rederet:  
proculdubio impium est, impietatis eos ar-  
guere, qui, vt lege quoque præscriptum est,  
Domino Deo suo iuramenta sua reddunt, iu-  
rantes iuxta Hieremiam in veritate, & iudi-  
cio, & iusticia: etenim in veritate iurat qui rē  
qualiter habet, enunciata iuramento firmat.  
in iudicio verò, qui absque idonea causa iu-  
rumentum exigente minime iurat. in iusti-  
cia demum iurat, qui nec contra bonorum

profectum, nec ad malorum effectum iustu-  
randum profert. At Dominus in Euangelio  
à iurando mortales deterret: Nolite, ait, iura-  
re. sed præterdit ille duntaxat illud, ne iure-  
tur, nisi tribus illis veritate, iudicio, atque iu-  
sticia iurationem comitantibus. nam & tan-  
tum abest ipsum Dominum iuramenta pro-  
fus vetuisse, quòd idem quandam iurandi for-  
mam frequentius usurparit dicens: Amen a-  
men dico vobis: iuravit & in Apocalypsi an-  
gelus per viuentem in sæcula. & Apostolus  
cum dixit, Deus est mihi testis. Sed his con-  
stantibus nihilominus adhibendæ sunt aures  
Domino præcipienti, Sit sermo vester, Est, est:  
Non, non. quia quod amplius est à malo est:  
videlicet, vel ab incredulitate iuramentum  
exigentis, vbi eo non est opus: vel à iurantis  
indignitate, qui adeò incertæ fidei est vt iu-  
re iurando indigeat, vt illi iure credas. hoc e-  
nim mentientes lucrantur, vt eis vera dicen-  
tibus nõ credatur. Audiendus Ecclesiasticus:  
Iurationi non assuescat os tuum: multi enim  
casus in illa. & iterum: Vir multum iurãs re-  
plebitur iniquitate: & à domo eius non rece-  
det plaga. Sed ad rem. Iuravit Dominus: non  
quòd iurandi necessitas eum teneret, cõpel-  
leretque. quis enim ab omnipotente iurandū  
exigeret? verum iuravit Dominus, sicut  
interpretatus est Paulus, quòd per iuramentū  
sui cõsilij immobilitatē sui cultoribus persua-  
deret. In quo, ille ait, abudanti⁹ volēs De⁹ ostē-  
dere pollicitatiōis hæredib⁹ immobilitatem  
sui cõsilij interposuit iurandū: vt per duas  
res immobiles, quibus impossibile est mētiri  
Deū, fortissimū solaciū habeamus, qui cõsu-  
gimus ad tenendã spem, quam sicut ancho-  
ram habemus animæ turam ac firmam. No-  
bis ergo iuravit Deus, non sibi: cui firmissi-  
ma sunt sua iura, siue iuret, siue non iuret.  
Hinc merito tradit Ecclesiastici patres, que-  
cumque interposito iure iurando à Deo pro-  
mittuntur certissimo rerum euentu esse com-  
plenda: eò quòd non comminatoria prædi-  
ctione, nec inmutabili quavis de causa pro me-  
ritorum qualitate, sententia: sed quodam de-  
finito Dei ipsius consilio prædicantur, atque  
prædestinata gratia spondeantur. Mirabilis  
demū doctor gentium Paulus. qui hanc pro-  
missionem potius ad fidei semen per Chri-  
stum multiplicandum, quàm ad semen car-  
nis per Isaac propagandū pertinere insinuat.  
Nempe ob eam, vt arbitror, causam: quòd  
carnalis filiorum multiplicatio in spiritalem  
est referenda: sicut caro propter spiritum for-  
mata est. nam potiora suapte natura deterio-  
rum

Matth. 5.

Apoc. 10.

Matth. 5.

Eccle. 23.

Ibidem.

Hebr. 7.

Hebr. 6.

Hiere. 4.

Chrysof.

Matth. 20.

rum sunt finis. Quia fecisti rem hanc, & non  
pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam ti-  
bi. Chrysostomus. Consydera, obsecro, mi-  
sericordiam Domini. Non pepercisti, ait, fi-  
lio tuo dilecto propter me. & sanè viuum re-  
ducit. at nondum finem vides dilecte: sed vo-  
luntatem & mentem discè, qua faciebat mã-  
data citra ratiocinationem curiosam. quan-  
tum enim ad voluntatem attinet cruentauerat  
dextrã Patriarcha, & per cutem pueri im-  
miserat gladium, perfectumque obrulerat sa-  
crificium. Idcirco & Dominus, quasi sacri-  
ficio re ipsa consummato, laudat iustum & di-  
cit: Non pepercisti filio tuo dilecto propter  
me. Tu quidem non pepercisti propter meū  
mandatum: ego autem peperci propter tuã  
obedientiam. Propter hanc tuam obedi-  
entiam remunerans te benedicam tibi. decre-  
uerat enim Deus ab æterno amplissimis be-  
nedictionibus Abraham afficere, iamque se-  
mel atque iterum ei benedixerat: sed dispo-  
suerat, nec benedictiones nec benedictionū  
complementum perfici, nisi Abraham filij  
sui oblatione illud promeretur. Præuidens  
igitur Deus Patriarchæ meritum futurum,  
eum benedixerat. quo peracto ampliori eum  
benedictione prosequitur dicens.

Et multiplicabo semen tuum,  
sicut stellas cæli, & velut arenã  
quæ est in littore maris.

Stellæ cæli pauciores sunt arenis. & spiritua-  
les viri & virtutum splendoribus fulgentes  
pauciores multo sunt terrenis, & ijs, qui cor-  
poralibus voluptatibus inhiantes mundanis  
fluctibus iactantur, quorum alij pertinent ad  
Abrahæ filios secundum carnem, alij ad eos,  
qui secundum spiritum ipsius fidei imitatio-  
ne Deo gignuntur. Sanè virosque comple-  
xus Christus eos multitudine, atque paucita-  
te aptissimè discreuit dicens, Multi sunt vo-  
cati, pauci verò electi. Quòd autem sequitur  
Possidebitque portas inimicorum suorum,  
ad literam primū sub Iosue, deinde sub Da-  
uid rege maxime completum est. Sed quan-  
ti, obsecro, faciendã est Israelitarum ducum,  
regumque victoria, regnumque: quæ tot cala-  
mitatibus fuerit agitata, tot seruitutibus ob-  
scurata, tot captiuitatibus oppressa. denique  
perpetuo à natali solo exilio prorsus abolita.  
Melius ergo ad spirituales Christi triuphū  
hæc referuntur, qui ineffabili salutaris crucis  
sacramento mundum iudicauit: principem  
eius foras eiecit: & ad inferos vsque illū per-

secutus, expoliavit principatus & potestates:  
& In sanguine testamenti sui eduxit vincos  
suos de lacu, in quo non erat aqua: & solutus  
inferni doloribus egregius triumphator As-  
cendens Christus in altum captiuã duxit cap-  
tiuitatem, eamque in cælos induxit: vt sum-  
ma potita libertate, frueretur eo regno, cuius  
perpetuæ felicitatis nulla erit intercapedo:  
nullusque finis erit. Regnum enim eius æter-  
num & potestas quæ non auferetur: huic nõ  
pe maxime conuenit id, quod continuo iun-  
gitur.

Et benedicentur in semine tuo  
omnes gentes terræ.

Non dicit in seminibus, sed in semine tuo,  
qui est Christus. hæc est enim summa, & cõ-  
pletissima benedictio. namque, vt adnotauit  
Ambrosius: Tres accepit Patriarcha benedi-  
ctiones. vnã post victoriam, qua liberauit  
nepotem, quando occurrit ei Melchisedech  
quando dixit ei Dominus: Respice cælum,  
& numera stellas, si poteris: sic erit semè tuum:  
& credidit Abraham Deo, & reputatum est  
ei ad iusticiam. aliam, quando pro Abrã ad-  
dita priori nomini vna litera iussus est Abra-  
ham nominari: & signaculum accepit circū-  
cisionis. tertiam, quando dilectissimum filiū  
suum holocaustū Deo non dubitauit offerre.  
Hæc item benedictio præstitit superioribus.  
in illis enim propagationem seminis Abra-  
hæ promisit futuram: in hac autem ait, Et be-  
nedicentur in semine tuo omnes Gentes ter-  
ræ. Enimuero quando hæc benedictio secū-  
dum omnimodam plenitudinem suam cõ-  
pleri cœpit: nisi mox: vt Dominus Iesus pro  
vniuersis totius orbis nationibus redimēdis  
in cruce fuit immolatus. Ex eo enim tempo-  
re diuina benedictio per oēs Gentium familias  
effunditur. siquidem per alias atque alias ætatū  
successiões salus Christiana ad alias atque a-  
lias gentes, nationes, populos permeat, & co-  
ridie ad alias orbis partes antea ignotas de-  
fertur. nec hic mundi cursus cessabit, donec  
vniuersis, non modo gentibus, quæ sub nos-  
tro polo: sed etiam ijs, quæ sub opposito de-  
gunt, eadem benedictio penitus innotescat,  
& plene communicetur. Quod ita futurum  
quàm grauitè, tam veraciter Diuus Hilarius  
asseruit enarrans illud Psalmi secundi: Postu-  
la à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuã:  
& possessionem tuam terminos terræ. ait e-  
nim. Esse autem infernæ regionis, vastæque  
abyssi incolæ plures, beati Ioannis Apoca-  
lypsi docemur. cum nullus, neque in cælo,  
neque

Ambros.

Hila.

Psal. 2.



neque super terram, neque infra terram ob-  
signatum librum dignus est repertus aperire:  
non utique de mortuis, & in terram sepultis  
significare intelligitur, cum ad tertij incolae  
significat demonstrationem non qui intra terram,  
sed qui infra terram, neque qui mortui sunt,  
sed qui viuunt, illum in se resignandi librum  
habuerint autorem. cum ergo possessio terre  
finium Domino donatur, non tam terra do-  
natur, quam ea, quibus terra finitur. terrae e-  
nim terminos, quibus terra ipsa determina-  
tur, Christus in possessionem accepit: ut iux-  
ta Paulum in nomine Iesu omne genu flecta-  
tur caelestium, terrestrium, & infernorum: &  
omnis lingua confiteatur, quod dominus Ie-  
sus in gloria est Dei Patris. Astipulatur & Am-  
brosius Hilario. tradit enim in libro De vo-  
catione gentium, ante mundi consummatio-  
nem gentes prius ignoras & insulas esse dete-  
gendas, ut in eis Euangelica praedicatione com-  
pletur. verba eius adscribam. Quod si forte  
ait, quemadmodum quasdam gentes, quod  
haeretici nolunt, in confortium filiorum Dei  
nouimus adoptatas: ita etiam nunc in extre-  
mis mundi partibus sunt aliquae nationes, qui-  
bus nondum gratia saluatoris illuxit, non am-  
bigimus etiam circa illas occulto Dei iudicio  
tempus vocationis esse dispositum, quod Eu-  
gelium, quod nondum viderunt: audiant at-  
que suscipiant. Mirum valde, quo spiritu du-  
ctus Seneca in Medea nouum orbem esse tem-  
poribus nostris aperiendum praecinuerit dicēs.

Venient annis

*Saecula seris: quibus Oceanus  
Vincula rerum laxet, & ingens  
Pateat tellus. Tiphysq; nouos  
Detegat orbis, nec sit terris.  
Vltima Thule.*

Id quod proculdubio nostris temporibus ma-  
gna ex parte completum videmus Hispano-  
rum navigatione ad id aditum praebente, qui  
alterum orbis hemisphaerium retexerunt: &  
ad innumeras nationes Euangelicos intule-  
ro praedicatores: ex quibus non paucae Chris-  
ti sacris cotidie initiantur: ut sic tandem pre-  
dicetur Euangelium regni in toto mundo.  
& quemadmodum in omnem terram feret hu-  
ius nostri orbis exiit sonus eorum: ita & in  
fines orbis terrae alterius nostris diebus reper-  
tae perueniant verba eorum, qui Christum syn-  
cere praedicant: ut tandem Adorent eum om-  
nes reges, omnes gentes seruiant ei. Non quod  
in vniuersis gentibus singuli quique Christo  
creditori sint, ut in eo benedicantur. ut inam-  
ira mortalibus contingeret. sed dolendum est,

quod non omnes obediunt Euangelio. Quid  
igitur sibi vult, illa vniuersitas omnium regu-  
um, omniumque gentium? nempe (quantum no-  
bis videtur meliori sententiae non praescribē-  
tibus) designat, quod ex quibuslibet gentibus  
ac regnis nonnulli in Christum crediti sunt,  
& per eum donis spiritualibus afficiendi. hoc  
ita futurum fuisse ex eo praefiguratum est, quod  
Dominus iussit Petro ad nauigij dexteram pis-  
catorum rete mittere: quod in mare demis-  
sum extraxit ille plenum centum quinquaginta  
tribus magnis piscibus. Super quo Hiero-  
nymus in libro. i. 4. Commentariorum super  
Ezechielem ita inquit. Aiunt autem, qui de  
animalium scripsere naturis, & proprietate,  
qui ἀλιευτικά tam Latino, quam Graeco di-  
dicere sermone, de quibus Opianus Cilix est  
poeta doctissimus, centum quinquaginta tria  
esse genera piscium. quae omnia capta sunt ab  
Apostolis. & nihil mansit incaptum, dum &  
nobiles, & ignobiles, diuites & pauperes &  
omne genus hominum de mari huius saeculi  
extrahitur ad salutem. Tandem tantae bene-  
dictionis causam infert dicens.

Quia obedisti voci meae.

Magna proculdubio virtus est obedientia,  
quae tanta bonorum praesentium & futuro-  
rum copia donatur & accumulatur. Vide quan-  
tum apud Deum haec virtus polleat. Melior,  
inquit Samuel, est obedientia, quam victima.  
quia per victimas aliena caro, per obedien-  
tia vero voluntas propria maceratur. Et pulchre  
per obedientiam futurae benedictionis promif-  
sione Patriarcha promeruit: & per obedien-  
tia ipsius completionem Christus est assecutus:  
& nos per illum benedicimur a Deo, & Patre  
domini nostri Iesu Christi omni benedictio-  
ne spirituali in caelestibus, si tamen ei obediē-  
tes fuerimus. Quomodo autem obediemus?  
Si mandata eius opere adimpleuerimus: Non  
enim auditores Legis, inquit, iustificabuntur,  
sed factores. & Christus ad Discipulos: Beati-  
eritis, si sciueritis haec: & feceritis ea. Denique  
quod Isaac oblatus victima fit, & pro illo a-  
ries immolatus est, coronatusque sentibus pas-  
sionem domini manifeste deformauit. nam  
Pater caelestis vnigenitum suum victimam  
pro nobis fecit: qui spinis ante crucem fuit co-  
ronatus: crucem ipse sibi baiulauit, sicut Isaac  
ligna. & sicut, non Isaac, sed aries pro eo im-  
molatur: ita Christus, non qua Deus, sed qua  
homo in cruce maceratur. Sed haec alias, im-  
mo apud alios ea plenissime tractata repe-  
ries. Sequitur.

Reuersus

Reuersus est Abraham ad pue-  
ros: abieruntque Bersabee simul.  
& habitauit ibi.

Hinc aperte constat Abraham in Bersabee  
habuisse quo tempore haec gesta sunt. Ad-  
uerte hic pulchram oeconomiam. Accepto  
molestissimo praeepto, nihil Abraham lo-  
quitur: non quaeritur filius ad iugulum se fuis-  
seductum: non serui curiose quaerunt, quid  
in monte actum sit: non denique pueri ma-  
ter, quod abierint, exostular affert enim qua-  
dam pulchritudinem, atque modestiam ma-  
xime probandam, seruum coram domino,  
filium coram parente, uxorem coram mari-  
to, discipulum coram magistro, creaturam cor-  
am creatore silentium seruare. De quo E-  
saia inquit, Et erit cultus iusticiae silentium.  
His itaque gestis nunciatum est  
Abraham, quod Melcha genuif-  
set quoque filios Nachor fratri  
suo, Hus primogenitum, & Buz  
fratrem eius, & Chamuel patrem  
Syrorum, & Caseth, & Asau,  
Pheldas quoque, & Iedlaf, & Ba-  
thuel, de quo nata est Rebecca.  
Octo istos genuit Melcha Na-  
chor fratri Abraham.

Scito, quod Nachor progenies hoc loco texi-  
tur, non quidem propter ipsum Nachor, aut  
filios eius, qui idolorum cultores erant: sed  
propter vnam Rebeccam, quae erat ab Isaac.  
in uxorem ducenda. iam enim ea pollebat e-  
tate, in qua coniugium appeteret: de qua mul-  
tiplicandum semen succresceret. In quo mi-  
rabilis valde videtur diuiniae sapientiae dispo-  
sicio, quae filios hominum peccatorum pro-  
genie secundum carnem a deo multiplicat, ut  
ex multis vnum, vel duos, vel certe paucos in  
filios Dei promoueat, & regni caelestis haere-  
des constituat. Quod mysterium admiratus  
Psalmographus ad Deum exclamauit: Secun-  
dum altitudinem tuae multiplicasti filios ho-

minum. Hieronymus. Primogenitus Nachor  
fratris Abraham, de Melcha uxore eius filius  
Aran fratris nempe Abraham, natus est Hus:  
de cuius stirpe Iob descendit: sicut scriptum  
est in exordio voluminis eius. Vir fuit in ter-  
ra Hus nomine Iob. Male igitur quidam existi-  
mavit Iob de genere esse Esau. siquidem illud  
quod in fine libri ipsius habetur, eod quod de  
Syro sermone translatus est, & quartus sit ab  
Esau, & reliqua quae ibi continentur, in He-  
braeis voluminibus non habentur. Haec Hie-  
ronymus. A quo profusus dissentit Abulensis,  
qui multis conatur argumentis ostendere ip-  
sum Iob Esau de genere fuisse prognatum.  
Secundus natus est de Melcha Buz: quae Sep-  
tuaginta Bauz transferre maluerunt. & ex hu-  
ius genere est Balaam ille diuinus, ut Hebraei  
tradunt: qui in libro Iob dicitur Eliu: primiti-  
vir sanctus & prophetae Dei, postea per ino-  
bedientiam, & desiderium munerum, dum  
Israel maledicere cepit diuini vocabulo nun-  
cupatur: diciturque in eodem libro, Et iratus  
Eliu filius Barathiel Buzites: de huius videli-  
cet radice descendens. Camuel vero pater est  
Damasci. ipsa enim vocatur Aran, quae hic  
pro Syria scripta est: & ipso nomine legitur  
in Esaia. Et in hoc quoque Abulensis a Hie-  
ronymo dissentit. asserit enim, Camuel pa-  
trem quidem fuisse Syrorum: non autem a Sy-  
ria Damasci, sed a Syria Mesopotamiae. at re-  
pugnat eidem Abulensi, Nachor fuisse pa-  
trem, id est conditorem Aran ciuitatis, quae  
est in Mesopotamia. relinquatur igitur, Ca-  
muel fuisse patrem Aran Syriae, quae appel-  
lantur Soba. Sed de his aliorum sit iudicium.  
Chased quoque quartus est, a quo Chaldim,  
id est, Chaldaei postea vocati sunt.

Concubina vero illius nomine  
Roma peperit Tabee, Gaon, &  
Thaas, & Maacha.

At vero ne quid superstitiose quispiam com-  
miniscatur, notandum, quod in Hebraeo non  
Roma legitur, sed רומא reuma: quae vox  
non est corrupta apud Septuaginta: qui po-  
suerunt ῥωμαία.



Caput vigesimum tertium.

Vixit autem Sara centum viginti septem annis: & mortua est in Ciuitate Arbee, quæ est Hebron, in terra Chanaan.



**I**N Hebræo est. Vixit autem Sara centum annis, & viginti annis, & septem annis. anni vitæ Saræ. Tres igitur hominis status insinuatur in annis Saræ. primus ille in quo est vitæ incrementum per septennium denotatur, quod & puericiæ coniungitur, quæ vsque ad annum vigesimum protenditur. alter est, in quo humanæ consistentiæ firmitas extat, qui à vigesimo primo vsque ad quinquagesimum, aut paulo amplius porrigitur, vnde initur prima senectus. tertius denique cœptus ab anno fere sexagesimo iam in mortalium. deurgens infirmitatem ad centesimum, & eo ulterius annum producit. Appositum quoque, dicunt Hebræi, esse cuiuslibet numero substantium nomen Annis: quo significaretur, Saræ in vno quolibet trium statuum integræ fuisse vitæ. Sed cum similis appositio facta sit, enumeratis Ismaelis annis, cuius vita minus probatur, potius illius probitas insinuata videtur, eo quod per acclamationem adiectum est: Anni vitæ Saræ, ac si dixerit, Anni Saræ, quæ vixit vitam probatissimam, fuerunt anni vere vitales. nam improborum anni pro nihilo deputantur, nec habendi sunt vitales. quippe qui perpetua morte excipiuntur. hoc est quod Dauid canit: Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternæ, quæ præterijt: & custodia in nocte, quæ pro nihilo habetur, eorum anni erunt. Tradit etiam Hebræi, horum numerorum distinctione innui, hanc sceminam eadem fuisse pudicitia præditam, quando viginti annos ætatis suæ nata fuit, quæ fuerat & septennis: nec non eadem pulchritudine nituisse cum centesimum attigit annum, quæ florebat, cum viginti esset annorum. mirabile quidem, tantum formæ nitorem in tam senè muliere perseuerasse: mirabile quidem: verum autem. quippe quæ ob insignem speciem fere nonagenaria à regibus adamari potuit. Cur incredibile videatur, Saræ in senectute sua forma viguisse speciosissima, quæ nec partibus exhausta

*Psal. 89.*

fuerat, nec crebris vnquam voluptatibus indulserat, quæ in cibo potuque captando semper se temperatissime gesserat. Sicut enim vini, venerisque intemperantia, & vires enervat, & vitam hanc abbreviat: ita si quis ab eis sibi temperet, eisdemque modestius vtatur, corporis vigorem, nitoremque cutis retinet, atque vitam longius profert, hæc ita se habere assiduis experimentis adeo constat, vt nullis argumentis, quibus confirmetur, prorsus indigeant. Est nihilominus fatendum, non modo natura sed diuina quoque ope spectatissimum decoris splendorem in Saræ facie, vultuque perstitisse. sicut enim Deus in Moise, atque Iosue Israelitici populi ducibus iuue nilis ætatis vigorem vsque ad decrepitam ætatem seruauit: & Samsoni corporis robur supra hominem adiecit: & Asaëli pedum pernicitatem incredibilem addidit. ita Absaloni, atque Saræ mirabilem & sydeream quandam formam apposuit: quam in Sara ad vitam vsque ætatem seruari voluit. Solet hoc Deus facere in his, quæ mortales maximi faciunt: vt eorum quoque autorem se prodant. sed ea rarius hominibus præstat, vt eos admo neat, haud esse huiusmodi naturæ bona ab illo maxime expectanda, quæ plerumque habentibus sunt, aut no cumento, aut periculo, immo etiam impedimento, ne perpetua bona consequantur: Vana, inquit, pulchritudo, & fallax gratia: mulier timens Deum, ipsa laudabitur. siue formosa sit illa, siue turpis. Quid? quod similis est exitus vtriusque, tam pulchræ, quam scedæ. nam & Sara, quæ muis pulcherrima, mortua tamen est in Ciuitate Arbee. Quid enim magis è natura, quàm mortale mori? præsertim Postquam per vnum hominẽ peccatum intrauit in orbem terrarum, & per peccatum mors. hæc est lex filiorum Adam, à qua nec mundi redemptorem mortuorumque viuificatorem diuinus Paulus excepit, quando dixit, Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hæc autem iudicium

*Prohe. 31*

*Hebr. 9.*

ciui: sic & Christus semel oblatu est ad mortuorum exhaurienda peccata. Oblatus tamen est, quia ipse mori voluit. alioqui mortem omnino vitare poterat. Quæ de re diffusè in tractatu De cruce Dominica disseruimus. Et mortua est, ait, Sara in Ciuitate Arbee. Migrauerat igitur iam tunc Abraham à Bersabee in Cariath Arbee. nec enim est verisimile, tales coniuges tot annis simul habitasse, & in senio disseparatos à seipsis fuisse. nouerat enim illud Patriarcha, cum esset Propheta, Propter hæc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. iamque illud Apostoli præstabat, Viri diligite vxores vestras sicut Christus Ecclesiam. Denique mortua est in Ciuitate Arbee in terra Chanaan. Alij tradunt hanc ciuitatem à Gentilibus fuisse vocatam Cariath Arbee, id est Ciuitas quatuor propter quatuor gigantes, quos ferunt ibi sepultos, Enach, videlicet, tresque filios eius, Seia, & Haima, & Tholmai. Alij dicunt, inter quos est & Hieronymus, eam ciuitatem sic appellatam propter patriarchas ibi sepultos, eo quod ibi Abraham, & Isaac, & Iacob conditi sunt, & ipse princeps generis humani Adam: de quo in libro Iosue scriptum est: Nomen Hebron antea vocabatur Cariath Arbee. Adam maximus ibi inter Enachim situs est. Alij demum asserunt, eandem ciuitatem dictam ab Arbee, non prout Arbee significat quatuor, sed prout Arbah est nomen gigantis. de quo Iosue capite quindecimo: Caleph vero filius Iephonæ dedit partem in medio filiorum Iuda Cariath Arbah patris Enach. Lege Abulensis commentaria super librum Iosue, qui has tres sententias exactius ibi pertractat.

*Ephes. 5.*

*Iosue. 14.*

Venitque Abraham, vt plangeret, & fletet eam.

Sed vnde venit? qui, vt paulo superius diximus, in eadem vrbe cum vxore sua morabatur? forte venit à tentorio suo ad tẽtorium in quo mortua iacebat. vel potius venisse dicitur, non quod alicunde profectus fuerit: sed quod ad plangendum, flendumque eam sese accinxerit, atque expederit. sicut & alibi Venite non est gradientis, sed excitantis Esaiæ dicente, Venite ascendamus. & in Proverb. Venite filij audite me. & illud, Venite, exultemus Domino. Denique ob Saræ mortem Abraham maritali tactus affectu dolebat. dolor lachrymas ciebat. flebat atque mortuam priuato mœrore, vt pote suam, plange solebat solenni lamentatione sceminam nobilem.

*Es. 2.*

Antiquissimus est itaque mos lugendi mortuos, & prorsus ab humanitate profectus. Nec toleranda hereticorum improbitas, qui pijs in vita defunctos lachrymas fundendas inhumaniter reprimere conantur, naturæ congenatissimum affectum stoico quodam supercilio obruere studentes. Sed hos ipse humani generis autor super Lazaro mortuo lachrymatus apertissime condemnat. Dices è contrario. Paulus prohibet Christo credentes de dormientibus contristari. Prohibet quidem: sed non simpliciter. nam cum prætulisset, Nolo vos contristari de dormientibus: subiunxit: Sicut cæteri, qui spem non habent. Esto. lugeant perenniter defunctos suos, quibus non est beatoris vitæ recuperanda spes. At vos, qui futuræ scelicisque resurrectionis fiducia erecti estis, ita debetis affectui lachrymas dare, vt tamen non inconsolabiliter lamentemini. Et reuera hoc loco Patriarcha nos docet, vt non diutius mortuis deflendis immoremur, quàm sit satis officio, quod eis deferre decet. nam sequitur.

Cumque surrexisset ab officio funeris.

Officia autem funebria apud veteres erant; mortuorum corpora lauare, vngentis imbuisse, aromatibus condire, lintheis induere, loculo componere, & cuncta, quibus opus est ad illa sepulchro condenda commodum apparere. His igitur omnibus comparatis.

Locutus est ad filios Heth.

Ab hoc Heth dicti sunt Hethæi, populus nẽpe vnus illorum septem, qui Chanaanam terram inhabitabant.

Dixitque eis: Aduena sum, & peregrinus apud vos. date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliã mortuum meum.

Pro eo, quod est, Aduena & peregrinus, in Hebræo est גֵר וְדָוָן, id est, peregrinus & incola peregrinus dicitur, qui incertis sedibus huc illuc peragrans euagatur: incola vero hoc in loco est aduena, qui tamen certo quodam in loco habitat. Abraham ergo erat peregrinus: quia modo in Bethel, & in Egypto modo in Geraris, & in Hebron peregrinabatur. Erat & incola ciuitatis Arbee. Quod autem inquit, tale est. Quamuis peregrinus sum apud vos, sum tamen & incola, & velut indigena: quippe qui tandem inter vos certum

habitationi meae locum delegi. quare debetis mihi dare ius sepulchri vobiscum, vbi sepeliam mortuum meum. Erat enim veteribus haud illaudabilis pro illa tempestate consuetudo habendi certa quaedam loca ciuibus cognatisq; suis sepeliendis destinata: alia vero peregrinorum sepulchris deputata. Ex hoc patet mores euenit, quantum ego arbitror, vt illi triginta argentei, quibus Iesus Christus dominus noster à Iuda proditore venierat, ad emendum agrum in sepulturam peregrinorum accommodarentur. Dicit ergo: Date mihi ius sepulchri, id est possessionem, & legitimam hereditatem: vt non modo, tanquam peregrinus, sed etiam velut incola vobiscum habitans, atque sedens, inter sepultura vestra in loco nobili, velut ciuili quodam iure mihi proprio, sepeliam mortuum meum. Designate Mortuum meum genere neutro protulit: quia Sara iam non erat, quae vita praesenti functa erat, vt sepeliretur: nec animae ius, quae in locum suum abierat, vt pote incorporeus spiritus, infodi sepulchro poterat. Cadaver igitur vxoris suae mortuum suum appellauit, quod per mortem vita penitus erat priuatum, iuxta illud Domini: Nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Vxor is itaque cadaueri sepeliendo locum ciuilem, & legitimum, & iure suo possidendum quaerebat: vt quibus in diuina fuerat vita, & spes beatæ resurrectionis eadem, idem quoque monumentum esset.

Matt. 10.

Responderunt filij Heth: Audi nos domine.

Tanti faciebant Hethi Patriarcham, vt hominem peregrinum, & aduenam dominum vocarint, & quod amplius est, diuinum quendam principem ipsum esse fatebantur subdentes:

Princeps Dei es apud nos.

Nec mirum. Erat enim illis admirandus valde, quod trecentis & decem & octo vernaculis comitatus, cum quatuor regibus potentissimis pugnare fuerit ausus, & quod ab eis victis, suisque praedam excusserit: quodq; supra omnem mundanam industriam, & praeter spem substantia eius indies magis, ac magis augebatur: quod à Sara sterili, & anu fenex & ipse diuinitus adiutus filium genuerit: quod vnigenitum suum caelesti imperio obsequens immolandum decreuerit: & ariete pro filio substituto sacrificium peractum fuerit: quod demum in ambiguis explicandis, rebusq; arduis expediendis ad eum, tanquam

veracem Dei prophetam, summumque sacerdotum principem confugiebant. Quare libentissime, quod petiuit, ei concesserunt dicentes.

In electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum.

Viro maxime spectabili perurbanè selectum offerunt monumentum. vt tuncque ad promissionis firmamentum valida asseueratione dicentes:

Nullusq; te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum.

Hic, Non poterit, positum est pro Nolent: sicut in Ioannis Euangelio: Propterea non poterant credere: pro, Nolebant accipi debet. Et reuera tunc temporis, Non posse pro Nolent in Scripturis vsurpatur: quando causa vehemens, & velut vrgens humanam voluntatem impellit, vel ad prosequendum, vel ad fugiendum quicquid illud sit, quod ei proponitur, vel amplectendum, vel vitandum. Audito Hethorum responso quam liberali, tam honorifico.

Ioan. 12.

Surrexit Abraham, & adorauit populum terrae, filios videlicet Heth.

Populum terrae vocat concilium ciuium habitantium ciuitatem Arbee, qui ad solennes exequias conuenerant. Caeterum in Hebraeo non est verbum hic, quod proprie significet adorare: sed, inclinare se, & incuruare coram aliquo honoris causa: quod non modo Deo, sed etiam homini tribui solet. nihilominus congruè Augustinus. Queritur, ait, quomodo Abraham adorauit populum terrae, cum scriptum sit: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias? Sed non est in praecipito dictum: Dominum Deum tuum adorabis solum: sicut dictum est, Et illi soli seruias. talis enim seruitus soli Deo debetur, quae Graece λατρευσις dicitur. Vnde damnantur idololatras hanc seruitutem scilicet idolis exhibentes. Nec moueat, quod alibi prohibet angelus hominem, se adorare: & admonet, vt Deus potius adoretur. talis enim angelus apparuerat, qui pro Deo adorari poterat. & ideo adorator corrigendus erat.

Augusti.

Deute. 6.

Dixitque ad eos: Si placet animae vestrae.

Hoc

Hoc est, voluntati vestrae nam in Hebraeo est: Si est anima vestra, id est, voluntas vestra. sic primo Regum capitulo decimo octauo. Et anima Ionathae conglutinata est animae Dauid. & Iob. 7. Quae prius tangere nolebat anima mea, id est, voluntas mea. & Esaias: Callendas vestras odit anima mea. Postquam dixerat, Vt sepeliat mortuum, hic, vt est in Hebraeo, adiecit וְהָלַמְתִּי & in Graeco ἀπὸ τοῦ σώματός μου. i. à facie mea. quo significatur, Abraham affectu maritali intentis oculis persistisse aspiciendo vxorem suam, donec sepulta ab eius facie ablata fuit.

1. Reg. 18.

Iob. 7.

Esai. 1.

Audite, ait, me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor vt det mihi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui.

Collige hinc pie lector, aliam aduersus Abraham non paruam tentationem. Ille, cui tota terra Chanaan maxima ipsius Domini totius orbis asseueratione in perpetuum possessionem promissa fuerat, cogitur in eadem terra agellum emere, in quo vxorem suam sepeliat. nec tamen ideo à concepta semel spe cecidit, tantum fidebat diuinis pollicitis. Adiecit ergo:

Pecunia digna tradat mihi eam coram vobis in possessione sepulchri.

Pro Digna in Hebraeo est, Plena, videlicet, quae iustum pro loco dicto emendo precium prorsus adaequet, integramque pro eo distrahendo satisfactionem compleat. haec enim est iustitiae ratio, quae in rebus inuicem commutandis versatur, venalem rem rei precio exaequare. Nec vero est, cur quispiam ex hoc loco Abraham viro pietissimo detrahat, ac si contra communem gentium religionem sepulchrum emerit. primum quidem, quia forte nemo adhuc fuerat in eo loco sepultus, vt locus sacer haberetur. deinde, esto, quod ibidem fuerit quispiam antea sepultus: non tamen magis à mortuo, quam à viuo sacratur locus: nisi legibus, aut diuinis, aut humanis cautum sit, vt mortuorum monumenta sancta habeantur. id autem religionis tunc temporis decretum fuisse, nondum nobis est exploratum. Non igitur haec de Patriarcha sacilegiij damnandus est.

Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth.

Erat enim vnus inter Hethorum principes: & praesens is aderat, à quo Patriarcha commodum sibi agellum petebat.

Responditq; Ephron ad Abraham cunctis audientibus, qui ingrediebantur portas ciuitatis illius.

Etenim portarum meminit, quia in portis apud veteres pacta contrahi, & iudicia ferri solebant. aderant autem fere cuncti huius urbis ciues, vel ad funeris pompam, vel ad expeditae speluncae negotium expediendum. Et non dubium quin vtrumque fieret in magnam ipsius Patriarchae gratiam, cui ob insignem pietatem omnibus, quibuscumque agebat, pergratum esse atq; honorabilem valde Dominus dabat: & ab omnibus nocumens reddebat iamunem, Praeclare Hermes. Vna, inquit, custodia pietas, id est Dei parentis agnitio, cultusque. Dixit autem Ephron oblatum ab Abraham precium liberaliter non admittens:

Hermes.

Nequaquam ita fiet domine mi, sed magis ausculta quam loquor. Agrum tibi trado, & speluncam, quae in eo est praesentibus filijs populi mei. Sepeli mortuum tuum.

Haec proculdubio cuncta Ephron aduersus Abraham, & amice, & per humaniter, & plausibiliter egit, dixitque. nec dubium, quin Abraham, si voluisset, omnia oblata sibi gratis accepisset. noluit autem vir grauis illa gratuito accipere: quoniam id vnum maxime moriebatur. vt eo iure agrum, speluncamq; possideret: quo non liceret alienigenis, & idololatri, mortuos suos ibidem sepelire. vt quos religio moresque viuantes disunxerant, mors & monumentum seiuictos haberent. Idcirco

Adorauit Abraham coram populo terrae: & locutus est ad Ephron circumstante plebe: Quaesio, vt audias me. Dabo pecuniam pro agro: suscipe eam, &

fic sepeliam mortuum meum in eo.

Pertendit his verbis Abraham presentibus persuadere, nullatenus in spelunca illa se mortuam uxorem esse conditurum, nisi prius ei iusto precio vendatur. Docet & hoc facto bonos mores viri iustus; ne passim aliena, etsi nobis sponte oblata, gratis capiamus: ut auaritiæ notam procul fugiamus. Ad quæ

Respondit Ephron: Domine mi audime. Terra, quam postulas, quadringentos siclos argenti valeat. istud est precium inter me, & te. sed quantum est hoc?

Videlicet inter nos qui sumus ambo ditissimi. Enimvero non perstitit in adimplenda liberalitate, quam significauerat Ephron: sed oblatus argenti cupiditate tactus minus liberaliter vendidit, quod donare prætulera, indeoque in proxima clausula Ephron decurtato nomine scribitur. Super quo Hieronymus. In Hebræo, ait, sicut hic posuimus, primum eius nomen scribitur Ephron, secundum Ephran. postquam enim precio victus est, ut sepulchrum venderet argento, licet eo gente Abraham, 7, vau litera, quæ apud illos pro, o, legitur, ablata de eius nomine est. & pro Ephron appellatus est Ephran, significante Scriptura, non eum fuisse consummatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. Sciant igitur qui sepulchra venditant: & non coguntur, ut accipiant precium, sed à nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum: & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occulte, qui inuitus acceperit. Hæc Hieronymus. Ex cuius verbis videtur, antiquioris fuisse morem seruandæ religionis circa humana sepulchra, quam nos superiustradidimus. Sed de hac controversia liberum sit lectori iudicium. Illud tamen asseramus, nec apud gentes, nec apud Iudæos fuisse vnquam tam sancta sepulchra, quam apud Christianos habentur. nimirum quanto magis Christiani careris mortalibus futuræ, scilicetque resurrectionis fiducia præstant, tanto dormientium in Christo monumentis ampliorem sanctiorumque honorem præstant. Sequitur.

Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quam E-

phron postulauerat audientibus filiis Heth, quadringentos argenti siclos, & probatæ monetæ publicæ.

Haud satis erat argenteam pecuniam numerasse, sed oportuit, & appendere: quod constaret, eam iustum habere pondus, & legitima presentique nota formatam esse. nec non in vsu publico vulgo vsurpari. Denique talis esse, qualis à negociatoribus, & trapezitis probaretur, & admittetur. Seruauit quoque Abraham vendendi, emendique leges, quibus cauetur, ut in emenda re precium eius in numerata, appensaque pecunia coram idoneis testibus ab emente in venditis manum transferatur. Quo exemplo docemur, sic nos oportere pietatem in Deum colere: ne prætextu spiritualis libertatis iura humana, quæ cum vera pietate minime pugnant, aliquatenus violemus. Præstitit itaque Patriarcha tanto prius tempore id, quod summus Christi vicarius Christianos, facere monuit dicens: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi, quasi præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. quia sic est voluntas Dei, ut beneficientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, non quasi velamē habentes maliciæ libertatem. ac si dicat. libertas vestra non obuelet corda vestra, ut tanto licentius peccetis, quāto minus seruitute deprimimini: & ne culpam vestram nomine libertatis prætextatis. sed ut serui Dei: ita Christiana exultate libertate: ne in superiores, vobisque præpositos superbiatis: & inobedienter insolecatis. Sed ad rem.

Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse, quam spelunca, & omnes arbores eius, in cunctis terminis per circuitum Abraham in possessionem videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portas ciuitatis eius.

Profecto

Profecto pro eo quod in Latino habetur, Cōfirmatus est, in Hebræo legitur עָפְרָיִם & surrexit: siue stetit, quasi antea iaceret, & abiectior esset ager ille sub Ephronis manu: cū vero in Abraham ius cōcessit, surrexit, steteritque multo sublimior & gloriosior, quod à viro pbo, vereque magno possideretur. Sub huiusmodi sane tropo putauit Ambrosius Paulum dixisse: Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. & c. ac si ægre ferat inferior creatura quod probis inferius: improbis quoque seruire cogatur, donec agni secernantur ab hædis.

Ambros.

Atque ita sepeliuit Abraham uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre. hæc est Hebræo in terra Chananaam.

Hic autem Mambre nomen est vrbs, quæ à principe eius, cui nomē erat Mambre, sic est appellata. Denique de hac spelunca cur duplex dicta sit, hæc accepimus. Id scilicet nominis habuisse, vel quod duplex in ea fuerit cōcameratio, altera inferior, altera superior: vel quod ea reuera duplex esset: altera parte condendis viris altera feminis: sed sic altera pars eius alteri coniuncta, ut æquilibrio quodam inter se commissæ fuerint. Iam quærat diligens lector, fuerit ne ea spelunca vocata duplex ab historico Mose eo tropo, quo ea quæ posterius acciderunt, prius facta, aut narrantur, aut nominantur. nam forte, nec fecit eam, nec vocauit eam duplicem Ephron: sed Abraham, si Epiphano Cyprio credimus, qui in libro de prophetarum vita, & interitu agens, de Ezechielis prophetæ sepulchro inquit: In agro Maur, sepelierunt eum in monumento Sem, & Arphaxad progenitorum Abraham, & sepultura, ait, isthæc ad nostra usque tempora specus est duplex. Etenim Abraham excitaui ad huius instar Saræ coniugis suæ monumentum in Hebron: quod, quia

defossum sit, atque latens, duplex perhibetur: & planicie, & in terra tabulatam petra suspensum. Hæc ille. Nobis satis fuerit lectorem admonuisse, ut diligenter expendat, vtrum ea Epiphani traditio Propheticæ consentiat historię. quod si minus, cædant prorsus humana diuinis.

Et confirmatus est ager, & antrum, quod erat in eo Abraham in possessionem monumenti à filiis Heth.

Probè Ambrosius. Festinauit autem Abraham pro loco sepulchri precium soluere, cū gratis daretur: ut non in alienis locis, sed nostris potius ædificemus tumulos parentum vel proximorum. Sæpe enim cū alienationibus possessionum venales sunt, quæ in eisdem locis sepulturæ sunt. hoc autem ideo Abraham fecit, quia nondum erant eiusmodi templa, in quibus fidelium in Domino reliquæ condentur. Demum placet eruditus & percommodis Chrysostomi verbis hoc caput cōcludere. Hoc ait primum principium possessionis fecit Patriarcha propter Saræ mortem, monstrans nobis Scriptura diuinam virtutem Patriarchæ per omnia: & quod sicut peregrinatio, & advena toto tempore egit. atque hoc assequi nauit, ut discamus quod tanto præsidio fructus superno, & sic illustris factus, & in tantam multitudinem diffusus, proprium sepulchrum non possedit. sicut nunc multi faciunt, agros & villas, infinitamque aliam substantiam possidere studentes. habebat enim sufficiens diuitias mentis: & de alijs non erat anxius. audiant qui repente, & in vno temporis momento omnia corradunt: & vbique, ut ita dicam, suæ auaritiæ concupiscentiam extendunt. imitenturque Patriarcham: qui nullibi habuit locum quo Saræ collocaret reliquias: tunc primum, quando ab ipsa necessitate compulsus est, emit agrum: & speluncam à filiis Heth. Sed hæc hæc tenus.

Ambros.

Chrysof.

Caput

V 4

Caput vigesimum quartum.

Erat autem Abraham senex, dierumq; multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei.

**E**tenim nactus iam erat ætatis suæ centū quadraginta annos. Cur de solo Abraham multi dies assignantur, cum maiores eius pluribus visitarent? nisi quod, vel illa sæculi ætate, in qua mortales iam post diuini multo pauciores annos vivebant, anni Abraham plurimi habebantur. vel ea dierum multitudine innuitur, illum tum perfecta in Deum fide præditum, tum multis operibus bonis fuisse repletum. Nam in his scripturis sicut prave facta tenebris, ita recte facta luci tribuuntur. Hinc Daniel flagitioso seni increpitans dixit: Inueterate dierum malorum inuenerunt te peccata tua. & Paulus ad credentes: Filij lucis estis & diei. Assignatur deniq; ad decrepitam ætatem Abraham peruenisse: ut ostendatur tempus tunc fuisse, ut homo morti iam proximus curaret, ut filius eius Isaac generis promotor & hæres vnus ex æsse ei successor vxorem duceret. Nec mirū fuisse Patriarcham diuitijs, probisq; moribus affluentem: quoniam & Dominus in cunctis benedixerat ei. quippe qui locuplerauit eum bonis plurimis cum temporalibus, tum spiritualibus, partim exhibitis, partim adhuc exhibendis. Tali autem præfatione digna sequitur narratio, in qua agitur de spōsa filio Isaac ducenda: quod hic iam iuuenis integra esset ætate: multisq; diuitijs abundans. quæ duo, iuuenilis videlicet ætas, & diuitiarum copia hominem coniugio idoneum, aptumq; reddunt.

Dixitque ad seruum seniore domus suæ, qui præerat omnibus.

Hic ergo seruus erat fidelis & prudens, quæ constituit Dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. Huic seruo veterano, quem Abraham fidum sibi nouerat, rebusq; gerendis strenuum, summā sane, ac perarduam totius coniugalis negocij causam fidenter committit: prius tamen quàm eum à se dimittat, solenniter adiurat dicens.

Pone manum tuā subter femur meum: ut ad iurem te per Dominum Deum cœli & terræ.

Hieronymus. Tradunt Hebræi, quod in sanctificatione eius, hoc est, in circumcisione iurauerit. Nos autem dicimus, iurasse eum in femine, hoc est, in Christo, qui ex illo nasciturus erat, iuxta Euangelistam loquentem: Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Et ut discas, quod hoc illi facere consueuerunt, vide promptam serui obedientiam. Dominus imperat, ut manum ille eo apponat: statim autem, ut ille apposuit: Ut adiure te, inquit, per Deum cœli & terræ. Exigit sibi iurari per Deum cœli & terræ. id est, per eum, qui totius vniuersi sit autor, & iudex cunctorum spirituum, tam eorum, qui cœlum tenent, quàm eorum, qui per terras euagantur: ut & seruum vniuersorum conditorem doceat: eumq; terrefaciat, & adstringat, & promissis, iustisq; fideliter respondere cōpellat. Et quod est iuramentum?

Ut nō accipias vxorē filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos ego habito.

Non modo execratur nuprum Chananitida: utpote idolorum cultricem, quæ maritum, liberosq; in eandem superstitionem allicere poterat, ac perperam traducere: sed etiam, quod Chananæorum generis autor patrem nō honorauerat: & ideo maledictionis hæreditatē transmisit in posteros suos. ut cognoscamus, ait Ambrosius, fidem & quandam probitatis hæreditatem de autoris prosapia in ijs requirendam, quos nobis volumus adiungere: Cum sancto enim sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. Adiecit autem Inter quos habito, ut admoneret seruum suum se oraculo diuino constrictum habitare terram Chanaan posteris suis possidendam: nec licere sibi Mesopotamiam, quam cœlesti iussione cōpulsus exierat, vllō vnquam tempore repetere. ideoque officij eius, utpote fidelis, prudentisq;

tisq; serui esse, illuc tendere: partisq; vices in prouidenda, parandaq; filio Domini sui vxore diligenter agere. hoc est quod subiunxit.

Sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris.

Terram suam vocat Mesopotamiam, in qua ortus fuerat: cognationem autem generis familiariam sibi cognatam, cui esset cum ipso vna, eademque stirps, & communis genealogia.

Et inde, ait, accipies vxorem filio meo Isaac.

Quæ videlicet sit ei genere, cognationeque proxima: ac perinde dilectissima: quæ religione conueniat: quæ prima coniugij, castitatisque pudicia polleat: quæ virgineo pudore floreat: quam non tantum ob aurum, aliasq; diuitias, quantum ob laudatissimam indolentiam & gratiam quandam honesta matrona dignam vehemeter amplectatur. Præclare Chrysostomus. Patriarcha habens respectum virtutum animæ, & abhorrens à vicinorum malicia, ita quidem in procuranda filio vxore se gerebat. At nunc omnes fere homines tale quid ne cogitent quidem. nam & si malis innumeris plena sit, quæ offertur ducenda: hoc solum inquirunt, quantum abundet pecunijs: cætera omnia posteriore loco habent: nescientes, quod cum mens peruersa sit, licet indicibiles affluant diuitiæ, facilius in extremam deuenient inopiam: & nihil proderunt opes, cum non sit ibi mens, quæ bene illas dispensare queat. iam vero percepto magno domini mandato.

Respondit seruus.

Ei prudentissimè. Nam tanquam valde cautus & prudens, è vestigio dominum suum cōsuluit de his, quæ in eiusmodi re contingere possent dicens:

Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, num reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es?

Profecto signatè ait: Si mulier noluerit: quia Varium & mutabile semper genus fœmina res plerunque, quamuis sibi vtilis non tam iudicio, quàm affectu decernit, & persequitur: præter id, quod longa exilia, proculque à patria sua diffitos secessus haud libenter mulier admittit. Si noluerit inquit mulier venire mecum in terram hanc. hoc est. ambiguè

est, nosq; prorsus later, num reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Queritur, cum Isaac nunquā fuerit in Chaldaea, cur non intulit Deducam, sed Reducā, cum reducere sit in priorem locum ducere? Quoniam Isaac iam olim de Mesopotamia exierat, non utique in se, sed in paternis lumbis: quomodo & Apostolus tradit Leui decematum fuisse in lumbis Abraham. Quid igitur iustus: id prorsus denegat. Nam Dixit Abraham: Caue, ne quando reducas filium meum illuc.

Optabilius esse putauit Abraham filium suum vxorem genere Chananæam ducere, quàm eum in Mesopotamiam reduci. quoniam licet illud non parum periculi videretur habere: hoc tamen aperte contrarium erat magnificis illis pollicitationibus Patriarchæ diuinitus factis de terra Chanaan posteris eius tradenda, de benedicendis omnibus in ipsius femine nationibus. Ut autem seruum suum bona spe firmet, de quæ felici tanti itineris profectio certiore faciat, summum rerum omnium parentem in hunc modum precatur:

Dominus Deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit dicens, Semini tuo dabo terram hanc, mittet angelum suum corā te: & accipies inde vxorem filio meo.

Sunt & nonnulla in hac periodo expendenda. Primum, quod postquam dixit: Dominus Deus cœli, non addidit Terræ, sicut paulo superius fecerat. Forſan huius differentiatem rationem afferre possumus, quod cum Deus eduxit de Chaldaea ipsum Abraham, non erat ille cognitus tanquam Deus in terra, & velut vnicus totius orbis creator, & supremus omnium iudex, sicut fuit postea prædicante illum Patriarcha, vbique locorum, quò perueniebat: & idcirco mentionem hic de Chaldaea faciens, terra tacita, ipsum Deum cœli pronunciauit. ac postquam eius prædicatione terrigenis, præcipue sermo eius Eliezer, vniuersorum Dominus est cognitus, induxit vtrunque, vocando illum Dominum cœli & terræ. Deinceps artificiose valde simul cōmemorat, & accumulat maxima beneficia



neficia, quæ Dominus ei contulerat: ut eis enumeratis, veluti sit apud homines, Deum ipsum ad præstanda optata magis alliceret: non dubium, quin, ut ex sententia ipsius Abrahamæ filio suo conueniens vxor adduceretur. Denique notandum, verbum Mittet hoc in loco non tam est indicantis, quàm optantis. unde non modò ab ipsis Hebræis id verbum, sed etiam ab Abulensi episcopo deprecatuè accipitur, ac si Mittat scriptum esset. Nec id mirum. Nam Hebræi passim indicatio pro optandi modo abutuntur. Nam, obsecro, si illud verbum esset afferentis, quomodo quasi de euentu dubius, & anceps subiecit:

Abulen.

Si autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento. tantum filium meum non reducas illuc.

Quare nondum erat euidentis Patriarchæ adducendam esse illinc filio suo vxorem, quamuis de diuino ad id, quod ei erat in votis, peragendum præsidio, maximam concepisset fiduciam. Quod si contendas, Patriarchæ certam omnino eadem de re sententiam habuisse: verum ita fuisse locutum, ut seruo suo tantum successus adhuc ignaro satisfaceret, præcipiendo ei quid in vtrunque euentum facto opus esset, nihil moror.

Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui: & iurauit illi, pro sermone hoc.

Ambrosius.

Per femur, ait, generationem intelligimus. Unde, Omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob. generatio autem Abrahamæ Christus est. unde Apostolus: Abrahamæ dictæ sunt promissiones, & femini eius: non dicit, Et feminiibus, quasi in multis: sed sicut in vno Et femini tuo, qui est Christus, ostendens per ipsum nobis sanctum sacramentum, per ipsum tutum auxilium nobis fore. Non autem cogimur ex hoc loco putare seruum illum Abrahamæ, quamuis ex domini sui institutione vnum verumque Deum colentem, incarnationis Christi mysterium rarissimis ante aduentum eius in carnem hominibus expresse cognitum, eiusmodi iurifuradæ ceremoniæ explicite intellexisse: sed tantum modò præcipienti domino, qui mysterium hoc maximum apprimè nouerat, ministeriū alacriter exhibuisse. Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham domini sui. non enim solum hic seruus beneuolus erat in do-

Galath. 3

minum: sed eius quoque religionem, atque pietatē imitatus ad ipsius votum iurauit. nec dubium, quin Eliezer per Dominum cœli & terræ illi iurauerit, in quem iam crediderat: vel certe ex eo tempore, quo per manus Abrahamæ cunctos seruos suos circumcidentis accepit circumcisionem signaculum iustitiæ fidei. Enimvero fidei simul & casti laus est coniugij res hæc gesta: quia videlicet, nec senex Abraham nurum de Chananæis quesitum. unde aliquod suppeditare posset suæ peregrinationi solacium: nec iuuenis Isaac vxorem ambiuit, quam concupisset oculis: sed eam, quam nunquam viderat, secundum voluntatē præstolatus est patris. Non enim in Abraham magno caret fidei merito: nec in Isaac vero testimonio castitatis, quod & ille peregrinationē suam propter Deum, in quem confidebat, sic amplexatus est, ut eorum, qui Deo non placebant, propinquitatem nullam sibi, aut posteris suis admitteret: & hic ita iuuentutis petulantiam supergressus est, ut illam expectaret coniugem, quam Deus daret: non quam concupiscentibus oculis ipse cum dote magna rapuisset. Denique, pro sermone in Hebræo est דָּבָר dabár, quod Hebræis modò verbū, & sermonem, modò rem gestam, vel gerendam, modò negocium, & causam significat: ut hoc loco per sermonem nuptiale intelligamus negocium: quod ut è vestigio Eliezer sedulo gereret, itineri obeundo cōtinuo semet accinxit.

Tulitque decem camelos de grege domini sui.

Hos decem studiosus seruus ex omnibus selegit numero decem, utpote Decalogi cultor, eosdemque præcipuos, & oneri ferendo robustiores, & itineri emeritando agiliores. nam quod Rabi Salomon tradit, hos decem camelos fuisse rostro viuiatos, impeditosque, ne aliena blada depascerent, leuiculum est. quia, nec ex litera sacra id constat: nec naturali impedimento opus fuit, vbi damno vitando diligentia sufficiebat humana.

Et abiit ex omnibus bonis eius portans secum.

In Hebræo est: Et omne bonum domini sui in manu sua. quod dexterius interpretat<sup>o</sup> est Hieronymus. nam illud Omne, non est accipiendum pro singulis generum, sed generibus singulorum: quod ille non omnia domini sui bona, sed præcipua quædam ex vniuersis Abrahamæ diuitijs xenia in manu sua, hoc est potestate

potestate sua portaret. Nec huius textus simplicitas exigit, ut illud Omne ad dotale chirographum referatur, quasi omnia Abrahamæ bona in eo fuerint contenta. licet & hoc alii cui admittendum videatur. Cæterum sapienter pro re ac tempore prudentissimus minister tanto apparatu instructus, talibusque muneribus suffarcinatus abiit: ut ducenda puella præsentibus donis, tam speciosis, quam preciosis adornata maximas oblatis sponsi, sociisque futuri speraret, ambiretque diuitias, quod facilius in sponsalia fœdera cum absente iuvene ineunda consentiret.

Profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor.

Pro Mesopotamia in Hebræo est Aran naharim ad differentiam Aran Soba. hæc est Syria Damasci: illa vero Syria fluuiorum: quod sit inter duos fluuios sita. erat enim Aran naharim nomen urbis inter Tygrim & Euphratem sita. Et quia eruditè satis hunc locum Rupertus monachus enarrat, eius verba adscribam. Genialis, ait, huius Abrahamæ terra. Vt Chaldeorum fuit: sed persecutione urgente, ut superius dictum est, egressus fuerat Thare cum suis, ut iret in terram Chanaan. resederunt autem in Aran fluuiorum, hoc est, in Syria, quæ ex mello quod est media, & potamo, id est fluuio Græci vocant Mesopotamiam: duobus enim fluminibus Tygri & Euphrate ambitur. Seruus itaque Abrahamæ iussus ire ad terram & cognationem domini sui, pergit Mesopotamiam, quia terram illam pro sua cognatione illius inhabitabat, & in ea coaluerat, in qua & Thare mortuus est. Ad urbem, ait, Nachor. hoc nempe loco, aliisque huius Sacre scripturæ testimonijs ostenditur, Nachor quoque fratrem Abrahamæ exisse de regione Chaldaeorum: sed eumque sibi constituisse in Mesopotamia, vbi cum patre suo habitauerat Abraham. Cur ergo Scriptura non commemorauit ipsum Nachor, quando de gente Chaldaea cum suis profectus est Thara, & habitauit in Mesopotamia: vbi non solum Abraham filius eius, verum etiam Sara nurus, & Loth nepos eius commemorantur, quod eos secum duxerit? Cur putamus solum Nachor fuisse silentio prætermisum, nisi forte quod ille à patre suo & fratris pietate desciuerat, & superstitioni adhæserat Chaldaeorum: & postea siue persecutionem passus, siue quod suspectus Chaldaeis haberetur, eisque ingratus sibi videretur, siue pro derelicta vera pietate penitens, inde tandem & ipse in Mesopotamiam

Rupert.

emigravit. Peruenit denique recto cursu ad urbem Nachor.

Cumque camelos fecisset accubere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere eo tempore, quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam.

Pro eo quod in Latino est Accumbere in Hebræo est וָיָשָׁב וָיָשָׁב vaiabrêch, quod liceat Latine ad verbum interpretari; Adgeniculauit, id est, genibus flexis incumbere fecit. incumbunt & cameli tuberi, quod in eorum pectore prominet. Enimvero de camelorum natura hæc Plinius tradit. Camelos, ait, inter armata pascit Oriens. quorum duo genera Bactriæ & Arabia differunt, quod illi bina habent tubera in dorso: hi singula. & in pectore alterum, cui incumbant. dentium superiore ordine, ut boues, carent in vtroque genere. omnes autem horum iumentorum in ijs terris dorso funguntur, atque etiam equiratu in prelijs. Velocitas inter equos: sed sua cuique mensura, sicut vires: nec ultra assuetum procedit spacium, nec plus instituto onere recipit. Odiū aduersus equos gerunt naturale. sitim & quadratio tolerant. implentur, cum bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum ob turbata conculcatione prius aqua. aliter potu non gaudent. Viuit quinquagenis annis: quidam & centenis. utcunque rabiem sentiunt. Hæc de Camelorum natura in medijs attulimus, quia frequens de illis fit in sacris literis mentio. Quod si, ut Plinius tradit, camelus est pro viribus velocitas, vero simile est paulo plus octo diebus Abraham seruum à Bersabee ad Mesopotamiam usque peruenisse. Peruenit autem tempore maxime opportuno: plane vespertino: quando ad puteum egrediebantur aquatrices, nempe virgines vrbanae, ut inde aquam haurirent. Arguit sane hic mos spectatissimam harum virginum pudiciam, quarum virtus a deo probabatur, ut absque vlla integritatis amittendæ suspitione in publico versarentur. Arguit & earum sedulam in promouenda re familiari studium: quæ, licet nobiles essent, in parentum gratiam famularumungebantur officio. At nostros, quod nobiliores & retrustiores seruantur, eo insolentiores, & impudentiores esse plerumque deprehenduntur. adeo custodiam indignantur, adeo fastu nobilitatis abutuntur, adeoque impotente, immo & impudenter In furias, ignemque

ignemque tuunt: ut earum non pauca con-  
clamare videantur illud Ouidianum:  
*Nititur in vetitum semper, cupimusque  
negata.*

Huc igitur ubi Eliezer concessit sapientissi-  
me ab ipso rerum omnium principerem tan-  
tam, & à maximo Patriarcha sibi commissam  
auspicari decreuit. Ait ergo.

Dixit enim, Domine Deus do-  
mini mei Abraham.

*Chrysos.* Vide, obsecro, cum Diuo Chryso-  
stomo ferui sapientiam. orbis dominum à Patriarcha  
nominat. Domine, inquit, Deus domini mei  
qui tanta in illum beneficia collocasti. Et quid  
miraris, si seruus vocat eum Deum Abrahamæ,  
siquidem ipse omnium Deus, monstrans quo-  
modo iustorum virtutem magnificat, inquit,  
*Exod. 3.* Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, &  
Deus Iacob. Ait ergo.

Domine Deus domini mei A-  
braham, occurre hodie obsecro  
mihi: & fac misericordiam cum  
Domino meo Abraham.

Tria nomina simul in hac præfaciuncula po-  
nuntur, primum τετρα γράμματων יהוה  
quod nunquam, nisi de ipso vero Deo profer-  
tur. secundum est יהוה אלהים, quod proprie  
Deo conuenit. transfertur tamen ad signifi-  
candas creaturas aliqua dignitate præstites,  
puta iudices. vnde est illud, Dijs ne detrahes.

*Exod. 22* tertium יהוה אלהים, quod tam creatori, quam crea-  
turæ congruit, iuxta illud, Dixit Dominus  
Dño meo sede à dextris meis. nempe Deus  
Pater hoc dixit Filio Deo & homini. fatemur  
enim Iesum Christum nostrum esse domi-  
num, secundum, quod Deus est, & secundum  
quod homo est. non quod Christum in duo  
diuidamus: sed quod unus, idemque Chris-  
tus dominus noster est, tum per diuinitatem  
conditor, tum per humanitatem redemptor.

*Psal. 109* Occurre mihi hodie obsecro. tempus enim  
nunc est, ut, vel ipse mihi occurras per ange-  
lum tuum, qui me in tanto negotio expedi-  
do dirigat, iuuertque: vel facias mihi occurre-  
re, obuiamque venire, id quod expetens huc  
aduenit: id quod obsecro, non tam meis, quam  
herilibus meritis fretus. Fac ergo misericor-  
diam cum domino meo Abraham: quasi di-  
ceret: Fac, ut impleantur, quæ ille vult: & iux-  
ta eius sententiam prospera fac omnia. Et vi-  
de serui prudentiam. non enim cum Domi-

no Deo agens pristinum pactum allegat, sed  
ad misericordiam confugit, iam plene intelli-  
gens illud Ioannis, Gratiam pro gratia, sci-  
ensque gratiæ diuinæ fuisse maxima bona he-  
ro suo diuinitus esse promissa, & eiusdem gra-  
tiæ promissa reddidisse.

*Ioan. 1.*

Ecce ego sto prope fontem a-  
quæ.

Non iacebat, sed stabat. quia illud inertis est  
& ignaui: hoc autem solertis, atque diligen-  
tis.

Et filia habitatorum huius ciui-  
tatis egredientur ad hauriendam  
aquam.

Veraciter seruum hunc seniore supra no-  
minauit Scriptura. nam quod seniore, id est,  
sapientiore dignum fuit, sapienter fecit. nec  
ipse petendæ puellæ iudicium suis commisit  
oculis, qui solam faciem, gestumque corporis,  
non etiam mores, animique virtutem perui-  
dere possent: sed secundum herilem fidem (cre-  
debat enim Dominum Deum domini sui cu-  
ram habere) totam instantis electionis spem  
in ipso solo Deo collocauit, dicens.

Igitur puella, cui ego dixero,  
Inclina hydriam tuam, & biba:  
& illa respoderit, Bibe: quin &  
camelis tuis dabo potum, ipsa  
est, quam præparasti seruo tuo  
Isaac.

Etenim eo modo Eliezer vocauit seruum Do-  
mini ipsum Isaac quo Apostolus vocat se ser-  
uum Iesu Christi: non utique vulgari quadam  
& communi ratione: sed peculiari, egregia-  
que. quippe qui iugulum gladio tetenderat,  
ut acceptissima Deo victima fieret. Nec ver-  
bis ille superstitiosis, aut Gentium more au-  
gurium captat: aut Deo legem præscribit. sed  
in re cognitu perdifficili, negotioque grauif-  
simo, ex quo gentium omnium benedictio  
pendebat, piensissima precatio conueniens  
rei signum à Deo sibi dari deposcit. Vnde &  
commodum adiunxit.

Et per hoc intelligam, quod fe-  
ceris misericordiam cum Do-  
mino meo Abraham.

Et quare hoc signum potius quam aliud ele-  
git? Quia ex hoc poterat maxime agnosci vir-  
ginis

ginitis explorandæ bonitas & liberalitas. quas  
virtutes oportebat imminere in puella ad I-  
saac adducenda: ut esset benigni sponsi spon-  
sa benigna: & foci maxime in peregrinos  
hospitalis esset quoque nurus in primis hospi-  
talis. Putat autem Augustinus hoc loco qua-  
rendum esse, quid differant illicitæ augura-  
tiones à petitione hac, qua petit seruus, ut si-  
bi ostenderet Deus ipsam, vxorem futuram  
Isaac, à qua petenti bibere, diceretur, Bibe:  
quin & camelis tuis dabo potum? sed aliud est  
petere mirum, quod ipso miraculo signum sit:  
aliud ea obseruare, quæ ita fiunt, ut mira non  
sint, sed à coniecturis superstitiosa vanita-  
te interpretentur. Sed & hoc ipsum, quod mi-  
rum postuletur, quo significetur, quod quis-  
que vult nosse, vtrum audendum sit, non par-  
ua quæstio est: eò namque pertinet, quod di-  
cuntur, qui hoc non recte faciunt, tettare Deum.

*Augusti.*

*Dente. 6*

nam ipse Dominus cum à diabolo tentare-  
tur, testimonium de Scripturis adhibuit, Non  
tentabis Dominum Deum tuum. suggereba-  
tur enim tanquam homini, ut signo aliquo ex-  
ploraret ipse, quantus esset, id est, quam inul-  
tum apud Deum posset: quod vitiose fit, dñi  
fit. Ab hoc autem discernitur, quod Gedeon  
fecit pugnae imminente periculo. consulta-  
tio quippe magis illa fuit, quam têtatio. De-  
nique sicut in Gedeon, sic & in Eliezer ab e-  
uētu petitionis sanitas elucet, sequitur enim.

Nec dum intra se verba comple-  
uerat, & ecce Rebecca egredie-  
batur filia Bathuel filij Melchæ  
vxoris Nachor fratris Abrahamæ.

Annuerat enim misericors Deus Patriarchæ  
precibus: angeloque sibi misso omnia illa dis-  
posuit fieri, sicut seruus petiuerat. Deus igitur  
ipse, qui seruum Abrahamæ incitauerat, vte-  
iusmodi signum expeteret, incitauit & Re-  
beccam, ut eadem hora ad hauriendam a-  
quam acceleraret. quandoquidem in ipso p-  
cationis articulo ad aquæ puteum illa proces-  
sit. Eratque virgini nomē Rebecca, quod in-  
terpretatur patientia. Additur & eius genea-  
logia. Melcha enim filia erat Aran fratris A-  
brahæ, & Nachor. eratque soror Loth, atque  
Saræ & consobrina. Cui peperit Bathuel: ex  
quo Rebecca. Quod autem ait.

Habens hydriam in scapula.

Aquatricis habitum describit.

Puella decora nimis, virgoque

pulcherrima, & incognita vi-  
ro.

Erat igitur coniugio aptissima, utpote quæ  
formosa esset & inuolata. pulchritudo enim  
vxoris exhilarat faciem viri, eumque allicit,  
& intra coniugij cancellos sic continet, ut tho-  
ri fidem vaga libidine minime violet, pol-  
luatque. adde quod bona corporis habitudo  
tam in viro, quam in fœmina facit & ad spe-  
ciosam, validamque prolem gignendam: &  
arguit probum mentis affectum. quod si inter-  
dum hæc sibi minus respondent, nequaquam  
in culpa est honestæ naturæ autor, sed filiorum  
parentes, qui eos à teneris, vel nimia indul-  
gentia corrumpunt, vel incuria quadam  
eos deprauari sinunt: vel aliena improbi-  
tas, quæ ipsorum pudiciam intercipit: vel si  
quid aliud intercitat, quod probis moribus  
obstat. Facit & firmissima coniugia virginalis  
integritas: eò quod qui virgines conueni-  
unt alieni amoris in experte mutuo inuicem  
& firmissimo charitatis vinculo deuinciuntur.  
Virgo autem Rebecca dicitur, non solum  
quod virginis habitu induta procederet: sed  
potius, quod reuera virgo esset. nomen enim  
בְּתוּלָה bethula Sacris in literis nullibi poni-  
tur, nisi pro ea quæ vere sit virgo, & viro pror-  
sus intacta. nam quod sequitur, Et incognita  
viro, virginis est definitio. ea enim dumtaxat  
virgo est habenda quæ sit intacta, viroque pe-  
nitus incognita. Est autem virginibus germa-  
nus, purpureus quidam nitor, & viuus co-  
lor: utpote quæ nullatenus libidine sint ex-  
haustæ, nec flacidæ nec pallidæ. ac subinde  
adeff illis florulentus & roseus quidam de-  
cor, quali intacti flores, rubetesque rose in hor-  
tis renident. per quæ non modo maximam gra-  
tiam, sed etiam certissimam de sua integritate  
fidem apud viros suos sibi comparant.

Descenderat autem ad fontem  
& impleuerat hydriam, & reuer-  
tebatur.

Erat itaque vrbs Nachor in æditiore loco sita.  
fons autem in decliuore pro aquarum na-  
tura, quæ ab originali natura sua passim des-  
cendunt: ascendunt vero nusquam. Cui autem in-  
quit, Descenderat ad fontem, impleuerat hy-  
driam, & reuertebatur: tribus breuissimis ar-  
ticulis virginis alacritatem ad viuum descrip-  
sit. Non enim hæc erat ex earum numero,  
quas diuinus Paulus traducit, quod circum-  
bulent ociosæ, & non solum ociosæ, sed etiã  
ver-

*1. Tim. 3.*

ver-

verbosa. festina enim, cito gressu cum primū aquam hausit, domum repetebat. Quam cū Eliezer vidisset pulchritudine insignem, facie honestissimam, alacritate expeditissimā ante alias eam aggreditur.

Occurritq; ei seruus, & ait: Paucillum aquæ mihi ad sorbendū præbe de hydria tua.

Urbanitatis gratia diminutiuo vsus est. & p eo quod est Ad sorbendum, alij codices com modius habent, Ad bibendum. aqua enim non sorbetur, sed bibitur. quin & significantius in Hebræo habetur. *הַגְמִינָה* hag miini na, quod sonat, Fac me gustare. id quod sane ad petentis modestiam pertinet. est em̄ hominis ingenui petitionem suam ita temperare, ut quod donatum ei fuerit, non tam ad quandam exactoris improbitatem, quam ad donantis bonitatem referri possit.

Quæ respondit.

Profecto non minus urbane, quam ille petierat.

Bibe domine mi. Et

Vt erat ingenuæ educata, im̄mo, ut Dominus ei inspirabat.

Celeriter depofuit hydriam super vlniam: & dedit ei potum. cumque ille bibisset, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteū, ut hauriret aquam: & hausit eam omnibus camelis dedit.

Scilicet sedula virgo & officiosa cuncta re ipsa diligenter expleuit, quæ seruus Abrahamæ ad expetitum cognoscendæ virginis indicium designauerat. nec id mirum. siquidem hæc vniuersa domini nutu gerebantur.

Ille autem contemplabatur eam tacitus scire volens, vtrum profperum fecisset suum iter Dominus, an non.

Tacurnitas signum est vehementis cogitatus. quali indigent, qui magnis de rebus cōsultationem incunt. Iamq; acceperat ille cer-

ta quædā expetitæ cognitionis signa: sed adhuc cogitabundus silebat: & ex acceptis vltiora quædam indicia colligere pertēdebat: quibus tanta de re certissimum ferret iudicium: exploratissimumque haberet, vtrum profectio sua finem obtinisset optatum, an non. Verum quid cognoscendum restabat signis prioribus habitis? id profecto, quod adhuc opus erat scitu, esset ne ea virgo ex Patriarchæ cognatione. nam & hoc in præceptis seruus habebat, ut filio domini cognatam in vxorem assumeret. Id circo prius quam munerata virgini donanda proferret, eius cognationem ab eadem sciscitatus est.

Dixitq; ad eam: Cuius es filia, indica mihi.

Ipse igitur ordo rerum exigebat, ut à virgine seruus antea sciscitaretur, cuius esset filia, quæ donis illam exornaret: esto quod Moses ordine præpostero vsus, rem postea gestam narrando prætulit, ut subinde facti rationem redderet, quod illam, tanquam domini sui cognatam pulchris donarijs adornarit. Denique huius literæ contextus aperte monstrat, hunc virum fuisse fidum, cautum, & liberalem. fidum erga dominum suum: cautum in negotio dispiciendo: liberalem in donis virgini impertiendis.

Ergo postquam biberūt camelili, protulit vir in aures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem pōdo siclorum decem.

Legito Abulēsem. Ceterum Sékel, ut ait Hieronymus, qui Latino sermone siclus corrupte appellatur, vnciæ pondus habet. Et super Ezechielem: Siclus inquit, stater est, hoc est, dragmæ quatuor. quin et Exodi capite trigesimo scribitur: Siclus viginti obolos habet: Et vt semel pōderum rationem tradam, quæ ex quodam viro, non tam pio, quam erudito accepi, Obolus: qui, Hebraice *מגה* maghâ dicitur moneta est habens pondus sedecim granorum hordeaceorum. quod sexies replicatū efficit *דינר* diner, denarium: cuius scilicet pondus habet nonaginta sex grana hordeacea. à denario autem ascenditur ad siclū. faciūt autem quatuor denarij siclum, hoc est pondus trecentorum octoginta quatuor granorum hordeaceorū. Ceterum viginti quinque sicli efficiunt *מִנָּה* minā, seu *לֵטָר* liter libram

libram: & sunt pondus mille sexcentorū granorum hordeaceorū. & ex sexaginta *כִּכָּרִים* kikâr, id est, literim libris, constituitur *כִּכָּרִים* kikâr, id est, talentum. quod scilicet si iuste multiplicaueris pōderabit quingenta septuaginta sex milia granorum hordeaceorum. Hæc sic accipe gradatim ab imis ad summa ascendendo.

Obolus habet. 16. grana hordeacea. 16  
Denarius, qui *מגה* maghâ, habet sex obolos, seu grana. 96  
Siclus quatuor denarios, seu grana. 384  
Libra, seu mina, habet siclos. 25. seu grana. 1600  
Talentum habet libras. 60. quæ continent grana. 576000

Sed iam reuertamur ad id vnde digressi sumus. interrogauerat enim Eliezer Rebeckâ. Dixeratque ad eam: Cuius es filia, indica mihi. Est in domo patris tui locus ad manendum? Quæ respondit. Filia Batuelis ego sum filij Melchæ, quem perit Nachor.

Est autē hoc loco Nachor datiuus casus. quia in Hebræo præponitur articulus datiuus *הַ* he, quod sonat Ipsi. Expressit matris nomē, quia Nachor habuit concubinam Reuma nomine. vt sic ostenderet, patrem suum fuisse filiū vxoris præcipuæ, non autem secundariæ: & eius quæ esset princeps domus, non inferioris conditionis. Nam concubinæ quædam licet essent legitimæ quoque vxores: non tamen ad primarum dignitatem accedebant: Peruenit autem Rebecca, maiores suos narrando, vsque ad auum, tanquam sibi, ceterisque notiorē, quam illo superiores. vel certe instinctu quodam diuino ipsum Nachor nominauit, quem Eliezer Abrahamæ relatu sūsi ipsius Patriarchæ fratrem nouerat.

Et addidit dicens: Palarū quoque, & sceni plurimū est apud nos: & locutus spaciosus ad manendum.

Ingenua nempe virgo, & liberaliter educata, non modo locum esse camelis satis ad manendum, sed etiam pabulorum copiam declarauit: idque ciuilitate admodum. nam thoro ad quiescendum constrato, ciboque ad famem pellendam, viresq; reficiendas parato, integrum constat hospitium. Igitur vbi ex-

plorata fuit viro nobilis virginis cognatio, & insignita, & plurima virtus: & cognita mens frugalis, & in hospitalitatem propensa; fuitq; domini moribus congruens; etque cognatio ne proxima, dignam censuit cui in aures & armillas apponeret. Quod vbi fecit, vtpote vobis compos.

Inclinavit se homo.

Nimirum toto corpore gestiens, & mente, oculisque in cœlum sublatis.

Adorauit.

Non dubium quin

Dominum.

Deum cœli & terræ.

Dicens. Benedictus Dominus Deus domini mei Abrahamæ, qui non abstulit misericordiam, & veritatem à Domino meo.

Eisdem sanè nominibus Deum laudat, quibus eum inuocauerat. Porro misericordia ad Dominum refertur: veritas verò ad Deum, quoniam illud in Sacris scripturis pietatis est nomen: hoc autem iusticiæ. & quidē præcedit misericordia veritatem. quia Deum homini promississe est omnino misericordiam: at promissa reddidisse ad veritatem spectat. fidelis enim Dominus est qui repromisit, negare se ipsum non potest. & ideo in dictis, cōuentisque veritatem seruat, atque constantiā. Denique vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. quia, quantum in eo est, gratis promissa, semper re ipsa complet.

Et recto me itinere perduxit in domum fratris domini mei.

Hoc est ingens beneficium à Deo modo susceptum, propter quod nihil homo modestifsimus sibi tribuens, sed totum diuinæ munificentia, atque Patriarchæ pietati adscribens, Deo gratias agit imo de pectore ductas, quæ recta fuerit per angelum Domini perductus ad familiam, progeniemque Nachor fratris Abrahamæ. Hic iam elucet Rebeckæ prudentia. auditis enim talibus viri verbis, quatum ego reor, eum percontatam fuisse qualiter haberent Abraham & Sara: nec non alia, quæ ad rem præsentem attinere videbantur. quibus cognitis à viro, quantum ignoto, oblata munera tanquam de auunculi sui manu accepisse.

Cucurrit itaque puella: & nunciavit

ciavit in domo matris suæ omnia, quæ audierat.

Vide quomodo in singulis declare nobis Rebecca hospitalitatis alacritatē cursu, verbis, māsuetudine. Domū autē matris dixit, non patris. nō quod illa patre, careret vt Iosephus putauit: sed quod filiæ citius ad matrem, quā ad patrum habitacula currunt. & eis à quibus nutritæ sunt audentius & familiarius loquuntur. Excluduntur quoque concubinarū Bathuelis habitacula, cū scribitur, in domo matris suæ audita nunciassē. habebat enim puellæ mater propriam stationem ab alijs in domo secretam.

Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban.

Qui candidus interpretatur. hic est ille Labā cui multo post tempore Iacob propter Liā, atque Rachel filias eius ducendas quatuordecim annos seruiuit.

Qui festinus egressus est ad hominem, vbi erat fons.

Hebræa sic habent. Et ecurrat Laban ad virum foras ad fontem. profecta namque Rebecca, Eliezer ne non vocatus alienæ domui se ingerere videretur, apud fontem manebat donec in hospitium accerferetur. properauit autem Laban ad accersendum hominē cupiditate quadam, vt putatur tactus, quippe qui non expectauit Bathuelis patris sui sententiā de hospitando homine. sed ipse inuitantis propriū officium. quod plane amplius liquecit, eod quod mox sequitur.

Cumque vidisset in aures, & armillas in manibus sororis suæ: & audisset cuncta illa verba referentis, Hæc locutus est mihi homo, venit ad virum, qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ.

Expectabat enim euentum rei.

Dixitque ad eum, Ingredere benedictē Domini.

Benedictus hoc loco nomen est, non participium. sicut & Paulus Christo credentes nominat sanctos & electos. vt nō tam electē sanctitatis actum, quā habitum denotet: quod permanente in eis sanctitatem, diuināque

electionem indicet. Videturque Laban nō nullas veræ pietatis reliquias adhuc retinuisse, qui summum Deum serui Abrahæ benefactorem professus est.

Cur foras stas?

Cum minime deceat seruum tanti, tamque nobilis, atque diuitis cognati, aliorum more peregrinorum, super hospitio intrando aliquid ambigere: sed tanquam familiarem rectā domum cognatam adire. Et ne de alio quopiā dubitaret adiecit.

Præparauit.

Subaudiendum est Tibi

Domum, & locum camelis.

His itaque dictis, eius rei appetentissimum.

In hospitium

Placide

Introduxit: ac destrauit camelos.

Sic & Græce ἀσείει, id est destrauit, à verbo destrernere, quod est contrarium ei, quod est sternere, sicut deonerare ei, quod est onerare. est autem sternere, instratis iumenta tergere. è contrario igitur destrernere est eis instrata remouere: vt sit sensus: Destrauit camelos, id est, clitellis eos denudauit, atque destraxit: quod Hispanè dicitur Desaluado. Certe in Hebræo est נחשך iephatāhh, vel laxauit, vel aperuit. ac in priori significatione potest idem esse, quod destrauit: Hispanè Desaluado. in secundo autē significato id, quod Græce dici possit ἀφίμωσε, Hispanè Desemboço. & forte eodem verbo vtrunque sermo diuini complexus est. Quod autē dicitur Ingressus est vir iuxta Hebræum Eliezer accipiendus est. At Laban nouo hospiti pergratum præstans officium ipse per se camelos destrauit: ponuntur enim in Sacris libris aliquando continenter duo verba, quæ tamen ad diuersa sunt referenda supposita. vt hoc in loco, vbi iuxta Hebræum Intrauit pertinet ad Eliezerem: Destrauit verò ad Laban. Et inferius scriptum est: Transferunt Madianitæ, & extraxerunt Ioseph de puteo. & profecto nō Madianitæ, sed fratres Ioseph de puteo eduxerunt. sic & in libro Regum secundo, Et dixit Siba ad regem, iuxta omnia, quæ præcepit dominus rex seruo suo, ita faciet seruus tuus: & Miphiboseth comedet ad mensam meam. constat enim manifestissime hoc secundum huius orationis membrum, non ad Sibam

2. Reg. 9.

sed

Sed ad ipsum regem esse referendum. Quandoquidem non ad Sibam, sed ad regis mensam Miphiboseth comedit. Sequitur.

Deditque paleas, & fœnum, & aquam ad lauandos pedes camelorum.

In Hebræo est רגליו raglau, id est pedes eorum, scilicet viri, nempe serui Abrahæ & comitum suorum, non camelorum. Septuaginta quoque nō de pedibus camelorum, sed eiusdem viri interpretati sunt ὁ δὲ ὄρε τῶν ποσὶ ἀντὸς & aquam pedibus eius. Quare autem camelorum pedes in hospicio laurentur non video. Ceterum frequēs nimirum virorum comitatus erat, qui seruo seniori inferuiebat, & in agendis camelis, & in alijs quibus opus erat interficientibus expediēdis. Quin tanta erat ministrorum multitudo, quāta ad ostendendam Patriarchæ opulentiam satis esset: & vt conuenienti pompa noua sponsa de Mesopotamia in Chananæam regionē ad nobilissimum sponsum sollemniter deduceretur. Nuptialia enim sacra nequaquam abiecit, & sordidè, sed magnificè, & splendidè gerenda sunt: nisi aburbanitate, atque magnanimitate clarissimis virutibus longè abesse velimus. Quibus & præceptor cœlestis subscripsit, quādo in nuptiis in cōiuarū gratiā, aquam in vinū optimum diuinitus permutauit. Denique lauandi pedes eorum, qui iter fecissent, mos fuit antiquorum ad Christum vsque, deductus, quō puluis ambulādo cōtractus à pedibus abstergeretur: & ipsi pedites nimio æstu calentes frigida reperatur. Præstabat & ea locio, ne ambulantiū pedes æstu, & puluere desiccati in rimulas dehiscerent. Ergo à priscis nudis pedibus ambulabatur: vel, si calceatis, certè minimè cothurnatis, nec caligatis. Nos vero tot foccis, cothurnis, caligisque cōuoluimur, vt tantis impendijs cōpediti testudineo tantē motu incedamus. Deinde aduenis refrigeratis, curatisque camelis coram cūctis domesticis Abrahæ seruus stetit.

Et appositus est in conspectu eius panis.

Superius adnotauimus in Scripturis sanctis, panem pro quolibet cibo, quamuis lauto, & opiparo frequenter vsurpari. Legimus enim in quarto libro Regum, Helisæum prophetam dixisse regi Israhel, Pone panem, & aquam coram eis: vt comedant, & bibant, & vadant ad dñm suū, & apposita est eis magna ciborum preparatio. Ex priscorum igitur frugalitate, qui

4. reg. 6.

pane fere solum & aqua victitabāt, euenit: vt panis, & aqua pro quolibet epulo prouerbia liter efferantur. Quibus appositis huius viri prudentiam cogita quippe.

Qui ait, Non comedam donec loquar sermones meos.

Frugi homo proculdubio erat hic seruus, quod cibum gustare noluit, donec rem sibi creditam ageret: coramque audientibus, expendēdā puellæ parentibus, eā profiteretur. Idque fecit impransus, vt abstemius, & vt circūspectius loqueretur, & maiori fide audiretur.

Respondit ei.

Non dubium quin Laban.

Loquere. At ille, Seruus inquit, Abraham ego sum.

Oratio simplex: sed quæ suis non careat neruis. Nam à Dñi sui cognatione in primis beneuolentiam captat, & omnia se illius nomine dicturum præterdit. addiditque.

Et Dñs benedixit dño meo valde: magnificatusque est: & dedit ei oues, & boues, argentum, & aurum, seruos, & ancillas, camelos, & asinos.

Nempe copiosam, & omnigenam diuitiarū congeriem benedictionem appellauit, iuxta Scripturarū idioma, quo benedictio in eis prolata, abundantique beneficentia solet accipi. Innuit & Abraham Deo summo & maximo charū esse, cuius ille curam gerat, quæque magnificè locupletarit.

Et peperit, ait, Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua.

Senectutis mentionē fecit: vt eis persuaderet magna quædā, immo oīa speranda esse ab eo, qui grandi miraculo cōceptus, natusque fuerit.

Deditque ei oīa, quæ habuerat.

Constituit enim Abraham filium suū Isaac hæredem ex asse. Nam Israhel cæterisque concubinarum filiis certa quædā munera donauit. Auget & tantæ rei æstimationē, quod pater adhuc viuens & sentiens filium omnium bonorum suorum dominū constituit. Deinde postquam narrauit domini sui opes & Isaac è Sara partum, & bonorum hæredem, dicit in super & mandata, quæ acceperat.

X Et



Et adiuravit me dñs meus dices: Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito. Sed ad domū patris mei perges: & de cognatione mea accipies vxorē filio meo. Ego respōdi domino meo: Quid si noluerit venire mecum mulier?

*Gala. 4.* Ex hoc loco manifestissimè constat, mulierē non tantum dici corruptā, sed etiam virginē. Nihil ergo miri Paulum dixisse, Christum Dei filiū esse natum ex muliere: non utiq; ut à matre virginitatem tolleret: sed ut in filio veram hominis naturam explicaret. sequitur, Dominus, ait, in cuius conspectu ambulo, mittet angelū suū tecum: & diriget viā tuā: accipiesq; filio meo vxorē de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocēs eris à maledictione mea, cum veneris ad propinquos meos, & nō dederint tibi.

*Aug.* Quomodo autem illa coniuratio maledictū posset intelligi, nisi maledictus esset, si cōtra eius coniurationē fecisset: in hac deniq; narratione non nihil variavit ab integris dñi fuit dictis super quo optime Augustinus. Sententia est eadē, verba non omnia, vel ita dicta sunt, quod propter eos dicēdū fuit, qui Euāgelistis calumniantur, quod in aliquibus verbis nō omnino cōveniunt, cum res & sententia sit eadē: hunc enim librū vnus scripsit, qui ea, quæ suprā dixit, vel reliqua ponere potuit, si ad rem pertinere iudicaret: cum veritas narrationis nō exigat, nisi ut rerū & sententiā veritas sit, quibus voluntas, propter quā intimandā verba fiunt, satis appareat. Adiecit autem seruus.

Veni ergo hodie ad fontem, & dixi: Dñe Deus dñi mei Abraham, si direxisti viā meā in qua nūc ambulo: ecce ego sto iuxta fontē aquæ: & virgo, quæ egredietur ad hauriendum aquam,

& audierit à me.

Quam prius vocauerat נַחָרָה nahara, idest puella, deinde בְּתוּלָה Bethula, idest virgo simpliciter, nunc appellauit גַּלְמָה galmah, idest virgo abscondita. Per pulchrè Hieronymus. Notā dū, q̄ verbū גַּלְמָה galmah, nunquam, nisi in virgine scribitur. Et habet etymologiam ἀποκρυφος, idest abscondita, scriptum siquidē est in Job: Et sapiētia vnde inuenietur? & quis est locus intellectus? & abscondetur ab oculis omnis viuētis. Vbi nunc dēclinationē verbi aliter figuratur נֶגְהַלְמָה neghelma dicitur, huic quid simile, licet masculino declinetur genere, & in regnō libris scriptum est ex persona Helifæi loquentis ad Giczi: Et Dñs abscondit à me. Ergo galmā, quod interpretatur, abscondita, idest virgo nimia diligētia custodita, maioris mihi videtur laudis esse, quā virgo. Virgo quippe iuxta Apostolū potest esse corpore, & nō spiritu. abscondita ergo, quæ virgo est, πνευματικὴ virginitalis habet, ut & virgo sit, & abscondita: & q̄ abscondita est, iuxta idioma linguæ Hebrææ cōsequenter & virgo est, quæ aut virgo non statim sequitur, ut abscondita sit. Hoc idē verbū & in Exodo de Maria sorore Mosi virgine legimus. Ostēdant igitur Iudæi in scripturis alicubi positū גַּלְמָה galmah, Vbi adolescētulam tātū, & nō virginē sonet, & cōcedamus eis, illud quod in Esaia apud nos dicitur: Ecce virgo cōcipiet & pariet filium, non absconditā virginē, sed adolescētulā significare iam nuptā. Hæc ille, sed ita ad serui narrationem reuertamur.

Et audierit à me, ait: Da mihi paululū aquæ ad bibēdū ex hydria tua, & dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam, ipsa est mulier, quā præparauit Dñs filio dñi mei. Dum hæc tacitus mecum voluerē, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quā portabat in scapula: descenditq; ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere. Quæ festinans deposuit hydriam de humero, &

dixit

dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis potum tribuam. Bibi, & adaquauit camelos. interrogauiq; eam, & dixi: Cuius es filia? Aduerte, q̄ antequam munera proferret, fatetur se illam de cognatione interrogasse. Quæ respondit, Filia Bathuelis sum filij Nachor, quem peperit ei Melcha.

Nota, q̄ Eliezer retulit verba Rebeckæ nō nihil immutata, quasi verborū ordinē in Rebeckæ respōsiōe corrigēs: eodē q̄ prius illa Melcham matre Bathuelis, quā Nachor ipsius patrem nominauerat. Prosequitur seruus.

Suspendi itaque in aures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus: pronusq; adorauit Dominum, benedicēs Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiā fratris domini mei filio eius.

*Ambros.* Ambrosius ita super hoc loco inquit. Simpli- citas quidem moralis exprimitur, quod nullus fuerit, vel in coniugij petitione ambitioni, locus. sed Dominus præsul coniugij petitionem impleuerit. Quamobrem ait.

Si facitis misericordiam & veritatem cum dño meo, indicate mihi. Sin aut, & hoc dicite: ut vadā ad dexterā, siue ad sinistrā.

Profecto hæc conclusio vrgentis est, non diffidentis. Vrgēbat enim Eliezer ut petitam cōcederent: complerentq; & ipsi cum Abraham cognato suo misericordiam & veritatē, quas cum illo Dominus Deus fecerat. Nec enim de optato euentu ambigens adiecit, Sin autē & aliud placet, & hoc dicite mihi, ut vadam ad dextram siue ad sinistram: quasi alio iturus esset, quæsitum aliam præter Rebeckam in quam diuina signa conuenerant: verū per vulgato loquendi modo liberum ipsius Rebeckæ cognatorū cōsensum, qui in cōtrahēdo matrimonio liberrimè exigitur, opportune tū exquisiuit, tū expetiuit. Ad quē statim Responderūt Labā & Bathuel.

Idest frater & pater. nam cum nullus alius Bathuel in hac prodatur scriptura, nisi Rebeckæ pater, nō est opus vertere in dubiū, quis sit iste Bathuel: potius enim habendus est Rebeckæ pater, quā frater. Quod aut Laban puenit respōdendo Bathuelem patrē suū, vel alacrioris pro ætate iuuenis signū est, vel forsā promptioris in rebus agendis prudentiæ. eratq; fortassis Bathuel senex paulo tardior; ingenioque & proposito inconstantior, quippe qui promissam paulo post negare visus est. Professus est itaq; Laban diuini fuisse consilij, id quod petebatur dicens cum patre.

A Dño egressus est sermo: & nō possumus extra placitū eius quicquam aliud tecum loqui. Sermone pro Re posuit: vel potius signum illud, quod seruus diuinitus sibi datum narrauerat, Laban Domini locutionē appellauit. Quod aut Deū nomine retrāgrāmationem nuncupauit, ostendit ex parte se Dei veri esse cultorē: & contra quorundā philosophorum amentiam insinuat, eundem rerū humanarū curam gerere. vnde & adiecit, Et non possumus extra placitum eius quicquam aliud tecum loqui. Non possumus dixit pro eo quod est Nolumus, aut Non debemus, aut Nō est alio desistere ab eo, quod diuino consilio, celestiq; decreto sancitū est. nō quod nō sit nobis arbitrariū fororē nostrā nuptui tradere: sed quod diuina dispēsatione agitur, ut nostrā volūtas illius proposito spōte consentiat.

En Rebecca coram te est: tolle eā & proficiscere: & sit vxor dñi tui, ut locutus est Dominus.

Decētius erat, spōsum ad spōsam venire: sed id nō fuit exactum, quia paulo ante audierat à seruo, se fuisse à domino suo adiuratū, ne filiū eius aliquādo in Mesopotamiā reduceret.

Quod cum audisset puer Abraham, adorauit in terra Dñm.

Puerum hic vocat seruum, haud temerè. quoniam natiū dominus suus à teneris bonis moribus, & vera pietate diligenter instituerat. hinc enim, quū primū optatissimum responsum accepit, agnouit Dñm Deū misericordē, atq; veracē erga dñm suū Abraham tāto nō gocio fuisse p̄sentē: illūq; in humū pronus reuerēter adorauit. Vides quomodo in oībus, quæ fiebāt vniuersorū Dño gratias offert. ipse enim erat, qui antea præparabat omnia, &

iuxta verbum Patriarchæ præmittebat angelum ante illum, qui omnia feliciter ordinabat. Nos quoque hic seruus docet, in rebus omnibus gerendis diuinam prouidentiam agnoscere: totosque ab illa pendere. ut quoties bonum, opatumque, vel nuncium, vel responsum, vel aliquod aliud quod nobis commodum sit, & honestum, acceperimus: statim, summo, atque optimo rerum moderatori, bonorumque cunctorum largitori gratias, quas illi referre non possumus, alacriter agamus. Actis igitur Domino Deo gratias.

Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus dedit ea Rebecca.

Vasa vocat non tam potiora: licet cur non & hæc? sed ea precipue quæ ad cultum, usumque muliebrem maxime facere videntur. Etenim ex idiomate tam Græco, quam Hebraico vasa pro quibuslibet rebus vilibus, commodisque, instrumentis accipi solent. Hinc legimus vasa Psalmi, vasa bellica, vasa mortis, & plura id genus.

Fratribus quoque eius & matri dona obtulit.

Insignitæ fuit hæc munificentia, ut vir hic vere civilis, & liberalis, non solum sponsam dotibus strenis adornaret: sed etiam matrem eius & fratres, qui illam in herile coniugium sibi libenter concesserant, donis prosequeretur. Denique posteaquam seruus obtinuit, quod tantopere expetuerat,

Inito conuiuio vescentes pariter & bibentes.

Amica sponsalia communi læticia celebrarunt. Manseruntque ibi.

Idque vna tantum per noctem. Nam sequitur: Surgens autem mane locutus est puer.

Hoc autem loco puer dictus est senior: non vti que ob ætatem, grandæuus enim erat: sed à famulicio, & ministerio: quippe qui sedulus, & cupidus peragendi prope legationem suam, quam felicissimo successu agebat.

Dixit: Dimitte me, ut pergā ad dominum meum.

Ad puellam quippe parentes, atque fratres, à qui bus rei summa pendeat, sermonem habuit. Etenim festinabat Eliezer redire ad dñm suū longitudo viæ causa: ne, si apud Bathuelē moram traheret plus iusto, Patriarcha longa expectatione affligeretur. At ei

Responderunt frater eius, & mater.

Tanquam prudentior patre Bathuele respondit Laban.

Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur.

Hi dies tantum numero decem iuxta literam accipiendi sunt. id enim temporis satis erat, in quo puellam discessum mente conciperet: & tali præmeditatione confirmati demigrationem eius leuius ferrent.

Nolite, ait, me retinere: quia Dominus direxit viam meam.

A diuina prouidentia, & voluntate eos vrget: ut qui diuino decreto parentes puellam dispondendam censuerant: eodem instante moras sibi nullas necerent. Commodè igitur priori repetita oratione tardantibus instat dicens: Dimitte me, ut pergā ad dominum meum. illi autem viri instantia tandem adacti.

Dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus illius voluntatem.

Iam præcedenti vespere Rebecca pariter in coniugium cum Isaac filio consenserant: iam puella ipsa interprete Eliezer cum Isaac sponsalia libenter inierat. alias seruus fidelis & prudens nullatenus eam sponsalicijs arris & speciosis donarijs exornasset. Quid igitur à puella iam quærendum restat? hoc vnum, verum vellet illico cum ipso Eliezer ad sponsum proficisci. Nam

Cum vocata venisset,

Id vnum ab ea Sciscitati sunt.

Dicentes: Vis ire cum homine isto? Quæ ait: Vadam.

Et à Deo ipso instincta & tanto sponso læta, ad eum fruendum euestigio abire avidissimè, & cupiuit, & expetuit: idcirco absque ulla mora vnicuique mentem suam aperuit dicendo, Vadam. Nec impudentiæ esse putauit adire sponsum sibi diuinitus donatum: nec improbitatis haud expectare eum, cui esset inhibitorium Mesopotamiam repetere. Grauius admodum Ambrosius. Consultur puella non de sponsalibus, ita enim iudicium spectat parentum. non est enim virginalis pudoris eligere

eligere maritum: sed iam desponsata viro de profectiois consultur die. nec immerito dilationem non attulit: iure enim properare debuit ad maritum.

Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius, & seruum Abrahamæ & comites eius. Eratque nutrici nomen Debbora.

Quod Apis interpretatur Hieronymus. Decens quippe erat, ut ad nuptias absque parentibus virgo proficiscens nutricis solacio foueretur.

Dimiserunt itaque eam imprecantes bona sorori suæ, atque dicentes: Soror nostra es.

Et quidem filia erat parentum suorū, qui inter precantes aderant, im mo præerat. sed hic Soror communi appellatione cognata accipitur: sicut Fratres tam parentes, quam filij, & quicumque ab eadem cognationis stirpe descendunt in his libris appellantur. Erat autem talis precatio.

Crescas in mille millia: & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.

Hoc istis carnaliter orantibus, spiritualiter quoque impletum est. Nec hæc dicentes propheta fuerunt, aut tam magna ex vanitate optarunt. sed eos, quod promiserat Deus Abrahamæ, latere non poterat: atque ea vel referente Abrahamæ seruo nouerant. Vel potius, ut pulchre ait Chryostomus. Vide quomodo & illi ignorantes virgini, quæ futura sunt, dixerunt Deo mentem eorum adhuc dirigente, & incitante. vtraque enim ei prædicta fuerunt, tum quod in mille myriades fieret, tum quod semen eius hæreditate possessurum esset portas inimicorum. Vidisti per omnia euidentem Dei prouidentiam relucere, quomodo per infideles futura, ut prædicantur, dispensat Dominus.

Igitur Rebecca, & puellæ eius ascensis camellis secutæ sunt viarum.

Ne dubita, comites secum duxisse Rebecca, filiam hominis inter suos primatis & locupletissimi, quæ illi ministrarent: quamuis superius legamus eamdem, ancillarum more, hyndria onustam ad fontem descendisse. quo-

niam mos erat veteribus nobiles virgines ante nuptias ancillaribus officijs vacare: licet à nuptijs esset futuræ domorū maximam principis. quin & id moris, me quæ hæc scripti puero, Yanguis seruabatur. Verum hac tempestate cœpere omnia probata in dolis instituta insolentia ubique gentium regnante In præceptis ruere, & retro sublapsa referri. Nonne vidisti cum Chryostomo, qualis sponsam ducat Patriarcha? aquantem, & hydriam super humerum ferentem, & nunc iterum ascendente super camelos. nusquam mulæ argento fulgentibus ceruicibus, neque famulorum turba, neque magna mollicies, quæ nunc fieri solet. sed tantum erat priscarum mulierum robur, ut & in camelos suos ascenderent, & sic iter facerent, secutæ virum, nepe seruū Abrahamæ felicissimi coniugij paranympum.

Qui festinus reuertebatur ad Dominum suum.

Festinabat quippe seruus: ne si moras eundo traheret, dominus eius suspicaretur in itinere aliquid mali illi accidisse. Bene ergo & veraciter sapientia dicit: Sicut frigus niuis in die messis: sic legatus fidelis ei, qui misit illum: animam eius refrigerabit. Quomodo enim fidelissimus hic atque prudentissimus legatus melius eniti potuit ad refrigerandam animam eius, qui misit illum? stans ad fontem aquæ supplicem præmisit orationem ad Deum domini sui: munerebus puellæ voluntatem in primis captauit: dein de amplioribus eandem vehementius ad heriles amplexus animauit: opportunitatem ad dicendum de negotio sibi credito egregie sustinuit: & cum gratus esset hospitibus, siluit adhuc, donec panis in conspectu eius poneretur: & tum demum inter maxima hospitij fœdera hunc in panis appositi præsentia sermonem aggressus est, à veri Dei, & Abrahamæ laudibus incipiens. his demum artibus puellæ parentum animos ad proprium coniugium acceptandum permouit: & ad idem puellam allexit: coniugalique ab ea consensum extorsit: atque ad præsentaneam profectioem penitus impulit. Quare re bene gesta lætabundus, merito, atque festinus ad dominum suum reuertebatur.

Eo tempore Isaac deambulabat per viam, quæ ducit ad puteum: cuius nomen est Videntis & viuentis.

Hic est puteus ille, cui Agar nomen imposuit, quando angelus Domini afflictam videns, & spiritali vita viuens aperuit matris oculos,

Chrysof.

Prov. 15.

Rupert.

Chrysof.

Ambros.

ut videret puteum: unde, hausta cōfestim aqua, filium sibi pereuntem potaret, ac refocillaret. neq; mirū Isaac deābulasse versus desertū Pharan, in quo est ille puteus.

Habitabat enim in Australi terra.

Nempe in Bersabee ciuitate quæ ad Austrū vergit, si ad terræ Chananæ mediterraneæ cōferatur. Hieronymus autem sic tradit. Per terram Australē Gerarā signat: unde à patre ad immolandum fuerat adductus.

Hieron.

Et egressus est ad meditandum inclinante iam die.

In quo planè studium boni viri prædicatur meditantis in testamento Dei Abrahæ patris sui, & ob hoc solitudinem amantis, qualem Scriptura commendat: illum de quo dicit: Bonum erit viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua: sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit se supra se. Quod autem, iuxta Septuaginta ait, Et egressus est ut exercitaretur in campo, quod Græce dicitur ἀδολοχία: in Hebræo legitur, Et egressus est Isaac, ut loqueretur in agro declinate iam vespere. significat autem secundum illud, quod Dominus solus orabat in monte: etiam Isaac, qui in typo Domini fuit, ad orationem, quasi virum iustum domo egressum: & vel nona hora, vel ante solis occasum spirituales hostias domino obtulisse. Hęc expositio reliquis omnibus præferenda videtur, eo quod *וְיִשְׁאַחַח* verbum Hebræis significat, vel corde, vel ore loqui, ea præsertim locutione, per quam precatio ad Deum effunditur. nam & huius verbi vsus in Psalmis est frequentissimus. in quibus locis in Latino vel meditari, vel cogitare legimus. facit ad hunc sensum, non solū quod Hieronymus transtulit, Ad meditandum: sed etiam Hebræorum quædam traditio. qua fertur, apud Hebræos solenne fuisse, orare matutino quidem tempore exēplo Abrahæ: vespertino autem in morem Isaac: nocturno demum Iacob imitatione.

Tren. 3.

Cumq; leuasset oculos, vidit camelos venientes procul. Isaac leuasse oculos in morem Iesu in monte sedentis scribitur, quod alta cogitatione meditandus. & vehementissimo affectu pietissimæ in Deum precationi intentus eos in terram defixos habuerit. vacantes enim precatorijs in Deum orationibus pro alio, atque alio affectu modo, in humum oculos demittunt, modo eos in cælum erigunt. demittunt, quando summam Dei maiestatem veriti in suam ipsorum paruitatem considerandā reuertuntur. erigunt, quando bona spe diuina misericordia freti in cœlestia bona sibi expectanda mentem atollunt. Denique agnouit statim Isaac camelos suos, vel certo numero contentos, vel certa quadā nota insignitos.

Mat. 14

Cumq; leuasset oculos, vidit camelos venientes procul.

Isaac leuasse oculos in morem Iesu in monte sedentis scribitur, quod alta cogitatione meditandus. & vehementissimo affectu pietissimæ in Deum precationi intentus eos in terram defixos habuerit. vacantes enim precatorijs in Deum orationibus pro alio, atque alio affectu modo, in humum oculos demittunt, modo eos in cælum erigunt. demittunt, quando summam Dei maiestatem veriti in suam ipsorum paruitatem considerandā reuertuntur. erigunt, quando bona spe diuina misericordia freti in cœlestia bona sibi expectanda mentem atollunt. Denique agnouit statim Isaac camelos suos, vel certo numero contentos, vel certa quadā nota insignitos.

Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de camelo. & ait ad puerum: Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei: Ipse est Dominus meus.

Hieron proteron. Est igitur ordo talis. Rebecca, conspecto Isaac, dixit ad puerū: Quis est homo ille, qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitq; ei: Ipse est dominus meus & descendit de camelo. Cognito namq; spōso virginali quadam agilitate, promptissima que alacritate de camelo, cui infidebat, in terram sese demisit, ut illum liberali quadā modestia veneretur, & reuerenter exciperet. Aut forte minime de camelo descendit, sed super illum sedens incuruauit se, ut eo corporis gestu occurrentem sibi sponsum adoraret. verbū enim *נָפַח* Naphal, à quo est *נָפַח* modo deijcere, modo inclinare significat: ut in Psalmo: Iustus si inclinauerit, non collidetur. sic & alibi: Cecidit in terram, pro Inclinauit se. Quare, & si aptum sit Descendit, apertius forte videbitur, Inclinauit se. nempe ut illum desuper camelo adoraret. Præpostero quoq; ordine scriptum esse videtur.

Psal. 36.

At illa tollens pallium operuit se.

Est enim rationi consentaneum prius illā caput, faciemque suam obtexisse, deinde semet inclinasse. Virginalis enim pudoris erat, faciem abscondere, ne pulchritudinem ostentare videretur: modesti autem & animi summissi, inclinato capite maritum coluisse. Præclare Ambrosius. Nec illud ociosum, quod cum veniret Rebecca, vidit Isaac deambulātē: & cum interrogasset, quis esset, cognito quod ipse esset, cui ducebatur vxor, descendit, & caput suū obnubere cœpit, docēs verecundiā nuptijs præire debere. inde enim & nuptiæ dicitur quod pudoris gratia puellæ se obnubarent. Discite ergo virgines quemadmodum seruetis

Ambros.

seruetis verecundiam: ne in tecto capite prodeatis ante extraneos: cum Rebecca iam designatum maritum apertis capite non putauit videndum. Ait itaque.

At illa tollens pallium, operuit se.

Theristrum hic pallium dicitur. est autē genus Arabici vestimenti: quo mulieres illius prouinciæ etiam nunc vtuntur.

Seruus autem cuncta quæ gesserat, narrauit Isaac.

Verè prudens, & fidelis seruus pro magno fidei suæ testimonio cuncta à se gesta domino suo enarrauit. idque non sese iactans: sed Dominum Deum laudans, & glorificans: qui summa vius in patrem & filium & in seruū misericordia in toto itinere ab omni malo immunem seruarit, & voti compotem fecerit. dignus quippe censendus hic seruus, qui, ut vir optimus, maxima cum alia tum libertatis præmia à suis dominis reciperet. Iam verò non dubium, quin audito seruo, accepta sponsa sibi iucundissima plurimum sit oblectatus Isaac, collaudarit sedulū seruum, nec non nouæ sponsæ mitibus vrbanisq; alloquijs adblanditus fuerit: eamque sibi seruatis, adhibitisq; ingalibus sacris indissolubili nexu copularit. Hic confydera, obsecro, cum Chryostomo, quomodo in hoc connubio contrahendo nusquam superflua illa & inutilia, nusquam diabolica pōpa, nusquam cymbala, & tibæ, & choreæ & Sathanica illa cōuiuia, & scommata omni obscenitate plena sed omnis honestas omnis sapientia, omnis mititas. pudica enim à pudico ducebatur.

Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ.

Solitum est enim in amplis ædibus viri, vxorisque stationes esse discretas: ut pro officiorum diuersitate diuersa sint & habitacula. Igitur ut Isaac Rebeccam sponsam suam honoraret, & cōgrua in sede collocaret, eam in matris suæ habitaculum introduxit. Ac subinde, quæm seruus absenti sibi desponsauerat, ipse præsens.

Vxorem accepit.

Consuetudo per id temporis more, sanctumq; inter vtunque coniugium ininitum, firmitudine est. Hanc, ait Chryostomus, imitentur

Chrysof.

mulieres: hunc imitentur & viri: sic sponsas ducere curent. Quare enim, dic, oro, statim ab initio sordibus impleri sinis puellæ aures tam turpibus cantilenis, tam intempestiua illa pompa? Nescis quomodo adolescentia per se fit in malum propensa? cur honesta nuptiarum mysteria inuulgas? oportebat omnia hæc depellere: & verecundiam principio docere puellam: & sacerdotes vocare: & precibus, & benedictionibus concordiam coniugij constringere, ut amor sponsi augeatur: & puellæ continentia crescat: & omnia, quæ sicut eo spectent, ut virtutis opera ingrediantur in domum illam: tollanturq; de medio omnes diaboli infidiæ, & ipsi gratia Dei vniti iucunde vitam perficiant. Denique tali animorum fœdere Isaac & Rebecca, Deo ipso harū nuptiarum præside coniuncti sunt: ut & illa summa castitate perpetuam thori fidem seruarit: & ille arētissimo amore eam complexus fuerit. immo &

In tantum dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris acciderat, temperaret.

Duplex igitur hoc loco in Isaac pietas egregie extat, altera in matrem, altera in vxorem. in matrem quidem, quod tam vehementer viuētem dilexerit: ut totos tres annos matris suæ mortem doluerit, luxeritq; tres enim anni à Saræ morte supputantur ad Isaac vsque coniugium. Anno enim Isaac trigesimo septimo Sara mortua est: quadragesimo autem Rebeccam duxit vxorem. In vxorem autem pius agnoscitur, quod nouam nuptiam amore adeo vehemēti fuit prosecutus, ut vxorius affectus tantam animi ægitudine de imopientissimi filij pectore, vel penitus ademerit, vel certe maxime temperarit. Demum vtraque pietas, & in matrem, & in vxorem egregiam quandam in hoc generoso adolescente indolem in summam virtutē facile arguit. præsertim si mente repetas admirabilem illam in Deum pietatem, qua olim iugulū tendit, ut ab ipso patre suo victima illi acceptissima offerretur & mactaretur. Deniq; hæc omnia, quæ inter Isaac & Rebeccam proincedendo inuicem connubio gesta referuntur, spirituales Christi & Ecclesiæ nuptias adumbrare nullus eorum ignorat, qui Scripturas sacras Christi sensu instructi diligenter excutiunt.

Caput vigesimum quintum.

Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Cethuram.

**S**ane mihi vero similitudinem videtur, Cethuram aliam ab Agar fuisse Patriarchæ vxorem, siquidem utraq; earum proprio nomine denotatur: & vtriusque diuersi denominatur filij, qui vtrique filij non concubinae, tanquam vnus, sed concubinarum filij referuntur. Quo pro constanti recepto, mirum valde est, grandævum hominem, & emortuo iam corpore vietum, novam vxorē duxisse, ut quid enim novam sobolem expecteret, qui duos iam filios habebat, innumera posteritatis multitudine locupletandos? & aliterum eum in quo essent omnes gentes benedicendæ? Ratio coniugij senilis later: factum constat: ubi absit, ut incontinentiam suscipiamur: præsertim in illa ætate, & in illa fidei sanctitate. An stantibus illis promissionibus, quâuis locupletissimis, in decrepito corpore naturalissimus ille procreandi filios appetitus vigeat? an non solum pro multiplicatione nuptias senex repetiuit? Ergo sicut Agar & Ismael significaverunt carnales Veteris testamenti ineptos cultores: sic & Cethura & filij eius hæreticos & schismaticos & carnales homines adumbrant, qui ad Novum testamentum existimant se pertinere. sed vtraque sic vxor ut fuerit & concubina. Sara verò sola vxor princepsq; vnica domus: & quæ fuerit benedicti seminis mater: Vna, inquit, est sponsa mea. Quid? si, ut ait Augustinus, & hoc prouisum est contra hæreticos futuros secundarum aduersarios nuptiarum: ut in ipso patre multarum gentium post obitum coniugis iterum coniugari monstraretur non esse peccatum. Abraham itaque absque reprehensione Cethuram duxit.

Quæ peperit ei Camram, & Iecsan, & Madã, & Madian, & Ielhoc, & Sue.

Concepit enim Cethura de Abraham: quia de seneci iuuenula concipere potest. calor enim iunioris senioris semen faciendæ generationi attemperat. hi de Cethura nati filij A-

brahæ, ut ait Hieronymus, iuxta historicos Hebræorum occupauerunt τρωγλοδύτιν & Arabiam, quæ nunc vocatur ἐδδαίμων, vsque ad maris Rubri terminos. Ergo à Madiã dicti sunt Madianitæ, qui habitauerunt prope montem Synai è regione Ægypti: quorū sacerdotis filiam Moses duxit vxorem. hi denique adiuerunt Moabitas contra Hebræos, & ad consilium Balaam arioli filias suas profuerunt, ut filij Israel fornicantes cum eis ab eis allicerentur, ut sacrificarent Beelphegor: quos Hebræi prelio superauerunt, & quinque reges eorum captos interfecerunt.

Iecsan quoque genuit Saba, & Dadan.

Ab hoc Saba nuncupata est Sabæa regio. de qua Vergilius: Molles sua thura Sabæi.

Filij Dadan fuerunt Assurim, & Lathusim & Laomim.

Hæc nomina sunt non vnus hominis, sed gentis: pluraliter enim efferuntur. Porro Assurim in negotiatores transferri putant: nec ab his dicti sunt Assyrii: sed ab Assur, qui Niuem condidit. Lathusim interpretantur, æris, ferrique metalla cudentes. Laomim verò φύλαρχοι, id est multarum tribuum principes, atque populorum.

At verò ex Madian ortus est Ephra, & Ephra, & Enoch, & Abida, & Heldaa.

Porro ab Ephra dicta est regio cõiuncta Madiantitis: de qua Esaias, Inundatio camelorum operiet te: dromedarij Madian & Ephra. Dicitur autem vnum ex posteris Abrahæ, qui appellabatur Apher, duxisse aduersus Lybiam exercitum, & ibi victis hostibus confedisse, eiusque posteros ex nomine atavi Aphricã nuncupasse, huius rei, inquit Hieronymus, testis est Alexander, qui vocatur Polyhistor, & Cleodemus cognomento Malchus, Græco sermone barbaram historiam retexentes. Omnes

Augusti.

Hieron.

Esai. 60.

Omnes hi filij Cethuræ.

Et filios & nepotes more suo Scriptura Cethuræ filios vocat.

Deditq; Abraham cuncta, quæ possederat Isaac.

Videlicet vniuersa bona sua, tam mobilia, quàm immobilia: nempe agrum, quem emerat ab Ephron Ethæo: nemus quod plantauerat in Bersabee: nec non puteos, quos alibi, atque alibi effoderat. denique constituit eum ex se hæredem, tanquam præcipuum, & egregium, imo & vnicum filium: hæud natura quidem (habebat enim alios) sed peculiari Dei gratia: quoniam ipse solus erat, in quo foret semen Abrahæ vocandum, & per quem deriuandum erat semen illud, in quo benedicerentur omnes tribus terræ. Igitur ob hanc prærogatiuam iure suo Abraham concubinarum filijs filium Isaac hæreditate prætulit.

Filij autem concubinarum largitus est munera.

Talia videlicet, ac tanta, quibus ad commodam sufficientiam instructi honestam vitam agere possent. Annotandum etiam est hæc hæreditariam institutionem celebratam fuisse prius quàm Eliezer in Mesopotamiam concederet.

Et separauerit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret ad plagam Orientalem.

Eo enim, quod filij concubinarum satis munerum ad honeste, præclareque agendum, donauerat: separauit eos ab Isaac. Significatiuus autem est in Hebræo, Misit eos desuper Isaac, ne videlicet essent ei importabile onus, si cūstis fratribus de paterna substantia vitæ degendæ necessaria suppeditaturus esset. & ne videntes quotidie fratrem sibi prælatum inuideret ei: atque eius vitæ insidiaretur. Deniq; id fecit, quoniam oraculo diuino Patriarcha acceperat Chananæam regionem solis Isaac posteris esse diuinitus addictam. Fecit autem hoc senex prudentissimus, dum adhuc viueret, ne eo mortuo, filij pro ad eundem hæreditate paternâ inuicem litigarent. Sed quo misit eos? ad plagam Orientalem. pro quo in Hebræo est, Ad Orientem ad terram Orientis: quo significatur apertius, Abraham concubinarum filios emisisse, non solum Orientem versus, sed etiam Orientis regionem. hæc est India, quippe quæ Orientalis est terra Cha-

naan. Facit & ad hoc maxime, quod Hieronymus tradit à plerisque filijs Abrahæ ex Cethura occupatas fuisse Indiarum regiones. Hic locus exigit, ut pluribus exponamus, quæ fuerit conditio concubinarum, quas habuere Patriarchæ. Quæsitum fuit enim à domino Roderico Mercado viro vtriusque iuris consultissimo, nec non vtriusque philosophiæ tam humanæ, quàm diuinæ studiosissimo Episcopo Abulenensi meritisissimo: fuerit ne vera vxor, ea quæ in veteri testamento soler cuiuspiam, præcipue sancti viri, eoacubina nuncupari? Ad quàm quæstionem dissoluen dam, præfule Christo, præfato nostro in hæc verba respondimus: Enimvero præses dignissime, constat in Sacris literis, eandem mulierem, modo concubina, modo vxorē vocari. sic enim legimus Genesim capite vigesimo quinto: Deditq; Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac filio suo: filijs autem concubinarum dedit munera. & reuera hoc loco concubinas appellat Scriptura, nequâquam adulteras quâspiam meretriculas, absit eâ nota à sancto Patriarcha: sed Agar Ægyptiam, & Cethuram Chananæam: nec enim alias præter hæc duas scribitur eum concubinas habuisse. At compertum est è Sanctarum serie scripturarum, vtranque earum vxorem fuisse Abrahæ legitimam. nam de Agar sic habetur Genesim capite. 16: Tulit (non dubiū quin) Sara, vxor Abrahæ Agar ancillam suam post annos decem quàm habitare cœperat in terra Chanaan: & dedit eam viro suo vxorem. de Cethura autem sic habet vigesimo quinto eiusdem libri capite: Abraham verò aliam duxit vxorē nomine Cethuram. Vidisti quomodo vtranque concubina Scriptura sancta vocat vxorem? Iudicium quoque decimo nono capite fertur, virum quemdam Leuiti accepisse vxorem de Berthee Iuda: quæ quidem vxor eodem capite concubina sæpe vocatur. Verum quid fuit in causa, ut Sacer historicus nuptiarum alias quidem tantum vxores, alias autem modo vxores, modo concubinas vocarit? Sane eiusmodi varietatis hæc causam esse putamus. quod vxor ea absolute, perpetuoque dicatur: quæ sponsalibus contractis, & dote prædita, & nuptiali solemnitate ducebatur: ita quod esset ea viro suo par: non vtiq; dignitate, sed conditione: ac perinde inter alias ipsa sola principatum totius domus obtineret. hinc & Abrahæ vxor à principio Sarai dicta fuit, quod nomen interpretatur, Princeps mea: ut vel hinc intelligas, penes eandem gubernandæ familiæ curâ semper

Gene. 16.

Gene. 25.

Iudic. 19.



manfisse: esto quod Abrahæ marito suo ancillam Agar in vxorem tradiderit concubinam. Nec enim ante id tempus in Historia sacra concubinæ nomen inuenias. sed si quis prioribus sæculis plures duxerat, æquali sorte eas vxores habebat: sicut Lamech notissimus ille digamiz inuentor, qui accepit vxores duas: nomen vni Ada: nomen alteri Sella. *Gene. 4.* quas, si animaduertas, inuenies Genesios capite quarto appellatas Vxores Lamech: nusquam autem concubinas: nec ambas, nec eorum alteram. eò quod in domo, & apud virum parem locum coniugali iure tenerent. Ad hoc pertinet & illud, quod Lia & Rachel sorores pares erant: connubij lege apud virum Jacob: esto quod ille alteram ob insignem eius pulchritudinem, alteri nimio amore præferret. hinc illa querimonia Lie aduersum Rachelem: Parum ne tibi videtur, quod præriperis maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Alludit ad hoc, quod, vt traditur Genesios capite trigesimo primo, Laban illarum pater generum suum Jacob à se discedentem his verbis adiurauit, Intueatur Dominus, & iudicet inter nos, quado recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris vxores alias super eas. En tibi, Vxores alias Laban paterno impulsu affectu filiabus suis superinduci detestatur. nimirum, quia his illas, & in domo, & apud Jacob pares fore prouidebat, si integro connubij iure ducerentur. at non ita detestatus est concubinarum nomē, à quibus iniuriam filiabus suis minime timebat: vel certe velut inferiores negligebat. argumento est, quod idem socer haud ægrè tulit, generum filiarum suarum permissu, imo & iussu Balam, Zelphamque duxisse vxores concubinas: nec non ex eisdem procreasse filios. Quare si dicta constant, cõpertum ex his habetur interstitium minime paruum inter alias tantum vxores: & alias sic vxores, vt tñ & concubinas. quippe quod vxores accedunt spiritualibus contractis, dotibus præditæ, pares conditione viris suis, & cum consueta nuptiarum solennitate, nec non par ius habentes, & penes virum, & penes domum. Denique ex æquo familiæ principes, concubinæ verò simpliciter ducebantur, dumtaxat multiplicandæ prolis gratia absque sponsalibus, & indotatæ, priuato connubio inferiores conditione, nec domus gubernandæ cõpotes, sed statu quodam summissio, velut ancillari cõtentæ. Quid? quod nusquam legimus, viros iustos adduxisse concubinas, id est secundarias vxores, nisi annuentibus eis, imo & satagentibus princi-

palibus. nec forte passim ductis vt ebatur, nisi eis, quæ præcipuæ erant monentibus, vel certe cõnuentibus: sic. n. Patriarcha Abrahâ Sara præcâte ad Agar ingressus est: sic & Jacob expectantibus vxoribus ad concubinas accedebat. nã Isaac infigne illud Christi specimen vna tantum Rebecca cõtentus egit, præsignans proculdubio, dominum Iesum nostrum vnam tantum sponsam habiturum Ecclesiam. Ceterum Salomoni vitio datur numerola illa concubinarum multitudo. Nec omnino ab hac nota alienus fuit pater eius Dauid, qui vxoribus concubinarumque multitudinē filium fugiēs parricidam, strenuo scilicet præsidio, domum suam custodiendam reliquit. quas scelestissimus pariter & flagitiosissimus filius Deo ipso permittente, & paterni adulterij vindice aperto in sole pollueret, & incesteret. Demum addamus & illud, solos principum vxorū filios solitos institui hæredes ex asse, substantiæ paternæ: distributis quibusdam legatis concubinarum filijs. id quod pater ex eodem loco, quem ex Genesi paulo superius citauimus. vbi sic habet: Deditque Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac filio suo: filijs autem concubinarum largitus est munera. Quid, si plures essent filij ex multis vxoribus? Certe omnibus ex æquo accedebat hæreditas paterna, saluo tamen primogenitorum iure. id quod lege veteri decretum esse liquet, ex his quæ in Deuteronomio scripta sunt, Si habuerit, ait, homo vxores duas, vnam dilectam, alteram odiosam: genueritque ex eis liberos: & fuerit filius odiosæ primogenitus: volueritque substantiam inter filios suos diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ: sed filium odiosæ agnoscat primogenitum: dabitque ei de his, quæ habuerit cuncta duplicia. Habuit autem hæc lex originem ex eo, quod Jacob instituens hæredem sibi præcipuum filium suum Ioseph, auxit illum duplo supra alios fratres, sic enim legitur Genesios capite quadagesimo octauo, Et ait Jacob ad Ioseph filium suum: En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque ad terram patrum vestrorum. do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Sed hæc hætenus. iam textus seriem repetamus.

Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni.

In Hebræo sic habet, Fuerunt autem dies annorum

horum vitæ Abrahæ centum anni, & septuaginta anni, & quinque anni. etenim quod superius de Saræ annorum supputatione dictum est, hoc idem de Abraham sentiendum, videlicet Annorum nomen fuisse tribus numeris appositum: quia Patriarcha in qualibet ætate congruam ei perfectionem habuit.

Et deficiens mortuus est.

Defecit enim haud morbo, sed senio. hoc enim denotat verbum Defecit: quod non violenta morte, aut sæuiente peste: sed naturali, vitalique vi paulatim consumpta obierit. & ideo mortuus est

In senectute bona.

Scilicet minime morbis, vel senilibus molestijs affecta: sed vegeta: & quantum in ea ætate hominis natura patitur viuida, beneque valenti. vel potius senectutis bonitatem ad morum probitatem retulit, eius qui fuit pietate, iusticiaque insignis: Cani enim sunt sensus hominis, & senectus bona, vita immaculata.

Prouectaque ætatis, & plenus dierum.

Mortuus quippe est grandævus, qui totam vitæ suæ periodum peregit: veram enim sapientiam coluit, in cuius dextera est plenitudo dierum: & in eius sinistra diuitiæ & gloria. At verò insipientes ante diem suum sæpe rapiuntur, iuxta illud: Viri sanguinum non dimidiabunt dies suos: & apud Lucam diuiti illi, qui refertis, ampliatisque horreis, & opulentam, & delitiosam, & flagitiosam vitam multos per annos sibi pollicebatur à Deo dicitur: Stulte, hac nocte anima tua auferetur à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Porro pro eo quod est Plenus dierum, in Hebræo est *עָבָרָה* çabærah, id est, satur, siue satiatus, nempe cunctis bonis, & spiritualibus & corporalibus saturatus. Sup quo Hieronymus: Græcis in codicibus ponitur, Plenus dierum, quod cum sensu videatur exponere, eò quod lucis, & diei operibus plenus occubuerit: tamen magis ad anagogem facit, si simpliciter ponatur Plenus. Et congregatus est. Notandum, quod totum hoc, Defecit, & appositus, collectusque est ad populum suum, de solis iustis dici solet. Præterea, quod dicitur.

Congregatus est ad populum suum.

Per similitudinem est intelligendum. nam quemadmodum ex agris matura messis in horreum congregatur: ita de publico huius

vitæ curriculo alijs, atque alijs temporibus electi iustorum cætui hac vita perfunctorum aggregantur. Populus enim Patriarchæ intelligitur iustorum congregatio, eorum quippe qui ab Abel iusto vsque ad huius Patriarchæ mortem ex hac vita in certum quendam locum concesserant: in quo depositi, Deoque fruendo seruati, felici spe Christi liberatoris aduentum sperabant. In quo Spiritus sancti idioma agnoscas oportet, quo de iustis ante Christi passionem hac vita defunctis dicitur, eos congregari ad populum suum, eò quod ad Limbum sanctorum patrum deferrentur. at de iustis mortuis post absolutam generis humani redemptionem scribitur, eos obdormisse in Domino, quod statim post huius vitæ functionem ad fruendum Deo facie ad faciem subuehantur. hinc de beato Stephano proto martyre in Actis Apostolicis scriptum est, quod obdormiuit in Domino. & in Apocalypsi ab angelo præcipitur Ioanni scribere, Beati mortui, qui in Domino moriuntur: a modo enim dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Quid est A modo? nisi ex quo mundi redemptor per tolerantiam crucis paradisi cœlestis ianuas aperuit. nam antea defuncti sustinebant nonnullum longæ expectationis tedium, vel certe tantillum laborem de dilata suæ liberationis spe, quam certissimam de liberatore venturo habebant: Spes enim quæ differtur, affligit animam. Sed de his plura in tractatu De cruce dominica scripsimus. At verò de officio sepulturæ Patriarchæ à filijs suis adhibito Scriptura infert.

Et sepelierunt eum Isaac & Hismael filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Seor Ethæi è regione Mambre, quam emerat a filijs Heth: ibi sepultus est ipse, & Sara vxor eius.

Conuenerunt igitur è gentis more ad paternum funus pie celebrandum Isaac & Hismael. nec dubium quin alij quoque ex Cethura filij Abrahæ conuenerint, si qui eorum proxima loca habitabant: sed hos duos tanquam præcipuos fratres Sacer historicus nominauit. iamque ipso narrationis ordine Isaac Hismaeli præfertur. nec id Hismael grauius tollisse fertur: non igitur omnino impius erat Hismael, qui & paternum funus procurauit, &

*Gene. 4.*

*Gene. 30.*

*Gen. 31.*

*Sap. 4.*

*Prou. 3.*

*Psal. 54.*

*Luc. 12.*

*Hieron.*

*Deut. 21.*

*Gen. 48.*

*Act. 7.*

*Apo. 14.*

*Prou. 13.*

&

& defuncto iusta reddidit, fratrique suo, propter quem patria de domo exclusus fuerat, iam erat penitus reconciliatus. Qui ergo bono sociatur, haud prorsus improbus est habendus. praesertim quod moris harum Scripturarum sit, interdum morum similitudinem e personarum coniunctione in alterutram partem denotare. Quod autem cum vxore sua Sara sepeliri voluit, affectus maritalis vim, decorumque monstravit: simulque communem vtriusque futurae resurrectionis spem innuit. Quid enim eos pariter computrescere proderat, nisi vna se resurrecturos sperassent? Denique cum Abraham mortuus traditur, totus ille homo est accipiendus ex anima & corpore constans: quorum diuisio mors est. at cum sepultus esse dicitur, cadaver tantum eius est accipiendum: cum vero ad populum collectus memoratur, constat de sola anima mentionem fieri. sed merito a toto vtraque pars designatur, quoniam in idem totum vtraque coalescet, cum indubitata mortuorum resurrectio consummabitur. Ob hoc enim mysterium. Praeceptor caelestis Saduceos de resurrectionis incredulitate redarguens dixit eis: Cum dicitur quod est Deus Abraham, & Deus Isaac, & Iacob, datur intelligi quod non est Deus mortuorum, sed viuorum: non quod illi mortui non essent: sed quod virtute Dei ad vitam hac multo feliciorē reuocati essent. Vbi ergo sunt, qui dicere audent in Petateucho non esse futurae vitae significationem? errat tota via. Sepulto autem Patriarcha de Isaac narrationem prosequitur Scriptura dicens. Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio eius.

Quaeritur. cur Abraham morti proximus non benedixit filio suo Isaac? An quia in benedictionibus Abraham a Deo collatis Isaac quoque benedictus intelligitur? cui dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen. idcirco vir iustus non est ausus benedictioni diuinæ humanam addere. An quia de Isaac nasciturus erat Esau Deo reprobandus? & ideo reliquit ipsi Deo benedictionem, qui bene nouerat alterum assumere, alterum omittere iuxta illud Matthaei, Duo erunt in vno lecto, & vnus assumetur, & alius relinquetur. & illud Apostoli ex Michæa propheta, Priusquam nascerentur, & ante quam quicquam boni, aut mali facerent, ex vocante dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui? An quia Isaac ex quo in holocaustum oblatum Deo fuerat, benedictionem hereditate possidebat: neque opus fuit illum noua benedictione consecrari, qui re ipsa in

saluatoris typum sanctum sacrificium, & hostia viuam esse meruit? An demum quoniam Isaac praefigurabat Christum Iesum, qui a solo Patre caelesti benedicendus esset, iuxta illud Psalmographi: Praeuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso? Denique Mortuo Abraham atque sepulto, Isaac a Deo benedicatur: quoniam deficiente synagoga, mortuaeque lege, sepultaque synagoga, benedictio a Patre Christo domino collata per gratiam Euangelicam in omnes gentes effusa fuit. Post mortem itaque, Abraham benedixit Deus Isaac filio eius. Quid est benedixit? nisi multiplicauit illi bona, cum corporalia, tum spiritualia? nomen enim benedictionis in Sanctis scripturis copiam quandam & abundantiam notare solet, iuxta illud Pauli, Qui parcat seminatur, parcat & metet: & qui in benedictionibus feminat, de benedictionibus & metet.

Qui habitauit iuxta puteum nomine Viuentis & videntis.

Hic non est ille puteus Bersabee, de quo capite vigesimo primo supra tractatum est: sed ille puteus, qui ab angelo ancillae Agar in solitudine Pharan erranti quondam ostensus fuit. Nec tamen hi duo putei longe a se distant, est enim valde probabile, Patriarcham postquam Cethuram duxit: emancipasse filium suum Isaac: ac subinde data ei praecipua bonorum suorum substantia, praecipisse eidem, ut seorsum habitaret. habitauerunt igitur pater & filius locis separati, alter quidem iuxta puteum Bersabee, alter autem apud puteum Viuentis & videntis. estque huius vtriusque ad inuicem recessus argumentum minime leue, quod cum Rebeccam primum excepit Isaac: eamque introduxit in matris suae tabernaculum, nulla facta est de Abraham in alio quenda nura mentio. eius nempe silentij nihil aliud in causa esse videtur, nisi quod pater a filio procul sederet. Enimvero Isaac adhibito pio in Patriarchae sepulturam officio promeruit, ut hoc in loco genealogia sua intexeretur. De qua sequitur.

Hæ sunt generationes Isaac filij Abraham, quem peperit ei Agar Aegyptia famula Sarae. & hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus suis.

Iuxta natiuitates namque suas alia atque alia nomina

habuerunt. præter ea cognomen, quæ a varijs euentis sortiti referuntur. Ergo Primogenitus Hismael Nabath.

A quo, ut ait Hieronymus, omnis regio ab Euphrate usque ad Mare rubrum Nabathena usque hodie dicitur, quæ pars Arabiae est. hinc illud Poetae.

*Eurus ad auroyam, Nabathæaq; regna recessit.*

Deinde Cedar, & Abdul, & Mabsan: Mafsa quoque, & Duma, & Mafa, & Adad, & Thema, & Iachur, & Naphis, & Cedma. Isti sunt filij Ismael: & hæc nomina per castella & oppidatorum: duodecim principes tribuum suarum.

Habebant enim hi omnes palacia sua, regaliaque oppida, quæ habitabant, singulas quoque curias habebant in quibus subditis, quibus suis iura dabant. Ergo, ut ait Hieronymus, familiae eorum, oppidaque, & pagi, & munita castella, & tribus eorum hac appellatione celebrabantur. ab vno quoque ex his, Cedar in deserto, & Duma alia regio, & Thema ad Austrum, & Cedma ad Orientalem plagam dicitur.

Anni vero vitæ Ismael centum triginta septem.

Aduerte hic, non replicari nomen annorum per singulos numeros, sicut in supputatione annorum Abraham, atque Sarae. quia Ismael vitæ suæ pluribus annis minus pie vixit: & si ad vitæ extremum præteritorum poeniruisse peccatorum videretur. id quod ex eo quod sequitur nobis coniectare licebit.

Et deficiens mortuus est & appositus ad populum suum.

Hoc enim iuxta regulam prius positam non, nisi de ijs, qui Deo grati ex hac vita demigrati dici solet, Quam ob rem & Hismael, & si de ancilla natus, quia tandem respicit, ad ceterum iustorum pertinet. Vt iam tum in Ismaele completum sit illud Apostoli, In Christo Iesu non est seruus, neque liber.

Habitauit autem ab Euila usque;

Sur, quæ respicit Assyrios.

Hieronymus. Euila, vbi aurum purissimum, quod Hebraice dicitur Zaab: & gemma preciosissima Carbunculus, Smaragdusque nascuntur. Est autem regio ad Orientem vergens. quam circuit de paradiso Phison egrediens: quem nostri mutato nomine Gangem vocant. sed & vnus de minoribus Noe Euila dicitur est: quem Ioseph refert, cum fratribus suis a flumine Cephena & regione India usque ad eum locum, qui appellatur Ieria posuisse. Sur autem est solitudo inter Cades & Harad. vbi inuenit angelus Agar ancillam Sarae, extendens desertum usque ad Mare rubrum, quod ad Aegypti confinia peruenit, per eam vtriusque partem, per quam intratur ad terram Assyriorum. Nec est prætereundum, quod *וַיֵּשְׁבוּ* vaikenū est. Et habitauerunt. ut non de vno tantum Ismaele dicitur: sed de omnibus filiis eius. qui ea loca passim incoluerunt, quæ & hodie nominibus filiorum Ismael appellantur. Quod autem sequitur.

Coram cunctis fratribus suis obiit.

Variè exponitur eod quod verbum *בָּיָא* naphal plura significat, cadere, habitare, mori quidam putant hoc in loco aliquid esse superdum: ut sit sensus: Coram fratribus suis cecidit ei hereditas, & fors. alij accipiunt Cecidit pro eo quod est Habitauit. in qua significatione ponitur Iudicū septimo capite: Et Madian, & Amalech, & filij Orientis habitabant in valle. Ad hoc videtur & maxime facere id quod superius angelus de Ismaele prædixit, Et super faciem omnium fratrum suorum figet tentoria. hunc quoque sensum secuti sunt Septuaginta *κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ κατακίσειν*. Enimvero congruentius videtur, ut intelligatur Cecidit pro eo quod est Obiit: ut qui coram quibusdam fratribus Cethuræ filijs iuxta angeli prædictionem habitauit coram eisdem obiit. Cadere namque in omnibus eruditorum linguis pro mori frequenter usurpatur. Facit & pro hoc sensu id, quod Hieronymus a Septuaginta dissentiens scribit: Quod autem, inquit, in extremo huius capituli iuxta Septuaginta legimus Contra faciem omnium fratrum suorum habitauit, verius est illud, quod nos posuimus Coram omnibus fratribus suis occubuit, id est, in manibus omnium filiorum suorum mortuus est superstitibus liberis, & nullo prius morte prærepto. fratres autem pro filiis appellari

Mat. 22.

Mat. 24  
Roma. 9

Psal. 20.

2. corin. 9

Hieron.

Hieron.

Iudic. 7.

Gala. 3.

*Gene. 31.* pellari, Jacob quoque ad Laban demonstrat dicens, Quod est peccatum meum? quia persecutus es me, & quia scrutatus es omnia vasa mea? Quid inuenisti de vniuersis vasis domus tuæ: ponatur coram fratribus meis, & fratribus tuis, & diiudicent inter nos. nec enim possumus credere, vt Scriptura commemorat, qd Jacob exceptis liberis fratre aliquos secum habuerit. Hæc de Ismaele. Iam dignum est, vt ipsa Scripturæ de Isaac narrantis verba discutiamus. ait enim.

Hæc quoque sunt generationes Isaac filij Abraham.

Generationes, inquit, & non Generationem quia duæ progenies progressæ sunt ab Isaac, altera Idumæorum per Esau, altera Israelitarum per Isaac. Adiungitur autem Filij Abraham, quia iam auctus nomine Abraham, quando genuit Isaac, quoniam huius generatio ex dono Dei futura esset. Et vt sequentia commodius annectantur repetitur id, quod mox sequitur.

Abraham genuit Isaac.

*Rupert.* Pulehrè Rupertus. Quas hic Moses generationes dicit Isaac, vsque ad sua tempora digesturus ipsas Euangelista Matthæus, Iesum Christum filij Dei generationes appellans vsq; ad ipsum pene continuat. præmissio namq; frontis titulo, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham, protinus à præsentis capitulo sacram genealogiam sic inchoat, Abraham genuit Isaac. porro aliter huius, atq; aliter illius generationes sunt. nam illius videlicet Iesu Christi generationes magis secundum fidem, quam secunda dum carnem obseruatæ sunt: & è contra huius scilicet Isaac generationes magis secundum carnem, quam secundum spiritum succedentes digestæ sunt. vnde. illic ad summum generatio carnis deficit. nec enim dictum est, aut dici debuit, Ioseph autem genuit Iesum, qui vocatur Christus. è contra hic generatio fluxæ carnis coalescit, dum impetrato Rebeckæ cõceptu coliduntur in vtero eius paruuli, de quibus recte dicat Deus: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Abraham itaque genuit Isaac.

Qui cum quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeckam filiã Bathuelis Syri de Mesopotamia sororem Laban.

Etenim Isaac, qui quadragenarius coniugiũ

subijt, nullatenus nuptiarum tẽpus antea uertit, vt libidini obsequeretur: tã chara erat pietissimo adolescenti carnis mundicia. *Rupert.* Rupertus item est nobis aduocandus. Sara, iniquit, nonagenaria peperit Isaac: eademq; vixit cẽtum viginti septem annis. & mortua est. Isaac verd cum quadraginta esset. annorum vxorẽ duxit Rebeckam. tribus igitur annis ante Rebeckæ nuptias Sara defuncta est. Sic proculdubio ante Christi passionem, qua prædicationis Euangelicæ gratiam ille sibi copulauit tribus annis, vel à diebus, vel à baptismo Ioãnis mortua est Lex, & Prophetia, nõ sibi, sed Iudæis, testante id ipsum Christo, cum dicit: *Matth. 23.* Lex & Prophetæ vsque ad Ioãnem. Nam ex quo Iudæi præsentem, & testimonio Ioannis declaratum Christũ Dei filium blasphemare cõeperunt, omnis sanctitas, omnisq; pietatis veritas reliquit iniquos eorum cõterus: eod quodd essent concilium vanitatis, & ecclesiã malignantium præter paucos, qui fidem retinentes Abraham tabernaculum Saræ, nempe Ecclesiæ esse meruerunt. Meminit & hoc loco Laban Scriptura, quod filius eius olim Iacob filius Isaac ducturus esset: numerosa quarum, ancillarumque suarum prole ex vno Iacob populus Dei mirabili mysterio multiplicandus erat. Cæterum vnde viginti annis à nuptijs Isaac & Rebeckæ manens mirabili patientia Rebeckæ sterilitatẽ tulit: neq; em sterili vxori infecunditatem impropertauit: neque domino, pro quo iugulum retenderat liberos sibi minime elargienti obmurmurauit. Verum, vt iustus in vxorem, & in Deum pius, quoniam vidit naturam claudicantem, religiosa mente ad naturæ conditorem confugit: & vincula naturæ precibus soluere festinauit.

Deprecatusque est, inquit, Isaac Dominum pro vxore sua, eo qd esset sterilis.

*Rupert.* Rupertus. Quia Dei donum erat, & non ex hominibus, vt in semine Abraham omnes gẽtes benedicerentur, decebat sic ad dandum extendi Dei manum, vt tamẽ ad munus agnoscendum diuinum, mens hominis nõ dormitaret, ne ingratitude perderet, quod gratis ei donabatur: Ingrati enim spes, quasi hybernalis glacies tabescet, & disperiet, tanquã aqua superuacua, sicut in Sapientiæ libro scriptum est. Quid autem hac in re melius fidẽ erudiret contra os loquentium inique, quam harum sterilitas sceminarum. Bene igitur in vxorem

vxorem Isaac Rebeckã Dei prouidentia præparauit: nec falsus est Abraham seruus dicẽdo, Ipsa est, quã præparasti Domine filio domini mei. Verum talem præparauit, in quã nõ posset omnis caro: sed sola fides coram Deo gloriari, sterilem namq; vterũ prouidit, qui absque vi diuinitus sibi superaddita de viro concipere non valeret. Nam ne id casu actũ putes, consyderes oportet, quod non solus Isaac, nec solus Abraham, sed tres ordine cõtinuo principes populorum, & columnę patrum, Abraham, Isaac, & Iacob steriles vxores sortiti sunt. Abraham Saram, Isaac Rebeckam, Iacob Rachelem, pro qua seruiuit, & quam penẽ solam vocat vxorem suam. Vnde quia fetus illarum Isaac, Iacob, & Ioseph nõ filij carnis, sed filij sunt promissionis, recte in illis eius seminis Abraham, quod est Christus, in quo tota promissionis summa consistit, figura maximẽ præfulgere comprobatur: quia videlicet in typum illius, & Isaac immolatus est, & Iacob seruiuit, & Ioseph venditus, atq; post carcerem mundi saluator appellatus à famis calamitate Egyptum liberauit. Deniq; præcesserunt trium insignium sceminarum, earũdemq; steriliũ mirabiles conceptus, partusq;: vt præmissis talibus exemplis virginalis conceptus, partusq; credibilis fieret. Hinc & Gabriel Archangelus alius cuiusdam anus sterilis conceptum Deiparæ virgini in argumentum attulit: vt ei filij Dei conceptionem inuolata virginitate persuaderet. Magnum igitur mysterium gerebatur cum sterilis ducebatur, pro qua innocentissimus Isaac deprecatus est, vt à Domino fecunda redderetur. Et quid est, Deprecatus est? nisi, Valde precatus est: orauit enim vehementer, piẽ, & perseveranter: & vt ille precator Euangelicus, qui ab amico tres panes petaci improbitate extorsit: sic & hic deprecator pia quadam, & proba importunaq; instantia sterili suæ fecunditatem à Deo obrinuit. Adiuuat & ad hunc locum melius intelligendum Hebraica proprietates ריעתר יצחק ליהוה לנכה אשתו כר ריעתר יצחק ליהוה לנכה אשתו כר ריעתר יצחק ליהוה לנכה אשתו כר idest Et multiplicauit preces Isaac ad dominũ egregione vxoris suæ sterilis. Vterq; igitur orabat, & simul orabant: vt eorũ oratio exaudibilior esset. Sed precatium, & auctior, & acceptior, & efficacior fuit precatio Isaac, quã Rebeckæ: vt pote eius qui sanctior vxore, Deoq; gratior multo esset, id qd sequentia docent.

Qui exaudiuit, ait, eum.

Non dubium, quin Dominus ipsum Isaac. Et dedit conceptum Rebeckæ. Egregiè autẽ super hũc locum Magnus Gregorius theologatur dicens. Quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, id precibus obtineantur. Nam ipsa quoq; cœlestis regni prædestinatio, ita est dispensata, vt ad hanc electi ex labore perueniant: vt postulando mereantur accipere, quod eis Deus ante sæcula disposuerat dare. Abraham namq; Dñs ait: In Isaac vocabitur tibi semen, cui etiã dixerat: Patrem multarũ gentium cõstituente, & rursum, Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & arenam, quæ est in littore maris. Vnde cõstat, quod Deus semen Abraham per Isaac multiplicare prædestinauerat, & tamen scriptum est, Deprecatus est Isaac dominũ pro vxore sua, eod quod esset sterilis. Si verd multiplicatio generis per Isaac Abraham promissa fuit, cur sterilẽ accipit? Sed prædestinatio precibus impletur, is enim, quo Deus multiplicare semen Abraham prædestinauit, oratione obtinuit, vt filios haberet. Oportet ergo orare, & nunquã deficere, vt precibus assiduis, & diuturnis obtineamus, ea quæ nobis donare decreuit Deus. Vi de quãdiu deprecatus est Isaac Dominum pro habendo filio, nempe decem & nouem annis. Nam anno ætatis suæ quadagesimo Isaac cum Rebecca congressus est, quæ minime concepit vsq; ad annum quinquagesimum nouum illius, siquidem anno sexagesimo vitę Isaac nati sunt ei Iacob & Esau. Quare nos ex his, quæ huic iusto acciderunt eruditi, nunquã cessemus orare Deũ, vt & ignoscat nobis peccata & petita cõcedat, seruẽsq; & æstuans desiderium ostendamus: & non ægre feramus, neq; segniore fiamus, si non statim audiamur, fortassis enim Dñs continuam nostrã sedulitatem blãda inducẽs arte ita differt, vt mercedem quoq; patientiæ afferamus. & quia ipse tempus scit, quãdo nobis vile fuerit, quod quærimus. Neq; enim nos ita scimus, quid nobis vile, vt ipse euidenter nouit: qui etiã abscondita mētis nostrę cognoscit. huc pertinet illud Pauli, Quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Deprecantem itaq; Isaac pro vxore sua Dñs exaudiuit, quãdo voluit, & quomodo voluit: quia sic ipse præuiderat, & ita præparauerat, vt fides deuotione adiuuaretur: & prædestinatio



natio feminis deprecatione sterilitatis adimpleretur. In quo maxima proculdubio virtus orationis ostenditur, quæ ipsam rerum naturam superat, eamque ex infœcunda fœcundam reddit. Hoc denique dicto scriptura confestim ex aduerso subiungit dicens.

**Sed collidebantur in utero eius paruuli.**

Quod est dicere, Conceptus quidem materia erat gaudij; sed gaudium conceptionis uteri materni dolor valde cõturbabat. Enimvero collidebantur paruuli, non utique præmeditata contentione: nec certandi scientia, vincendi que affectu concitati, sed eo Dei nutu commoti: quo non solum irrationabilia pecora, verum etiam inanimata elementa quodam

*LUC. 21.*

futurorum prætagio, aut permoueri solent, aut permutari, qualia iam sæpe facta nouimus, & adhuc maiora futura sunt Domino testante cum dicit, Erunt signa in sole, & luna & stellis, & in terris præflura gentium præconfusione maris, & fluctuum. Adumbrabat autem illa infantium nondum natorum pugna futuram inter Idumæos, atque Iudæos compugnationem: nec non & illud, quod in Actis

*ACT. II.*

Apostolorum tanto postea factum est, quando admissos ad fidem gentiles, factosque Euangelicæ gratiæ participes, Iudæi, præcipueque illi qui erant ex circūcisione ab Ecclesia propellere contendebant: vel saluti eorum inuidetes, vel summum locum in Ecclesia tenere ambientes. Qualis autem fuerit illa collisio,

*Hiero.*

Hieronymus incertum habens, ita scribit. Pro motione septuaginta interpretes posuerunt *ἡ κρηὶς οὖν*, id est Iudebant, siue calcitrabant: quod Aquila transtulit, Cõfringebantur filij in utero eius. Symmachus uero *διεσπασθη* id est, in similitudinem nauis in superficie ferebantur. Certum demum est, collisionem illam paruulorum, atque compugnantiam fuisse eorum matri permolestam.

**Quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?**

*Chry.*

Rebecca iure suo patientiæ nomen habet: & tamen egrè fert filiorum commotionem: vel quod puerpera in mediis intraneis dolores sentiret acerbos, vel quod sibi fœtibusque timeret: ne certamen illud plus quam ciuile in abortum erumperet: ideoque.

**Perrexit Rebecca, ut cõsuleret Dominum.**

Vide, obsecro, cum Chryostomo hic mulieris

pietatem, & religionem: nõ enim fecit, sicut mulieres multæ, quæ negligenter viuunt, facere solent: non ad humanum confugit subsidium, non ad eos, qui talia suis coniecturis, suæque rationis obseruationibus iudicare uolunt: neque se exposuit deceptioni curiosorum, & eorum qui polliceri audent, quæ supra humanam sunt naturam: sed abiit, inquit, ut cõsuleret Dominum. Vide mulieris sagacitatẽ, quoniam uidit, quod is qui uulnam eius reserarat, is nature esset dominus, & infœcundum ventrem repente ita fœcundum effecisset: & uidebat uteri sarcinam, magna quædam promittentem, Perrexit, inquit, ut cõsuleret Dominum. Quid est, Perrexit, ut cõsuleret Dominum? Cucurrit ad veram scientiam. Augustinus. Quæritur quod ierit, cum nondum essent Prophetae, vel sacerdotes tabernaculi, aut templi Domini? forsitan ad locum, ubi aram constituit Abraham in monte scilicet, Moria: sed quomodo ibi responsa darẽtur? an per aliquem sacerdotem? quem mirum est, si erat, nõ fuisse nominatum, & nullam sacerdotum factam mentionem esse. forsitan ibi fiebat, ut cum orando allegarent desideria sua, per somnium monerentur. facit ad hoc plurimum, quod uerbum *וַיֵּשֶׁב* daras Hebræis significat non solum quærere & consulere, sed etiam precari, sicut in Psal. 33. Exquisiui Dominum, pro Oraui Dominum positum est: nam illico subiugitur, Et exaudiuit me, quod ad precantem plane refertur: vel adhuc uiuebat Melchicedech: cuius tanta fuit excellentia, ut dubitaretur, utrum homo, an angelus fuerit. Plerique Iudæorum tradunt, Rebecca adisse ad Melchicedech, qui & Sem: qui uixit adhuc post natum Iacob annos quadraginta. Et quod sequitur.

*Aug.*

*Psal. 33.*

**Et Respondens ait,**

Intelligendus sit Dominus: per os tamen sacerdotis, per quem oracula edebantur. Huic sententiæ astipulatur Chryostomus dicens: Rebecca festinauit ad sacerdotem Dei ministrum, per quem latentium scientiam uolebat discere: & enarrans omnia quæ sibi contigerant, didicit diligenter omnia, misericordie Deo per sacerdotis linguam detegente et omnia manifestè, & alacriorẽ eam reddente. Et uide quanta & tunc erat sacerdotis dignitas. nusquam enim dicit, quod sacerdos ei respõderit, sed postquã dixit, abiit, ut cõsuleret Dominum. & dixit Dominus ei, nempe per sacerdotem.

*Chryso.*

**Duæ Gentes in utero tuo.**

Etenim

Etenim & alio loco angelum uocat sacerdotem Diuina scriptura, monstrans, quod illa loquatur, quæ inspirat, ac suggerit spiritus gratia. Vel forte etiam illo tempore erant homines Dei, in quibus posset interrogari. talis putatur fuisse Heber, qui spiritu prophetico posuit filio suo nomen Paleg, eo quod tempore ipsius esset terra diuidenda. nec mirum quoniam Heber longæuus fuit, & usque ad annum sexagesimum nonum uitæ Iacob uixisse ex temporum dinumeratione superius constitit. Demum quicquid horum, uel forte aliud fuerit, Rebecca secundum scripturam dominum interrogauit: & nõ minus quam Agar responsum eius meruit.

**Qui respondens ait: Duæ gentes in utero tuo sunt: & duo populi ex utero tuo diuidetur. populusque populum superabit: & maior seruiet minori.**

Duæ, inquit, gentes: id est, duos duarum gentium principes in utero tuo gestas: & duo populi armis, uiribusque potentes in tuo regno sibi uelementer aduersa e ventris tuo diuidentur. nempe compugnantibus puerulis nondum natis intra matris uterum eorum dissidium in primis inutum est. accessit & in lucem æditis perpetua discordia, indies etiã atque etiam in maius erescens: nempe pro utriusque morum, studiorumque distantia.

*Tullius.*

ut enim ait maximus Orator, Disparis mores disparia sequuntur studia: neque unquam improbi probis, neque probi improbis amici esse possunt. Porro intestina odia, & plusquam ciuilia bella a parentibus suscepta eorum filij perpetuis dissidijs nutrierunt, auerunt, & in longissimum tempus protraxerunt: non tamen æquis uictoriarum successibus. nam in prelijs inter eos commissis prope semper Israelitæ Idumæis superiores euaserunt, iuxta uaticinium quod sequitur: Populusque populum superabit: & maior seruiet minori. etenim iuxta historiam hoc oraculum inuenitur esse completum, ubi populus Israel, hoc est minor frater Iacob, & bello superauit, & seruitute oppressit Idumæos, quippe populum, quem propagauerat Esau. David enim Rex Idumæos Israelitis tributarios effecit. seruiueruntque filij Edom Iudæis a David usque ad Iehoran Regem Iudæ, sub quo rebellauerunt, & antiquæ seruitutis iugum excusserunt: In diebus, inquit, e-

*4. Reg. 8.*

ius recessit Edom, ne esset sub Iudæ: & constituit sibi Regem. At uero diuinus Paulus mirabili sapientia hunc locum iuxta mysticos intellectus in ueterem, nouumque populum aptissime refert. ubi ostendit, in Esau ipsum Israel secundum carnem figurari, & in Iacob eundem Israel secundum spiritum designari. de quo mysterio alibi latius differetur. Interim illud ad moneamus, in singulis quoque nostrum collidi & compugnare Esau & Iacob, hoc est, carnem & spiritum: cum, ut refert Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur. ut ea quæ uultis, non faciatis. Id enim natura rerum refert: quoniam pro hoc miserabili hominis statu caro & spiritus non possunt ad certam quandam proportionem omnino reuocari, nec satis esse concordēs: sed necesse est crescente mentis nouitate, sensus ueritatem decrescere: ac perinde superante Dei populo, & extante, populū diaboli uinci, atque prosterni. & e contrario præualecente carne, tenebrarumque filijs, consequens est spiritum succubere, filiosque lucis affligi: donec euacuato quod ex parte est, ueniat quod perfectum est.

*Galat. 5.*

**Iamque tempus pariendi uenerat,**

In Hebræo habetur. Iamque impleti sunt dies ad pariendum. Notandum, quod huiusmodi dierum, temporisque impletio nõquam, nisi de sanctis mulieribus scribitur. sicut de Rebecca & de matre Ioannis Baptistæ, & felicissima Maria matre domini nostri Iesu Christi. Vnde eximium aliquid præter ceteros homines huiusmodi partus habere ostenditur: & impletio dierum ortum perfectæ sobolis indicat.

**Et ecce gemini in utero eius reperti sunt.**

Duo quippe fratres una eademque fœtura æditi, ut duo principes populorum iam diuino oraculo celebrati. & uide mysterium. Ecclesia Christo desponsata geminos concepit Iudæos pariter ac Ethnicos. nihil inter hos & illos discernens, utrosque ad uitam uocauit: ut ex utriusque in caulam celestem adductis fieret unum ouile, & unus pastor.

**Qui prius egressus est rufus erat, & totus in more pellis hispidus.**

Y

Mira:



Mirabilis profectò nascētis habitus, tū quòd sanguineo colore infectus, tum quòd præter naturæ morem, & ætatem de matris vtero toto corpore pilosus processerit. & quidem sanguinea illa rubedine nō obscure sanguinolenta nascētis feritas designatur, iuxta illud, *Psal. 54.* Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. In villositate autem animositatis p̄tinacia declaratur. Si potest, inquit, pardus mutare pellem suam, sic & vos poteritis benefacere, cūm cœperitis male.

Vocatumque est nomen eius Esau.

A verbo *עָשָׂה* ghaçah quod est Facere, reuera Esau, id est factus, nomen accepit. eò quòd natus fuerit, veluti perfectus, & ætate plenus. villorū enim pilorūq; eruptio adultioris, p̄fectorisq; est ætatis indicium: in qua validiori calore corporis humani concocti, & exiecati humores in villos, pilosq; durantur, atque vertuntur.

Protinus alter egrediens plantā fratris tenebat manu.

Scilicet conatus, ne prius alter egrederetur, veluti qui supplaturus esset fratrem, eiusq; primatum prærepturus.

Et idcirco appellauit eum Iacob.

Nomine videlicet à calcaneo deducto, quod Latine supplantatorem sonat. Sed quis imposuit ei nomen? Certe non Rebecca, quoniam *יַעֲקֹב* vaicrà verbum, quod est appellauit apud Hebræos generis est masculini. Quare vel Deus ipse intelligendus est, eius nominis impositor, vel Isaac eius pater: qui tanquam propheta futurorum præcius congruum præiussit ei nomen indidit. Præterea Esau indefinita nominatoris persona nomē est inditum. Iacob autem à certo quodam appellatore id nominis sortit⁹ est. Quia Esau ut reprobus, nascitur ab eo, qui de talibus, inquit, Non ero memor nominum eorum per labia mea. Iacob autem iam illud conueniebat: Noui te ex nomine. vtriusque demum, tam Esau, quàm Iacobi habitus & corporis schema prodidit, quis fratru & in vtero duelli princeps fuerit: & quis post vterum diffidiorum autor, pugnatumque intencator: prodidit & vter eorum in vtero materno alterum superarit: & post vterum vi-

toriz palmam de altero reportaturus esset. Nam sicut ille rufus & hispidus prior egresus est, sic & in vtero prior cum fratre colluctatus, collisusque post vterum fratri mortem machinaturus erat. Ediuerso autem sicut hic, nempe Iacob, lenis erat: & fratrem ab vtero protinus sequens eius plantam tenebat. ita post vterum cum lenitate & modestia, nulla vi, nullaque illata iniuria primatum eidem prærepturus erat. id quod postea Scriptura manifestè declarabit. Cæterum.

Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt paruuli.

Igitur vnde uigesimalium annuum cum Rebecca Isaac egerat, prius quàm ipsa conciperet. Ecce hi duo iusti erant: & diuturno tempore prole maximè expetita vacui permanserunt. non igitur semper ob coniugum peccata, vel non dantur, vel ferius dantur eis liberi. Quæras cur explorata per decennium, & eo amplius Rebeckæ sterilitate Isaac patris imitatione alteram non superinduxit? Dicunt Hebræi, quod non sit reiciendum: Isaac ex quo oraculo diuino parens, super altare in victimam Deo acceptam se mactandum imponi sponte passus est, fuisse Domino consecratum. ideòque non licuisse ei digamiz imperfectum subire. Sed vnica tantum contentum, degere: quod & Apostolico decreto maximè cōgruit. tradit enim *Tit. 2.* Apostolus, oportere Episcopum, quod Deo sit consecratus, esse vnus vxoris virum. Porro sicut sexagenarius erat Isaac, quādo nati sunt paruuli, alter Deo reprobandus, approbandus eidem alter: sic & sexta mundi ætate populum Iudæorum propter insolentiam, incredulitatemque suam abiectum esse videmus: gentium autem populum ad Christi fidem renocatum esse miramur. vel potius caremoniosum populum cum lege relicto. spiritualementem verò per gratiam Evangelicam ad Dei amicitiam receptum fuisse gloriamur. Illud demum hoc in loco summopere animaduertendum est, quàm frequens sit in Historiis sacris præposter⁹ ordo. Ecce mors Abraham, eiusque sepultura ante Rebeckæ conceptum descripta est. quum septemdecim annos post natalem Esau atque Iacob idem vixerit. non est igitur constans semper argumentum, quod à narrandi serie ad rerum gestarum ordinem summitur. Iam verò scriptura, ut diuersum vtriusque fratris ab altero studium nobis commonstret, adiungit.

Quibus

Quibus adultis, factus est Esau vir gñarus venandi, & homo agricola. Iacob autē simplex, & habitans in tabernaculis.

*Luc. 16.* Etenim Esau astutus erat, & sagax, & venationi deditus, ac subinde varios subrilesq; venandi modos excogitauit. quia Filij huius sæculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. hinc & agriculturæ deditus erat: vt terrenas opes sibi cōpararet. Iacob autē simplex erat, haud tamen, aut animi hebetudine, aut ignorantiz simplicitate, sed generosa quadam mentis sinceritate, & prudentia minime versuta, sed cauta: vt pote è numero eorū, quales Christus vult suos esse discipulos.

*Matt. 10.* ad quos, Stote, inquit, prudētes, sicut serpētes, & simplices sicut colūbæ. Talis erat Iacob, quā bono dolo paternā bñdictionē iure sibi debitā maiori natu fratri surripuit. facit & ad hoc plurimū. q̄ p̄ simplici in Hebræo est *יָסוּף* Tam, quod plenum integrū, perfectūq; significat: vt intelligamus in Iacob viro simplici, rectaq; mente prædito fuisse prudentiz plenitudinem, morum integritatem, verè religionis perfectionem, quantum illa ætas capiebat. Nec mirum talibus præditum fuisse virtutibus, qui habitabat in tabernaculis. Quotquot huius loci tractatores consulere potui, eò referunt hanc tabernaculorū habitationem: vt hinc constanter tradant, Iacob virum fuisse sapientiæ studiosum, & diuinis mysterijs meditantis, contemplandis, obediēdisq; maxime deditum. Quibus nō parum suffragantur Hebræi, tradentes hæc tabernacula duo gymnasia fuisse literaria: alterū, cui præerat Melchisedech, qui & Sem in quo diuini cultus ratio vigeat, eamq; illuc accedētes diligentissime docebantur ab eodem Sē, erat enim sacerdos Dei excelsi: alterum, cuius gubernacula gerebat Heber, qui cū esset propheta, venientes ad se mysteria diuina docebat, & interrogantibus spiritu Dei afflatus certa responsa dedisse putatur. Deniq; in horum fratrum studijs tanta morum diuersitas apparet, quantum Cain & Abel inter se studia fere dissimilia. nam Iacob equè ac Abel simplex, & innocens fuit: & vt sequentia docent, ouium pastor. Esau autem, sicut Cain, homo ferox & agricola, & vt sequentia docent, inuidendo fratri, ei que mortem minitandò, quamuis non actū, voto tamè parricidium perpetravit. Dixit enim, Ve-

nient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Quid est Dixit, nisi certo proposito decreuit? Sic & David, Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiam meam Domino. Verūm *Psal. 84.*

Isaac amabat Esau, eò quòd de venationibus illius vesceretur.

Ergo non simpliciter tantus Patriarcha amabat filium Esau: & si primogenitū, cuius mores minus vtique probabat, sed quadatenus eum amabat: tum quia primogenitus naturalem amorem sequens, tum quod venatione eius vesceretur. homo namque grandævus, & languidus: quippe cuius oculi, iā præ senectute caligant volucrum, aliorumque agrestium animalium carnibus libenter alebatur. quorum alimentum proculdubio seni suauior erat, & multo salubrior. Carnes enim agrestes propter maiorem siccitatem & assiduam exercitacionem domesticis habentur suauiores multo, atque salubriores. Verūm.

Et Rebecca diligebat Iacob.

Vel quia erat ei naturali similitudine cognatior: vel domestica consuetudine familiarior & gratior: vel demum oraculo diuino hic illo longe præstantior. Vt autem varicinium illud: Maior seruiet minori, impleri inciperet, continuo sequitur.

Coxit autem Iacob pulmentum.

In Hebræo est, Et coxit Iacob coctionem. Septuaginta expresserunt, coctionis speciē. *ἡ ψῆσις τοῦ Ἰακώβ ἐψῆσα φακοῦ*, id est, Coxit autem Iacob coctionem lentis. Noster interpres multo generalius pulmentum extulit. ac si pulimentum sonet quemlibet cibum coctum, conditumue qui vescendo panis additur. in quo planè Iacob frugalitas declaratur, probaturque. quippe qui tam vili, parabilique cibo in locupletissima domo libenter utebatur.

Ad quē, cū venisset Esau de agro lassus, ait.

Iam in Esau quodammodo implebatur illud impiorum desperata salute sese lamentantium: Ergo ambulauimus vias difficiles: lassati sumus in via iniquitatis: defatigatus itaque Esau ait ad Iacob. *Sap. 5.*

Da mihi de coctione hac rufa: quia oppidò lassus sum.

Hebr. 12.

Stultus prorsus Esau exardescit gulæ desiderio: renuq; cibo adeo exaciari cupit, vt paratus sit vilissimo pretio ius optimū distrahere. Quamobrem is merito ab Apostolo vituperatur: & in exēplum refrenādæ improbæ gulæ eundē proponit dicēs: Nemo sit fornicator aut prophanus, quē admodum Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Quod autē addidit, Quia valde lassus sum, improborū cōsuetudinē expressit: qui nullū flagitium adeo tetrum, fœdūve admittit: nullum facinus adeo sæuum, horrendūque perpetrant, cui defendendo non aliquē colorem prætexant ad excusandas exculationes in peccatis. Quod autem sequitur.

Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom.

Hiero.

Talē habet autore Hieronymo sensum, quod quoniam rubrum, siue filium Hebræa lingua Edom dicitur, ab eo quod rubro cibo vendiderit primogenita sua, sului, id est, Edō sortitus est nomen: à quo Idumæa regio, atq; Idumæi sunt nuncupati: quod illam Edom, id est, Esau occuparit. Quid Jacob? nēpe nō statim petenti pulmentū cōmunicauit. Nec tamen ideo inhumanitatis est arguendus, ac si inedia pereunti escam negarit. quoniā Esau non vtiq; tam vrgenti extremæ famis necessitate, quā impotētis gulæ libidine eduliū illud decoctum, quāuis minime lautū, adeo ardentē appetiuit. gluto em erat ille, vtpote voluptuarius homo: ideoq; aut repellendus fuit, aut interceptendus.

Cui dixit Jacob, Vende mihi primogenita tua.

Infr. 49.

Reuera multa erant & magna primogenitorū iura. Nam prior & maior paternæ substantiæ portio primogenitis debebatur: idq; vel in honoribus, & magistratibus, vel in splendidis memoriarū titulis, & diuitiarū successionē, vel deniq; in patriæ benedictionis gratia. Sicut & ipse Jacob, Rubē, inquit primogenitus meus prior in donis, maior in imperio. Et quod superius ex Deuteronomio attulim?, Dabitq; ei (nempe pater primogenito suo) de iis quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enim principium liberorum eius: & huic debentur primogenita.

Ille respondit: En morior: quid

mihi proderunt primogenita?

Proculdubio mollis hominis, atque delicati sunt hæc verba, haud extrema, maximaq; fame laborantis, sed importuna helluandi auiditate insanientis.

At Jacob,

Dexterè admodum vtens oblata sibi occasione transferendi in se primatus iura diuino iam oraculo sibi debita.

Ait illi: Iura ergo mihi.

Scilicet quod stabilis erit mihi ista concessio neque vnquam futuris temporibus huic veditiōni contradices. In Hebræo additur, Sicut hæc dies, id quod ab Hebræis proverbia liter effertur, pro eo quod est apertè & manifestè, sic quod nulla tergiversatione negari possit.

Iuravit ergo Esau & vendidit primogenita.

Mirum, quod pro tam vili pretio rem pretiosissimā Esau distraxerit. mirum sanè, sed verum est: Neque enim censeo assentiendum esse afferentibus, nescio, quod aliud pretium huic emptioni accessisse, cuius Scriptura nō meminerit: præferim cum diuinus Paulus Hebræus ex Hebræis contrarium tradat dicēs: Nequis fornicarius, aut prophanus, sicut Esau, qui propter vnam escam vendidit primogenita sua. Idem quoque subindicant verba quæ continuo sequuntur, amarulenta quidem, & aduersus Esau acriter intorta. ea sunt.

Hebr. 12.

Et sic accepto pane, & lētis edulio comedit, & bibit, & abiit parui pendens, quod primogenita vendidisset.

His autem verbis Scriptura sacra multo amplius insinuat, quā explicat, innuit enim, & ad significat, insipienter valde & impie Esau fecisse, non modò distrahendo corporalia primatus sui iura, (id quod aliquanto tolerabilius foret) sed, quod prorsus est intolerabile, spiritualia quoq; venundedit, aspernatus religionem, diuinum que cultum, que tūc temporis ad solos primogenitos præcipue pertinebant. Aiunt Hebræi, Hieronymo autore, à Sem primogenito Noë, quem & Melchisedech fuisse affirmat, oēs primogenitos sacer dotes extitisse: & hæc esse primogenita, q̄ Esau Jacob

Hiero.

Iacob vedit. Nec insimulandus est Iacob, quasi de emptione, vel iniqua vel impia. nec enim egit inique, qui fratrem suū nulla fraudis iniuriā circūuenit: simplex erat, sed cū simplicitate colubæ prudentiā habēs serpentis. Quale habuit pretiū poscētī guloso sapiēter apposuit: & quod habebat ille, manifesto nomine sine dolo, sine vi, quæ iusta & legitima venditio est, vicissim flagitauit: nec egit impie. doctus enim à matre nouerat se præuertisse fratrem in benedictionibus dulcedinis, & ad se diuina autoritate primogeniti iura fuisse translata. Igitur quod vi rapere, aut nō poterat, aut non debebat, arte nō improba extorsit, nihil aliud exigēs, aut illo studio præcedens, quā iam ius suū de possessoris iniqui manibus adimere: & illud vexatione sui, vt aiūt, redempta ad se reuocare. Sed hæc hæc tenus. nos autē, vt Chryostomus, opportune mo-

Chryso.

net, hæc audiētes discamus, nūquā negligere dona nobis à Deo data: neq; perdere magnā propter parua, & vilia. Quare em, dic mihi, proposito regno cœlorū, bonisq; illis ineffabilibus ita in diuitiarū cupiditate insanimus: & momentanea, & quæ sæpe non vsq; ad vespertam permanent, perpetuis, semperq; duraturis præferimus? Et quid hac amentia deterior fieret, quando & illis priuamur ob nimium in hac amore: & nunquā his frui purè possumus. Nulla est enim voluptas earum, quæ sensibus percipiuntur, adeo synccera & suauis, quæ non sit tristitiæ & amaritudini permixta. Sed iam cœptam iuuat ire viam: & diligenter dispicere, quod non minorem curam ingruente fame Deus in filiū, quā erga patrem habuerit, & propter promissionē Patriarchæ factam, & propriā Isaac virtutem, id quod sequentia manifeste docent.

## Caput vigesimum sextum.

Orta autem fame super terram, post eam sterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham.

Entum & eo amplius anni intercurrunt à priori illa fame vsq; ad secundā. Prior enim accidit anno vitæ Abraham septuagesimo quinto: posterior verò longe postea quā gemellos Isaac genuit. Mirū item non paruū, sub tribus Patriarchis Chananeā regionem, in qua illi peregrinabantur, ingenti fame fuisse valde afflictam. Prima em famēs sub primo Patriarcha Abraham fuisse narratur. Secunda sub secūdo, nempe Isaac, Tertia sub tertio, videlicet Iacob. Et quidem primus ob vitādā famem in Ægyptū descendit: secūsus verò, dum eodem profectioem meditatatur, illuc descendere diuino prohibetur oraculo: tertius verò maxima alimentorū penuria adactus Ægyptum petit grandi familia septus, accersitus tamē à filio, qui tūc temporis apud Ægyptios rerum potiebatur. Verum eo loci vetū est, in quo Patriarcharū filij mirabiliter essent multiplicandi. grauiſſi maq; seruitute opprimendi, ac subinde nouis, magnis, horrendisque æditis prodigijs

diuinitus eripiendi. Latent hic profecto diuina sacramenta: quæ, quoniam nostram superant imbecillitatē, alijs perspicaciore mente, & altiori spiritu præditis, excogitanda relinquimus. Hoc vnū summis, vt aiunt, digitis, rem tantam attingēs dicam, Ecclesiam Dei, quæ ab Abel iusto vsq; ad vltimum electū, qui in fine sæculi futurus est & in hoc mundo peregrinatur, triplici fame fuisse afflictatam. prima ante Legem, veluti sub Abraham patre fidei, credentium in verum Deum penuria: secunda sub Lege & Prophetis, expectantium cœlestia æternaque dona paucitate: tertia sub Euangelio, ardentium eo charitatis igne, quem Dominus venit mittere in terram, raritate. Et quidem fides peregrinata est, velut in Ægypto, ignorantia, & incredulitatis tenebris obsita: quia lux lucebat in tenebris: & tenebræ eam non comprehenderunt. Spes autem futurorū bonorū sub cortice Legis, & Prophetarū conclusa tenebatur, his qui sub

lege erat, terrenis tantū diuitiis inhiatibus & fructibus. Charitas verō sub Euāgelio numeroſiore familia Spiritū ſancti igne cœlit' miſo incenſa per mundum euagata repugnantibus quantumvis mundi principibus per diſcipulorū Chriſti prædicationē mirifice erexit, quō enim Chriſto credētes grauiore corporis ſeruitute premebantur, tanto alacrior ſpiritus libertate vigeant: & quanto pluribus cruciatibus & frequentioribus cœdibus affligi inuēiunt; videbantur, tanto animoſiores euadebant, ampliusq; multiplicabantur: tandemq; inauditis æditis miraculis e mūdī Agypto in cœleſtē patriā feliciter & agminatim conuehebantur. Heu quantum diſtamus ab illis Chriſtianæ religionis primoribus. Heu quantum iuxta Domini prædictionem hac noſtra tēpeſtate abūdauit malicia: Heu quantum refriguit charitas multorū. Sed ad rē. Quia neceſſariorū raritas oēs in ſummā anguſtiā cōcludebat, Iſaac e ſuis migrare & ad alia loca trāſire anhelabat, vbi rerū neceſſariarū copiā inueniret. Fame igit' vrgēte.

**Abiit Iſaac ad Abimelech regē Paleſtinarum in Gerara.**

Ordo præpoſterus. Nam prius Dñs apparuit Iſaac molietī in Agyptum deſcendere, quā in Gerara perueniſſet. Si quidem in Paleſtina eſt ciuitas Gerara, in quā hic iuſtus peregrinari à Deo iuſſus eſt.

**Apparuitq; ei Dominus.**

Hæc eſt prima apparitio, quæ ſcribitur huic iuſto diuinitus facta. nec tamē cōſtat ex præſenti verborum ſerie, qualis ea fuerit: neq; liquet, qualis fuerit Dei cū Iſaac locutio. Multifariā enim in ſcripturis ſanctis Dñs Prophe-tis locutus traditur: aut ſi quādō ad ſanctorū aures expreſſum, qui ſæpe ab aliis nō auditur, facit ſonum peruenire verborū: aut cū per aſſumpti cuiuſlibet corporis ſpeciē De⁹, vel potius pro eo angelus loquitur: aut cū aliquis admonitione ſeu reuelatione nocturnæ viſionis inſtruitur: vel certe cū ea, quæ agi vult Dñs, ſanctorū cordib⁹, vt agātur, inſpirat, ſecūdū illud, Audiam quid loquatur in me Dominus. Nunc verō ait huic iuſto.

*Psal. 84.*

**Ne deſcendas in Aegyptum.**

Quō videlicet pater tuus hinc olim vrgente fame receſſit.

**Sed quieſce.**

Hoc eſt habita, vel accede.

**Ad terram, quam tibi dixero.**

Igitur dicto cuiſmodi ipſi Iſaac De⁹ explicauit, vel ſignū aliquo, veluti digito: ſicut quondā Abrahæ ſacriſicij locum oſtendit, ita filio eius terram inhabitandam demonſtrauit. Et velut Iſaac paululum progreſſo Deus dixit.

**Peregrinare in hac terra.**

Quaſi digito oſtēdēs Paleſtinarū terrā. Ac ſi præceperit ei inquit: In hoc loco peregrin⁹ eſto: quem tãquā dñs in ſucceſſoribus poſſidebis. Nec mireris, obſecro; pie lector, quōd pro ea expoſuerim hac: quā tam in Hebræo quā in Chaldæo, necnō in Græco apud Septuaginta habetur, Habita in terra hac: ergo prius in genere ei præceptū eſt, vt tãquā habitaret vbiuis terrarū, à Dño ei prius dictum foret: deinde in ſpeciē iuſſit eū in Paleſtina peregrinari: vel q̄ eſſet quādā regiōis Channanæ haud ignobilis pars: vel ea; ex qua præterita fame breuiſſimo itineris cōpēdio oppidū Berſabææ repetere poſſet. Inter peregrinandum autem pollicetur ei Dominus ſemet ei certiffimo præſidio futurum: eundēq; plurimum aucturum, hoc enim eſt, quod ait.

**Eroq; tecum, & benedicā tibi.**

Ego inquam, qui ſum Dñs vniuerſorum, & ſuppeditator omnium bonorū affluētē te reb⁹, oibus faciā; & glorioſum reddā apud Gētes, inter quas peregrinaris. Deniq; hæc eſt ſumma gloria, hæc eſt vera ſecuritas, hæc eſt ſumma & caput omnium bonorū, Ego ero tecū, & benedicā tibi. & vt maioribus ſuis nihil minus ſperet, antiquam repetit promiſſionem, eandemque confirmat dicens.

**Tibi enim, & femini tuo dabo vniuerſas regiones has.**

Cū igitur has, velut digito regiōes indicat, quodā vel imaginario, vel intellectuāli indicio vniuerſas Channanorū puincias ei cōmōſtrauit. Quæritur ſi in his regionib⁹ Iſaac peregrinat⁹ eſt, quomō eidē datæ ſunt. Sed ius ad eas, nō in eis huic iuſto datū eſt, donec eius ſemē haud Iſmaelis, eadem pleno dire-ctoq; dominio poſſideret. & iō vtrūq; De⁹ i promiſſiōe cōiūxit dicēs: Tibi & femini tuo: quia in vtroq; promiſſum cōplendū erat: licet alio atq; alio modo. Nam Iſaac certiffima expectatione, poſteri autem ipſius reuera regiones illas habuere. Quod autem adiecit.

**Complens iuramentum, quod ſpopondi Abraham patri tuo.**

Illud intelligit, qd̄ poſt ipſi⁹ Iſaac oblationē Patriarchæ præſtitit, vt habes ſuprà capite vi-geſimo ſecūdo. Enim vero legimus vbi iura-

uerit

*Exo. 33.*

uerit Deus Abrahæ: ſed nō legim⁹, vbi iura-uerit Iſaac, & Iacob: cū tamē Moſi dixerit Deus. Sicut iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob. Verū forte repromiſſio poſteri⁹ facta ipſis Iſaac, & Iacob, cum mentione prioris iuramento firmatæ vim quādā habuit iuramētī, eō, quōd videatur Deus ſic, illud priſtinum iuſurādū nouo placito ratū feciſſe. Sequitur. **Et multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli: daboq; poſteris tuis omnes regiones has.**

Hoc ſanē loco iterū Iſraelitis ab Iſmaelitis diſcernit, qui hæc loca hæreditario iure poſſeſſuri erant. quōd ſi illi eas omnes regiones non poſſederunt, non eſt, quōd diuinæ pollicitationi, tanquam incertæ, calumniam ſtruas, ſed eis ſolis eſt imputandum, qui neglecto Domini mandato cū Channanæis pactum inierunt: neq; quod poterant, aduerſus terræ habitatores bellum ſtrenuē geſſerunt, ſcilicet, contēti, eos habere tributarios, quos ob eā culpā, ſuamq; ignauitā poſteagrauiſſimos ſui oppreſſores ſenſere. Nā qd̄ ſequitur. **Et benedicentur in ſemine tuo omnes Gentes.**

Ad Chriſtum manifeſtè pertinet. in quo nō nulli ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, benedicuntur: ſicut ſuperius pluribus declaratum eſt. Replicatur autem in filio promiſſio facta parenti, vt oſtendatur, talem fuiſſe filiū, qui probis moribus dignus eſſet, vt per eum dictæ patri ſuo promiſſiones opratum ſortirentur effectum. Nihilominus meminit meritōrū Abrahæ, quōd is primas in tanta promiſſione tenebat.

**Eò, inquit, quōd obedierit Abrahā voci meæ, & cuſtodierit præcepta mea, & mandata mea, & ceremonias, legesq; meas ſer-uauerit.**

Tunc enim Abraham voci diuinæ precipuē, mirificeq; paruit, quando tentatus de maſſādo in oblationē Deo acceptā filio ſuo vnico, maximēq; dilecto, diuinę iuſſioni prompto, alacriq; animo paruit. Pro eo autem quod latinis eſt cuſtodierit, in Hebræo eſt, **וישמר** Et cuſtodierit cuſtodiam meam. Porro dicitur in hoc loco diuina cuſtodia, circumſpectio quædam atq; vigilantia, qua inſtructi maximā curam in vitandis pecca-

torū periculis adhibemus: & per quā diligētiffime cauemus, ne offendiſſima admittam⁹, per q̄ in vera mala dilabamur, quæ ipſi Deo maximē diſplicent. Ad hanc igitur cuſtodia pertinet quicquid nobis cauere præcipitur. Non tã quōd per ſe ſit malum atq; vitandū, quā ne per illud in aliud quod prorfus non licet operari, temere impingamus. Eſto exempli gratia. Præcipimur auertere oculos nōſ, ne videant vanitatem: non quōd pulchrā ſeminā vidiffē per ſe flagitioſum ſit, ſed ne per eiusmodi videndi licentiam in flagitiū alluciamur. Nam **Qui amat periculum, peribit in illo.** Cæterum mādata vocat ea præcepta, quæ naturalis ratio ſeruanda decernit: qualia ſunt, quæ in Decalogo continentur: & quæ ſunt eis ſuapte natura proxima. Ceremonias verō dicit ea ſtatuta, quæ non natura, ſed inſtituentis tantū placito conſtant: quorū pluri-ma turba ſi Leuitico cōtinetur. Leges deniq; appellat fidei dogmata, ſpei incitāmētā, charitatis documētā: quibus ad percipiēda verę pietatis myſteria diuinitus illuminamur, erigimur, & incendimur. Hæc Patriarcha adamuſſim obſeruāſſe putatur. nō quōd ille cū-ctas legis ceremonias extulerit (nec enim Paſcha celebravit, nec antiquius Sabbathū obſeruauit, nec plerūq; in Leuiticis obſeruatiōnibus contenta procurauit.) Sed quādā ſolū veluti quodam præludio futuræ legis libamēta prætulit, vt eius poſteri tantū Patriarchæ exemplo moniti non prorfus reluſtarentur ſubire grauiffimum illud futuræ Legis iugū eis imponendum, in fine tamen temporum ab humanis ceruicibus per Chriſti gratiam excutiendum. Hinc demum conſtat Abrahæ ſupra cæteros Patriarchas prerogatiua, q̄ ppter admirabilē ipſius fidei iuſticiā, & inſignem obedientiā, & exactiſſimā in diuinis mādatiſ, legitimisq; ceremoniis explēdis curā promiſſiones ei dictæ in poſteris ſuis completæ ſunt. Quid ergo pmouit Iſaac gladio iugulum tendens? Quid peregrinus Iacob, cum angelo maximis fidei viribus colluctatus? Plurimum quidem vterque. Nam non ſolum hi duo iuſti: ſed alij quoque Abrahæ minores eius, tum religionem, tum probitatem imitari, pactumque à Deo cum ipſo in initum conſtanter tenentes, tantarum euacſere promiſſionum capaces: necnon ad eundem regni cœleſtis compotes per Dominum Ieſum Patriarcharum deſiderium, Prophetarū ſcopum, Legis finem, Gentium expectationem eſſe meruerūt. Acceſſit præterea Patriarchæ meritis non nihil e prognatorū recte

*Eccle. 31*



factis: quo, vel firmior, vel amplior, vel pluri-  
bus titulis deberetur antiquior illa promissio  
per Christum & in Christo consumanda:  
qui solus iustus, & præcedentibus, & sequen-  
tibus se, vim aliquid apud Deum promeren-  
di contribuit. Nec tamen, quia filius vnicam  
tantum vxorem duxit, nullamque concubi-  
nam habuit: ideo eum patri suo præferre de-  
bemus: erant enim procul dubio paternæ fi-  
dei & obediendi merita meritis huius multo  
potiora: idque in tantum, vt fateatur Deus, p-  
pter illum huic facere bona, quibus ipsum af-  
ficat: vt vel hinc intelligamus, quã caste Abra-  
ham id fecerit, quod hominibus impudicis,  
& nequiciæ suæ de Scripturis sanctis patro-  
cinia quærentibus videtur fecisse libidinosè.  
Sed ad vltiora pergamus.

Manfit itaq; Isaac in Geraris.

Quæ ciuitas sita est ad Meridiem terræ Cha-  
naan, & Palestinorum versus Egyptum ter-  
minis. Ibi Deus eum manere præcepit, nimi-  
rum præcius malorum, calamitatumq;, in  
quas hic iustus ruiturus erat, si descēdisset in  
Egyptum. Sicut enim optimæ misericordis  
Dei clementiæ est iacentē erigere, ita admi-  
rabilis ipsius prouidentia est, casurum, ne ea  
dat, manu sua fulcire: ac perinde pro vtroque  
horum beneficio pares gratiæ summe boni-  
tati sunt à nobis agenda: quia non est minor  
gratia innocentia, quam poenitentia. Agno-  
scebat hoc rex ille sæpe præseruatus à Deo, ne  
in manus inimicorū suorum incideret, quū  
gratias agens canebat, Fortitudinem meā ad  
te custodiam: quia Deus susceptor meus est:  
Deus meus: misericordia eius præueniet me.  
Nihilominus Isaac, quāuis auxilio fretus esset  
diuino, tamen ab vxoris suæ pulchritudi-  
ne, sicut eius olim pater, nunc sibi timebat,  
quippe.

Psal. 58.

Qui cum interrogaretur, à viris  
loci illius super vxore sua respō-  
dit: Soror mea est. Timuerat  
enim confiteri, quod sibi esset  
sociata coniugio, reputans, ne  
forte interficerent eum propter  
illius pulchritudinem.

Quod Isaac Rebeccam, quæ eius vxor erat,  
sororem finxerit, nihil miri: genus enim Re-  
becca non tacitum est: & eam per notissimā  
propinquitatem sororē eius fuisse manifestū  
est. Quod autem taceret vxorem, quid mi-

rum: aut qd prauū, si imitatus est patrē: cum  
eadem iusticia defendatur, qua pater eius de  
simili obiecto inculpatus inuentus est.

Cumq; pertransissent dies plu-  
rimi, & ibidem moraretur, pro-  
spiciens Abimelech, Palestino-  
rum rex per fenestram, vidit eū  
iocantē cū Rebecca vxore sua.

Forſitan Scriptura iocandi, vel potius ludēdi  
verbo, viri fœminæque congressum honestè  
significauit. quod si hoc videtur impuden-  
tius: certe ludus ille talis erat, qui dumtaxat  
esset coniugum inter se ludentium. Id quod  
vel certe ex eo constat, quod rex alienigena  
Rebeccam viri sui coniugem tunc esse cog-  
nouit, quando eum cum illa ludentē con-  
spexit: quod non cognouisset, nisi cum con-  
iuge ille sic luderet, quomodo cū ea quæ cō-  
iux non esset, ludere non deceret. Quod cū  
sancti coniugati faciunt, non inaniter faciūt,  
sed prudenter. Descendunt enim quodam  
modo ad fœminæ sexus infirmitatem: vt ali-  
quid blanda hilaritate, vel dicant, vel faciāt,  
non enervantes: sed temperantes virilem  
rigorem. Rex itaque ludo coniugiū depre-  
hendit.

Et accersito Isaac ait, Perſpicuū  
est, quod vxor tua sit. Cur men-  
titus es, eam sororē tuam esse?  
Respōdit, Timui, ne morerer  
propter eam.

Erant enim Palestinis grauius scelus adulte-  
rium, quam homicidium: eā propter opta-  
bant occidere maritum, ne cum vxore ad-  
tererentur. Sed hoc insanum est, & peius illo  
quod vulgo circumfertur, Excolare culicem  
& deglutire camelum.

Matt. 23.

Dixit Abimelech, Quare im-  
posuisti nobis?

Imposuisti dixit pro eo, quod est, Decepisti,  
à quo verbo impostores deceptores, & im-  
postura deceptio dicitur.

Potuit coire quispiam de popu-  
lo cum vxore tua, & induxeras  
super nos grande peccatum.

Grauiſſimum namq; flagitiū est adulteriū:  
quia dum id committitur, multa simul mala  
occurrunt. Nā & libidine peccatur, & alteri  
coniugum

coniugum grandis irrogatur iniuria, in cer-  
taque proles inde æditur, quæ & miserabilis  
coniugis sumptibus alatur, & eius hæredita-  
tem subeat, quæ omnia grauius multo pecca-  
tum faciunt adulterium, quam sturum, quo  
virgo sponte sua violatur.

Præcepitq; omni populo dicēs:  
Qui tetigerit hominis huius  
vxorem morte morietur.

Sanè hoc decreto vtrique, rex cōmodum pro-  
uidit, & vitæ mariti, & vxoris pudiciæ. Et  
vide cum Chryſostomo pie lector, Dei pro-  
uidentiam, & ineffabilem curam. Nam qui  
dixerat ei, Ne descendas in Agyptum, & ha-  
bita in terra ista, & ero tecū: ille erat qui hæc  
omnia dispensabat: & iustum in tanta consti-  
tuebat securitate. Conſydera enim Regem  
procurantem, vt impauide ibi agat, liberque  
sit ab omni cura: Mortem, inquit, intermina-  
tus est omnibus, qui tetigerint, aut eū, aut vxo-  
rē eius. Quia enim hic erat timor, qui con-  
cussit eius mentē, propterea & illū auferrī  
fecit misericors Dominus: vt postea omnino  
secure ageret: comparata igitur securitate, ibi  
quietē, & placidē degebat; & de re familiari  
procuranda cogitauit.

Seminauitq; Isaac, in terra illa.

Nam quamuis peregrinus esset, quia tamen  
tributum regi persoluebat, alienam terram,  
quæ latissime petebat, colere permittebatur.

Et inuenit ī ipso anno cētuplū.

Mirabilis quippe prouentus, vt tantæ sterili-  
tatis tempore, vel ei proximo, in vno eodēq;  
anno, pro vno seminis modio terræ crediti,  
centum in horreum congregati fuerint. Non  
enim potuit esse tanta fertilitatis vbertas, nisi  
ab speciali Dei prouidentia, donōq; profecta.  
Quod & sequentia probant.

Benedixitque ei Dominus.

Diximus enim superius verbum benedictio-  
nis rerum copiam, bonorumq; multiplica-  
tionem significare.

Et locupletauit, inquit, eum: &  
ibat proficiens, & succrescēs do-  
nec magnus vehementer effe-  
ctus est.

Nec id mirum, diuinam enim benedictionē  
fertilitas, vbertas, copia, augmentumq; bo-  
norum omnium, cum temporalium, tū spi-  
ritualium incessanter comitatur. Quamquā

ergo spirituale aliquid ista significant, tamen  
secundum id, quod hic scribitur, reuera con-  
tingerunt, ideoq; præmissum est, Benedixit eū  
Dominus: vt sana fide intelligamus etiā ista  
temporalia dona, nec dari posse, nec sperari  
debere, etiam cum ab inferioribus appetun-  
tur, nisi ab vno Deo tribuantur: vt qui in mi-  
nimis fidelis est, & ī magnis fidelis sit, & qui  
in mammona iniquitatis fidelis inuentus est,  
etiam quod verū est, id est, veras diuitias acci-  
cipere mereatur: sicut Dñs in Euangelio lo-  
quitur. Egregie Hieronymus. Tacens autem  
in scriptura genus frugum, quod centuplica-  
uerit, videtur mihi cunctarum in illo virtu-  
tum ostendisse multiplicationem. Felicitas  
autem multiplicati hordei, ignoro siquē pos-  
sit facere gloriosum. Hoc intulit Hierony-  
mus, latenter tāgens Septuaginta, quod pro  
סֵבֶרִים Segharim, id est, menſuras, vel mo-  
dios interpretati sunt, & quibus id est, hordeum.

Luc. 16.

Hiero.

Habuit quoq; possessiones ouium,  
& armentorum, & familie plu-  
rimum.

Nemo potest magnas, multasq; temporales  
diuitias habere, nisi ministros multos habeat  
magnoq; qui in illis disponendis gubernā-  
dis, seruandis, atq; distribuendis sibi familia-  
riter obsequantur: iuxta illud Sapientis, Vbi  
multæ sunt opes, ibi multi sunt, qui eas come-  
dunt. deniq; multis egere necesse est eos, qui  
multa possident. Enim vero tanta diuitiarū  
copia in homine, præsertim aduena indige-  
nas facile turbauit. Namq; ob hoc.

Ecc. 5.

Inuidentes ei Palestini, omnes  
puteos, quos foderant serui A-  
braham patris illius illo tēpore  
obstruxerunt implentes humo.

Etenim inuidia dolor est de felicitate eius,  
qui odio habetur: affectus quidem pessimus,  
& ab omni humanitate alienus, & qui in pri-  
mis naturæ iura violat: argumento est Cain,  
qui liuoris tabe infectus pessimo impiæ feri-  
tatis exemplo posteris relicto, primam, purif-  
simamque terram primus parricida fraterno  
sanguine polluit. Putei autem per Palestinos  
obstructi, non erant illi celebratissimi Bersa-  
beæ, & puteus iuramenti, & puteus diuentis  
& videntis, qui longius à Palestina distāt: sed  
alij ignobiliores, quos foderat Abraham, quā-  
do in Geraris degebat, quibus Isaac iurē suā  
vtebat. Demū adeo diuitiis auctus fuit Isaac.

Y 5 Vt



Vt ipse Abimelech.

Et si rex iustus esset, atq; magnanimus, & in ipsum benevolentia non vulgari propensus. Diceret ad Isaac: Recede a nobis, quia potentior nobis factus es valde.

Non erat Isaac rege, populoq; Palestino potentior, sed videbatur eis plus æquo excellentior: quoniam invidentibus aliena bona, multo quàm sint, maiora semper videntur: iuxta illud Ouidianum.

*Fertilior seges est alieno semper in agro:  
Vicinumq; pecus grandius buber habet.*

Mat. 10.

Quid Isaac? Paruit sanè imperanti: ne eum inuida turba contenderet. Iamq; illud Evangelicum meditabatur, Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite ad aliam.

Et ille, ait, discedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi.

Hic est locus, vt tradit Iosephus, qui dicitur vallis Pharan, per quam transit torrens Geraræ: qui, licet longius distet ab vrbe, ab ea tamen nomen accepit. Grauius admodum Hieronymus inquit. Pro Valle Torrentem habet in Hebræo. neq; enim Isaac, postquam magnificatus est, in valle habitare poterat. habitauit autem in torrente, de quo scriptum est, De torrente in via bibit. De quo etiam Helias tempore famis bibit. Sed quia Helias non erat perfectus, vt Christus, ideo ei torrens ille aruit. Dominus vero noster, etiam in torrente traditus est dedicans regenerationem nostram, & Baptismi sacramentum. Ergo vbi ad Geraræ torrentem cepit habitare.

Hiero.

Psa. 109.

Rursum fodit alios puteos, quos foderat serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistiim: appellauitq; eos eisdem nominibus, quibus ante pater vocauerat.

Apparet Isaac genuino quodam in patre affectu, & hæreditario quodam iure hos puteos fodisse, eisdemq; antiqua nomina reposuisse. Incitabat & viri huius appetitum, quod certo sciebat, inueniendam esse aquam, vbi antea scaturierat. Multa super his puteis Ecclesiastici tractatores spiritualiter tradiderunt:

Sed nos vnum illud, quod Isidorus scripsit, <sup>Isido.</sup> his adscribemus. Isaac, ait, apud alienigenam gentem puteos fodit. In quo monemur, vt in hac peregrinatione cogitationum profunda penetremus: & quo ad vsq; veræ intelligentiæ aqua redeat inquisitionis manus ad exhaurienda cordis terrena non torpescat. Allophi autem insidiantes puteos terra replent, quia immundi spiritus, cum nos studiose fodere conspiciunt, molestiam tentationum cordibus nostris inferunt.

Foderuntq; ait, in torrente, & inuenerunt aquam viam.

Torrens fluuius est temporarius, modò fluens modò à fluxu cessans. aquam viam dicit haud collectaneam, sed eam quæ imò de fonte manet: viua enim appellamus ea, quæ suapte natura mouentur.

Sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium, Nostra est aqua.

Hic iam & inuidia simul & cupiditate periculi Gerarenses pastores pastoribus iusti viri negocium fecerunt, quasi sua ipsorum Gerarensium foret aqua illa viua, quæ in eorum terræ termino scaturiret, quam ob rem nomen putei ex eo quod acciderat, vocauit פוּעַיִ גְּחֵצֶק, calumniam. nempe calumnia erat, quia falsum crimen intendebatur, siquidem licebat pastoribus Isaac fodere puteos in ea terra sine aqua inhabitabili, pro qua habitanda ei Dominus tributa soluebatur. Verùm hoc puteo relicto, ne amplior iurgandi locus esset.

Foderunt autem & alium.

Sed non ita facile inuidia sedatur, vel habendi sitis extinguitur nam.

Et pro illo quoque rixati sunt. Appellauitq; eum Inimicitias crescete enim contentione, & efferuescente rixa.

Appellauit puteum inimicitias.

Gravius enim quid inimicitiarum nomen, quàm calumniæ sonat. Præterea Isaac vir mitissimus hanc litigiorum venam maturato inde discessu prudētissime interclusit: nihil enim contendit, nec oblectatus est, sed etiam pastoribus multò se inferioribus cessit. Nec enim vt ait Chrysostomus, verè mansuetudo est, nõ quando quis offensus mansuete fert, sed quando quis ab his etiam, qui inferiores putantur, offenditur, cedit. Sic recte cognoscitur mansuetudo eius, qui inuaditur. Nam alias contra diceret

Chryso.

diceret quis, quod mansuetudinem simulasset, quia non posset potentiæ offendentis resistere. & vt dicas quod regi cesserit non propter potentiam, sed suo more, vide quomodo idem apud pastores facit, quibus longè superior erat. Erat deniq; Isaac, collatis inuicè humanis viribus, rege multò inferior. accedete autem Dei circa eum præsidio erat eodem multò superior. Quare si humanam potentiam respicias, summæ prudentiæ fuit hominem peregrinũ regionis principi celsisse. Si verò præsidium expendas diuinum, quod vir iustus vallatus erat, expectatissimæ mansuetudinis fuit, minime contendisse.

Profectusq; inde fodit aliũ puteum, pro quo non contenderunt. Itaq; vocauit nomen eius Latitudo dicēs, Nunc dilatauit nos Dominus & crescere fecit super terram.

Pius homo nulla facta mentione atrocium difficultatum, quæ ei obstiterant, bonorum tantum meminit, & eorum auctorē Deum agnoscit: & pro illis ei gratias agit dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & crescere fecit super terram.

Chryso.

Præclare Chrysostomus: Nihil enim tam gratum Deo, vt anima grata, & gratias agēs. Nam cum innumeris beneficiis quotidie oēs nos prosequatur, siue ea sciamus, siue ignoremus, siue velimus, siue nolimus: nihil tamen aliud à nobis exigit, quàm habere gratias pro his, quæ nobis facta sunt: vt pro illa ipsa gratiarum actione ad ampliora danda prouocetur. Cæterum Isaac postquam nomen loco impositum interpretatus est dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, opportunè adiecit, Et crescere fecit. aqua enim rebus omnibus, quæ irrigantur, in incrementum affert: & principium est augendi, multiplicandiq; se plurimum tantum plantis, quàm animantibus. Sed & iuxta spirituales intelligentiam, quid est aqua in puteo, nisi diuina sapientia, quæ de occultis cœlestis abyssi fontibus trahitur? Tres putei, tres fontes aquæ viuæ salientis in vitam æternam ante Legem, sub Lege, & post Legem recte intelliguntur. nam in his tribus temporibus, serui Isaac, id est, tam Patriarchæ, quàm prophetæ, quàm Apostoli Christi ministri puteos spirituales foderunt. Primum foderunt Patriarchæ, quem ille vocauit, Calumnia, secundum Prophetæ, quem Inimicitie appellauit tertium tandem Apostoli, quem nuncupauit

Latitudo. Et reuera sancta religio, quæ sola est vera Dei parentis agnitio, cultusque, ante legem datam, grandem à superstitionis astromis calumniam passa est: tanquam fidelissimi vnus tantum Dei cultores diuinitati nõ nihil detraherent, cum astris, aliisque, falsis gentiliæ superstitionis, numinibus diuinum cultum à gentibus adhiberi verarent. Deinde sub Lege infestior illa sustinuit aduersitatem, cum falsos Prophetas veri Prophetæ traducerent, gentiliūq; sordes veri Israelitæ abominarentur, eosq; tanquam stultissimos, qui Dei honorem creaturæ tribuerent, penitus execrarentur. Tandem sub Euangelio cepit sapere mundus, & haurientibus Apostolis de viuo lateris Christi fonte aquam vere vitalem, veluti è torrente quodam fluentissimo erum petem totum per orbem Evangelica prædicatione passim effundentibus, Ecclesia Christi, in qua sola spiritualis, veraq; sanctitas manet, vigetq; & de cuius ventre aquæ viuæ flumina passim scatent, & quaquaersum effluunt, longè latæq; aucta est, & amplificata: vt iam iure suo gratulabundus Ecclesiæ suæ Christus Patri cœlesti gratias agat, & dicat, Nunc dilatauit nos Dñs, & crescere fecit.

Ascendit autem Isaac ex illo loco in Bersabæa.

Hic est ille puteus, iuxta quem habitauerat Isaac cum patre suo. Abraham: & apud quem Abimelech maior septem acceptis agnis, & intercedente iureiurando cum ipso Abraham pactum inierat. Huic igitur postquam hic iustus peruenit, propter mansuetudinem, & gratitudinem suam iterum à Deo meruit illustrari. Sic enim habet:

Vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte.

Ergo apparitio hæc secunda nocturna fuit, & imaginaria: vt pote in somnis celebrata.

Et dixit, Ego sum Deus Abraham patris tui.

Ostendit hoc dicto, quomodo sibi vindicauerit, & proprium fecerit Patriarcham, & ita dignatus est Deus se vocare Deum Abraham, & Dñs orbis ac conditor, vni hominis Deum sedicens, non concludit & abbreviat cum Patriarchæ appellatione suum Dominium, sed magnam in illum suam benevolentiam monstrat. Insuper Deus alicuius dicitur omnium conditor, nõ quod nõ sit aliorum Deus, sed quod is cultu aliquo, vel priuato, vel sanctiori quàm cæteri eum colat. Apparuisse autem dicitur

Chryso.

Dominus, qui fons est totius in illuminando plenitudinis in visione nocturna: quia nunc nobis corruptibili corpore aggravatis diuina sub mysteriorum velamine ostenduntur, & veluti quadam occultissimorum sacramentorum caligine cōtecta nobis à Deo peregrinantibus percipiuntur. Nam, vt ait diuinus Paulus: Videmus nunc per speculū & in ænigmate, postea facie ad faciem: scilicet, quā do eueniet illud & cōplebitur, quod omnium credentium nomine Deo Psaltes inquit: In lumine tuo videbimus lumen. Quod autem hic fatetur, se Deū esse patris Isaac, insinuat iusta quadam retributione propter parentis merita se filio vehementer opitulaturū. Idcirco enim verbis amicis, blandisq; eum super iniuriis à Gerarenibus sibi illatis magnifice consolatur. Eum deniq; ingenti propostita spe valde confirmat dicens.

1. Cor. 13.

Psal. 35.

**Noli metuere, quia ego tecum sum.**

Præsto videlicet: vt tibi aduersus omnes tibi aduersantes opē feram. Esto igitur bona spe fretus. Nam qui omnium autor sum & per quē cūcta subsistant, facile possum cūctis amicis meis, præsertim pro me laborantibus, inuictum præbere præsidium. Replicat quoq; eadem promissa: vt ex promittendi frequentatione, & certior multo fiat, & fiducia constantior.

**Benedicam, ait, tibi, & multiplicabo semē tuum propter seruu meum Abraham.**

Hæc enim eundem habent sensum, quo paulo superius sunt exposita. His demum animatus Isaac, etiā illud Apostoli pectore versans: Si Deus pro nobis quis contra nos? Deo gratias egit.

**Itaq; æficauit tibi altare.**

Ad offerendas victimas, non dubium, quin pacificas: quib; immolatis inuocauit ibi nomen Domini: vt is qui erat eius creator, esset & conseruator: & iuxta, tam proximā, quā antiquam pollicitationem, rerum suarum, suiq; feminis multiplicator.

**Inuocato itaq; Domini nomine, extendit tabernaculum.**

Id quod ad piæ obseruationis speciem pertinet: vt prius Domino altare erigeret, quā sibi tabernaculum tēderet, semper enim diuina, si opportunitas adsit, humanis sunt præferē-

da: vt pro rerum dignitate sit & officiorum dispensatio. Erat autem tabernaculum, tētorium quoddam ex lino & canabe cera illitis confectum: quo ab iniuriis & hyemis, & æstus protegebantur: id palis, & funibus erigebatur: paxillisq; firmatum stabat: dein de pro loco & tempore figebatur, & refigebatur. Enimvero iuxta sacratiorem intelligentiam, tentorium Christus ædificauit ante Legē & sub Lege: fixitq; tabernaculum suum, in quo cum amicis suis diuersaretur. in Euangelio autem non figit tabernaculum, sed domum ædificat, eiusq; fundamentū firmissime collocat. Audi sapientiam de Ecclesia testantē: *Pron. 7.* Sapientia ædificauit sibi domum: & supposuit columnas septem. audi de hoc etiam & Paulum dicentem, Fundamētum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positū est, Christus Iesus. Vbi ergo tabernaculū est, etiam si in altum figatur, proculdubio tandē resoluendum est. Vbi verò testamenti æterni fundamenta sunt, & supra petram ædificatur domus, ea nūquam euertitur. fundata est enī supra firmam petram. Extendit itaq; tabernaculum Isaac.

*Pron. 7.*

*1. Cor. 3.*

**Præcepitq; seruis suis, vt foderent puteum.**

Iussit igitur confestim puteum fodi: quia verisimile est, Palestinos obstruxisse eum puteum, quē pater eius effoderat: quia nec corpore sine aqua elementaria, nec animo absq; spiritali viuunt. opus est igitur fidei ligone in alto cordis puteum fodere, vt ab illo aqua scaturiens fiat fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Porro illustrauit Deus Isaac, & omnibus fecit expectabilē adeo, vt Abimelech ad eum veniret, quem abegerat, manentem in Bersabee.

*Ioan. 4.*

**Ad quem, ait, locum cum venisset, de Geraris Abimelech, & Ochozath, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac.**

Ochozath, tanquam nomen proprium hic posuit Hieronymus, cum rāmen in Quæstionibus Hebraicarum antiquitatum dicat: Pro Hahuzath (quod Septuaginta interpretati sunt Pronubum) in Hebræo habet colligiū amicorum eius: vt non tam hominem significet, quā amicorū turbam, quæ cum rege venerat: in quibus fuit & Phicol princeps exercitus eius. Quod autem eos exposulat dicens.

Quid

**Quid venistis ad me hominē, quem odistis: & expulistis à vobis?**

Nequaquam id odio aliquo iniquo fecit, sed iusta quadam querimonia vsus inquit, quā de causa ad se deuenerint ab illis abactum, & odio habitum: quem nuper instanter à se abegerant.

**Qui responderūt: Vidimus tecum esse Dominum.**

Consequens erat, vt adderent, Et metuimus à te: sed id tacuerunt: vt conceptum de eo timorem dissimularent. Ecce manifestarium Dei auxilium. Timebat forsitan antea Isaac, ne Abimelech in se Palestinos concitaret: vt ab eis simul cum tota domo sua ipse opprimeretur, & deleretur. Dominus autem non solum de iusti pectore timorem ademit, sed ipsum eis formidabilem reddidit. Denique eos, quos iustus timebat, Deus adeo tremescit, vt eos compelleret ei pacem offerre, ceteraque inuiolatæ amicitiaæ fœdera inuicem inire. Hoc enim est quod aiunt.

**Et nunc diximus: Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus: vt non facias nobis quicquā mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus: nec fecimus quod te læderet: sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini.**

Vides timorem Abimelech regis à viro priuato & aduena pacem expetentis. Sed quid sibi timuit ab homine priuato & peregrino: profectō memor antiquæ victoriæ rex formidauit, ne forte iustus eadem celesti vimunitus, qua pater ipsius Abraham quatuor olim reges potentissimos vicerat, prædamque de manibus eorum excusserat, se quoq; aggredere, opprimeret, eiusq; agros depopularetur. Sed nec illud prætereundum, quod in Hebræo est, Tu nūc es benedictus Domini. *וְיָיָהוָה בְּרָךְ אֶת אִשָּׁךְ* Quod talem habere sensum potest. Quāquam nos quidem in præsentibus tibi nocere non possumus, quippe qui nunc Domini benedictione sis auctus, eiusq; firmissimo præsidio communitus, tamen, quia tempus est futurum, in quo forsitan vt homo in peccatum cadas, Deumq; quem

nunc habes præsentissimum protectorē, nō non nihil offendas, ob idq; diuina protectio- ne, vel tantillum temporis in quo tibi noceri possit, destituaris: prudentia tuæ circumspici- tissimæ erit, in die bonorum meminisse malorum: nobiscumque pacem perpetuam in- uiolabili fœdere inire: vt in futurum sit tibi cautum, ne ingruente tibi calamitate arrepta occasione te offendamus, sed potius defendam. Ceterum hinc exploratū nobis est, hoc Palestinos credidisse, verū Deū optimū ac maximum, cui Isaac insignite seruiebat, humanarū rerū curā agere, piōsq; sui cultores agnoscere, fouere, augere, atq; tutari: im- pios verò nescire, affligere perdere, atq; derelinquere. Enimvero, quia Abimelech non semper pacem habet cum Isaac, Sed aliquando dissidet, aliquando pacem requirit, aperte significat, studiosos, & sapiētes sæculi, qui per eruditionem philosophiæ multa de veritate comprehenderunt. Hic autem Isaac, qui verbum Dei significat, nec semper in discussione est, nec in pace. Philosophia enim diuina legi, nec in omnibus contraria est, nec in omnibus consonat. multi enim philosophorū vnum Deum qui cūcta creauit, scribunt. aliqui etiam addiderunt, quod per verbum suum cūcta fecerit, & regat: & verbum Dei sit is, qui cūcta moderetur: in quo & Euangelio consonant. moralis vero & Physica philosophia pene omnia, quæ nostra sunt, sentit: dissidet verò, cum dicit materiam esse cōternam Deo: & negat Deum curare mortalia, dicens, prouidentiam eius supra lunaris globi spacia cohiberi: & quod vitas nascentium stellarum cursibus pandat: & cum dicit mundum perpetuum, & nullo fine claudendum. & alia plura sunt, in quibus nobiscum philosophi dissident, vel concordant. Hæc Origenes, & multa in hanc sententiā: sed nos redeamus ad hunc virum admirabili mansuetudine insignem, patientia mirabilē, modestia singularem, benignitate præcipuum, munificētia clarum. Quippe qui aduersariis cessit, infestos tolerauit, in supplices non fuit animo elatus, cum dissimulantibus culpā minime contendit, improbos ad mēsam admisit. **Et fecit eis conuiuium.** Perhumaniter enī præteritorū immemor, iā non hostes, sed hospites accepit: perurbane acceptos tractauit, & liberaliter, imo magnifice cōuiuium rege dignū eis apparauit. Ecce quāta benignitate mitissimus Isaac homines sibi permolestos suscepit: quāto honore coluit: quāta familiariter cū eis egit, pacemque inuit.

Origenes

iniit. Deniq; cūcta, quæ virum mitem, probumq; decent absq; vlla vindicādi cupiditate strenuè peregit. Sed & quanta fuit stulticia immo Pharisæorū Isania dño Iesu agno Dei mansuetissimo detrahētiū quod cum peccatoribus manducaret; qui, sicut ex eorū conuictu, nullam morum labem contrahere poterat, ita eisdē integerrimo veræ pietatis exemplo, cœlestiq; doctrina ad meliorē mentem reuocabat.

Et post cibum, & potum furgētes mane iurauerūt sibi mutuo.

Conuiuio itaq; pridie celebrato postero mane ieiuni perspicaciq; mente, maturōq; cōsilio pacti sunt: pactumq; inuicem initu mutua iuratione firmauerunt. Priseū igitur est, & iam deinde iureiurādo exhibendo cautū, vt à ieiunis iuretur. Hinc illud quod habetur Extra. De testibus Nullus testimonium dicat nisi ieiunus. Deniq; hæc ab antiquis sacra habebantur, hospitiū, mensa, pactum, iusiurādum: insuper erat & pax sacra. Quid igitur aliud à tot sacris sperabatur, quàm id quod sequitur?

Dimisitq; eos Isaac pacificè in locum suum.

*Chryso.* Significat per hoc, vt notauit Chrysofomus, Diuina scriptura quod magno cum timore aduenerant, periculum expectātes: & de salute sua omni, vt ita dicam, anxij, vt excusarent se ad iustū contest derunt, à quo benigne suscepti, pacem referentes optatam, lætabundi in regionē, urbemq; suā reuersi sunt. Deniq; vidisti quomodo nihil est virtute fortius, nihil potentius supernis auxiliis freto.

Ecce autem venerūt in ipso die serui Isaac, annuntiantes ei de puteo, quem foderant, & dicentes, Inuenimus aquam: vnde & appellauit eum Abundātiā: & nomen vrbi impositum est

Bersabee vsq; in præsentē diē.

In Hebræo huius loci series significat, pueros Isaac inuenisse in effosso puteo aquā, & propterea vocat<sup>r</sup> est puteus ipse Saturitas. Super quo Hieronymus. Licet enim supra ex verbo iuramenti, siue ex septenario ouium numero, quod Sabe dicitur, asseruimus Bersaba appellatam: tamen nūc ex eo quod aqua inuenta est, Isaac ad nomen ciuitatis, quæ ita vocabatur alludens declinavit paululum literam: & pro stridulo Hebræorum *ש*, sin, à quo Sabe incipitur, Græcū sigma, id est Hebræum samech posuit. Aiunt autem hac tempestate in qua Saracenorum tyrannus sancta loca occupat, Bersabee mutato nomine vocari Gibhn. Iam verò multis de Isaac enarratis, de altero eius filio Scriptura inquit.

Esau verò quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beerithæi, & Basemath filiā Helon eiusdem loci: quæ ambæ offenderant animū Isaac & Rebecca.

Quadragenariū tradit Scriptura fuisse Esau; cum vxores duxit: vt inde sciamus, patrē eius tunc temporis centenarium fuisse, siquidem sexagesimo vitē Isaac anno natus fuerat Esau. arguitur autē hinc Esau temeritas, quod per id ætatis vxores duxerit, ac si sui iuris fuisset, & tanquam filius emancipatus, parentibus eius non tam annuentibus, quàm ei non repugnantibus, certè minime ardiditibus, minimeque talibus coniugiis applaudentibus, quoniam ambæ nuptæ, tanquam amarulentæ, tam socero, quàm socru, eorum animos offenderant: vel quia degeneres erāt, vel prauis moribus imbutæ: vel, quod pessimū erat, gentili superstitioni adhuc erāt addictæ. Deniq; erant exasperantes Isaac & Rebecca. Et quid hæc malicia peius? Quando illæ, quæ omnē honorem impendere debebant, non solum hoc non faciunt, sed & ad contentionem paratæ sunt.

Caput

Caput vigesimum septimum.

Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius: & videre non poterat.

**E** Nimvero nondum ad tantum ætatis peruenerat Isaac, quod esset ita decrepitus, vt solū præ senio videre non posset. Iam tamen senuerat, & propter centenariam ætatem, & propter corporis ægritudines, & animi angores aliasq; molestias, quibus illum afficiebant homines inhumani, apud quos diuersabatur. Etenim molestia naturam opprimit, quæ & dolor corrumpit. Hinc igitur supra ætatē quoq; hebetati sunt oculi eius. forsitan non, vt omnino nihil videret, sed ita, vt præ hebetudine sibi præsentia minime discernere posset. Quin etiā nuru diuino illa cæcitas approperata fuisse videtur, vt patri sic affecto daretur occasio, filiorū alterum pro altero benedicendi.

Vocauitq; Esau filiū suum maiorem: & dixit ei: Fili mi.

Maiorem Scriptura testatur Esau: quia fratrem nascēdo præcesserat: eiq; naturali iure prægenita debebantur, si non illa vilissimo pretio homo imprudens & helluo vendidisset, quod autem dixit ei, Fili mi, blandientis sunt verba, demulcētisq; animum intractabilioris filij, vt dicto sponte pareat.

Qui respondit: Ad sum.

Hoc est præsto, promptusq; sum tuis obedire mandatis.

Cui pater, Vides, inquit, quod senuerim: & ignorē diem mortis meæ.

Duo posuit extrema, & medium subintelligi voluit: hoc est: & mors mea differri non possit. ac si dicat: Senex sum, & iam non diu, sicut olim viuitur: & diem mortis ignoro. Porro nihil certius morte, nihil incertius hora mortis. Vtrūq; sane mortalibus ad vitā hanc disponendam percommodum. Nam mortis certitudo totam præsentium rerum cupiditatem in prudentibus viris extinguit, vel certē magna ex parte temperat, quod diuicis frui nequeas. Diei autem mortis incertitu

do timorem parit: timor sollicitudinem: sollicitudo cautionem: cautio solertiam: solertia diligentiam: diligentia deniq; cum malorum fugam, tum bonorum prosecutionem. Vult enim omnipotēs Deus, vt ait Gregorius, etiā *Grego.* amicos suos diem suæ mortis ignorare, ne securitate torpeant, ne ignauia læguescant: sed semper eos & timor sollicitet in bono opere, & in eo sollicitudo confirmet.

Sume, inquit, arma, tua pharetram & arcum: & egredere foras: cumq; venatu aliquid attuleris fac mihi pulmetum, sicut velle me nosti: & affert vt comedam, & benedicat tibi anima mea ante quàm moriar.

Et cur pransus filio benedicere voluit, cum sacra stomacho ieiuno melius multo peragatur? Sed comedere voluit prius quàm benedicere, vt læta mēte, ac perinde alacriori, atq; deuotiori animo filio benedictionem inferret. Vel illud quoq; ad quandam illius reפורis imperfectionē pertinet iuxta illud, quod Diuus Gregorius ait: Per temporum successionem Dei cognitio in sanctis patribus, similiter & Dei cultus augmentata sunt. Hinc est, quod ius primogenituræ, quod ratione annexi sacerdotij ad diuinum cultum pertinebat, Abraham tradidit filio suo cum bonorum suorum datione, nulla verborū adhibita solennitate: Isaac autem dedit primatum filio suo Iacob cum magna verborum solennitate: verum haud apposita omnimoda honestate: quippe qui satur eā adhibuit: Iacob autem absoluta solennitate, verborumq; adhibita urbanitate, & conspicua quadam in dominum reuerentia mirificis & propheticis bndictionibus filios suos locupletauit. Quæritur etiā. Quare Isaac elegerit bndicere filio suo Esau, prætermisso Iacob: cum prius oraculo diuino fuerit illud prædictū, Maior seruiet minori: quo proculdubio responso diuinitus

uinitus declaratum fuerat, minorem maiori fore benedictione preferendum? An quia Rebecca, in scio Isaac, oraculum consuluerat, nolueritque; apperire marito profectiois suae summam, redditumve sibi oraculum? An quia res ipsa talis Rebeckae videbatur, quae non esset marito propalanda, ne forte non tam Spiritui sancto, quam muliebri leuitati adscriberetur? An demum, quia mater eorum videbat patrem longe propensorem in Esau, quam in Iacob, subticuit arcanum, nolens cum viro suo de filiorum primatu contendere: sed omnem tanti negotij summam soli Deo committere. Isaac igitur diuini oraculi ignarum maiorem minori preferri pertendebat. Rebecca autem percepto viri sui immobili de benedicendo Esau proposito satagit, vt in Iacob Dei oraculum impleretur, iuxta id, quod sequitur.

Quod cum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum: vt iussionem patris expleret.

Etenim quod Esau patri de captanda in edulium venatione, obediuit: bene id quidem fecit, quod primogeniti iura perperam a se ipso prius fratri diuentita praerepta patris benedictione vindicare sibi pergebat, non iuste faciebat. vendiderat enim ea, quae, & si reuera vendi non poterant, quia sacerdotale munus continebant: quia tamen rem inuenibilem, vt pote spiritualem vendere tentauit, symoniae labe infectus, prorsus erat indignus, vt illa retineret, qui iniustus esset eorumdem possessor.

Dixit ergo Rebecca filio suo Iacob: Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatione tua: & fac cibos, & comedam: & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar.

Animaduertendum nobis est hoc in loco attentissime, quod illud Coram Domino, fuit quidem ab Historico referente verba Isaac suppressum, & inter verba Rebeckae expressum: non quod ab ipso Isaac id ipsum antea dictum non fuerit: sed quod a Rebecca idem replicatum est. Aliquando enim in Sacris li-

bris quaedam memorantur, quae cum fierent minime explicata fuerunt. quale est illud, Iesu ad Martham, Nonne dixi tibi, quod si crederis, videbis gloriam Dei? hoc enim quod Christus se Marthae dixisse testatur, reuera dictum fuit: quod tamen in colloquio eorum ab Euangelista prius enarrato minime fuit explicatum. Aliquando quaedam declarantur, quando futura sunt: & dum complentur, omnino tacentur. Iohel enim Propheta eodem orationis contextu praedixit, Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem: quod vaticinium ad tempus Dominicae crucis referendum esse in Actis Apostolicis beatus Petrus docuit. Ergo proculdubio vtrunque factum est. & vt Hieronymi verbis utar, Sol est verus in tenebras, quando pendente Dominum suum videre non ausus est: & luna in sanguinem, quod iuxta historiam factum esse credamus, & ab Euangelistis silentio praetermissum. neque enim omnia, quae fecit dominus Iesus scripta referuntur. Et certe ad fidem adstruendam parum refert, quando in his literis aliquid factum referatur, cum necesse sit, verum esse quidquid in eis, vel factum, vel faciendum narratur. Quandoquidem tanta fides est adhibenda ei, quod in arcanis codicibus semel scriptum assertumque, sit, quanta, si millies repetitum esset. quoniam Deus, sancto, cuius spiritu inspirati locuti sunt prophetae, fidelis est: & seipsum negare non potest: quippe qui ipsa veritas est. & idcirco non magis semel, quam millies metiri potest. Quare tanta supernae veritatis vi firmata constant, quae vnica tantum vice Deo autore hominibus credenda tradita sunt: quanta, si sexcentis vicibus eadem replicarentur. Porro referuntur quaedam saepius, vel mysteria, vel gesta, vel praecipua, vt altius credentium mentibus infundeant, quoniam quibusdam aliis sunt ea commodiora, & necessaria magis, vel ad fidem firmandam, vel ad ampliorem rerum diuinarum cognitionem percipiendam, vel ad bonos mores tenacius imbuendos. Quod autem dictum est Coram Domino, aut sic accipiendum est, ac si dictum esset, Approbante Domino, futuramque benedictionem ratam habituro: aut, quia, quae recte, probeque fiunt, aspectu Domini digna sunt. & ideo coram eo fieri declarantur? Sicut ea quae improbe fiunt, clam illo fieri dicuntur: quia ipsius facie indigna sunt. De quibus Dauid canit, De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Ita vero exposita patris mente, Rebecca aperit suam filio iuniori sibi praedilecto diei s.

Nunc

Nunc ergo filii mei, acquiesce coram filiis meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos haedos optimos: vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur.

Duos quippe haedos afferri iubet: non ob ciborum luxum: sed vt seni aetate defecto de mollioribus & sapidioribus eorum carnibus pulmenta facile comedenda pararet. reliquias vero sibi, suaeque alendae familiae adferuaret. haec est enim maxime probanda alimenterum oeconomia: vt vnique secundum eius aetatem, consuetudinem a teneris inolitam, studium, corporis habitum, valetudinem atque facultates, cibi, vel viles, vel pretiosi digestuque, aut faciles, aut difficiles concinnentur, & dispensentur: ac subinde cuilibet commodi, & salubres distribuuntur. Adiecit & Rebecca.

Quas cum intuleris, benedicat tibi, priusquam moriatur.

Profecto tanti illo saeculo summi sacerdotis benedictio habebatur, vt apud ipsum Deum ratum esse crederent, quidquid ille alicui benedicendo imprecaretur. Quo minus mirandum est, Iesum Christum, id est Deum factum hominem, hominibus, id est, sacerdotibus suis vicarijs, eam dedisse benedicendi, nec non maledicendi facultatem, quae ad diuinam maxime accederet, dicens, Amen dico vobis, quaecumque alligaueritis super terram, erunt ligatae & in caelo: & quaecumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Quae situr. An peccauerit Rebecca consulendo fratri minori praeripere maiori paternam benedictionem? Quoniam in Deuteronomio cautum est, ne priuato parentum in filios amore primogenitorum iura peruertantur: nec quia minor natu filius maiore sit dilectior ei primatus impendatur. Ita se res habet. Sed gratia naturam superat: & ideo naturalibus gratuita sunt preferenda, sicut humanis diuina. Esto igitur, quod Esau fuerit prior ordine naturali: Iacob tamen fuit eo superior gratiae prerogatiua. Quare Rebecca tanti mysterij conscia, cui a Domino dictum erat, Maior seruiet minori, veluti diuini propositi ministra, filio suo Iacob inculpatam consuluit, vt oblata occasione vteretur

& arte non mala primogenita diuino decreto sibi debita diligenter praecipere. Chrysostomus. Vides magnum matris amorem, imo dispensationem Dei. Ipse enim est, qui ei hoc consilium dedit: & omnia bene agere fecit. Vidisti matris consilium? vide & Iacob prouidentiam, & quomodo respondens, suorum morum indicat mansuetudinem.

Cui

Scilicet matri

Ille respondit: Nosti, quod Esau frater meus homo pilosus sit: & ego lenis.

Hieronymus. Vbi nos pilosum legimus, in Hebraeo est Seir וְשֵׂיִר unde postea motis regio in qua versabatur. dicta est Seir Trinominus igitur ille fuit. Nam primo dictus est Esau, id est, factus: quod veluti perfectus est ventre matris prodierit. deinde Edom, a lentis rubedine. vltimo Seir a pilorum densitate.

Si attrectauerit, inquit, me pater meus, & senserit: timeo, ne putet me sibi voluisse illudere: & inducat super me maledictionem pro benedictione.

Magna Iacob cautio, & in patrem reuerentia. Si attrectauerit me, inquit, pater meus: id est, si tactu deprehenderit, me non esse Esau, quem mentiar. Quae situr. Cur non timuit voce deprehendi, sicut tactu? Quoniam forte vox Iacob Esau voci similis erat. Sed huic repugnat id quod senex dicet, Vox quidem vox Iacob est: sed manus manus sunt Esau. At forsitan, vocis vtriusque sonus erat idem, sed tonus alius. namque Iacob literarum studio eruditus, & domi quiescens, modestius, ac summissius loquebatur: Esau autem homo venator & ferox altius, atque perstreperè intonabat. Ex eo autem, quod Iacob adiecit, Et timeo, ne putet me sibi voluisse illudere, manifeste declarat, se velle quidem consulenti matri parere, non vtiq; animo fallendi patrem, sed diuinum exequendi decretum: vereri tamen se, ne talia faciens patris haberetur illudor. quoniam & si animus illudendi sibi non esset: factum tamen illusionem quandam

Z



quandam præferret. Et inducat, ait, maledictionem pro benedictione. dignus enim est filius patri suo insultans, ut paterna impreca-  
*Chrysof.* tione feriatur: sicut Chanaan iure maledictus fuit à Noe: quoniam à filio suo Cham patre Chanaan illusus fuerat.

Ad quem mater, In me fit, ait, ista maledictio filii mi.

Mirabilis enim mulier & amans filij, diuina reuelatione freta, fide iussoris personam induit: ut sic tutum reddat filium atque securum. Quia enim, ut ait Chrysostomus, non ex sua tantum sententia faciebat: sed & diuino ministrabat oraculo: ideo omni studio conatur eximere puero metum: & addere animos, ut consilium perficiat. & non promittit ei, quod possit deludere patrem & latere. sed quid in me fit, ait, maledictio ista filii mi.

Tantum audi vocem meam: & pergens, affer, quæ dixi.

His denique vrget filium mandata peragere: certa, quod Deus rem ita dirigeret: ut ipsa puerque suus ab omni maledicto forent immunes, eisque prorsus optatus euentus succederet. His matris dictis adolefens motus.

Abijt: & attulit: deditque matri.

Totam filij functionem tribus verbis eleganter & breuiter complexus est.

Parauit illa cibos, sicut velle no-  
uerat patrem illius.

In hoc etiam probæ matronæ gratia elucet, ut non tam sibi, quam patri familias dapes pararet, cõdiatque: quia illud non caret gulæ susceptione: hoc sedulitatis est officium. Hinc eleganter coquus ille dixit: Et debet domini seruus habere gulam. Forsitan hoc leuius cuiquam videatur. sed nihil non graue, quod ad iucundam coniugum inter se consuetudinem, pacemque domus fouendam, modo in Christo, alicunde conferat: pro tuenda non pauca nuptis, alijs prohibita, sancta Ecclesia concedit. Quin etiam

Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.

Hieronymus. Et in hoc loco tradunt Hebraei primogenitos sanctos officio sacerdotum: & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti Deo victimas offerebant. his induit Rebecca Iacob: ut ornatus congrueret benedictioni, per quam erat ille sacerdos instituendus.

Pelliculas que hædorum circumdedit manibus: & colli nuda protegit.

Credibile est, inter coquendos, torrendosue cibos Rebeccam hædinas pelliculas in chirotechas formasse: ut ad fucum caliganti seni faciendum manus Esau, digitosque appositè mentirentur. denique sic adornato dilecto suo Rebecca.

Dedit pulmentum: & panes, quos coxerat, tradidit.

Hos utique panes, putandum est haud fuisse cibarios: verum selectos, & ad senilem indigentiam pistoria arte accommodatos. Crediderim equidem eos fuisse panes quos vocant Collicidas. est enim collicida apud Græcos panis subcinericius, hoc est, non in furno, sed in foco super lapidem cõcalesfactum, deinde cineribus super ingestis decoctus: putantque huiusmodi panes ad augendas vires plurimum conducere. De hoc quoque panis fit aliquando in Sacris literis mentio. nam pro eo quod, 3. Regum capite. 19. legimus ex Hieronymo, Et respexit Elias, & ecce ad caput suum subcinericius panis, & vas aquæ, in Hebræo est. *גחלת חרש* ghugathreçaphim id est coctus inter prunas: apud Septuaginta *ἐγκυφίας δαυρίτης*, id est, subcinericius panis filigineus. Ambrosius in epistola ad Verellenfes. Elias, inquit, quem Dominus erudiebat, ad virtutis perfectionem ad caput suum collicidam, & vas aquæ reperit. Et Hieronymus ad Eustochium. Respexit Elias, & ecce ad caput eius panis collicidæ. & Leuitici septimo. Et collicidas olei admixtione cõspersas, & secundo Regum sexto. Collicidæ panis vnam. Denique optimus erat hic panis seni præterato debili. nam quia filigineus, tener erat & delicatus: quia subcinericius, erat augendis viribus efficax.

Quibus illatis dixit, Pater mi.

Iacob primo aggressu ex arte blandis verbis benevolentiam simul & attentionem à patre captat.

At

At ille respondit, Audio. quis es tu fili mi?

Commòda responsione ostendit se beneuolum & attentum.

Dixitque Iacob: Ego sum Esau primogenitus tuus.

Nonnulli conantur à mendacio excusare hunc iustum virum, eò quod Iacob fuerit Esau, non quidem persona, sed dignitate, cui deberentur primogenita: ideoque illum verè respondisse querenti, esse quidem se, ipsum Esau, non utique substantia, sed primatus prærogatiua. sicut vere de Ioanne Christus dixit: Et si vultis scire, Ioannes, ipse est Elias. id quod non de persona sed de officio veraciter dictum accipitur. Sed hæc non satis secum conuenire videntur. quoniã locutio Christi manifestam metaphoram habebat, ut facile de Ioannis, & Eliæ officio Domini testimoniũ intelligeretur. Iacob autem id prætendebat, ut Esau in persona esse crederetur. ad hoc enim per suadendum pellibus adornatus accessit ad patrem. facit & ad hoc quod sequitur.

Feci, sicut mihi præcepisti.

Et quomodo verum hoc esse potest? cum non ipsi Iacob, sed fratri suo mandatum Isaac dederit? Quare difficile arbitror ab officioso mendacio iustum hunc defendere, licet tantus Patriarcha fuerit. non enim est necessarium omnes Veteris testamenti iustos viros ab officioso mendacio passim asserere. cum Ioannes Euangelista illud sit ingenuè professus: Si dixerimus, quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Astipulatur & huic explanationi Chrysostomus. Sed cui hæc non satis placet, legat Augustinum & Thomam, qui perdoctè hunc locum consolantur. Instat & filius patri dicens:

Surge, sede, & comede de vena tione mea.

Iacob addita particula Hebraica, *ו* Na, quæ interpretatur obsecro, post illud verbũ Surge, secunda persona precãdo vsus est. Eius ergo verba sonant hominis modesti precationem, nec non filij pij & vr bani, patris autoritatè plurimi facientis. Esau autem ut ex Hebræo liquet, tertia vsus est persona, Surgat pater meus & comedat de venatione filij sui. quæ verba nescio quid inurbanum, &

agreste, & insolens sonant. certe non sunt hominis satis piè paternam obseruantis dignitatem. Porro in eo quod addidit.

Et benedicat mihi anima tua.

Animam posuit pro intimo mentis affectu. Ex quo benedictionem in se transferri cupiebat, ut apud Deum esset acceptior. quanto enim precatio deuotius offertur, tanto faciliorem apud Deum ipsum inuenit aditum, tantoque est efficacior ad id impetrandum ab illo, quod pie expetitur.

Rursum Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi?

Merito Isaac demiratur filij sui, quem Esau esse putabat, tam appropriatum reditum. solent enim venatores longas trahere moras inter eundem, venandum, redeundum, præter tempus in parando pulmento terendum. hæc interrogatio sollicitum reddit Iacob, ne deprehendatur. Cui prudentissimè satisfecit. Quippe,

Qui respondit: Voluntas Dei fuit, ut cito mihi occurreret, quod volebam.

Hæc sententia in genere & absolutè accepta vera quidem est: sicut illud Caiphæ apud Ioannem, Expedit vobis ut vnus homo moriatur pro populo. hoc enim dictum verissimum fuit secundum Spiritus sancti propositum per os impij sacerdotis reuelatis, quod Iesus Christus non solum pro illo populo, sed etiam pro toto genere humano moriturus esset: sed non erat verum, prout Caiphæ illud sibi reuelatum ad salutem regni temporalis Iudæorum insipienter accommodauit. sic & hoc in loco iuxta Rebecæ propositum verum est, quod ex diuina dispensatione Iacob iuit ad gregem, hædosque attulit, qui sibi Deum cito optimi occurrerunt. At verò idem responsum accommodatum ad ipsius Isaac interrogationem verum non erat: quia non fuit diuinæ voluntatis, ut ei, quem ille venatum miserat, tam cito expetita occurreret venatio.

Dixitque Isaac: Accede huc, & tangam te fili mi: & probem, verum tu sis filius meus Esau, an non.

Vacillabat animo senex ambigens, essetne Esau is, qui praesens aderat. Na ex praescripto inducti cibi obsequio cibi suadebat, eu esse Esau, ex nonnulla vero vocis dissimilitudine non prorsus certum habebat. Inter ambigendum itaq; tactu, qui sensus est omnium certissimus, tantam rem penitus explorare decreuit. Vide quanta sit in tactu certitudo. Dominus enim noster Iesus Christus discipulis videntibus eum praesentem & adhuc de eo dubitantibus, vtrum esset ipse, dignanter carnem suam eis, vt de se certissimos redderet, palpandam praebuit, dicens: Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habent, sicut me videtis habere. At contra dices: Poterant fallaces spiritus fictitiam quandam carnem illis praebere palpandam: esto, sed veram non poterant. tactu autem humano facile dignoscitur, quae vera sit caro, & quae simulata, nam quae caro vera non est, nequaquam daemorum artificio ad verae carnis temperamentum perducipoteest. Ceterum quam timidus & tremens, versabatur enim in summo periculo Iacob.

Luc. 24.

Accessit ad patrem.

Ne forte tactu deprehenderetur. At. Et Palpato eo dixit Isaac: Vox quidem vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. & non cognouit eum: quia pilosae manus similitudinem maioris expresserant.

Ergo non errauit sensu: sed ex similitudine, quae est omnium mater errorum, deceptus in falsam descendit existimationem. Etenim ob vocem placidiorem dubitauit iustus. sed quia dispensatio implenda erat, non permisit Deus, vt dolus voce, vel tactu sentiretur.

Benedicens ergo ait illi, Tu es filius meus Esau.

Haec nimirum verba possunt asserentis esse, aut interrogantis, vel potius cu nonnulla suspitione consentientis. Iacob autem, vt omnem prorsus ambiguitatem de illius animo adimeret, asserendo respondit,

Ego sum.

Hac item assertionem inexcusabilis ab officio

so mendacio Iacob videtur, licet non mala fuerit eius intentio.

At ille, Affer, inquit, mihi cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit etiam vinum.

Commodè vinum seni obtulit. vinum enim senibus maxime confert. nam quia calidum est, eorum frigori medetur: quia humidum, siccitati: quia laetificum, tristitia. Demum recetè ab antiquis prouerbio iactatum est, Vinum lac esse senum.

Quo hausto

Hilarior certe factus, & ad benedicendum promptior.

Dixit ad eum: Accede ad me: & da mihi osculum fili mi. Accessit, & osculatus est eum.

Quod enim ad se filium pater appropinquare praecipit, euidens est paternae dilectionis indicium. quod vero eidem osculum impressit, non solum eandem dilectionem indicat: sed etiam demonstrat se velle libetissimo animo desideratissimam ei, & in primis egregiam benedictionem impendere. Hinc dimanasse reor ad posteror, vt qui aliquos ad honores & dignitates promouent, eos exosculentur. Verum Chryostomus osculum à filio patri fuisse impressum his verbis declarat.

Chryst.

Accessit & osculatus est eum.

Vt idem Iacob sit is, qui accesserit, & osculatus fuerit. Nam, vt ne quis opinetur, quod in personam Esau & benedictionem fecerit, sed in illum à quo osculatus est, propterea commemorat Diuina scriptura, quod osculatus est, & benedixit illum, à quo osculatus est.

Statimque, vt sensit Isaac vestimentorum eius fragrantiam.

Non vtique vulgarem, vel remissam, sed eximiam intensamque, vt quae ab optimis aromatis

matris exhalabat, & quamuis quaedam ocula, & supra naturam auxisse videretur: adeo, vt nescio quid diuinum in tam insolita fragrantia bonus senex praesentiret. Vnde & illam admiratus, & benedictionem locupletissimam praemeditans: imo & iam

Benedicens illi ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui Dominus benedixit.

Vides, quomodo odor ille admirabilis non tam vestimentorum, quam ipsius filij esse praedicatur à patre: vt ea iucundissimi odoris praedicatio, non modò sit maximae benedictionis indicium, sed & initium: tantae demum fragrantiae vi, quae suauolentiae agri cunctorum florum genere referti, merito sit comparata, senex incitatus benedictionem accumulatissimam prosequitur dicens.

Det tibi Deus.

In Hebraeo est, וְיִתֶּן, Et det. Coniunctio igitur Et copulata & praeposita verbo Det videtur denotare hunc patriarcham mirabili illa fragrantia excitatum multa de spiritualibus odoribus, caelestibusque suauitatibus secum prius cogitasse, quam praesenti filio benediceret. Nec non bis verbum Det protulisse, prius quidem verbo interiori, posterius autem exteriori voce. vt intelligamus, duo bonorum genera patrem filio suo comprecatum fuisse simul, videlicet spiritualia & temporalia: illa quidem, tacito mentis voto: haec autem, vocali quoque sono. Nec vero insipienter pro rerum gerendarum opportunitate caelestia illa bona & spiritualia munera, quae, vt Paulus ait, Non licet homini loqui, religiose tacuit: sed ita tacuit, vt per haec temporalia mirabili ordine disposita, illa quoque spiritualia plene, satisque congrue praeformarentur. hinc enim ab ipso caelo incipiens ad terram vsque benedicendo descendit dicens: Et det tibi, qui edulia mihi attulisti, qui à me osculum accepisti,

2. cor. 12.

Deus de rore caeli, & de pinguedine terrae.

Nempe à caelesti rore mel, & manna, aliaque huiusmodi proueniunt. ad terrenam autem pinguedinem pertinet lac, butyrum caseus varia quoque herbarum fruticum & arborum animaliumque genera, humanis visibus

alia accommodata, alia necessaria.

Et abundantiam frumenti.

Frumentum genus est ad triticum, hordeum, typham, & his similia. Quod autem sequitur Vini & olei, Olei non est in Hebraeo, sed tantum וַיִּתֶּן Tiros, quod vbique Scripturarum sanctorum non vique oleum, sed vinum nouum, id est, mustum significat. Numer. 18. tiros, id est, vinum nouum & frumentum. & in Deuteronomio, betiros, id est, vinum nouum. apud Esaiam, Quemadmodum inueniet hatiros, id est, ipsum vinum nouum. Septuaginta quoque interpretes non addiderunt oleum οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἔλαιον, multitudinem frumenti & vini. simili modo superadditum videtur Psalmo quarto, A fructu frumenti vini & olei. certe Olei non est in Hebraeo, neque apud Hieronymum in Psalterio ab eo addito iuxta Hebraicam veritatem: vbi sic habet: Dediti lacticiam in corde meo, in quo tempore frumentum eorum & vinum eorum multiplicata sunt. Quod plane facit ad sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. de quo Zacharias aperitissime prophetauit dicens: Quod est bonum eius? & quod est pulchrum eius? frumentum electorum, & vinum generans virgines. Ex quo enim tempore verbum caro factum vitale illud corpus & sanguinis sui mysterium instituit, multiplicato electorum frumento, vinoque nouo in calice noui testamenti virgines mirifice generante fidelium corda laetificata sunt: & credentium Christo greges à fructu frumenti & vini multiplicati sunt. Vnde autem fuerit appositus genitiuus Dei, nescio, cum nec in Chaldaeo habeatur, nisi forte ab aliquo fuit adiectum: cui videbatur ad benedictionis plenitudinem oleum defuisse: cum satis illud intelligi datum sit: eo quod dictum erat, In pinguedine terrae. Quid enim pinguius oleo, sed haec non amplius moror, cum ex dictis satis, superque constet, omnimodam opum vbertatem Patriarcham filio suo fuisse comprecatum. Denique necessariorum copia adducta, consequenter gentium principatum praedicit & futuram religionem, & incrementa quae inde nascerentur.

Num. 18.

Dent. 28. Esa. 65.

Psal. 42.

Zach. 14.

Hieron.

Et seruiant, ait, tibi populi.

Nempe tanquam eorum domino, & principi, regique.

Et adorent te tribus.

Idest in honorem tuum coram te gentes incuruentur: id quod ad sacerdotalem dignitatem attinere maxime videtur.

Esto Dominus fratrum tuorum.

At vnus erat solus eius frater Esau. Enimvero fratrum appellatione cunctam Esau cognationem intelligit, quibus primogenitorum iure, Iacob, posterique eius praeferuntur. Ideoque adiecit.

Et incuruentur ante te filij matris tuae.

Quia futurum erat, vt idumaei Israelitas, tantquam serui dominos, venerarentur. filios enim consuevit vocare Scriptura omnem generationem: sicut & hic filios matris tuae: quasi diceret aliquis, eos qui ex semine Isaac futuri sunt. non enim alios filios habuit Isaac, quam hos duos solos. Iam vero qui timuerat maledici, adeo benedicitur, aut alijs sit in causa, vel maledictionis, vel benedictionis. Subiunxit enim Patriarcha.

Qui maledixerit tibi, maledictus erit. qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.

Notandum, quod illud prius sub praedictionis non imprecationis forma extulerit: posterius autem non solum propheticum, sed etiam deprecatorio modo protulit. quia iustorum est, non tam maledicere, quam benedicere: id est, potius peccatorum conuersionem, atque veniam, quam eorum pertinaciam, damnationemque desiderare: nec non iustorum meritis maxima virtutum augmenta prorsus expetere: idque, quandiu & illis poenitendi facultas adest, & his proficiendi non deest oportunitas. Obseruandum est & illud, hunc Patriarcham maledictionem benedictioni praetulisse: Balaam vero insignem illum ariolum inuerso ordine benedictionem maledictioni praeposuisse: neque id immerito: namque Balaam, velut Israelitarum hostis, coepit a bono populi Dei, quod diffiteri non poterat: finiuit autem in malo, quod eidem populo vehementer optabat. hic autem Patriarcha ab auertendo malo est orsus: vt in bonorum finem posteros suos perduceret. Et reuera sic vsuuenit, vt boni praecedentibus tribulationibus probati, atque perfecti in posteriora bona

Num. 22

na ferantur. iniqui autem per praecedentia bona quibus abutuntur, in vera mala protruduntur. Nec moueatis, quod Abraham benedicens filium suum Isaac a bono exorditus ad maledictionem transijt. quia tandem totum sermonem benedictione conclusit. Sic & Christus, cum ad iudicandum sederit, prius dicit ijs, qui erunt a dextris, Venite benedicti: deinde ijs, qui erunt a sinistris, Ite maledicti: vt ostendat propositi sui semper fuisse, potius animas seruare, quam perdere. Enimvero paulo post, exigentibus iudicandorum meritis, prius iniquos ab se abiicit dicens, Ite maledicti: postea iustos ad se vocat, quos secum perpetuo teneat, dicens, Venite benedicti. Quare mirabili diuinæ dispensationis ordine, quando diuinis oraculis a peccatis committendis deterrentur homines a cruciatibus, malisque instantibus incipitur: vt ea fugiant, & bona eligant: quando vero ad virtutem praestandam inuiantur, bona eis primum proponuntur, quae si non acceptauerint, constet sponte sua in mala fuisse delapsos, iusteque damnatos. Summa igitur totius benedictionis haec est, vt Iacob suauissima cunctorum bonorum fragrantia, velut amoenissimus ager varijs floribus vernans, sit repletus: quod frugum vbertate, diuitiarumque omnium, praecipue naturalium, copia, abundet: quod princeps sit populorum, eidemque tribus, & gentes, tanquam regi, semet inclinent: quod inter fratres primogeniti iura possideat: eique honorem, qui regibus debetur, adhibendo sese incuruent. denique quod maledicentes ei sint obnoxij maledicti: & benedicientes benedictionibus repleantur. Ex quibus omnibus duo prima in ipsius Iacob persona impleta fuerunt. nam & bonorum odore fragrauit: & rerum copia affluxit: Duo tamen sequentia non in eo, sed in populo ab eo descendente sunt impleta. quia non ipse Iacob fratri suo dominatus est: sed Idumaeos ab eo prognatos sibi Dauid rex subiecit. Vltimum vero quod ad maledicendi, atque benedicendi negotium pertinet, tam in ipso Iacob, quam in eius posteris qui veri sunt Israelitae, locum habet. sed praecipue id ipsum in Christo Iesu domino nostro, qui regnat in domo Iacob, maxime compleretur. Cui quando Iudaeus carnalis maledicit proculdubio est ipse maledicens penitus maledictus. quia nemo in spiritu Dei loquens dicit, anathema Iesu. Eidemque quisquis benedicit, benedictionibus repletur. id quod in seipso Paulus expertus. gratias benedictionum auctori

Matt. 25

1. cor. 12

2. cor. 1

Ephesi. 1

auctori

Chryso.

Damasus Hieron.

1. cor. 13

Ephesi. 1

Rom. 8

1. reg. 6

4. reg. 4

auctori agens, dicebat, Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Tadem consideranda pie lector, cum Chrysofomo, quomodo omnia superna gratia euenerint. nam quando quod a nobis est offerimus largiter, diuinam operationem consequimur. Nam & ne desides & supini simus, vult etiam nos aliquid conferre, quod sic sua declaret, & non totum sit superni auxilij, sed oporteat etiam nos aliquid asferre. Neque a nobis iterum exigat totum, sciens infirmitatis nostrae excellentiam, & suam seruans misericordiam: & volens aliquam occasionem offerre, vt suam declaret liberalitatem, expectat, vt asseramus, quae a nobis sunt: id quod & nunc factum est. Nam quia Iacob & Rebecca fecerunt ea, quae a se fieri oportebat, & ille quidem obediuit consilio matris, haec autem omnia quae ad se attinebant, impleuit: tunc vltra bonus dominus perfici fecit magna facilitate, quod omnium erat difficilimum, ne fieret actus istius imposturae manifestus Isaac. Quasiuit autem & Damasus Papa a disertissimo Christianorum doctore Hieronymo, cur Isaac vir iustus, & Deo charus, non illi, cui voluit, sed cui noluit deceptus errore benedixerit? Ad quod inquit, districta responsio est, nullum hominem, excepto eo, qui ob nostram salutem carnem est dignatus induere, plenam habuisse scientiam & certissimam veritatem. Denique Paulus ex parte cognoscit, & ex parte prophetat, & nunc per speculum videt in aenigmate: & secundum quod oportet orare, nescire nos dicit: quia cum venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, destruetur. Samuel propheta connumeratus Moysi in sacerdotibus Dei, ad vngendum regem missus, cum maximum filiorum Iesse vidisset Heliab, ait: Ecce coram Domino Christus eius. & dixit Dominus ad Samuel, Noli respicere faciem eius, neque staturam illius, quoniam reprobaui eum: quia non quo modo videt Deus, videt homo. homo enim videt in facie, Deus autem inspicit cor. & per singulos filios septem ignorans vsque ad Dauid nescisse describitur. Heliab quoque, qui duplici glorificatus est spiritu, cuius ossa vitam exanimato cadaueri reddiderunt, cum Sunnamitis ad eum venisset in montem, & ad pedes eius flebiliter corruisset, Giezi prohibente ne faceret, ait: Dimitte eam, quia a-

nima eius in amaritudine est: & Dominus abscondit a me, & non nuntiavit mihi. plura sunt, quam vt exemplis debeamus docere sanctos viros & Deo charos, ea tantummodo scisse, quae eis a Domino reuelata sunt: ignorasse vero, quae eis reuelata non fuerint: & ad singulas visiones Zachariam atque Danielum interrogare angelum & suppliciter deprecari, vt exponat sibi, quae sint illa quae viderant. Vnde non est mirum, Isaac in sua maxime utilitati nescisse quid faceret: cum magis eo tempore erraret, quo filium sanguinariae deditum voluptati, & eum qui postea fratrem, si posset, occideret, praetermisso illo qui innocenter habitaret domi, vellet efferte: & suam magis facere voluntatem, quam Dei. Ego puto diuinæ dispensationis fuisse, vt oculis caecaretur, & cum ipse diceret, Vox quidem vox Iacob est: manus autem, manus Esau: tamen non intelligeret minor esse filium, qui ad benedictionem fratris praereptor adfiterat. Quid hac Hieronymi responsione disertius? aut quid hac explanatione commo- dius in hunc locum afferri potuit? Caeterum Vix Isaac sermones impleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau: coctosque de venatione cibos intulit patri dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: & benedicat mihi anima tua.

Pulchra oeconomia, & a diuina prouidentia profecta: prius enim Iacob egressus fuit, quam ingrederetur Esau. sic enim sapientissimus rerum omnium gubernator, vnus discessum, & alterius accessum disposuit, ne coram patre sene filij acriter contenderent, & irreuerenter compugnarent: praeter id quod eadem dum erat Iacob, fratre robustissimo atque effratissimo aduersus eum insurgente: nisi de potentioris manibus diuina ope eriperetur. Nihil igitur fraudis Esau interuenisse suspicans; parenti suo paratos cibos sedulus offert: & ab eo simpliciter expetit benedici.

Dixitque illi Isaac, Quis es tu?

Nimirum concitati, perturbatique hominis fuit haec breuis & concisa interrogatio. non enim adiecit blandum illud, Fili mi, perturbatus est enim valde, tum noua eduliorum

oblatione, tum maximè iterata benedictio-  
nis petitione: quam paulo ante in ipsum E-  
sau contulisse putarat.

Qui respondit, Ego sum filius  
tuus primogenitus Esau.

Vt enim commotum patris animum seda-  
ret, simul & vt ad epulum sumendum inui-  
taret, & ad sibi benedicendum faciliùs pro-  
uocaret: aut quia homo natura ferax & inso-  
lens in propria causa superbiuit, primogeni-  
ti nomen interposuit.

Tunc expauit Isaac stupore ve-  
hementi.

Statim enim vt agnouit Isaac à Iacob se fuisse  
deceptum, ne furore præceps maledictio-  
nem in sui deceptorem retorqueret, diuini-  
tus mentis raptu præuentus est: in quo quidè  
raptu absq; vlla mora totum subreptitiæ be-  
nedictionis mysteriũ Deo reuelante cogno-  
uit. quo cognito expauit stupore vehemèti,  
idq; adeo, vt maximo quodam tremore con-  
cuteretur, carne & spiritu in viro sene valde  
compugnantibus. Nam carnali affectu ma-  
iorem minori præferri cupiebat: spiritali au-  
tem voto diuinæ dispensationi obsequi ma-  
lebat. Vicit denique carnem spiritus.

Et, vltra quam credi potest, ad-  
mirans.

Absconditam scilicet ante diuinæ dispen-  
sationis in præuertenda fratrum benedictio-  
nem artem, & ac si ignoraret eum, quem iam re-  
uelatione nouerat, interrogat, &

Ait: Quis igitur ille est, qui du-  
dum captam venationem attu-  
lit mihi, & comedi ex omnibus  
prius quam tu venires?

Hac autem interrogatione prudentissimus  
senex, sinistram, quam Esau de patre suo sus-  
picionem concipere poterat, latenter pur-  
gat. At quia in extasi proxima reuelante Deo  
nouerat immotam manere benedictionem,  
quam filio minori intulerat, è vestigio sub-  
iunxit,

Benedixi que ei, & erit benedi-  
ctus?

Sanctus enim vir erat Isaac, qui nequaquam  
tam asseueratè asseruisset, ratam, firmissimã  
que apud eum persistere benedictionem hu-

mano errore in Iacob delatam, si non ex Dei  
reuelatione manifestissimè, atque certissimè  
nouisset, eandem à Deo in minorem fratrem  
fuisse intentam, directam, atque confirma-  
tam. Sed quærat aliquis, quomodo vim ha-  
buerit benedictio ab Isaac in Esau intentam,  
& errore quodam ipsius senis, non Dei in Ia-  
cob delata? Hoc nempe modo. Quoniam  
enim, quamuis ille iustus solum Esau à prin-  
cipio benedicere prætendebat, post collo-  
quium tamen, & attractum in ipso benedic-  
tionis articulo vnum ipsum, quem præsentè  
habebat, benedicere voluit. Nam quemad-  
modum, si quis cū Lucia matrimoniũ con-  
trahere sibi proponat, & pro Lucia præsen-  
tetur ei Francisca, si ille consentiat in ducen-  
da ea quæ sibi præsentis est, minime discuties,  
quæ nam illa sit, coniugium erit ratum cum  
Francisca sibi præsentis, in quã primò, & per  
se consentit: sic & benedictio Isaac directã  
primò & per se in filium sibi præsentem fuit  
efficax. veraciter itaque dixit Isaac, Benedixi  
ei, & erit benedictus. Ecce petente benedic-  
tionem sibi promissam filio maiore expaues-  
cit Isaac, & alterum pro altero se benedixisse  
cognoscens miratur, & quisnam ille sit per-  
contatur: nec tamen se deceptum esse con-  
queritur: imò confestim reuelato sibi intus  
in corde magno sacramento deuitat indigna-  
tionem, benedictionem confirmat. Non-  
ne potius maledictionem minaretur iratus?  
si hæc non superna inspiratione, sed terreno  
more gereretur? O rem mirifice gestam, sed  
propheticè: gestam quidem in terra, sed cœ-  
litus: per homines gestam, sed diuinitus dis-  
pensatam: Enimvero

Auditis Esau sermonibus pa-  
tris, irrugijt clamore magno.

Rugire proprie leonum est, cūm terribilem  
illam vocem emittunt, ad cuius auditum cæ-  
tera animalia tremefacta illico stant. hinc il-  
lud Amos propheta: Leo rugiet, quis non ti-  
mebit? Igitur Esau cognoscens optatissimã  
benedictionem sibi præceptam, maximum  
animi sui dolorem furentium more leonum  
ingenti rugitu declarauit: & animo conster-  
natus, & inter spem, metumque fluctuans,  
neque satis quid diceret animaduertens, pa-  
trem precatur, vt in se de primatu benedic-  
tionem replicet. hoc enim est, quod

Et consternatus ait, Benedic-  
tiam & mihi pater mi.

Cum

Cum ait, benedic etiam, nõ omnino frater-  
nam benedictionem excludit. quinimo vidè-  
tur Esau verba hominis esse non prorsus fra-  
tris promotioni repugnantis: sed expectantis  
se quoque paternæ benedictionis fieri parti-  
cipem.

Qui ait, Venit frater tuus frau-  
dulenter, & accepit benedictio-  
nem tuam.

Hoc dicens Isaac, excusat se apud Esau, ac si  
dicat, Ignorans fratri tuo benedictionem im-  
pediti, quam paratus eram tibi largiri: sed ille  
venit cum dolo, & accepit benedictionem  
tuam. Nõ igitur mea culpa factum est, quod  
ille tibi meam benedictionem præripuerit.  
Igitur fraude Iacob abusus patrem decepit,  
& benedictionem interceptit. Confirmatur  
& hoc loco, Iacob mentitum fuisse, licet offi-  
ciosè. At cur non perniciosè, qui primatum  
fratri maior præripuit? Quoniam alienum  
minime surripuit, sed quod sibi debebatur,  
mirabili quadam arte occupauit. siquidè tū  
ex oraculo, tum ex mutuo inter vtrunq; fra-  
trem contractu primogenitorum iura ei de-  
bebantur. Et vnde Iacob diuinum de ea re  
nouerat oraculum? nõpe matre referente, cui  
erat ille perassiduus, & dilectissimus.

At ille Esau subiunxit: Iuste vo-  
catus est nomen eius Iacob:  
supplantauit enim me altera  
vice.

Hieronymus. Iacob supplantator interpreta-  
tur. ab eo igitur quod fratrem arte deceperit,  
alludit ad nomen. Qui ideo Iacob antea vo-  
catus est: quod in ortu plantam fratris appre-  
henderit. Quod autem addidit.

Primogenita mea antè tulit: &  
nunc surripuit benedictionem  
meam.

In vitroq; aberrat. nam in altero mentitur, in  
altero mædaciū dicit. Quippe mentitur, in  
eo quod asserit fratrem Iacob abstulisse ei pri-  
mogenita. non vtiq; abstulit, sed ipse Esau ei  
illa, quantum in se fuit, impie vendidit. Imo  
Iacob putatur illa nullatenus emisisse. quia vir  
pius bene nouerat spiritalia iura: sed obla-  
tione necnon petitorum datione vexatione  
propriam redemisse. In altero autem falsum  
loquitur. quoniam Iacob minime alienã be-  
nedictionem surripuit, sed suam artificiosè

præripuit, quamuis Esau ignorauerit primo-  
genitorum iura Dei voluntate esse sibi abla-  
ta, & ad fratrem suum translata: Nec statim  
quod hoc sacramentum Isaac penitus nouit,  
illud filio suo Esau prodidit, ne aut ei dolo-  
rem augeret, aut dolentem in Deum, qui mi-  
norem maiori prætulerat, exacerbaret. Enim  
vero Esau anxius & obtinendæ paternæ be-  
nedictionis avidissimus.

Rursum ad patrem, Nunquid  
non seruasti, ait, & mihi benedi-  
ctionem?

Intelligens Patriarcha adhuc Esau agere de  
primogenitorum iure, vt eam curam de eius  
pectore penitus adimat, respondit.

Dominũ tuum illum cõstitui.  
Ac si dicat cū illum tui dominum benedi-  
ctione mea constituerim, non est, quod spe-  
res, te posse vnquam illius dominari: Sed il-  
lum tui ipsius Dominum fore. Quin etiam  
quominus, quod optas, expectes.

Omnes fratres eius seruituti il-  
lius subiugauit.

Cum Iacob vnum tantummodo fratrem ha-  
beret, constat verum esse, quod superius di-  
ximus, fratres Scripturarum more vocari fi-  
lios Esau, atque nepotes: & rectè id quidem,  
quoniam Esau non vtiq; in sua persona, sed  
in posteris suis fratri Iacob seruiuit. Quod  
autem modo adiecit.

Fruento, & vino stabiliui eũ.  
Nulla de oleo facta mentione, confirmat,  
quod superius annotauimus, oleum ad illum  
textum minime pertinere.

Et tibi post hæc, fili mi, vltra  
quid faciam?

Videlicet quod peculiari iure vni tibi conue-  
niat, cū in fratrem tuum omne benedictio-  
num genus contulerim, & expenderim.

Cui Esau, Num vnã tantum  
inquit, benedictionem habes  
pater?

Tacebat pater ad hæc. at instantius eum de-  
precans filius ait.

Mihi quoque obsecro, vt bene-  
dicas.

Perstabat etiam num taciturnus pater. At fi-  
lius cum videret patrem obstinatè tacetẽ,

Z s immo-



immotumque manere, confugit ad lachrymas: cœpitq; gemebundus dolere vicē suam, seseq; lamētari omni benedictione desertū.

Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eū: In pinguedine terræ, & rore cœli erit benedictio tua.

Primum hoc in loco notandum est, in Esau benedicendo non dixisse Isaac, Er det tibi Deus, id quod prædixerat benedicendo Iacob, quod ideo factum esse putatur, quod ad diuini iudicij mensuram hæ benedictiones dispositæ sunt. Quia enim Iacob vir erat iustus, & in Deum pius, beneq; meritis in eū, qui iustus erat, & iustitias diligebat, benedictio illius cœlestibus præmiis, donisq; refera ab ipso Deo, tanquam misericordie bonorum largitore, & veracissimo præmiorū retributore fuit incunda. Quia verò Esau peccator erat, nihilq; boni pro meritis ei debatur, sed potius pro demeritis ei poena irroganda foret, nomen Eloim, quod est iustitiæ notamen suppressum est, vt nonnullum misericordie Deo locum benefaciendi etiam tanto peccatori forte superesse monstraretur. Accedit ad hoc benedictionem, qua Iacob fuit benedictus, diuinam fuisse: alteram verò humanam, vt pote humanis tantum precibus nitentem. quare illa tantum fuit à Deo inchoanda, quæ eodem autore prolata sit. non autem ea quæ ab homine tantū paterno affectu potius, quam diuino nutu proferebatur. Hoc fiet manifestus si excutiamus & illud. Cum enim superius Isaac asseruerat, omnem benedictionem soli Iacob illatā fuisse, nec in alterum posse transferri, quomodo nunc in eundem Esau benedictionem eandem replicat? benedicit enim hic patriarcha filiū Esau in pinguedine terræ, & rore cœli, in quibus ipsum Iacob antea benedixerat. Quid ergo? re pugnatne sibi? minime. namq; nouimus benedictionem illam egregiam, summamq;, qua minor maiori prælatas est, esse eam præcipue, quæ ad primatum attinet, & ad Dominium alterius in alterum: quæ sane respectu eorumdem, neq; replicata fuit, neque replicari potuit: quando Dominus ac seruus adeo secum pugnant, vt eisdem autem respectu eiusdem cohærere nequeant. At ea benedictio, quæ fruges, opesq; terrenas complectitur, vtriq; fratrum potuit esse communis, eisq; ab illo impartiri. Qui facit solē suū oriri super bonos & malos, & pluit super ius-

tos & peccatores. Facit & ad hoc q; in Hebræo, pro eo quod est in Latino Benedictio scriptum est בְּרַכָּה מוֹסָבֵּחָ & גְּרָעוֹ כְּאֶרְבֵּי הַיַּרְדֵּן, id est, possessio & habitatio tua. vbi, vt vides, quod prouidus senex non vtiq; benedictionis, sed possessionis, vel habitatio nis nomen intulit: vt ostenderet, quæ illi præ dicebat, haud pertinere ad illam eximiā benedictionem qua Iacob benedictus fuerat. Porro hinc & illud manifestè constat, nullatenus de hac secunda, & communi, vulgariq; benedictione: sed de illa priori & egregia, præcipuāq;, quæ primatum continet, accipiendum esse illud Pauli, quod Esau reprobati memor in cautiōis exemplum Hebræis proponit dicēs, Nequis fornicator aut prophanus, vt Esau, qui propter vnam escam vè didit primitiua sua. scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quāquam cum lachrymis inquisisset eam. super quo Theophylactus Dicit aliquis Tollit ergo e medio pœnitentiā Paulus. Nequaquam. Cur igitur inquit, pœnitentiæ locum non inuenit, quamuis lachrymans eam quæsiuisset? primum intelligas velim, pœnitentiā hoc loco benedictionem significare. Deinde benedictionem hanc petiisse hūc quidem, fateri Apostolum: sed modum in ea petenda nullū seruasse. Quod enim esse poterit pœnitentiæ argumentum? cum Esau ipse hæc iactet: Appropinquabit dies luctus patris mei, & interficiam fratrem meum? Ob id itaq; pœnitentiā non inuenit. quia non, vt oportuit, depoposcit. Nam & si lachrymas fuderat, haud tamē erant pœnitentiæ lachrymæ, sed liuoris, & odij, & animi exacerbati: qui minus æquo animo toleraret præferri sibi germanum. Quemadmodū nec mœror quidē, quem Cain vultu pertulerat, pœnitentis fuerat, sed inuidentiæ. Cæterum ait.

Viues in gladio: & fratri tuo feruies. tempusq; veniet, cum excutias, soluasq; iugum eius de ceruicibus tuis.

Minime putatim Patriarcham prædicere, hunc Esau gladio victurū: quod gladio, id est, militari studio stipendia, vnde visitaret, meriturus esset, cum pinguis & vberima terra esset ei diuinitus demandata: sed quod belliosus futurus esset, victorq; euasurus aduersus omnes qui ei bellum inferrent. at ne speraret aliquando victicem in Iacob fratrem eam se distri-

Hebr. 12.

Theophyl. 12.

se districturum, iterum replicat, Et fratri tuo feruies. verum nolumus, vt propter hæc seruitutem, quam volumus esse clementem & iustam, qualem inter germanos esse decet, in consolabiliter affligeris: quoniam si frater tuus tecum olim inelementius egerit, & inhumanus te tractauerit, atque iniuste oppresserit, tempus veniet, in quo seruitutis iugum, quo te presserit, prorsus excutias. Re etenim vera hæc omnia ad verbum completa sunt. Nam & posteri Esau bellicosus admodum fuisse, & Horraes de monte Seir expulerunt: ibiq; habitates terram suam de nomine ducis dixere Idumæam. deniq; seruierunt Idumæi Israelitis sub Salomone, cæterisque Iudææ regibus vtiq; ad tempora Ioram regis Iuda, sub quo rebellauerunt, Iudæisq; seruire desierunt. Nec habent hoc in loco Iudæi aliquid vnde cristas erigant, quia in Hebræo scriptum est, Erit, quando dominaberis: inaniter enim, nescio quod regnum deletis Idumæis tandem illi sibi promittunt, perperam per Idumæos Romanos intelligentes, qui Iudæis multo tempore dominati sunt. nam non est scriptū, Dominaberis fratri tuo, quasi Idumæi dominanturi Iudæis essent: sed absolute, Esau dominanturum esse, quod liquido impletum est, quando excusso Iudæorum regno Idumæi sibi regem constituerunt.

Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater.

Quid est, odisse, nisi malum alicui velle: hoc est, appetere, vt alicui malum accidat, quo sit culpandus atq; puniendus: vel ei quauis immerito damnum inferatur: quin etiam aut priuetur bono, quod habet, aut impediatur à consequendo bono, quod sibi iure debetur, quod quidem inuidentiæ malum nonnuncquam ad tantam exacerbati animi amarulentiā increfcit, vt ea tabe infectus, quem auerferet, omnino perire percipiat. Talis erat liuor, quo Esau in fratrem suum furiebat. Vide grauitatem odij. Dixit enim in corde suo.

Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meū.

Dixisse Esau in corde alij sic intelligunt, vt ipse secum tacitus de occidendo fratre cogitaret. at quoniam parricidium impiissimum, atq; foedissimum minabatur, cum non fuisse frontis adeo perfrictæ, vt mentem suam iniquissimā prode ausus fuerit. Quod si quæ-

ras, à quo id quod in Esau pectore latebat, Rebecca nuntiatum fuerit? Responderi posset forsitan, illam reuelate sibi Spiritu sancto, didicisse minas, quas Esau tacito pectore verfabat. Alij autem commodius illud sic accipiunt, vt intelligatur Esau, tota mēte decreuisse fratrem suum occidere: distulisse tamen parricidium, ne patrem senem grauissimo vulnere afficeret: timensq;, ne ab irato male-dictionem pro benedictione reportaret. nihilominus tato in germanum furore ferebatur, vt mentem in profundum latentem manifestaret per verba. idq; apparuit primum quidem, vt fit, paucis amicis, deinde pluribus, donec rumor ea de re paulatim diffusus ad eorum aures peruenerit, à quibus.

Nuntiata sunt hæc Rebecca. Quæ mittens & vocans filium suum, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te.

Pientissima nanq; mater tristi accepto nuntio tacta, sollicitaque de tuendo dulcissimi filij vita, cum procul agentem accersiri fecit, & immane fratris propositum ei declarauit, vt ei terrorem incuteret. quo tremefactus Iacob saluberrimum matris consilium libeter admitteret.

Nunc ergo, ait, fili mi, audi vocem meam.

Eius nempe matris, quæ de tua salute seruanda est vehementer anxia, consilium accipe. experientia te doceat, quod vtilia consulo: & sicut dudum audita voce mea, magnas illas benedictiones à patre assecutus es: ita & nunc audi vocem meam, vt effugere fratris manus possis.

Et confurgens fuge ad Labam fratrem meum in Aram.

Ad alienam præcipio tibi regionem abire, sed ad cognatam domum, ad fratrem meum confuge, apud quem non habebis alienus: & qui velut filium te amplexabitur, fouebit, & tuebitur. Nec grauatim feras ad auunculum tuum confugere, cum esset tibi aufugidū ad alienos, modò tibi minime inensos, vt furentem in te fratrem, tuæque vitæ infidiantem vitare posses.

Habitabisq; cū eo dies paucos. Paucos inquam: ne forte dum mortem fugis tempora-

tempora-

temporalem: & corporalem, in spiritualem, & aeternam incidat, si longa mora apud impium hominem tracta, idolatriæ labem contrahas. Mane igitur ibi dies paucos.

Donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, & obliuiscatur eorum, quæ fecisti in eum.

O saluberrimum prudentissimæ matronæ consilium: & ad lites, iurgiaq; intercidenda præsentissimum. quoniam, non solû ira indignantis amici, sed etiam furor insanientis inimici cedendo, lōge citius atq; tutius multo, quàm resistendo propè semper eluditur, sedatur, & exinguitur. Absentia enim non solum offensorem ille animus rerunditur, remittitur, proflusq; deficit: sed iratis quoque datur resipiscendi locus: quo pulchra venia turpi præferatur vindictæ.

Postea mittam, & reducam te inde huc.

Profecto Rebecca, idest, patientia, cuncta cautione comite in tempore suo prospicit agenda: expectatq; id opportunitatis, quod in refarcienda gratia maximas habet vires. Et adducam inde te huc, nempe fratri tuo reconciliatum: vt pristina, idest, germana, quatum per oraculum, numenq; datur, necessitudine inuicem reuincti ad votum parentum vestrorum quietam vitam agatis.

Cur utroque orbabor filio, vno die?

Namq; meruo, ne, dum alter, vindictam insecetur iniuste, alter sese imprudenter tuetur eadem hora mutuis cadatis vulneribus: amissaq; charitate ambo cum corpore, tum spiritu moriamini. At, quoniam nec licebat filio, in scio patre, tam procul abire, nec tandiu sine paterna iussione peregrinari: ad eam profectioem patris consensum modestissima mater captare decreuit, quem blanda arte prudentissima femina à viro suo elicit. nō em̄ iniquissimū Esau de interimendo fratre con filium seni prodidit: ne audito tanto scelere impotenter angeretur, & in consolabiliter vici domus suæ doleret: quæ tali facinore perpetrato delenda funditus esset. Quid ergo egit? Diuino nempe consilio fugituro Iacob nuptiarum expectandarum occasionem prætextit. Iuxta id, quod sequitur.

Dixitque Rebecca ad Isaac, Tendet me propter filias Heth.

Cunctas Hethæas mulieres, vtpote lasciuas, & superstitiosas, idolorumque cultrices Rebecca merito execrabatur: sed in primis illas duas Esau vxores, quæ tam Isaac, quàm Rebeccæ animū suis improbitatib⁹ offenderāt.

Si acceperit, ait, Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.

Assevit se mori malle, quàm Hethæā femina filio Iacob vxorem dare. Quo dicto animam senis ita permouit, vt gratum habuerit filiū Iacob in Mesopotamiā secedere: vt ibi de cognatione sua vxorē duceret. Magnum quippe negotiū absoluit, si duce Deo iuxta rei dignitatem illud exposuimus: sed multo maius est sacramētum, quod in eo lateret. More igitur nostro afferemus eiusdem Hieronymi verba super eadem re ad Damasum Papam: Quoniā autē polliciti sumus, inquit, & de eo in figura, quid significaret, adiungere: Hippolyti martyris verba ponamus, à quo & Victorinus noster non plurimū discrepat non quod omnia plenius exequutus sit, sed quod possit occasione præbere lectori ad intelligentiā latiore. Isaac portat imaginem Dei patris, Rebecca Spiritus sancti, Esau populi prioris & diaboli, Iacob Ecclesiæ, siue Christi. Senuisse Isaac, cōsummationem orbis ostēdit: oculis caligasse, fidem periisse de mundo, & religionis lumen ante eum neglectū esse significat. Quod fili⁹ maior vocatur, acceptio Legis est Iudæorū: quod escas eius atq; capturam diligit pater, homines sunt ab errore saluati, quos per doctrinā iustus quisq; venatur. Sermo Dei benedictionis est promissio, & spes regni futuri, in quo cum Christo sancti sunt regnaturi & veram sabbatum celebraturi. Rebecca plena Spiritu sancto, sciēs quod audisset ante quàm pareret, quia maior seruiet minori: magis autē forma Spiritus sancti, quæ futura nouerat in Christo, in Iacob ante meditaturo loquitur ad filium minorem, Vade ad gregem & accipe mihi in de duos hædos, præfigurans carneum saluatoris aduentū, in quo eos vel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxij. siquidē in omnibus scripturis hædi pro peccatoribus accipiuntur. Quod autē duos iubetur afferre, duorū populorū significatur assumptio: quod teneros & bonos, dociles & innocētis animæ

Hier.

animæ significat. stola, vel vestimetum Esau, fides Hebræorum, & Scripturæ sunt: quibus Gentiliū indutus est populus. pelles quæ eius brachiis circumdatæ sunt, peccata vtriusque sunt plebis, quæ Christus in extensione manuum cruci lectū pariter affixit. Quod Isaac quærit ab Iacob, cur tam citò venerit, admiratur. celerē credētium fidē. Quod cibi delictabiles offeruntur, hostia placēs Deo, salus est peccatorū. Post esum sequitur benedictio, & eius odore perficitur, virtutem resurrectionis, & regni aperta voce pronunciat. quod etiā adorent eum fratres sui & seruiāt & credētes ex Israël. Quia igitur iniquitas est inimica iustitiæ, Esau in discordiā cōcitatur, & necem fraudulenter ex cogitat, dicens in corde suo, Appropinquant dies passionis patris mei, vt interficiam Iacob fratrem meum. Diabolus fratricidas Iudæos in Cain ante præmeditās, in Esau manifestē cōfiteatur. tēpus quoq; interfectionis ostēdens. Appropinquet, inquit, dies passiois patris mei, vt interficiam Iacob fratrem meum. Quapropter Rebecca, idest, patientia nuntiauit viro fratris insidias: qui vocato Iacob præcepit ei, vt in Mesopota-

miam pergeret, & inde acciperet vxorem de genere Laban Syri fratris matris suæ. Quomodo itaq; fratris dolos fugiens, Mesopotamiam tendit Iacob: ita & Christus Iudæorum incredulitate cōpulsus proficiscitur in Galilæam, inde sibi ex Gentibus sponsam sumpturus Ecclesiam. Hæc supradictus vir. Nos autem dicimus, non venisse Dominum nisi ad oues peditas domus Israël: nec voluisse accipere panē filiorū & dare canibus, & benedictionem primā Iudæorū populo detulisse, Quibus sunt credita eloquia Dei, & re promissio & legislatio, & confectio testamenti. verū, quia illi credere noluerunt, ac Iacob minorē populū benedictionē esse trāslatam: neque tamen maiorem filium penitus esse despectum, quia Cum subintrauerit plenitudo Gentium, tunc omnis Israel saluus fiet. Nullus, vt reor, candidus lector mihi vitio dabit, quod hæc, quamlibet multa, ex Hieronymo in hunc locum adduxerim, quæ ille ex altis in epistolam suam adduxerat: si quidem omnia & in credentium Christo ædificationem, & ipsius obsequium disponuntur. sed iam ad vltiora.

Caput vigesimum octauum.

Vocauit itaq; Iacob Isaac, & benedixit ei.

Per suasus enim pater optimus ab optima matre filium Iacob accersiri iussit. aberat namque, quando illa cum sene de abitu ipsius in Mesopotamiā negotiabatur. Cūq; vocatus aduenisset.

Benedixit ei.

Ecce quem iam olim ipse Isaac nesciēs, vt ait Rupertus, imo quem Deus per ipsum patrē suum nescientem, benedixerat, eundem nūc vocatum ex nomine, scienterque benedicit, idest, antiquum surreptæ benedictionis donum in illo confirmat. Porro Esau alienigenis vxoribus cum paterni simul & materni animi offensione adhærendo, non iā Abraham, non Isaac, non Rebecca filius habendus erat, quippe qui non in Abraham seminis benedictione, sed nomini suo in carne sua generare, & aliam quandam, quàm Dei, domum ædificare cœpuit. Prætermisso igitur maiori

filio, minorem iterū Isaac benedixit: vt priorem confirmaret benedictionem.

Præcepitque ei dicens: Noli accipere coniugē de genere Chanaan.

Cum promissionis terra in septem Gētes diuidatur, quarum vna est Channanæa, constat, hoc loco nomen speciale pro cūctis illis gentibus eam regionem incolentibus vsurpatum fuisse. quare ex vnaqua; illarū septē nationum, Iacob vxorem ducere prohibetur. Sed cur minimē diuertit ad Ismaelis filias, vt alicui earum coniugaretur? Quoniam Rebecca propositum fuit, vt longius Iacob abieret, quod extra omnem imminentis periculi aleam ageret.

Sed vade, inquit, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ.

ברכה

אֲרָם פְּדָנָה Padana Aram, idest in Padana Aram. & est vtrunq; nomen proprium. nam Padana nomen est ciuitatis, quæ alibi dicitur Charra. Aram autē nomē est Mesopotamiæ. Ad domum Bathuëlis.

Nam ait ad Bathuëlem, quia is iam mortuus erat, sed ad domum, hoc est, cognationem, progeniemq; eius, cuius princeps erat Laba. Et ne forte quendam alium Bathuëlem inteligeret, adiecit.

Patris matris tuæ.

Opportunè admodum Rebeccæ mentionē fecit, quæ mater erat, tam Esau, quàm Iacob: idq; tunc, cum Iacob in Mesopotamiã abiret, ut noueris, vtriusq; matrem alterum tantum modo misisse ad accipiendū de propria cognatione vxorem, quod in eo solum qui mittebatur auræ paternæq; pmissioes ab ipso mundi conditore dictæ, essent implendæ.

Et accipe tibi vxorem de filiabus Laban auunculi tui.

Optabant vulgo fere omnes antiqui cognatis potius, quàm alienis connubio adherere, putantes sic fieri, vt pgenies cuiq; sua in vnū magis redigeretur: & in eisdē mores, vtpote consanguinei, facile conueniret. quæ duo ad pacem conjugalem, remq; domesticam tum seruandam, tum augendam maxime faciūt.

Deus autem omnipotēs benedicat tibi.

Pro Deus omnipotēs אֱלֹהֵי שַׁדַּי El Sadai, idest, fortis victor. El enim, vt supra diximus, Deū significat, in quātū is fortis est: Sadai autē idē est, quod victor: quo noīe Deus quoq; appellatur, quod oīa vincat, omniq; superet id quod omnipotētis nomine satis expressit. Aptissimè autē fortitudini victoria iūgitur. nā finis fortitudinis victoria est, sicut & victoriæ pax. Porro vtrūq; horū nominū modō Deo attributū statui Iacob maxime congruit, qui & furētē fratrem, minātemq; sibi necē fugiebat, & benedictionū diuinarū prerogatiua eidē prælatus erat. idcirco, quia neutrum horū Iacob cōsequi poterat, nisi ei præsto foret, quod est fortissimus vniuersorū victor, cōuenientissimè sub fortitudinis & victoriæ appellationibus, quibus in præsentī maxime opus erat, sapientissimus pater super filium suum ipsum Deum inuocauit dicens, Deus omnipotens benedicat tibi. Quam enim benedictionem in huius capitis frōte summam extulit, nūc pluribus explicat.

Et crescere te faciat.

Spirituali, scilicet virtutum germinē.

Et multiplicet.

Numerosa filiorum prole,

Vt sis in turbas populorum.

Hoc enim erat in votis antiquis patribus, filiis, quoad fieri poterat, abundare: vt vel in hoc, vel in illo magnificentissima illa Dei pmissio Abrahæ eorum gētili facta, optatum fortiretur effectum. Ideoq; commodū superioribus annectit.

Et det tibi benedictiones Abraham, & semini tuo post te.

Hoc est, talē te, tuosq; posteros ille faciat, vt pbris morib; & vitæ sanctimonia, ita piē eū dē Deū oīpotētē colatis, quod diuinarū promissionū digni paternarūq; bñdictionū sitis capaces. Non em̄ mūdi Dñs hominibus, quātūvis sibi amicissimis, sic annūtiat, quæ bona eis cōferre prædestinat, vt ex eiusmodi pmissione, aut ignaui illi reddātur & iertes, aut, qđ peius sit, iusti & æqui violatores, veteraq; pietatis cōtēptores: sed vt cōcepta certissima depromissis obtinēdis spe erigātur, & ad ea cōsequēda animentur, & vt maximus ille Christi vicarius monet, Cōtēdāt vocatiōnē suā p bona opera certā facere. Semp̄ em̄ in pmissionib; huiusmodi, quātūvis absolute prolatis, subādiēda est illa cōditio, quæ in

Psal. 131. insertatur, Iuravit Dñs David veritatē, & nō frustrabitur eum: de fructu vēr̄is tui ponā super sedē tuā. Sequitur iā explicata cōditio. Si custodierint, filij tui testamētū meū, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos: & filij eorum vsq; in sæculum sedebunt super sedem tuam. Sic & hoc loco, postquam dixerat, Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo: post hæc subdidit:

Vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo.

Nō em̄ Iacob erat ppetuus incola terræ Chānaā, sed in ea peregrinabatur: quippe qui, velut extorris abiit ī Mesopotamiã. inde reuersus ī Chānanā descendit in Ægyptū, vbi tādē hac vita defunctus est. Quāuis em̄ hæreditarię possessiōis ius ad ipsum Iacob p̄tineret, realis tamē possessiō ī ei; posteros effecta est. Præterea hoc eodē loco manifestē docemur, ipsum Esau, suosq; posteros à cōsortio p̄missiōis dictę Abrahæ auo ei; penitus excludit.

At verò

At verò iuxta sacrationem intelligentiã, finis eiusdē bñdictionis nō alius sperabatur, quàm ipsum Abrahæ semen, qui est Christus. Quid enim aliud est dicere, Det tibi Deus benedictionē Abrahæ, quàm, De te semē istud benedictum egrediatur, quod est Christus, in quo, qui benedicitur in terra, benedicendus est & in cælo? In eo autem, quod sequitur.

Cumq; dimisisset eū Isaac, profectus peruenit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filiū Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ.

Chryso.

Perbreuem totius itineris summam proposuit: quam paulō post pluribus explicat. Cæterum, vt rectè Chrysostomus monet, Null; & ea, quæ Esau reprobationem abiectionēq; & Iacob approbationem benedictionemq; continent: & hæc quæ eius minas, & huius fugam continent audiens, miretur, videns, post tantarum promissionum, benedictionumq; prerogatiuam Iacob vagum factum ob Esau metum, & in terram alienam contēdentem; neq; initia attendens existimet vaticiniū excidere. Nam quando Dominus aliquid pollicetur, & si aduersa his, quæ pollicetur, videamus in principio euenire, nō turbemur, neq; enim possibile est, vt vsq; in finem aberrēt. hoc autem fit, vt dum iusti per omnia fulgidiores redduntur, abundantiam virtutis Dei manifestam nobis omnibus fieri efficiāt. Et in vnoquoq; sanctorum hoc inuenies, si volueris historias singulas diligēter animadvertere. quod sanè nunc quoq; factū est. Ne hoc attendas, quod nunc statim profugus, sed cogita, gloriam, quæ posthac sequetur, quia temporis processu hic ipse sic illi terribilis factus fuerit, vt ille magnam erga eum declaret reuerentiam: in tantamque venit gloriam post ærumnas, quas in terra aliena tulit, vt qui ex ipso nati, in immensam multitudinem propagarentur: & eius noīe tota gens cognominetur, ac sit discretæ. Enimvero & iuxta spiritus sensum probè admodum Isydorus. Sicut Iacob fugiens dolos fratris, relicta domo, patria, parentibusq; suis omissis, vadit in regionem longinquam, vt accipiat vxorem: sic & Christus relicta Iudæa, & omissis parentibus secūdū carnem, scilicet Iudæis, & patria Hierosolyma, omnibusq; Iudææ regionibus transitus, abiit Apostolorumq; Discipulorū pedibus per vniuersas terras, q̄ quatuor Euā-

Isydorus.

gelicæ paradisi fluminibus passim irrigatur, vt acciperet inde sibi Ecclesiam, cognatam quidem sibi, non speciali aliqua tribu, sed cōmuni Adæ genere: & germanam, non Iudæa carne, sed diuino spiritu: secundū illud Osee vaticinium, Vocabo non plebem meam plebem meam: & nō dilectā meā, dilectā meā. Sed iā ad literā reuertamur. in qua velut iterica narratiōis serie, interponitur id quod Esau fratris sui æmulatione fecerit, sic enim habet.

Osee. 12.

Videns autem Esau, quod benedixisset pater suus Iacob: & misisset eum in Mesopotamiã Syriæ: vt inde vxorem duceret: & post benedictionem præcepisset ei dicens, Non accipies vxorem de filiabus Chanaan, quodque obediens Iacob patribus isset in Syriam.

Quod autem Isaac rursus benedixisse dicitur Iacob filio suo, non tam secunda benedictio est intelligenda, quàm prioris benedictionis confirmatio habenda est. Isaac enim Rebeccæ monitu, quā benedictionē Iacob nescienter intulerat, eam scienter iterans penitus confirmauit. Sed & Esau.

Probans quoq;.

Nempe re ipsa expertus.

Quod non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus.

Erant enim cum impudicæ, tū superstitiosæ. Iuit ad Hismaelem.

Et Ismael quatuordecim, ante quā hæc gereretur, annis mortu; fuerat. generis ergo principē pro tota cognatiōe posuit: sicut & in his literis Israël p̄ Israelitis frequēter vsurpatur. Et duxit vxorem, absque his, quas prius habebat, Malalechel filiam Ismael filij Abrahæ, sororem Nabaioth.

Hoc fecit, quasi corrigere volens erratū suū, & placare patrem. putauit enim, se rem parentibus suis gratam facturum: si ex cognatione sua aliam duceret vxorem: & inde nouam à patre se benedictionem venaturū sperauit. Enimvero, quod & Rupertus acriter censuit, aut velut insipiens, aut vere stultus, perfecit

Rupertus.

perfecit hoc Esau. Nam si, vel tedium matris tollere, vel animi paterni offensionem lenire voluit, insipientis fuit hoc pacto id facere velle, & hac intentione motum in consulis parentibus suis, quos aliis vxoribus ducendis iam offenderat, ad seruilia declinare tabernacula: quod erat cum eiectis e domo paterna, atq; auita foras exire. Sic nempe Sara locuta est: Eripe ancilla: & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac: id quod ex sententia Saræ Abraham fecit. Sin autem, quod forte verius est, quia patribus quoq; propter Iacob, in quem propensiores eos iam nouerat, iratus erat, sicut & Cain, concidit vultus eius, & vt eos amplius offenderet, ita egit: proculdubio stultus fuit, qui quos placare debuit offendere perrexit. vtrolibet enim modo fecerit, qui coniugia sua cum parentum offensione triplicauit, nullam habet idoneam excusationem: Simul enim insipiens & stultus peribunt. Nōne & Iudæi in morem Esau vtroq; malo laborauerunt? laborauerunt vtiq; summa insipientia summaq; stultitia: quippe qui insipientissime, prius quidem propter traditiones hominum mandatum Dei reliquerunt: postea autem stultissime persequentes Christum, eiusq; discipulos longe amplius in Ismaëlem degenerauerunt. Testatur & hoc ita esse Apostolus dicens. Quomodo tunc is, qui secundum carnem natus est, persequeretur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc. Verum vtrolibet modo id faciant, siue per insipientiam, siue per stultitiam, excusationem de peccato suo non habent: Quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. erant enim opera eorum mala.

Supra.

Psal. 48.

Gal. 4.

Ioan. 3.

Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aran. Egressus, ait, non Abiit: quia cum iusto omnis ab vrbe decor egreditur. Haud ita cum iniusto: nam iniustus non tam ciuitatis portio, quam pestis habendus est. Haran, vel potius Charran vrbs est inter Tygrim, & Euphratē sita. Complexus est autem Moses pro consuetudine sua in primis extremos huius professionis terminos, & vnde Iacob secesserit, & quod peruenerit, Continuo fusiùs enarraturus, quæ in medio itinere huic iusto viro contigerunt. inquit enim. Cumque venisset ad quendam locum: & vellet in eo requie-

scere post solis occasum. Nēpe quod inquit, Iacob incurrisse in quēdam locum, innuit, eum minime ex proposito suo, sed superiori quodam instinctu illuc peruenisse, vbi cœlesti visione fouēdus esset. Occidēte autem sole voluit ibi requiescere: stetit enim ibidem, nec ulterius ei progredi libuit, & viæ laborem & quietem pro natura rerum dispēfans. Nox enim quieti, sicut dies labori mortalibus impertitus est. Et quidem propinquum erat oppidum: sed illud Iacob ingredi renuit: quoniam eiues illius infestos sibi fore timebat. nam illi cum patre suo inimicicias exercebant. Cæterum vbi illic con-sedit, Tulit de lapidibus, qui iacebāt, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. Haud fertur eum tulisse lapides: sed de lapidibus: vt nō putes, ipsum plures accepisse lapides, sed vnum quempiam super quo capite posito dormierit. Nunquid adeo tenuis & pauper erat, vt per indigentiam nullis adornatus opibus in baculo suo iter faceret? vt nullo ministro comitatus ipse sibi dormituro lapidem substrauerit? Haud equidem ita crediderim, cum illius nepos esset, qui reges vice-rat, filius eius qui adeo magnus erat, vt regi Abimelech esset formidabilis. cur igitur adeo nudus, incomitatusq; tam longam viam ingressus est. nempe vt agnoscamus in hoc iuvene ineffabilem vitæ degendæ philosophiam: vt sciamus quomodo veteres iter faciebant. Vir hic domi educatus, tantaq; assuetus curæ: Simplex enim erat, inquit, domiq; habitabat, peregrinaturus, neq; iumentis egebat, neq; ministris, neq; viaticis, sed Apostolorum morem imitatus iter facit. O modestiam omni imitatione dignam ad accipiendam vxorē progreditur sola auita, paternaq; fide præditus, & expectans de semine suo mundi salutem prouenturā, omniumq; gentium benedictionem Christum esse nasciturum. O mirabilem sapientiam, absque vlla Scripturarū lectione interiori spiritu doctus nouerat, ad possidendam tantæ benedictionis hæreditatem, ad protelandam benedicti seminis progeniem, nequaquam ingenti pompa & superbo comitatu, sed tenui habitu, simpliciq; mente progrediendum esse. O profugum cœlestis asyli protectiōe dignum. O ingens iuuenilis animi robur: lapide propuluarari vsus est: & super pauimentum dormiuit.

miuit. Igitur quia bene moratā animā habebat, & masculū spiritū, & ab omni vanitate alienū, admirabilem visionē meruit. qua & omni metu liberaretur, & de felicitibus euentis institueretur, ac præmoneretur. Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: angelos quoque Dei ascendētes, & descendentes per eam: & Dominū innixum scalæ. Hanc sanē scalam visionem alij aliter interpretentur. Ego autem eam nunc expositionē prosequar, quæ rei præsentī maxime congruere videatur. Nā quid, obsecro, aliud est hæc scala tam sublimis altitudine, quæ terræ hærens cœlum tangat, nisi illa per beati sanctorum Patriarcharū seminis longissima series, quam omnes esse nouimus secundū Euāgelicum librum generationis Iesu Christi filij Dei: cuius multiplices generationis gradus aliter à Matthæo, aliter à Luca veratissimis Euangelistis conscribuntur? namq; Matthæus non omnes illos gradus describendo completitur: sed ad Abraham primū incipiens per iustum Ioseph ad beatam peruenit matrem virginem Mariam, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Coepit enim Matthæus ab Abraham: quia ei primū facta fuerat illa summa & locupletissima promissio illius seminis, in quo gentes omnes essent benedicendæ. Lucas autem Euangelista, vt huius mirificæ benedictionis mirabile effectum ostenderet, ipsumq; esse, qui perditum hominē in sui conditorē felicissimē reuocaret: cūctos generationū gradus completus à beata Maria Christi matre generationes retexendo vsq; ad Deum ipsum peruenit. Ascendit autem à Maria per Ioseph spōsum eius, nō quod Ioseph Iesu Christi pater esset, sed quod apud Hebræos per viros femininarum eiusdem tribus generationis linea duceretur. Firmiter autem stabat scala super terram, quia firmū & immutabile fuit incarnationis Verbi consilium, iuxta illud Zachariæ, Iusurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrū daturū se nobis. Et illud, iurauit Dominus David veritatē, & non frustrabitur eum. de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Attende sacramentum: non dixit, De fructu lumbi tui, quod dicendum videbatur, cum virū alloqueretur: quia is, qui

Matth. 1.

Luc. 3.

Luc. 1.  
Psal. 131.

promittebatur, non erat ex virili semine concipiendus. sed quid ait? De fructu ventris tui. & quis fuit vterus David, nisi vterus Mariæ virginis e regia stirpe David prognatæ, quæ nō de viro, sed de Spiritu sancto concepit filiū Dei? Quod quidem vaticiniū verissime completum est, quādo Dñs dedit benignitatē: & terra nostra dedit fructū suū: id est: cū beata Maria terra nostra, nēpe cognata nostra, inter oēs mulieres Adæ filias benedictissima, fructū illū omnium benedictissimū Iesu Christi felicissime genuit, & deditq;. Tāgit autem hæc mirabilis scala altero extremo terrā, altero cœlum: quia in beatissima virgine, ex qua nata est humanitas, stat generationis series. sed supra terrā, quia supra omne humanum meritū fuit incarnati Verbi mysteriū. Esto q; præsupposito patris cœlestis decreto de verbo suo incarnādo, quæ fuit prima maximaq; generis humani gratia, secundū eiusmodi decretū sanctissima virgo promeruit, vt ipsa potius, q̄ aliqua alia filiarū Adæ Verbi diuini mater cōstitueretur. Porro q; eadē scala cacumine suo cœlū attingit, cōmonstrat per huius generationis cōtextū genus hominū summatione per Christum & in Christo optimo, maximoq; Deo beatissimē coniūgi. At Dñs innixus erat scalæ, quoniā Dei filius homo factus, quāuis vna sit tantū persona, eadēq; diuina: tamē post carnis assumptionē, nō modo in diuina, sed etiā in humana natura subsistit. vt quæadmodū aīa rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus sit Christus: vnus, inquam, minimē, veluti naturalī quadā naturarū inter se cōpositione, sed ineffabili duarū naturarū diuinæ atq; humanæ in eadē persona cōuentu. Habet & stupēda hæc scala duo latera gradus plurimos sustinētia: q̄ proculdubio duos hominū ordines adūbrāt, qui in generatiōis Christi libro digeruntur: ex quibus planē alij fuerūt iusti, alij peccatores. inter iustos ex Patriarchis præcipue cōputātur Abraham, Isaac, & Iacob: ex regibus, David, Ezechias, & Iosias. nā cæteri reges pene omnes peccatores fuere notissimi. feminarū autem quædā iustæ fuerūt, nēpe Sara, Rebecca Rachel, Lia, beata Anna: & sup oēs beatissima virgo Maria Domini mater. quædā autē non solum peccatrices fuere, sed etiam genere Ethnicæ, quales Thamar, Raab, Ruth, Bethsabee. In duobus autem scalæ lateribus multiplices gradus immissi fulciuntur, sibi-que constant: quoniam ex iustis & peccatoribus, immo ex Gentilibus & Hebræis generationis Christi series cōnectitur: pro quibus

Psal. 84.



omnibus benedicendis inuicemq; & in seipso connectendis Verbum Dei factum caro in nobis habitauit: Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; vnū. Quid, quod angelos quoq; vidit Iacob ascendentes & descendentes per eandē scalā, hi nēpe sunt spiritus cœlestes, & Ministratorij in ministerium missi propter eos qui hæreditatē capiūt salutis, qui ab æuo cōdito per hos scalares gradus discurrere soliti, modò ascendūt in Deū, vt eius mandata suscipiāt, modò descendūt, vt suscepta ad homines deferant. hoc enim factitarunt patriarcharum, regū, prophetarūq; tēporibus, frequentibus susq; deq; legationibus fungētes.

*Luc. 1.* idq; donec missus est Angelus Gabriel ad virginē Mariā, vt in illa tandē summā imis, imaq; summis à Deo mirabiliter & ineffabiliter adiungerentur: vt Deus fieret homo. ex eodemq; tempore frequenter visi sunt angeli ascendentes & descendentes super filium hominis. Ascēdunt proculdubio cū in eo diuinam naturā contēplantur: descendūt autē, cum humanā naturam consyderant. Imitantur & hos angelicos discursus diuini tractatores. Quantus ascensus? quando mente extolluntur ad illud contemplandum, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deū, & Deus erat Verbum? Quantus descensus? quādo, velut ē sublimi diuinitatis fastigio descendentes mentis intuitum ad illud suscipiendū reuocant, & Verbum caro factū est, & habitauit in nobis? Nec Dominus innixus scalæ mutus erat, aut tacitus, quem quoque.

Vidit dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Isaac.

Dominum se dicit simul & Deum: dominū quidē, quia cūctorum bonorum donator sit, & tantarūm promissionum autor: Deum verò, quia perspicax meritorum est iudex, & fidelis promissorum adimpletor. Quare oportune admodū, & vt presentī scalæ mysterio congruebat, tam misericordiæ, quā iustitiæ attributis est vsus: quoniam in eodē diuinitus exhibēdo Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Mirum & illud, quod Dominus Deus Abraham patrē Iacob vocarit: nō autem ipsum Isaac, qui eum genuerat. Sed vult ille docere nos, auos quoq; nepotū esse patres, qui patribus in causa fuerunt, vt eorū patres essent. Id quod ad scalæ mysteriū plurimū attinet, scilicet, vt recta linea cum Luca Euāgelista re-

trocedentes, & ad Adā vsq; ascendentes omnes maiores nostros agnoscamus patres, & præcipue Deū ipsum rerū omnium parentem. profiteamur: à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Nec illud prætereū dum arbitror, qd cū sæpe in Sacra scriptura replicetur illud, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: rarò tamē, aut nunquā Deus alicuius viuētis dicitur: sed mortuorū. idq; factū reor, vt ostenderet sibi nō modò viuos, sed mortuos quoq; viuere. Hinc sicut in Matthei Euāgelio scriptū est, Christus dixit, Nō est Deus mortuorū, sed viuētū. omnia em̄ ei viuūt. Cur ergo adhuc viuente Isaac Deus eius dicitur? An quia bonus senex effecto iā corpore, & caligantibus oculis prorsus erat immunis ab illis tribus vitijs, cōcupiscentia carnis, & cōcupiscentia oculorū, & superbia vitæ, quibus viuētes atq; vigētes adhærere solēt. Ideoq; Deus Isaac dictus est, tanquā viri cuiusdā demortui. quippe qui, quāuis viueret, attamē mūdo, carni & inani gloriæ omnino mortuus esset. An forte, quia Isaac sanctorum quidē qualitate, nō autē æqualitate Christū designabat, qui peccatū nō fecit, nec dolus inuētus est in ore eius, Deus ipsius dicitur est, tanquā viri pro hac vita perfecti, & vera religione cōsummati fuit em̄ Isaac in diuino cultu præstando exactissimus. Vnde & in illū Iacob ereptionē sui de persecutore Labā refert inferius: Nisi Deus parris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudū me demississet. Ego, inquit, sum Deus Abraham parris tui, & Deus Isaac. Proculdubio hinc manifeste claret, quā vere dictū est: Iuxta est Dñs his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Consydera obsecro cū Chryostomo hic eximiā curā misericordis Dei. Quia videbat Iacob iuxta consiliū matris propter timorē fratris suscepturū peregrinationē, & quasi errone quendā viā facere, & solū, & ab alijs abstractū, nullāq; habentē consolationē vllō ex loco: sed totū in supernū auxiliū proiectū, statim in ipso initio volēs cōfirmare alacritatē eius, apparet, ac dicit: Ego sum Dñs Deus Abraham parris tui, & Deus Isaac. Ego & Patriarchā & patrē tuū in tantā gloriā crescere feci. Ne igitur timeas: sed confide: & omni timore depulso crede his, quæ à me dicuntur.

Terram, in qua dormis, tibi dabo & semini tuo.

Terra in qua Iacob dormiebat, quædā Chanana terræ pars erat, iuxta Bethel prope mō-

tes Eban, & Garizin. Tibi dabo, videlicet, tãquam hæredi. Et semini tuo, tanquam possessori. ne putes, quia in terram alienam nūc vadis, priuandum te terra in qua natus es. vbi educatus, vbi adoleuisti. etenim eam tibi dabo & semini tuo.

Eritque semen tuum, sicut puluis terræ.

Scilicet innumerabile p̄ multitudine. Ideoq; Dilataberis ad Orientē, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem.

Hæc eadem fere verba, eodemq; tenore Abrahamæ auo eius fuerant dicta. sed, obsecro, quanta fuit amplitudo, vt eius dilatio tam magnificis verbis extēdatur? Prouocat ergo nos Dominus scalæ innixus, quædā terra Palestina longe maiora insonans, ad sacratiorē intelligentiā, qualem potest habere, id quod dixit, Et erit semen tuum, sicut puluis terræ. etenim terra hominum pedibus cōculcatur, & conteritur: nihilo tamen minus eos sustinet viuentes, nec non in sinum suum tandē cadentes, mortuosq; recipit. ita & Iesus Christus certissimum huius Patriarchæ semen ab impijs & peccatoribus hominibus conculcatus, contritusq; fuit: & velut Lapis offensionis, & petra scādali reprobatus, à Deo autem electus & honoratus, & pretiosus, factus est in caput anguli. Quin & iuxta Danielis visionem Abscisus de monte sine manibus percussit, & contriuit statuam illam magnā, quam rex Babylonis viderat: & factus est in montem magnum, qui impleuit totam terram, vt iustos innocentia gratia viuentes, & mortuos spiritu peccatores, pœnitentes tamen, & ad vitæ fontem confugientes intra latissimum Ecclesiæ catholicæ sinum accipiat, & contineat. hac enim spiritali foetura semen Euangelicum, quod est verbum Dei, per omnes terrarum cardines, etiam atq; etiam diffunditur, & dilatatur. Firmat & hūc sensum, quod sequitur.

Et benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ.

Namq; rursus his verbis Messias promittitur ē progenie Iacob venturus. In quo Iacob patriarchæ Abrahamæ quadantenus adæquari videtur. siquidem ita dicitur, quod in Iacob, & in semine eius, sicut dictum fuerat Abrahamæ, cunctæ tribus terræ essent benedicendæ.

At cur idipsum in Isaac non fuit explicatum? Forte, quia sicut Abraham pater est fidei: sic & Iacob pater est populi fidelis. Isaac autem progenies non vtraque fuit fidelis: siquidem Esau à fideli populo longe recessit. Quod si opposueris nobis Ismaelē quoq; à credentiū cœtu discedisse: fatemur id quidem: sed iam prædictū fuerat Patriarchæ, In Isaac vocabitur tibi semen. nec tamen hæc dicentes excludimus ipsum Isaac ab efficaci tantæ benedictionis ordine, qui semper inter illos medius incedit. Quinimò cuncti maiores beatæ Mariæ virginis parētes quadatenus fuerūt in causa explendæ tantæ benedictionis. idq; vel proprijs, vel auitis meritis, vel certe officio porrigendi per alias atque alias mundi ætates vsque ad Christum Hebræā propaginē. In vtroq; autem horum beatissima virgo Maria maximam inter cunctos generis principes excellentiam obtinuit. quia, & cæteris fuit sanctitate longe præstatio, & gignēdi Christum ratione ei omnium proxima. Deniq; ob hanc Deiparæ virginis prærogatiuam merito, loquēte Iesu, exclamauit quædam mulier de turba, & dixit ei: Beatus venter qui te portauit, & vbera, quæ suxisti. porro eandem ob causam quotquot patres, præsertim iusti, in Christi genealogia recensentur, inde peculiam quendam prævniuersis reliquis mortalibus honorem sibi vendicant: qui certo quodam, proprioq; modo communis fuerūt salutis autores: tantò præstantiores, quāto meliores & ipsi Christo propinquiores. Profusus est & hoc ipsum Simeon ille iustus, quando ipsum semen benedictum in vlnis suis tenens benedixit Deum profitens, & canās, idipsum esse illud semen Abrahamæ, & salutare Dei, Paratum ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis eius Israel. Super quo Cyrillus inquit. Fuit Christus singulariter Israel gloria. quia secundum carnem ex eis processit, quāuis cūctis, vt Deus, præflet per sæcula benedictus. Quare ex superioribus liquere potest illud: Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo: de carneo semine dictum tantummodo fuisse. quod autem sequitur, Dilataberis ad Orientem, Occidentē, Septentrionē, & Meridiem, de semine spiritali fidei illius imitatione propagato accipiendū esse. Illud quidē ante Christi tēporalē natiuitatē: hoc autē post eius natiuitatē, qui fuit Patriarchæ semen sanctissimum, factum est atq; completum. Nam & in duodecim tribubus suis terram, in qua tunc dormiebat, postea illi tradidit

ps 94

Mat. 22.

Infra.

psal 33.

Chryso.

Luc. 11.

Luc. 22.

Cyrollus.

didit: & in Christo totū mundū per quatuor eius partes, lōge, lateq; benedixit. Ad hæc vt iustū iā hinc Per varios casus, per tot discrimina rerū peregrinaturū, securū bonaq; spe fretū redderet, continenter addidit.

Et ero custos tuus, quocunq; perrexeris.

Ne putes, inquit, q̄ solus iter facias: me habebis itineris comitē: me habebis custodē in omni via: omnia tibi difficilia facilia reddentem. Exin iam magis consolationem augetiam prædicat reditum ad sua.

Et reducam te,

Inquit,

In terram hanc.

Quæ videlicet tibi iucūdior est, quod in ea sis natus & educatus: & gratior, quia est tibi, feminiq; tuo in hæreditariam possessionē diuinitus p̄missa. Nihil est, q̄ de oraculo dubites, nihil q̄ præside Deo timeas. perge in-trepidus, quod te cæleste consilium vocat.

Nec enim dimittā te, nisi impleuero vniuersa quæ dixi.

Reuera quæ nūc Deus viro iusto pollicetur, tā ei, quā semini suo ad verbū reddidit. Nec enim Dñs hūc iustū dereliquit, donec post longā peregrinationē ipsum in terrā suā reduceret, dicentē, In Baculo meo transui Jordanē istū. Et nunc cū duabus turmis regredior. Nec dimisit semen eius, hoc est, filios Israel apud Ægyptios peregrinātes, donec de Ægypto eos argento & auro Ægyptiaq; gaza onustos eriperet, & exiccato in corū gratiā mari Rubro per desertū vagabundos exerce-ret: & tandē pertrāsito Iordanē innume-ris æditis prodigijs, & inopinatis de hostib⁹ victorijs collatis, eosdē in terrā promissam possidendā adduxit. Nec tādē summū illud egregiū Patriarchæ semen, qui est Christus: quod in patriarchis ipsiſ peregrinabatur adductum est: donec reuocatis ē Babylone Iudæis in hæc terram in Bethleem nasceretur: & inde absoluto crucis mysterio per vniuersas mundi regiones dilataretur. sicut in Psalmo scriptum est, A summo cælo egressio eius: & occurſus eius vsq; ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius. Denique, vt Chrysostomi verbis vtar, quomodo quis pro dignitate admirabitur & obstupescet diuinā misericordiā, & insignitā obsequelæ eius studiū: vide enim quantū pondus promissionū dat iusto: & quomodo spiritū

Infrā.

Ps. 18.

Chrysof.

eius erexit? Cogita item & iusti huius gratitudinem, & q̄ post illas promissiones apud Laban viginti annis laboribus afflicto nō grauatim tulit, nō segnior fuit tāto tempore, sed oīa fortiter sustinuit, expectans promissionū rēp̄si: & sciēs, q̄ nō sit possibile intercidere quæ à Deo dicta sunt: & maxime, si & nos afferre nostra studeamus, fidē & obediētiā: & ira bene fidamus his, quæ à Dño promissa sunt, ac si iā impleta essent. hæc em̄ vera fides est, nō autēdēre ea quæ vidētur, etiā si omnino sint aduersa promissioni: sed solā promittētis potentā. Iā verō videamus iusti gratitudinē, & in diuina studium.

Cumque euigilasset,

Inquit,

De somno ait: Vere Dñs est in loco isto: & ego nesciebam.

Igitur visio Iacob facta fuit inter dormiēdū intellectus autē eius visiois datus est vigilanti. nā quo à sensorijs sit abstractior homo: tāto percipiendarū reuelationū, quæ à Deo immittūtur, capacior est. humana nāq; mēs cū diuinit⁹ illustratur, diuina patitur ac recipit. nō ea agit, promittue. At vt mysteria sic mēte recepta cogitationē verset, versataq; penitus intelligat, vigilia opus est: in qua mēs humana sui cōpos cælestia meditetur sacramēta: eaq; modeste discernat, & piē dijudicet. sed quia, vt ait propheta Daniel, Intelligētia opus est in prophetia, idē Dñs, qui dormienti Iacob mysteriorū visionē est impartitus, vigilanti eorundē intelligentiā explanare cōcessit. Ait ergo: Dñs est in loco isto. Subaudiendū est peculiari quadā assistētia, singulariq; efficacia, qualibus nō est vbilibet. nā alioqui maiestatis præsentia nulli locorum abest, de cuius immēstare ipse de se verissime loquitur. Cælū & terrā ego impleo. & alibi: Cælū mihi sedes est: terra autē scabellū pedū meorū. & illud Abacuch: Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Quod autē adiecit, Et ego nesciebā, ingenue fatetur, se non antea sciuisse eius loci sanctitatem, sed nunc primitus sibi manifestatā esse. Quid, si prius id nouisset? Nēpe veritus cæleste sacriū. nullatenus fuisset ausus dormitū ibi procūbere, tāta erat viro in Deū, & ea quæ Dei sunt reuerētia, hanc enim reuerentiam haud obscure indicat pauor ille, quem ex eius augustissimi loci cognitione passus est. idcirco Pauens inquit: Quam terribilis est locus iste.

Enimue

Enimvero nō dictus est is locus terribilis, q̄ terreret, veluti nociturus: sed q̄ sacer esset, & religiosum quendam timorem aspiciētī incuteret, & piū ab eo honorem exigeret & extorqueret: vt iam nemo non mundus ad illum accedere tentet. quandoquidē immundis munda cōtingere nephas, nisi forsī a pia causa id exigat. Causam autē, quare is locus sit adeo augustus & horrēdus, exponit dicēs: Non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cæli.

Hic deniq; locus habēdus est totus ille tractus, qui à terra super quā stabat vsq; ad ipsius cæli tactū porrigebatur, & quidē designate admodū terrā illā super quā stabat scala, Dei domum vocauit, q̄ ad eam angelici spiritus optimi ac maximi Dei familiares descendebant. portam verō cæli eam cælorū partem dixit, quam scalæ visæ cacumen attingebat: quia repræsentata est ipsi Iacob velut ianua quædam, per quam angeli ad dominum ascendentes ad intima cælorum penetrabant. Nonnulli rati sunt atq; scriptis suis tradiderūt hūc locū esse, in quo postea templū à Salomōe sit edificatū. plausibiliter id quidē dictum, sed eos Episcopus Abulenſis vir sacrarū literarum doctissimus validis argumentis confutat. Deinde

Surgens mane.

Nimirum post diurnā tantorū mysteriorū meditationē, vt se Deo gratū, memorēque tantorum beneficiorum exhiberet.

Tulit lapidē, quē supposuerat capiti suo: & erexit eū in titulū.

Titulus index est cuiusq; operis. lapidē ergo in præteritę visionis signū erectū apte titulū dixerit. Differt tamē titulus ab altari, q̄ titulus vnus tantū sit lapis: altare verō ex multis cōstat lapidibus. Itē in altari victimæ mactabatur: in titulo autē olei tantū & vini libamina fundebatur. hinc enim sequitur: Effundēs oleum de super ἵψα γα γα ἵψα ἵψα & effudit oleum super caput eius. non ergo totum lapidē vnxit: sed tantū illius cacumen: id qđ Septuaginta optimē expresserunt, καὶ ἐπέχεεν ἐλαίον ἐπὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ: & effudit oleū super summū eius. Igitur hoc loco illud Desuper, de summo lapidis vertice, accipiendum est. Cæterum, cur vnxit oleo erectā columnā? Reor equidem id virum iustum fecisse, vel in perpetuum memorabilis visionis signum, vt à Mesopotamia reuersus eiusmo-

di titulo indice sacrum locū agnosceret: vel oleum proximo de oppido portatum in sacrificium libaminis effudit: quod eo tempore nihil aliud haberet, quo Domino Deo gratias ageret, atque referret: vel demum id fecit in mysterium, quod oleo sacro essent vngēdi sacerdotes, reges & prophetæ. quę omnia in vnum lapidem Christū Oleo lætitię præparticipibus suis vnctum adprimē conueniunt: Qui est summus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: Qui est maximus propheta qui venturus erat in mūdum: Qui est rex regum & dominus dominantū. At in Leuitico cautū est, ne eiusmodi titulus erigatur: Non erigētis, inquit, titulos, nec insignem lapidē in terra vestra. Esto. Verūm ea, vel erigi, vel poni idola adorandi gratia prohibentur. vnde illico adiunxit, Vt adoretis ea, nam lapidem insignem vocat, eū qui in alicuius falsi Dei imaginem insignite fabricatus esset. Iacob autē nihil tale fecit: sed ob pias, quas retulimus, causas prædictū erexit titulum.

Appellauitq; nomen vrbis Bethel, quę prius Luza vocabatur.

Etenim is locus, in quo noctu Iacob cubuit, proximus erat vrbī, quæ olim Luza vocabatur. Doctē Hieronymus inquit. Ab eo quod supra dixerat, Quam terribilis est locus iste: non est hic, nisi domus Dei, & porta cæli: tunc loco nomen imponit: & vocauit illum, Bethel, id est, domum Dei: qui locus ante Luza vocabatur: quæ interpretatur nux siue amygdalum. Idem in libro De locis Hebraicis. Bethel, ait, vicius est in duodecimo ab Ælia lapide ad dexteram euntibus Neapolim: quæ primum Luza, id est, amygdalum vocabatur: & cecidit in sortena tribus Benjamin iuxta Bethan, & Gai: quā expugnauit Iesus rege illius interfecto. Hebręi quoque tradūt, eam esse Bethel, quæ Bethauen, id est, domum idoli, quæ antea vocabatur domus Dei. Quibus vehementer suffragatur Abulenſis noster, qui mordicus tenet, hanc Bethel nullatenus esse eam Bethel, quæ aliquādo forte sit dicta Hierusalem, in qua erat templum corporeum, in quo carneæ victimæ offerebatur: sed Christi Ecclesia, quę est domus Dei spiritualis: & in qua spirituales victimæ Deo acceptissimæ proferuntur ab his qui adorant Deum in spiritu, & veritate. Porro in hac alij atque alij iustorum gradus distinguuntur: per hanc ascendunt angeli credētium Christo vota, preces, ac merita ad

Leui. 26.

Hieron.

ipsum Deum ferentes . rursus eidem per eandem descendunt diuina gratiarum munera . ad homines referentes . ex hac suspicientibus Clari patet ianua cœli . quia nulli mortalium ad regnum cœlorum datur ingressus , nisi ei , qui intra Christi Ecclesiam , vel actu , vel voto manet . Nec fuit Iacob satis , oleo columnam perfudisse .

Vouit etiam votum .

Ergo antiquissima est vouendi ratio : qua homo Deo tenacius adstringitur : & ad præstandum ei obsequium magis ac magis obligatur . Iam tunc Patriarcha illud præstabat , quod agendum multo post tempore Dauid rex mouit . Vouete , & reddite Dño Deo vestro oēs , qui in circuitu eius affertis munera . Igitur Vouit etiam votum dicens : Si fuerit Dominus mecum : & custodierit me in via , per quam ambulo : & dederit mihi panem ad vescendum , & vestem ad induendum : reuersusq; fuero prospere ad domum patris mei : erit mihi Dominus in Deum : & lapis iste , quem crexi in titulum , vocabitur Domus Dei : cunctorumque , que dederis mihi , decimas offeram tibi .

Si fuerit , inquit , Dñs Deus meus : ad optima videlicet me promouedo . & custodierit me , à malis quæ occurrere mihi possunt in via , quæ ambulo . peregrinabatur . n . per ignotâ sibi viâ , nationesq; minime amicas . Et dederit mihi panem ad vescendum , & vestem ad induendum . Sanè per panem & vestem , que sunt duo mortalibus necessaria , cætera oia intelligit , quibus humanæ vitæ degēdæ sit opus . Laudanda est prorsus insignis huius viri modestia : qui neq; ferrum , æs , argentum , & aurum : neq; vestium pretiosarum mollicie , aut gemarum splendorem : neq; arua plurima , fundosq; latissimos concupiuit : neq; superbos honores , fulgētesque magistratus ambiuit : nō deniq; speciosa , maximaq; regna appetiuit : sed paucissimis , minimisq; contentus , ea dūtaxat expetiuit à summo rerum parere sibi donari , sine quibus hæc mortalitas produci nequit : ita tūc illud Ecclesiastici animo cōplectēs , Initiū vitæ hominis panis & aqua , & vestimentum , & domus

Psal. 73.

Ecclesi. 29.

protegēs turpitudinē . In quo hic iustus mirificētissimā Dei providentiā est imitatus prudētissimē , qui rerum earum que mortalibus sūt , aut cōmoda valde , aut maxime necessaria , cōuenientissimā simul & affluentissimā copiā illis largitus est . Quam late patent cōmunia conditoris , primaq; naturæ munera . terra cū eis calcanda substernitur : cūctisq; germinat , cūctos frugibus fructibusq; alit , suoq; sinu viuos fouet , mortuos regit . Quid aqua passim fluit , totū terrarū orbē alluit , vbiq; terrarū sitim restiguit , agros fecundat , fordesq; abluuit . Vitalis hic aer , quo vniuersa animantia spirant , respirantq; & viuūt , per oēs terræ tractus marisq; liberrime circūuagatur ? Ignis verò ex quolibet excussus silice humanis vsib; vbiq; terrarū præsto est . Nōne omnigena animalū genera in alias atq; alias cōmoditates homini subdūtur , eiq; parēt , aut ab eodē domantur ? Nōne sol , luna , cæteraq; astra mortalibus fulgēt , eisdēq; cœlorū orbes assidua , perpetuaq; vertigine rotantur ? Deniq; cōmūis dñs ac misericors quibus oēs indigēt , omnibus dedit esse cōmunia . At eorum que propter hominū aut imprudētiam , aut perturbationē eis , vel inutilia , vel nocitura foret , qualia æs , ferrum , argentum , & aurum , cæteraq; metalla , & gemmæ , & margaritæ cēsuntur , multo minus abundantiam prodidit : quin potius ea cōsultissime abdidit potius , q̄ ostēdit , ne mortalibus obuia nimis amplecterētur . neue parū cōdita facile eruerētur . Enimvero tāta est hominū imprudētia : vt neq; mala vitare : nec bonis vti nouerit : sed summa temeritate Nocitura togæ , nocitura petatur militiæ . Quin & , velut pessima cōrentiōe tantorum bonorum largitori repugnātes , bona hoīes aspernantur , mala cōplectūtur , Quasq; recōdiderat , stygijsq; admouerat vmbrijs , effodiūtur opes , irritamēta malorum . at quāto sapiētius probatissimā tāti Patriarchæ mediocritatē rex Israel imitatus Deū in hæc verba precabatur ? Mediocritatē & diuitias ne dederis mihi : tribue tātū victui meo necessaria : ne forte faciatu alligiar ad peccandum & dicā : Quis est Dñs ? aut egestate cōpulsus furer : & periurem nomen Dei mei . Quanto item magis deceat , nos huius iusti modestiam imitari , credentes Christo admonenti , vt terrestres opes cœlestibus postponamus , ac dicenti : Querite primum regnum Dei & iustitiam eius : & hæc omnia adijcientur vobis . Vide eum Chrysostomo , quod vobis ipse etiam Deus illa æterna bona præparauit , vt concedat : & hæc temporaria in lucri & auctuarij parte daturū se promittit

Proh. 39.

Matth. 6.

Chryso.

Matth. 6.

mittit . Ne igitur ea quæ sunt accessoria , quasi primaria pete . Ne inuertamus ordinē : sed quæramus illud , sicut præcepit : vt & hæc & illa habere liceat . Ea enim de causa in orationis nostræ verbis limites & regulas nobis Dominus præscripsit , quatenus petenda sint temporalia . Verba illa nos iubet dicere , quæ omni philosophia sunt referta : Panem nostrum quotidianum da nobis hodie . Diei alimentum , inquit , id quod iustus ille , tamen nihil horum audierat , precatus est dicens : Si dederit mihi Dominus Deus panem ad comedendum , & vestem ad induendum . In eo item , quod addidit , Reuersusq; fuero prospere ad domum patris mei : primum quendam in partem suos , à quibus post Deum totus pēdebat , affectum reuē , probeq; depromit . Cogitabat enim ad eos vxore ducta reuerti , quū primum mater sua ipsum reuocaret , Erit mihi Dominus in Deum . Hucusq; sane pēdet sententia , ex quo dixerat , Si fuerit Dominus mecum . Attamen mirum valde est , illū hæc extulisse , tanquam si dubitaret de eo , quod ita proculdubio futurum tunc temporis oraculo perceperat . Dixerat enim ei Deus : Ego ero tecum & custodiā te . sic enim in Hebræo habetur . Soluitur quod , **Q̄** im , particula in his literis modo ponitur . p̄ cōiūctione Si : & cōditionē denotat . et modo pro Quando accipitur , significatq; tēpus futurū vel aliquid potius in futuro faciendū , sicut in huius libri ca. 38 . Quando ingrediebatur ad vxorem fratris sui . Et in Numeris , Et quando erit Iubilæus . & apud Exodum , Et quando altare lapideum facietis mihi . In his omnibus : alijsq; locis plane **Q̄** im , particula pro Quando posita est . Quare & in hoc loco si accipiatur **Q̄** im , pro Quando , non erit ambigentis , sed bene fidētis nota . Astipulatur & huic sensui Chrysostomus in hæc verba . Iam iustus ineffabilē Dei , immensamq; misericordiam sciens , & cogitans quantam in Patriarcham , & patrem suum gratiam exhibuerat , quod & sibi magnam abundantiam concedat , & ipse nihil horum petir à Domino : neq; vult de his precari . sed ex eo qd decimas omnium daturum se pollicetur : monstrauit omnibus , quomodo confidebat , eius qui promiserat virtute . propterea & ipse quando cum eo loquebatur , dicebat : Ego sum Deus Abraham patris tui & Isaac , ne timeas . Quamobrem verbis diuinis maxime fretus Iacob profitebatur , qd quando Dñs omnia superius promissa sibi reddidisset , in Deū ipsi futurus esset . Sed &

Num. 36  
Exod. 20

Chryso.

hoc vehementius multo lectorē mouere potest . Nūquid nō Dominus , Deus est omnium : quomodo ergo hic sapientissimus iustus , quasi antea Dñs non fuerit Deus eius , inquit : Erit mihi Dñs in Deū . Etenim fatemur dominū omnium , velint , nolint , esse Deū : sed id qui dem creandi iure : non aut humanæ pietatis affectu . nec enim debita pietate omnes homines illū prosequuntur & colunt . At Iacob iam Dominū habebat in Deū suum : eumq; pietissimē colebat . quomodo igitur denuo est Dominū accepturus in Deū ? Hoc nempe modo , vt cui vni colēdo naturali iure obnoxius erat , & piæ volūtatis affectu deditus , firmissima noui voti obligatiōe tenacissimē adstringeretur : vt tribus validissimis veræ pietatis funibus Domino Deo confictus , nunquam à debituissimo illius cultu absolueretur . funiculus enim triplex difficile rumpitur . Adde , qd sic interiori voto promissit se dominum habiturum in Deum , vt ei quoq; se met obligarit ad eundem exterioribus quibusdam actibus , atq; rebus , non ita prius debitis , colendū . Ad quod sanè pertinet , quod est vestigio subiūgit : Et erit mihi lapis iste , quem crexi in titulum . scilicet vt hic titulus sit voti mei index . huc em̄ cū rediero Dño Deo ad hunc titulum sacrū agā : ideoq; vocabitur Domus Dei . Nepe hoc ipsum sacrificiū re ipsa præstitit Iacob de Mesopotamia reuersus , vt inferius habes . cap. 35 . Pertinet & ad idē votū , quod sequitur , Cūctorūq; que dederis mihi , decimas offerā tibi . Cōpleuit & hoc hic iustus , sicut infra habes capite proxime citato . Quærat quispiā . cur decimā bonorum partē Domino Deo offerendā putauit ? forte id fecit auita religione motus : quoniā Abraham decimā spoliōrum partem obtulerat Melchisedech , qui erat sacerdos Dei altissimi . forte quæretur rursus De Patriarcha : cur ipse decimā potius , q̄ octauā vel duodecimā , aut quā liber aliā partē obtulit ? Ad quod respondendum nobis videtur , qd , quia diminutæ sunt veritates à filijs hominū , Adā peccante : iacebat humi deiectus homo , immortalitate priuatus , spiritualibus virtutibus , donisq; expoliatus ; naturali item ratione nō nihil imminutus , quærendus fuit modus , quo tanta pristinae dignitatis detrimēta resarcirentur . Igitur tanis dānis admonitus homo suarūq; fraudū cōscijs , diuino quodā instinctu incitatus vel forte oraculo monitus , decimas rerum , que sibi Dei beneficio proueniūt , eidē religiose cœpit offerre . Sic . n . quā vere , tā pie fatetur , se culpa sua ab illa mirabili triū decadū , quas

Ecclesi. 4.



in primo huius libri capite digessimus, integritate cecidisse: optimoque iure fuisse sua dignitate diminutum. Quare sapienter respiciens homo diuini operis violator, ab archirecto suo decimarum oblatione, tanquam quaedam antiqui facinoris confessione, veniam precatur: ut diuina demum gratia in melius instauretur. id quod ille, non minus prudenter quam pie facit: quoniam nullus sanctorum

Deum vnquam promeritus est videre, qui prius non fuerit utcumque decimatus: sicut & Leui in lumbis Abraham, Christo tamē excepto: qui labem originalem de virgine nascendo cōtrahere nequiuit: utpote qui non ex virili semine, sed diuinissimo Spiritu sancti artificio fuit conceptus. Id quod diuinus Paulus in epistola, quam Ad Hebræos misit, luculente docet.

Caput vigesimum nonum.

Profectus ergo Iacob venit in terram Orientalem.

**I**N Hebræo וַיָּבֹא יַעֲקֹב בְּעֵלְמֵי שָׂרָי. Et eleuauit Iacob pedes suos. Eodem modo Septuaginta καὶ ἐξήρασε ἰακώβ τοὺς ποδῶς. Et eleuauit Iacob pedes. Apud hos enim inde proficiscens alacritas multo significantius describitur. Iustus enim hic audito diuino oraculo, & animæ quior & animosior factus. ac subinde certior de diuina custodia, vehementissimam alacritatem mente concepit, qua pedes suos expeditissime extulit: eosque agiliores adeo reddidit, ut breuissimo temporis curriculo reliquum itineris, quantumuis longi, celeriter & minimè grauatè emensus fuerit. Sic & mysteria diuino Paulo in raptu visa, cum adeo alacrem, expeditumque ad obeundum Euangelicum munus fecerunt: ut paucissimis diebus, si negotium ipsum expendas, ab Hierosolymis vsque ad Illyricum medias regiones Iesu Christi nomine longe lateque replerit. Neque id mirum. Sumpta enim ex ijs quæ Dominus sibi & ostenderat & dixerat, maxima fiducia, in defeso labore huc illuc discurrebat: sic ut posteriora relinquens, semper ad anteriora se extenderet. Profectus ergo Iacob venit in terram Orientalem. Est enim Mesopotamia Chanaanæ terræ Orientalis. Cæterum Hebræis est ארצה בני קדם, in terram filiorum Orientis. Est enim Hebraica phrasis, per quam Orientales populos vocant filios Orientis: sicut genus humanum appellant filios Adam, & Hebræorum populum filios Israel: filium quoque mortis vocant, mortificandum, oc-

cidendumque: filium iræ, in quem sit irascendum: filium sapientiæ, sapientem & multa id genus. Denique per commodè Hieronymus Latinis auribus extulit, In terram Orientalem, sicut & Septuaginta Hebraicam phrasim immutauerunt: ἐπορεύθη εἰς γῆν ἀνατολῶν.

Viditque puteum in agro, tresque greges ouium accubantes iuxta eum.

Licet enim Mesopotamia Tygri & Euphrate maximis fluminibus vtrinque alluatur, eius tamen mediterranea riuulis carent: unde effodiendis puteis, ex quibus in communem usum hauriatur aqua, est incolis opus.

Tres quoque vidit greges ouium accubantes iuxta puteum. Nā ex illo adaquabantur pecora: & os eius grandi lapide claudebatur.

Ne quicquam, veluti propriam occuparet aquam: omnibus enim erat communis.

Morisque erat, ut cunctis ouibus congregatis deuolueret lapidem: & resectis gregibus rursus super os putei ponerent.

Vides

Vides, quomodo hic peregrinus & vagus in omnibus diuina gratia fruitur, & misericordie Deo omnia ei disponente, & suam promissionem adimplente, recta venit in Chararas. Qui enim dixerat: Tecum sum custodiens te in omni via, qua iturus es: ita inoffenso pede duxit iustum ad fontem aquæ, vbi pecora aquabant pastores terræ incolæ, à quibus interrogaret de Laban fratre matris suæ, & disceret omnia, quæ circa illum gerebantur.

Dixitque ad pastores: Fratres, vnde estis?

Per commodè blanda fratrum appellatione ab ignotis benevolentiam captat. Est enim fraterna appellatio quædam cognata benevolentia, & maximæ post paternam amabilem societatis ac minus inuidiosæ, valdeque expetendæ cuiusdam æqualitatis significatio. Ea propter fratrum nomen in Sacris literis ad charitatem in eundem potius, quam ad curiosam rerum perscrutationem diuinitus æditis, captandæ benevolentia gratia frequentissime vsurpatur. Iacob igitur per benignè interrogauit pastores dicens, Fratres, vnde estis? Nondum ergo Iacob nouerat ad quem locum ducente Deo peruenerat.

Qui responderunt: De Aran.

Nihil dubium, quin plurimum delectatus sit, audito ciuitatis auunculi nomine: gratiasque magnas Domino Deo egerit, qui se recta in optatam urbem perduxerit: sicut & fecerat apud eundem fontem stans seruus Abraham, qui tamen huic iusto pietate iustitiaque, par non fuisse putatur. At illius serui, scriptis mandata est gratiarum actio, sed non iusti huius. Esto, verum non omnia sanctorum gesta conscripta sunt, sed plurima diligentia lectoris relicta inuestiganda sunt.

Quos interrogans: Nunquid, ait, nostis Laban filiū Nachor?

Nepotem vocauit filium. nec enim Laban erat ipsius Nachor filius, sed Bathuelis. Meminit autem aui, quia erat generis princeps, & Bathuele longe illustrior, à quo dicta sit ciuitas Nachor. Vnde Augustinus. Intelligendum est, nobiliorem Batuele fuisse Nachor, & merito dignitatis eius factum esse, ut de ipso interrogaret: filiū autē dici, & aui, & pau, & vltra maioris alicuius eū, qui ex illo prorogatur, vtilitissimæ locutionis est. Pastores aut.

Dixerunt: Nouimus.

Et hoc in responso accreuit nepoti gaudium.

Rursumque interrogans.

Sanus ne, inquit, est? Valet, inquit.

Notandum, quod illud verbum Valet, quod ad salutem & incolumitatem tam Hieronymus quam Septuaginta retulerunt, videtur Hebraice alia quoque prospera complecti. Legunt enim Hebræi לַשְׁלֹמֹה hasalom lo, nunquid pax illi. Omnem igitur sanitatem, omnemque tranquillitatem, omnemque felicitatem pacis nomen complecti videtur. Quod & ex eo intelligi potest, quod vbi Græci in epistolis dicunt εὐπραγτείν, id est, bene, ac prospere agere, quod omnem secundum successum, bonamque fortunam significat, Hebræi scribunt שְׁלֹמֹה salom, hoc est, pacem. Vnumque id apud eos celebratur salutationis genus. At pastores.

Valet, inquit, & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo.

Hoc tandem gratissimo responso accepto, vitaque consolatorina maxime oblectatus, contentusque; iuuenis prorsus ciuilem, ac in primis frugi, amicum dat protinus & vtile de potandis gregibus consilium. Iuxta puteum enim circumiacebant adaquari sperantes.

Dixitque Iacob, Adhuc multum diei superest: nec est tempus, ut reducatur ad caulas greges: date autem potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite.

Vtrinque pastores urget, siue illi mercenarij, siue gregum Domini. Sic enim locutus est, ac si dixisset: Si estis mercenarij, confestim oues adaquare, & eas festinatè ad pascendas herbas reducite: quia nondum persoluistis officium vestrum, quorum est, vsque ad vespem tam pascendo gregi adlaborare: si vero non estis mercenarij, sed gregum Domini, cum vobis compertum sit, nec opportunum esse, nec salubre citius solito greges vestros ad caulas redire, ne cibo eis necessario defraudentur, ocius adaquare oues vestras: & sic eas ad pastua reuocate.

Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem ab ore putei, ut adaquemus greges.



Planè pastorum simplicitas, & intemerata iustitia hic apparet: qui nolunt, vel vi, vel fraude sibi aquam præripere, quã vniuersis norunt esse communem. Hac verò tempestate in qua tantò iustius homines agere oportet, quanto magis prioribus sæculis edocti sunt, neq; equũ neque iustum alicubi seruatur: sed vt, gentilis poëta canit, defletq;:

*Viuatur ex rapto, nõ hospes ab hospiteturus,  
Non socer à genero, fratrum quoque gratia  
rata est.*

*Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.  
Lurida priuigenis miscet aconita nouerca.  
Filius ante diem patrios inquirat in annos.  
Vista iacet pietas: & virgo cade mandentes  
Vltima caelestium terras Astrea reliquit.*

Cæterùm Iacob nempe atque pastores.

Adhuc loquebatur. et ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui. nam et gregem ipsa pascebat.

Manebant & tunc temporis nonnulla antiquæ pudicitia vestigia: & tuta erat virginum integritas, inter adolescentes quoq; versata: adeo charus eis erat pudor. At nunc vbique sæuit libido, nec est flagitium tam fœdum, quod aditum apud brutos mortales non inueniat. Et quod meritò lamentatur propheta:

*Osee. 4.*

Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Domini in terra: maledictum, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinem tetigit. Deniq; ingens est præcæ continentia argumentum: quod emphaticè dictum est. Nam gregẽ ipsa pascebat, Ipsa, videlicet Rachel, nõ autem soror eius Lia. Nec enim Lia pascendo gregi erat idonea: quæ teneris, lippisq; oculis & ad videndum infirmis impedita sub aperto cælo fulgentiores micantis solis radios ferre minimè valebat: aut forte gregem haud sequebatur, quia iam maturæ viro, & plenis nubilis annis virgo, domi abscondita tenebatur. In quo profecto disciplina domus Nachor multò præstitit consuetudini Iethro sacerdotis Madian, cuius filie numero septem paternas oues cunctæ pascebant.

Quam, cum vidisset Iacob, & sciret consobrinã suam, ouesq; Laban auunculi sui: amouit lapidem, quo puteus claudebatur.

Quod soli Iacob lapidis remotio adscribitur insinuat consobrinæ gratia id eum fecisse. Nec mirum præstitisse bonum virum, oportunum cognatæ officium, tanquam primum futuræ inter eos charitatis initiũ. Porro fertur adeo grãdem lapidem illum fuisse, vt minimè posset vilo pacto deuolui, nisi cunctis pastoribus ad id simul cõnitentibus: quẽ tamen solus Iacob, & si longo itinere fatigatus, facile remouit, superiore quadam, vt creditur, virtute adiutus. Erat enim ex eorũ numero, de quibus Esaias inquit, Qui sperat in Domino, mutabunt fortitudinem. At cogitabit quispiam, non iustè fecisse Iacob tollendo lapidem ab ore putei, priusquam cuncta pecora conuenissent. Sed non ita res habet.

*Esai. 40.*

Audi Chryostomum aliud docentem: Cum Iacob auunculi filiam, & greges oculis spectasset: videretq; pastores non sufficere, vt lapidem à fonte ipsi amouerent, & aquarent oues: accurrit, & id quod illi facere non valebant, ipse superno auxilio roboratus, præueniens beneficiis Laban, amouit lapidem, & adaquauit oues, quas pascebat Rachel. Adumbrat & hoc factum, futurum fuisse quempiam ex genere Iacob, qui olim tantæ foret potentia, vt ab humano genere cordis duritiam ad credendum confitendumq; Deo tolleret, Gentesq; vniuersas ad Euãgelicam gratiam in vnum conuocatas, fonte aquæ viuæ saluentis in vitam æternã adaquaret. Id quod omnifariã Domino Iesu Christo liberatori nostro conuenire Euangelica docet historia.

*Chryso.*

*Ioan. 4.*

Et adaquato grege, osculatus est eam.

Non dubium, quin Iacob Rachelem.

Et eleuata voce fleuit: & indicauit ei, quod frater esset patris eius, & filius Rebecca.

Fletus ille planè cognationis affectum indicauit. Nam & frater hoc loco pro nepote ex sorore manifestè ponitur. Enimvero oscula illa casta fuisse, & vt consobrinorum officiosa, testatur Augustinus his verbis. Consuetudinis quidem fuit, maxime in illa simplicitate antiquorum, vt propinqui propinquos oscularentur. Et hoc hodie fit in multis locis. Sed quæri potest, quomodo ab incognito illa osculum acceperit? si postea indicauit Iacob propinquitatem suam? Ergo intelligendum est, aut illum, qui iam audierat, quæ illa esset, fidenter in eius oscula irruisse: aut postea Scripturam

pturam per recapitulationem narrasse, quod primum factum erat: id est, quod prius indicauerit Iacob, quis esset. Dein vbi osculatus est puellam: & postquam significauit puellæ quis esset, & vnde venisset mansit ipse apud fontem.

At illa festinans nuntiauit patri suo.

*Chryso.* Verùm, vt Chryostomus ait, quia Deus erat, qui iusto disponebat omnia, hic & puellam excitauit, vt celeriter curreret, ac annuntiaret hæc patri, qui frater erat huius matris: narraretq; beneficium, quod ab eo factum, & in ipsam, & in greges: & quod neq; peregrinus sit, neq; ignotus fratris filius.

Qui cum audisset, venisse Iacob filium sororis suæ, cucurrit obuiam ei: complexusq; eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam.

Hæc enim omnia charitatis officia manifestè commonstrat animum Laban confanguineo amore in nouum hospitem fuisse propensum. Tam enim puellæ ad patrem cursus, quã patris ad Iacob occursum summa celeritate peractus est: tanta erat veteribus in excipiendis hospitibus alacritas.

Auditis autem causis itineris, respondit: Os meum es & caro mea.

Itineris Iacob causas duas fuisse ex superioribus apertè constat. alteram quidem abesse eum ab fratre Esau, in ipsum ob præceptam patris benedictionem furente. alteram verò, vt aliquam de cognatis suis vxorem sibi duceret. his autè causis itineris nepotis sui perceptis, quàm prono eum cognationis affectu exceperit, confestim breuissima enunciatione declarat. Respondit enim: Os meum es & caro mea, quod idem est ac si diceret: Sororis meæ existēs filius, nihil aliud, quàm caro nostra es, & frater noster: ac perinde quodam non leui muræ consanguinitatis iure, & domus & opes, & omnia deniq; mea tua sunt habēda. Dein Iacob, quasi in domo propria apud eum impauide & ab omni cura liber agebat. Ad hæc, quàm prono famulatu ille auunculo sese sum miserit, quàmq; temperatè expetitum sibi maxime Rachelis coniugium expectauerit, sequētia abũde declarat.

Et postquam impleti sunt dies mēsis vnus dixit ei: Num, quia frater meus, gratis seruiens mihi?

Laban, tanquam homo prudens per vnum mensem vigilatè explorauit nepotis sui mores, solertiam, diligentiam, & in rebus generis fidem: quibus ad vnguem exploratis & cognitis, optauit eum secum habere, nõ tantum ob cognationem, sed in vsum quoque: decreuitq; eidem greges suos curandos, pasceandos, atq; custodiendos committere. Dixitq; ei: Nũ, quia frater me es, gratis seruiens mihi? haud vtiq; imo & cognatio inuitat, & iustitiæ ratio exigit, vt minimè gratuito obsequio, sed iusta mercede præstituta mihi ministras. Hæc etiam ratione id agebat Laban, vt Iacob diutius & libētius sibi famularetur. Nouerat enim, quod nemo non imprudens inutiles labores sponte subeat. At iusta mercede proposita eius potiundæ fiducia nitentes, facile difficilia munera recipimus, & onera graua subimus. Verumq; est illud Poëte:

*In steriles campos nolunt inga ferre iuuentis:  
Pingue solum lassat, sed iuuat ipse labor.*

Laban itaq; excitatus à Deo qui res huius iusti disponebat, qui tanta erat mansuetudine & modestia præditus, vt seruiret & nihil peteret, & mercedis optionem offert dicens.

Dic: quid mercedis accipies?

Scriptura verò ante Iacob responsionem recenset ea ex quibus laborum suorum præmia is esset expetiturus & postulaturus. Dixit enim. Habebat verò duas filias. Nomen maioris Lia: minor appellabatur Rachel. Sed Lia lippa erat oculis.

In Hebræo est: *רַחֵל וְלֵאָה* & oculi Leæ teneri. Ex eo enim quod erat indigesta quædam permista oculis eius materies inarescebant illi, & marcor eorũ in iuges lacrymas soluebatur. Hic est enim lipporum morbus, quorum palpebræ fluente propè semper humore turgescunt, & facies conspicue fœdatur. Hinc fit, vt, quãuis facies fœminæ lippitudine laborantis sit alioqui pulchra, de suo tamen illo pure, ita conspurcetur, vt tota eius pulchritudo penitus obscuretur & abscondatur. Quare Lia lippa describitur, vt fœda & inamoena facie fuisse intelligatur. Sed Rachel erat decora facie, & venusta aspectu.

Etenim

Etenim scriptor pulchritudinem ad faciem  
 aptissimè reulit, venustatem ad decentem  
 quandam totius corporis habitum, commo-  
 dumq; gestum. Cumq; amor sit fruendę pul-  
 chritudinis desideriu nil miri, quod Iacob  
 de formi neglecta, formosam sibi delegerit.

Quam diligens ait: Seruiã tibi  
 pro Rachel filia tua minore se-  
 ptem annis.

Nec est huic viro iusto nota libidinis inuren-  
 da, quod pulchriorem in vxorem sibi elegerit,  
 quia coniugium minimè cum illa con-  
 traxit, vt pulchra frueretur, quoniam is fi-  
 nis, neque est ad coniugium satis honestus,  
 neque idonea causa, quæ virum probum ad  
 formosiorē ducendam adigeret, sed decre-  
 uit in primis vxorē ducere, vt in semine suo  
 paternæ benedictiones complerentur. De-  
 inde maluit, & quidem prudenter, pulchrã,  
 modò probam, quàm scdam habere: tum  
 vt latior cum ea vitam ageret. Pulchritudo  
 enim vxoris, teste Sapiente, exhilarat faciem  
 viri: tum, vt eadem contentus vago concu-  
 bitu nullatenus abuteretur. Sicut enim, vt  
 ait Apostolus, Melius est nubere, quàm vri-  
 sic & quibusdam optabilius est formosam  
 ducere, quàm cum turpi exuri. Enimvero vi-  
 de obsecro cum Chrysofomo & hic excel-  
 lentem huius viri sagacitatem, & quomodo  
 nullam congregandarum opum habuerit cu-  
 ram. Non enim sicut mercenarius aliquis cū  
 Laban cōuenit, & operam suam exquisitiore  
 mercede locat, & aliud qd petit: sed memor  
 patris, & memor matris, & mirificam conti-  
 nentiam præferens dicit ad Laban: Seruiã  
 tibi septem annis pro Rachel filia tua iunio-  
 re. Hanc enim mox, vt apud fontem vidi,  
 amavi. Et vide benevolentiam viri: sibi ipsi  
 & tempus præscribit, & tantopere sufficiens  
 argumentum suæ continentię præbet.

Cui respōdit Labã: Melius est,  
 vt tibi eã de, quàm viro alteri.  
 Solēne erat apud antiquos, vt suprã pluribus  
 exposuimus, parentes filias suis potius cogna-  
 tis, quàm alienis coniugio locare.

Mane, inquit, apud me.

Scilicet apud quem tutus eris à fratre tibi ini-  
 micanti. Mercesque tibi certissima manet,  
 nempe vxor ad votum tuum ducenda.

Seruiuit igitur Iacob pro Ra-  
 chel septem annis.

Quia enim nullis diuitiis onustus, sed vt fu-  
 giens & exul, nudus è paterna domo vene-  
 rat: nihil aliud, quàm labores manum suarū  
 habuit: quod ob nuptias adeo expetitas ex  
 more donaret: propterea septennio seruitio  
 sese addixit.

Et videbatur illi pauci dies præ-  
 amoris magnitudine.

Augustinus. Quomodo hoc dictum sit que-  
 rendum est, cum & breue tempus longum vi-  
 deatur amantibus? Dictum est ergo propter  
 laborem seruitutis, quem facile in faciebat  
 amor. Tanti enim faciebat Iacob cōiugium  
 cum Rachele contrahendum, vt totum se-  
 ptennium pro nuptiis illius obtinendis ex-  
 pendendum censeret, breuissimumque illud  
 tempus esse existimaret: Nullus namq; labor  
 magnus censetur amanti. Nonne culpanda  
 est tanta amoris vehementia? Cum cælebra-  
 tissimum sit illud Sixti Pythagorici, & à di-  
 uo Hieronymo autore grauissimo adpro-  
 batum. Adulter est in suam vxorem amator  
 ardentior. Verum hac sententia, o dilecte,  
 neutiquam coniugalis amoris vehementia  
 per se damnatur: quam Deus voluit esse ma-  
 ximam: Propter hanc, inquit, relinquet ho-  
 mo patrem & matrem, & adhærebit vxori  
 suę. & Paulus: Viri diligite vxores vestras, tā-  
 quam corpora vestra. Et quod maximum fa-  
 ciendum est, iubet ille viros diligere vxores  
 suas, sicut Christus Ecclesiam. Quid ergo il-  
 la sententia sibi vult? Nempe eam amoris cō-  
 iugum impotentiam reprobatur, qui non ser-  
 uant thorum sanctum, & immaculatum: qui  
 tanta libidine inter se mutuo ardent, vt aut  
 amorem mutuum diuino præferant: aut nul-  
 la habita tanti sacramenti ratione, solo volu-  
 ptario affectu sese abutantur. Id quod pro-  
 culdubio intemperantis est appetitus: & eius  
 qui non minus abuteretur ea, quam secum  
 habet, quāuis esset aliena. Deniq; quisquis  
 amorem in vxorem suam, quamlibet magnū  
 intra cōiugales cōtinet leges, eūq; ratiōis cā-  
 cellis coercet: haud est habendus ardentior a-  
 mator, sed pudicus & modestus. hic utiq; ita  
 compare sua contentus agit, non, vt cum ea,  
 aut nimis, aut turpiter deleatur: sed vt mari-  
 tali officio seruiat, ne in quampiam nō suam  
 fœminam nequiter ardeat, penitusque totus  
 cōburatur. Hic est ille pudicus, castusq; ma-  
 ritus, quē in hæc verba Hieronymus describit.

In aliena quippe vxore oīs amator turpis est:  
 in sua nimis. Sapiēs iudicio debet amare, nō  
 affectu. non regnet in eō voluptatis ipet, nec  
 præceps

Augu.

Sixtus.  
 Hiero.

Gen 2.  
 Ephe. 5.

Hiero.

præceps feratur ad coitum. Nihil est scdus,  
 quàm vxorem amare, quasi adulteram. Et  
 re vera ille amat ratione, non affectu: qui in-  
 surgentem carnis motionem sub rationis re-  
 gulam redigit, neq; patitur, vt illa eō progrediatur  
 quod, vltra id quod natura legeq; præ-  
 scriptū est prætergressa, ad incōcessum opus  
 impellat. Impetus præterea libidinis in illo re-  
 gnare dicitur: in quo cōcupiscētia sic effrena-  
 tur, ac dominatur: vt ab ea humana mēs te-  
 nebras quasdam induat & peccatorū vinculis  
 constricta teneatur: nec vt pereat, rationis  
 & spiritus moderamina subeat, eisq; mini-  
 mē obtemperet. Ex quo fit, vt contra rerum  
 dignitatem, ordinemque inferior naturæ ra-  
 tione vigentis portio superiorem nobilio-  
 remq; in ea, quæ non decent: alliciat, trahat,  
 impellatq; atq; turpibus deprauet, & ab ea  
 quam rerū potiri oportebat nullatenus cohi-  
 beatur, ducatur, atq; regatur. Quisquis em̄  
 sic est affectus, siue cœlebs, siue coniux sit, fa-  
 ctus est Sicut equus & mulus in quibus non  
 est intellectus, quem furor libidinis nulla ra-  
 tione frenatus absq; modo & tempore ei ne-  
 gotio concessis in coitum præcipitem agit.  
 Ille demum amare vxorem suam, tanquam  
 adulter, rectè prædicatur, cui amorem con-  
 iugis species & lasciuus vultus & noctium me-  
 rita dumtaxat ingenerant: non autem gi-  
 gnēdæ sobolis amor, non sacramenti digni-  
 tas, non indiuidua vitæ ciuilitate dependēdæ cō-  
 suetudo in cōiugium accessit. Enimvero vir  
 hic continentissimus, licet vehementissimo  
 amore Rachelem prosequeretur, nihil tamē  
 aut importunè, aut improbe, aut impudice  
 patrauit: sed continenter, & probè, & castè in  
 sponsam suam sese habuit. Argumento est  
 euidentissimo, illum non attigisse virginem  
 sibi desponsatam atq; gratissimam totis se-  
 ptem annis, per quos intra eandem domum  
 cum illa frequenter cōuersabatur, donec de-  
 more gentis per focerum cōcessus ei est ma-  
 ritualis ad ipsam ingressus. Nāq; exacto sum-  
 ma temperantia, summaq; fide seruitutis tē-  
 pore Iacob, nuptias cælebrari appetiuit.

Dixitq; ad Laban: Da mihi vxorē  
 meam, quia iã tempus im-  
 pletum est, vt ingrediar ad illã.  
 Iure etenim suo Iacob completo famulatus  
 sui septēnio exegit à Laban focero suo dari  
 sibi vxorem suam. Vxorem autem eam vo-  
 cat: quia non modò nuda sponsalia inter eos  
 præcesserant: sed cum primū Iacob cum

Laban pepigit, cum Rachele matrimonium  
 plenè contraxit, ea tamen lege, ne ante com-  
 pletum ministerium virgine potiretur. Inui-  
 lato igitur fœdere & seruitio adimpleto, me-  
 rito requirit, dari sibi copiam vtendi libere  
 vxore sua. Iam vero priusquam vltierius pro-  
 grediamur, illud referre placet, quod hoc lo-  
 co Rupertus monachus circūspectè adno-  
 tauit, proprium videlicet esse huius Patriar-  
 chæ in peregrinatione sua pro ducenda sibi  
 vxore semetipsum graui, diuturnoq; famulatio  
 spōte sua subdidisse: quod nullum alium  
 Patriarcham fecisse legimus. Esto, quod futū  
 ipsius Isaac fuerit, ad immolandum à patre  
 duci, ligna humeris suis ferre, & ob pietatē  
 gladio iugulum tēdere. Quin et Ioseph illud  
 habet peculiare, quod à fratribus suis vendi-  
 tus emptoribus sui Ægyptiis in extrema fa-  
 me cōsuluit. Et re vera huius Patriarchę Dei  
 dono sterilibus de matribus mirificè proge-  
 niti, fuere magnificè insignes: & eorū quilibet  
 Iesu Christi filij Dei de virgine olim na-  
 scituri propriam quandam prætulit intagi-  
 nem: Isaac crucis: Ioseph communis redem-  
 ptionis: Iacob indefessè pro Ecclesia ducen-  
 da laborantis: Quippè qui cum in forma Dei  
 esset non rapinam arbitratus est, esse se qua-  
 lem Deo: sed semetipsum exinaniuit formã  
 serui accipiens. Annon fuit seruire mundo  
 pro mundo pœnitentiam agere? Et cui, nisi  
 mundo per Prophetam conquestus ait, Ser-  
 uire me fecisti in peccatis tuis? Nonne pro-  
 pter abluenda mundi peccata pœnitentiã ba-  
 ptismo baptizari voluit: scilicet vt illa, iuxta  
 prophetam, proiiceret in profundum maris,  
 in quo obruta perpetuò laterēt. Deniq; quã-  
 tã seruitutis fuit, frigus, estum, famem, sitim,  
 fugam, labores, sudorēs, conuitia, sputa, ala-  
 pas, ludibria, carcerem, spinas, flagella, cru-  
 cemq; Dominum pro seruis liberandis su-  
 stinuisse. Quare filius Dei in similitudinē  
 hominum factus, qui eum miris modis præ-  
 signauerant, & habitu inuentus vt homo, fa-  
 ctusq; obediens Patri vsq; ad mortem, mor-  
 tem autem crucis: tantò fuit pietate quàm  
 Isaac erga patrem alacrior, tantò in mundū,  
 quàm Ioseph studiosior, tantò pro Ecclesia,  
 quàm Iacob laboriosior: quantò veritas vni-  
 bra sua præstantior est. Sec hæc hæc tenus.  
 Etenim sentiens Laban iustissimam esse Ia-  
 cob postulationem, nō potuit ei aperta frōte  
 refragari, sed eū fraude interciperi decreuit.  
 Quippe

Qui vocatis multis amicorum  
 turbis

Ruper.

Phili. 2.

Esai. 43.

Ecl. 36.  
 1. Cor. 7.

Chryso.

Psal. 13.

turbis ad conuiuium, fecit nuptias.

Haud est igitur prodigi patrisfamilias in celebrandis filiorum nuptiis, & cognatis, & amicis epulum soleniter apparare. Imò est id liberalis viri, atq; magnifici officium, & ad eam virtutem id proculdubio pertinet, qua sumptus re&e, probeq; fiunt, vel mediocres, vel magni pro facultatum ratione & personarum dignitate: modò seruandi humani pudoris & Christiane modestiæ in his agendis habeatur summa cura. Accedit ad hoc, quòd eiusmodi nuptiali celebritate agnoscitur cognati, amici conciliantur, alliciuntur alieni, legitima inuitantur coniugia, noui coniuges lætius conueniunt. Et qui æduntur taliũ coniugum filij agnoscuntur, nec degeneres: aut spurij putantur. His deniq; de causis Dominus noster Iesus Christus virginis puritatis cultor, continentie vidualis adprobator, conjugalis castitatis institutor, nuptialem solennitatem, non modò presentia sua honestauit: sed etiam miraculo illustrauit. Socer igitur generum circumuenire pergens.

Vespere Liam filiam suam introduxit ad eum.

Profunda sanè nocte, semotisq; luminibus pudoris seruandi gratia in cubile virgo violanda inferebatur. Nam, sicut ait maximus Orator: Omnia rectè facta in luce collocari volunt. Hoc autè rectè factum, cum sciri velit, videri non vult. Temporis igitur opportunitatem Laban ad faciendum id, quod molebatur obseruans, Liam pro Rachele genero supposuit ea mente, vt vel violatam solam haberet, vel potius vt cum ea alteram quoq; duceret: vel potissimum vt aliis septem annis illum seruitio premeret: quò tandem dilectissimam Rachelem obtineret. Quare multis nominibus Laban fuit impostor iniquus. Quippe qui pactum cum genero suo inritum perperam violauit: qui ei virginem non suã vxorem stupro violadam exposuit: vt vir bonus adulter simul esset & incestum committeret cù ea, quæ suæ coniugis soror erat. Multis igitur criminibus vno facto iniustus pater se, suamq; filiam simul inuolit. In quo, quãquam multò nequius pater: nequiter tamen quoq; filia peccauit. Male namq; credula putauit patri obediendum esse, in qua re nullo pacto erat ei obtemperandum. Verissimum enim est illud Apostolicũ: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Multa namq;

Tullius.

Act. 5.

Lia peccauit. Nam virginalem florem rem virginib<sup>9</sup> maxime pretiosam amisit, & à quo non amabatur cõstuprari se permisit: factaq; sororis suæ pellex adulteriũ perpetravit. Nec ab hoc peccato concepta de ratificando coniugio fiducia defenditur: quia id ipsum in alterius arbitrio positum erat, qui ad id præstatum nulla lege tenebatur. Nec excusatur aui dissima concipiendi fide ex eo, de cuius semine Christus esset nasciturus: quia, Nò sunt <sup>Rom. 3.</sup> facienda mala, vt eueniant bona. Deniq; & si patris autoritate rati habitationis spe, tantæq; benedictionis desiderio ea crimina in adulescentula quadantenus eleuentur: non tamen penitur abolentur. Quòd autem sequitur.

Dans ancillam filie Celpham nomine.

Sic accipiendum est: quòd pater filie ancillam dederit tantum, vt ei ministraret, quam postea Lia marito suo in vxorem concubinariam tradiderit.

Ad quam, nepe Liam ex more, cùm Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam.

Nemini videatur incredibile Iacob vsq; ad primam lucem minimè cognouisse, quicum congregaretur: tum, quia puella à patre motane voce, quæ esset deprehenderetur, sumum tenuit silentium, quòd virginis pudori vir simplex tribuit: tum, quia nec tactu deprehensa fuit, quia vir iustus nec turbulente, nec impudice, sed sanctorum more tràquille atq; pudice cum illa congressus est, nihilque vltius perscrutatus infirmiori vasculo, ac si Apostolum audisset, honorè præbuit. Hinc <sup>1. Petr. 3.</sup> profectò perspicua est simplicitas Iacob, & quomodo ab omni malitia alien<sup>9</sup>, deceptus sit. Hinc & à peccato prorsus immunis ostenditur: ignoratione namq; minimè culpanda cum non sua rem habuit, qui bona fide fretus se nullatenus esse à socero deludendum ad eam accessit. Neq; enim tenebatur serupulosius, & diligentius perscrutari, quæ nã ea esset, quam pro certissimo habebat esse suam, & iuxta gentis morem mediis in tenebris ad ipsum adducta fuit. Errauit igitur vir pbus, haud voto, sed facto: & eo facto, quòd propter ignorantiam prorsus inculpandam, crimini adscribi nequaquã debeat. sed fraude deprehensa, iam meritò socerum generex postulat dicens.

Quid est, quòd facere voluisti?

Nonne

Nonne pro Rachel seruiui tibi? Quare imposuisti mihi?

Acri vitur contentione, & crebris interrogationibus hominem vrget, & exploratæ fraudis reum agit, & violatæ in se fidei eundem arguit. At fraudulentus patriæ consuetudinis iure se protegere pertendit. Nam quærenti.

Respondit Laban: Non est in loco nostro cõsuetudinis, vt minores antè tradãtur ad nuptias.

Enimvero iustè, verèq; insimulatiõni falsam, & iniustam responsionem, excusationemq; prætexuit. Nam, si interdũ minores filie ante maiores nuptiæ non tradebantur, cur minorem ante maiorem petenti eam sponndit? Nonne ipse se consuetudinario iure priuauit, qui contra patriam consuetudinẽ sponte sua id fecit? Quare cunctos ciues ad celebrandas nuptias aduersus popularem morẽ conuocare non est veritus? Igitur aut Liam pro Rachele submisit, quoniam desperauerat, alteri elocari posse maiorem lippis oculis, aut sicut quibudam videtur, luciosis, & tenenter admodum aspiciẽtib<sup>9</sup> insigniter deformẽ: aut, quòd verius esse putatur, Laban expertũ industriam, fidemq; Iacob in seruãdis, augẽdisq; gregibus suis, optauit alterum septennium hominem penes se retinere reformatiẽ Rachelis sponsalibus. Hoc enim est pactum, quòd ei rursum proponit dicens.

Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere, quòd serui turuses mihi septẽ annis aliis.

Hiero.

Hieronymus. Postquam Liam Iacob fraude deceptus pro Rachel vxorem acceperat, dicitur ei à socero Labã, vt septem dies post nuptias sororis prioris expleat: & sic accipiat Rachelem, pro qua iterũ septem aliis annis seruiturus sit. Nò igitur, vt quidam malè existimant, post septem alios annos Rachelem accepit vxorem, sed post septem dies nuptiarum vxoris primæ: nam sequitur, Et ingressus est ad Rachel, & dilexit Rachel magis, quàm Liam: & seruiuit ei septem annis alius. Porro sic est accipiendus horum ordo gestorum. In primis Lia fraude supposita succubuit Iacob per noctem: proxima deinde luce illa minimè sese occulte subduxit: sed expectauit, vt agnosceretur, quæ nam esset: scilicet optatum artis paternæ euentum sperans:

quam vbi Iacob agnouit, doluit se fuisse deceptum. Verũ, quia vir erat probus, mansuetus, & benignus: puellæ quoq; vicem doluit: nec passus est eam delusam, in nuptiãq; manere, eandemq; sibi ad votum Laban conjugali vinculo adiunxit. Attamen haud fuit connubium hoc contractum illo congressu nocturno. Quomodo enim duceret, quam ignorabat? Obiurgato igitur socero, & accepta cõditione Iacob & Lia mutuo consensu verbis hinc inde explicato matrimoniũ inuicem contraxere. Nam sequitur.

Acquieuit placito.

Nempe Iacob, vt vtranq; sororem haberet, vxorem.

Et hebdomada transacta dierum.

Scilicet quibus Liæ nuptiæ celebrabantur.

Rachel duxit vxorem: cui pater seruum Balam tradiderat.

Sicut enim Laban Liæ dederat Celpham, sic & Rachel Balã tradidit. Oportebat enim matronas nobiles, atq; hominis diuitis filias, ancillarum ministerio potiri. Hanc quoque Iacob ex Rachelis sententia concubinariam postea duxit vxorem. Sed, vt ait Chrysostr<sup>9</sup> <sup>Chryso.</sup> mus, audiens, quòd hic iustus accepit maiorem natu, & postea minorẽ, ne turberis: neq; iuxta statum, qui nunc est, opera, quæ tunc facta, iudices. Tũc enim, quia principia erãt, permissum fuit cum duabus, vel tribus, vel pluribus vxoribus misceri: vt humanum genus propagaretur, & pietas incrementũ acciperet. Adueniens autem Christus, & virtutẽ in hominibus plantauit, & angelos (vt ita dicam) ex hominibus fecit, omnemq; illã veterum consuetudinem aboleuit.

Tandemq; Iacob potitus optatus nuptiis amorem sequentis priori prætulit.

Quia enim ab initio magis dilexit, ppter venustatem formæ puellam Rachelem, & difficilius eam consequutus est: ideo eam magis dilexit, quàm Liam.

Seruiens apud eum septem annis aliis.

Augustin<sup>9</sup>. Vtriq; hinc apparet, quòd postea <sup>Aug.</sup> quã duxit Rachel, tũc seruiuit pro ea septem annos alios. nimis enim durum, & valde iniustum fuisset, si deceptũ adhuc differret alios annos

annos septem, & tunc eam traderet, quā primo debuit. Septem autem diebus solere nuptias celebrari etiam liber Iudicum ostendit in Samfone, quando fecit potum amicis suis septem diebus: & addidit Scriptura, quod sic solerent facere iuvenes. Cæterum iuxta mysticos intellectus, vt supra exposuimus, seruit Christus Dominus, & seruitutis illi? merces Rachel: id est synagoga esse debuit: vt Rupertus explicat. Illam namq; propter patres amavit Christus & propter illam ad seruitutem se venisse testatur, cum dicit, Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Sed enim Laban pro Rachel Liam subintroduxit: quia videlicet subsistente Synagoga Ecclesia gentium de toto mūdo quasi nescientis ad Christi thalamum introiuit, dum populus quem iuxta Psalmistam non cognouit, vel gens quæ iuxta Esaiam nomen eius non inuocauit, ad seruitutem eius, ad delicias amoris eius, id est, ad Spiritus sancti gratiam properauit. Hoc autē Christo Iesu bene affecto secundum humanitatem ad genus suum, dolentiq; Iudæos in Euangelica gratia obtinenda fuisse gentibus posthabitos, ideo euenisse declaratur: quoniam non fuit diuini propositi, gentium populo, qui antiquior & numerosior erat, illam gentem suam in præcipiendo Spiritu sancto præponi: ne putaretur priuato quodam creatoris studio factum, tantā illi Iudæorum tantum, & non etiā Gentium Deus esset. Quin & oportuit interim cœptas cum Ecclesia gētium nuptias peragi vsq; in finem sæculi: vt cum plenitudo gentium subintraverit, eidem & Synagoga copuletur, & tandē omnis Israël saluus fiat. Sed ad Iacob: qui amorē sequentis prætulit priori. Erat enim ei Lia exosa: quia ipsum deceperat non se prodens in illa prima mutui congressus nocte. Erat & Racheli odio habita, quod eum sibi præriperit virum, qui pro se ipsa septēnio patri vtriq; communi seruietat. Ex his odiorum causis magno vtiq; despectui Lia habebatur. Quæ, quamuis animo plurimum angeretur, modeste tamen afflictionem suam tolerabat. Et ideo.

**Dominus.**  
 Qui humilia respicit, & alta de longe cognoscit.  
**Videns, quod despiceret Liam.**  
 Forte ab interprete scriptum fuit, Despicere tur Lia, vt congruat Hebraico, Græco, & Chaldæo: in quibus omnibus habetur: quod exosa esset, vel odio haberetur Lia.

Matt. 15.

Psal. 17.

**Aperuit vuluam eius.**  
 Vuluæ noscitur non vtiq; virginalia claustra designatur, sed muliebris illa matrix, in qua fetus concipitur, fouetur, et alitur: quæ quidē matrix in Lia naturali quodam vitio, tum virile semine excipiendo, tum ex illo fetus gignendo, fouendo, & vsq; ad partum alendo prorsus erat inepta, sed Dominus illius cunctos hos naturæ defectus adeo refecit, vt inter primas Lia fecundissima fieret eius sorore sterili permanente. Disce hinc pietator, quā attente rerum conditor hæc inferiora dispenset: qui nempe pro aliis atq; aliis meritis sororum alteram sterilitate damnauit, alterā fecunditate ditauit. Vide obsecro cum Chryso-

Chryso

Psal. 38.

Psal. 93.

**Quæ cœceptum genuit filium.**  
 Hoc est, Cœcepit & peperit filium. Aliud est enim concipere aliud parere. Est enim concipere mulierem virile semen intra vuluam capere, fetusq; gignere. Nam hoc verbum tam ad semen, quā fetus in his scripturis refertur. Et quidem ad semen manifestè refertur in illa lege: Mulier quæ concepto semine peperit masculum. frequentius autem p Gignere vsurpatur, quia fetus naturaliter nequaquam

Leui. 12.

nequaquam gignitur, nisi virile semen prius à femina concipiatur. Parere autem est, per ostium genitale fetus foras mittere. Quāobrem mirabile illud Esaiæ propheta vaticinium, Ecce virgo concipiet & pariet filium, apertissimè significat, quod ipsa eademque virgo, & conciperet, & filium pareret. Quo sensu, veluti gladio spiritus, quod est verbum Dei, ingulantur Iudæi: iugulantur & Manichæi, qui perperam diffidentur Verbum patris ex virgine Maria carnem assumpsisse. Quem enim illa mirabilis & sanctissima virgo sine virili femine de Spiritu sancto concepit: & quem ex se ipsa genuit: & quem intra sacratissima viscera sua fouit, hunc eundem & peperit. Hoc deniq; verissimo Christi sensu iugulentur & illi, qui stultissima quadam superstitione mentiuntur, beatissimam virginem per oculos & nescio per quæ alia loca filium suum ædidisse: id quod à pariendi ratione alienum esse constat. Sed reuertamur ad Liam. Quæ concepit & peperit filium.

**Et vocauit nomen eius Ruben dicens: Vidit Dominus humilitatem meam.**

Ruben interpretatur visionis filius. Sed Hebraice profertur Reuben, quod sonare potest, Videte filium. Ab hoc demum fit patronymicum Rubenita. Humilitatē verò suā dicit, vel abiectionem sui, qua despecta iacebat: vel animi virtutem, qua de se modeste sentiebat. Tale est & illud: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Ac si dixerit: Ipse Dominus prouidit: non ego expectaui diuinum fetus concipere: humilibus eram contenta: nunc autem ad ineffabile consilium eligor & exaltor supra sydera. Addidit & Lia.

LUC. 1.

**Nunc amabit me vir meus.**  
 Vide, quā grata sit hæc mulier. dicit enim: Dominus visa humilitate mea, dedit mihi partum, propter quem à viro meo diligit. Si cut enim duo torrétes in vnum fluminis alueum confluunt: ita parentes in vnus filij amorem conspirant, seq; ipsos in eo tanquam in communi quodā bono diligunt. Hac nepe de causa liberi parentum suorum pignora eleganter appellantur, quod mutui inter eos amoris seruandi sint obfides firmissimi. Quare merito Lia ædita prole optatissima, certum habuit, se a mandam esse ab eo viro,

qui sperabat in femine suo cunctas gentes esse benedicendas.

**Rursumque concepit, & peperit filium: & ait: Quoniam audiuit Dominus, haberi me contemptui, dedit etiam istum mihi: vocauitque nomen eius Symeon.**

Quippe, qui traduxerunt hoc nomen è Græco in Latinum scripserunt Symeō per. y. psilon: qui vero ex Hebraico Simeō per. i. iota. Hebraice autem profertur Simhon: quod interpretatur, vel Auditio, vel Obedientia, vel Auditor & obediens. Ab eo enim quæ exaudita fuerit, vocauit secundum filium Simeō, quod est Auditio vel Audiens.

**Concepit tertio, & genuit aliū. Dixitque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus: eod quod genuerim ei tres filios. & idcirco appellauit nomen eius Leui.**

Hieronymus. Vbi nos legimus, Apud me erit vir meus, Aquila interpretatus est: Applicabitur mihi vir meus. quod Hebraice dicitur יְהוָה יְהוָה ijlauē: & à doctoribus Hebræorum aliter transfertur, vt dicant, Profecquetur me vir meus: id est: non ambigo de amore in me viri mei: erit mihi in hac vita comes, & eius dilectio me ad mortem vsq; deducet & profecquetur. tres enim filios genui ei: & idcirco vocauit nomen eius Leui quod interpretatur copulatus, siue copulatio mea.

Hieron.

**Quarto concepit, & peperit filium: & ait: Modò confitebor Domino. & ob hoc vocauit nomen eius Iudam.**

Vidisti, quomodo non simpliciter, neq; temere nomina natis indiderit: sed adeo sapienter, vt singulis nominibus pro singulis filijs coram creatori gratias agat. Hinc Hieronymus יְהוָה יְהוָה Ichuda: Iuda confessio dicitur. A confessione itaq; confessionis nomen accepit. veruntamen hic pro gratiarū actione, aut laude accipitur: vt frequenter in Psalmis, & in Euangelio: Confitebor tibi Domine

Hieron.

Matt. 11.

b pater



pater cœli & terræ: pro eo quod, Gratias ago tibi, siue glorifico te. Deniq; quid est, Nunc confitebor domino? Gratias agam & glorificabo eum, quia & quartum mihi adiecit filium, & tantâ mihi abundantiam concessit: ut quæ ob corporis deformitatem de viri erga me benevolentia periclitatura eram: nunc procreatione filiorum à Deo mihi data, & mœroris nimietate discussa, accepi solaciû deformitatis & in locum sororis meæ translata sum.

Cessauitque parere.

Quæritur, quomodo cessauit parere, quæ postea genuit Isachar & Zabulon? Sed cessasse dicta est, quoniam quæ continuis partibus quatuor filios ædiderat, subinde per diuturnum satis tempus iterum non peperit. Nec mirum est, sic esse scriptum hoc loco, cum in Scripturis sanctis interdum quoq; dicantur ea ultra non fieri, vel quæ diu postea, vel per

saeculum aliquod non fiunt, licet multo post tempore eadem repetantur. Tandem animaduerte tam ex superioribus, quàm ex hoc capite, quantus erat priscorum intellectus, ut mulieres quoque natis nomina non temere, nec fortuito imponerent, sed appellarent filios iuxta futurorum prædictionem. & raro inuenies aliquos eodem nomine appellantes filios, vel forte nusquam sed siue mater, siue pater nomen filio imposituruserat, rarum quoddam & nouum imponebat. ita & Lamech filium vocauit Noe dicens, Hic nos requiescere faciet. Ita si singula nomina scrutaris, omnino in omnibus inuenies aliquid insinuari. Non sicut nunc faciunt simpliciter & ut forte euenit à parentibus cognominari solent. Sed omnino illuc spectabant, ut perpetuam memoriam filijs inderent.

*Hæc annotauit Chrysostomus.*

## Caput trigessimum.

Cernens autem Rachel, quod infœcunda esset: inuidit sorori suæ.

Quid quid hominibus vario rerum humanarum successu fortuito accidere videtur, profectò nullatenus absq; Dei omnipotentis dispensatione geritur: cuius sapientia atringit à fine vsq; ad finem fortiter & disponit oia suauiter. Quæ quidē sapientia, quãuis frequenter infima summis, summaque infimis cõmutet: in utroq; tñ gubernantis ratio non incerta vagatur: sed in cunctis, quæ fiunt certissimus diuinæ prouidentia ordo continenter seruat. Qui, quamuis interdum mortales lateat: interdum tamen animaduertentibus sese prodit. Ecce Rachel illa, quæ spectatissima pulchritudine elata, quæ nimio communis mariti amore sorori suæ prælata eam despiciebat, vice rerum versa ab eadem sorore sobolis fœcunditate vincitur. sentitq; transferri, vel certe timet mariti affectum ab sterili ad fœcundam liberorum gratia transferendum. In quo mirabilis prouidentia ars clarè perspicitur. Nam quæ sicut deformi numero prole prius fuit diuinitus consalutum, ne videns se contemptui haberi, abundan-

tiore tristitia absorberetur: ita & formosa fertilitate cautum fuit, ne accedente prole nimio pulchritudinis fastu in perniciosam prorsusque intolerandam superbiam erigeretur. Rursum, quoniam fœlicissimo tot filiorum prouentu deformis quoque in periculo erat, ut supra modum animo efferretur: per multum temporis à conceptu, partuq; cœlesti manu prohibetur. formosa verò illa quæ infœcunditate depressa mœrebat, donatæ fœcunditatis præsidio fulcitur, ut sequentia docent. A deo prouidenter æquissimus rerum arbiter, modò tristibus læta miscet, modò tristia lætis temperat: ne mortales, aut iugi prosperitate elati superbiant, aut continua calamitate afflicti animis linquantur. Igitur cernens Rachel, quod infœcunda esset, inuidit sorori suæ. Hæc enim verborum series manifestè declarat, Rachelem aliquid humanum aduersus sororem suam tanta prole lætam passam fuisse. quæ videlicet partim sterilitatis dolore percita, partim inuidentiæ cuiusdam, quã libet venialis, aduersus fœcundam stimulis ac-

ta,

ta, inuerecunde satis & improbe virum iustum fuit adorta: & ab eo filios insipienter flagitauit, dicens,

Da mihi filios.

Muliebresque addidit minas.

Alioquin moriar.

Enimvero minime se morituram minatur, quod ipsa sese foret interfectura: sed quod impotenti liberorum desiderio tabesceret. Id quod ex Hebræo liquido constat, in quo est: Alioquin morior: id est, mœrore ad mortem vsque tabesco. At Iacob vir grauis & pius, minime fœmineæ cessit improbitati, sed ei im prudentiam grauissima percontatione repperit.

Cui iratus respondit.

Iratus in vxorem refertur Iacob: non, quod in concessio vindictæ appetitu concitatus fuerit, sed quod tanto zelo sit incitatus aduersus permolestam nimio dolore perturbatæ vxoris insipientiam, quæ ab homine flagitarit id, quod solus conditor prestare possit. Simili quoque zelo pietissime commotus est rex Israel, quando Benedab Syriæ rex per epistolam ab eo petiuit, ut Naaman eius militis principem à lepra curaret. Detestatus enim petitionem, quam blasphemiam plenam existimauit, pro rei indignitate succensus, scidit vestimenta sua, & dixit: Nunquid Deus ego sum, ut occidere possim, & viuificare, quia is re misit ad me, ut curem hominē à lepra sua. Sic & Christus dominus consummatæ mansuetudinis exemplar, circumspectans Pharisæos cum ira contristatus est super cœcitate cordis eorum. Sic denique viri iusti cõtra insipientes, & improbos iusta de causa mouentur, non quod eos oderint, sed ut eos pietatis affectu persecuti corripiant & ad saniorē mentem reuocent. Hac igitur ratione Iacob merito Racheli iratus, ut eam insipientiæ cogareret, respondit:

Nūquid pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui?

Ac si dixerit: in considerata est, & improba tua petitio. Non enim est humanæ facultatis sed diuinæ sterilem fœcundam reddere. Nec quispiam est, qui pro eo, viceq; ipsius sterilitati fœcunditate sufficere possit. Solus enim ille absolutum naturalis sterilitatis defectum, propria potentia tollere potest, qui totius naturæ conditor est. Sicut idē solus cæco nato visum indere valet. Et ne in ipsum Rachel muliebri peruicacia

infœcunditatis suæ causam, culpamque rejiceret adiecit: Qui priuauit te fructu ventris tui. Ac si dicat: Non est in me, ut non concipias. nam, si id in manu mea esset, qui ex sorore tua minus dilecta liberos genui, multo magis ex te mihi dilectissima eos genuissem: sed crede mihi Deus ipse Deus est, qui in te vim concipiendi præpediuit, ne filios æderes. Quamobrem prudenter egeris, si propter sterilitatem tuam viro tuo prorsus innoxio minime succensus fueris, & pijs actibus, assiduisque precibus placando Deo institeris: ut negatam tibi fœcunditatem reponere dignetur. Igitur ut didicit, quod sterilis facta esset à Deo, & videns sororē liberis florere, vel mediocre solatium requirens ex ancilla filios curauit habendos. Sequitur enim.

At illa, Habeo, inquit, famulam Balā: ingredere ad illam, ut pariat super genua mea, & habeā ex ea filios.

Etenim bene nouerat Rachel, Sara m̄ mariti sui auam dedisse Agar ancillam Abrahæ in vxorem, ut ex illa saltem liberos haberet, quã nunc imitata obtulit viro suo ancillam suam, quæ tandem ex ea filios obtineret. Quod autem dixit, Ut pariat super genua mea, antiquæ consuetudinis fuisse uidetur, ut quæ vellet ex alia nascētem filium adoptare sibi: vel parturientem genibus suis fulciret, ut tali habitu ab alia æditum parere videretur, vel effusum confestim in sua genua exciperet, exceptumque adoptione suam faceret. Porro, ne adulterinus is concubitus alicui videretur, humanam suspicionem præuenit Scriptura dicens:

Deditque illi Balam in coniugium.

Iacob autem, ut erat vir benignus, Racheli morem gessit. tum, ne, quæ filiorum desiderio tabescebat, tristi tate interiret: tum, ut numerosiore prole genus suum multiplicaret.

Quæ ingresso ad se viro, concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel: Iudicauit mihi Dominus: & exaudiuit vocem meam dans mihi filium.

b 2 Quod

4. reg. 5.

Quod ait, iudicauit mihi Dominus, tale est: Dominus litrem meam egit, & pro me sententiam tulit, quando exaudita prece mea filium ex ancilla mihi donauit. Acceptando enim votum meum euidenter ostendit, me non vti que retro luore, sed tolerabili quadam habenda proliis æmulatione ancillam meam in nouam coniugem communi mihi cum sorore viro superinduxisse.

Et idcirco vocauit nomen eius Dan.

Hieron.

Hieronymus. Causam, inquit, nominis expressit, & ab eo quod iudicasset se Dominus, filio ancillæ iudicij nomē imposuit דן Dan, quippe interpretatur iudicium, vel à verbo דן, quod est iudicauit, vel à participio דָן, quod est iudicans.

Rursumque Balā concipiēs peperit alterum. Pro quo ait Rachel: Cōparauit me Dominus cum sorore mea, & inualui: vocauitq; eum Neptalim.

Quam difficile sit rationem huius nominis Neptalim Latinis tradere, facile sentiet; qui peruestigauerit, quā varia Hieronymus in libro Quæstionum, ac nominum Hebraicorum scripserit. Quid, quod & recentiores, Nicolaus, Burgenſis, & Abulenſis, singuli suas interpretationes addiderūt huic, quam Hieronymus Septuaginta interpretes secutus hoc in loco posuit. Enimvero videor mihi studiosis operæ præperitū facturus, si quæ hæc de re Sanctes Pagninus ab ipſo fonte linguæ Hebraicæ in vnum congeſſit his nostris appoſuero. לִּפְתָּחַל, inquit, verbū, est puer rere, luctari conari; idq; cōiugatione, quā Hebræi vocant Niphāl, vt Genēſis trigeſimo: Et dixit Rachel נִפְתָּחַל אֱלֹהִים נִפְתָּחַל נִפְתָּחַל Naphthūle Elohim niphthālī: id est: luctationibus maximis (aut conatibus maximis, vel vehementissimis) luctata sum (conataque sum) cum sorore mea, vt superarem illam. Nomen enim Dei est additum augendi gratia. sicut multis alijs locis. & vt inquit Rabbi David, sunt qui deducunt hanc significantiam à לִּפְתָּחַל pethāl, quod est filium retortum, quod est fortius. Ac si dicat: Roborauit me: ipse tamen exponit: verti me (more scilicet luctantis) & conatum feci cum

sorore mea, vt illam vincerem, & etiam inualui. Targū habet: Suscepit Dominus, id est exaudiuit postulationem meam, cum precata sum in oratione mea. Desideraui, quod esset mihi filius, sicut sorori meæ: & etiam datus est mihi. Rabbi Menachem filius Seruc, vt scribit Rabbi Selo, exponit, Coniunctio-nibus Dei, id est, quæ sunt à Deo, coniuncta sum cum sorore mea merendo filios. Et hæc etiā interpretatio deducitur à לִּפְתָּחַל pethāl, id est filo retorto, & duplicato. Ipse verò Rabbi Selo, exponit, Conatibus multis conata sum cum sorore mea, vt essem æqualis illi: & hæc interpretatio deducitur à לִּפְתָּחַל pathāl, quod est, peruertere, subvertere: quod qui cum altero luctatur, (vt inquit Ra. Abra.) vt vincat, quærit subvertere alterum, vt rueret faciat illum. Et dixit, Dei: ac si dixerit: Quia ad honorem Dei dedi ancillam meam, vel quia Dominus adiuuit me in luctatione mea. Ad hæc referuntur ferè omnia quæcunque super nomine Neptalim, tam Græci, quā Latini tradiderunt: à quibus certe vix hucusq; exco-gitatum est Latinum aliquod nomen, quod Hebraici vim ad plenum explicet. Nam, si pro alia atque alia interpretatione Neptalim interpreter Colluctatitium, aut exoratum, aut coniunctum, & additum, aut controuersum, aut extortum, vel denique comparatum: nescio an satis adamuſſim Hebraicum Latino reddiderim. Sed tandem ex tantis alienæ linguæ salebris expediti ad vltiora procedamus. Attamen illud prius discutiamus, quomodo Rachel iactat se comparatam fuisse Liæ: & inualuisse in eam, cum hæc quatuor filijs regnaret: illa autem duos tantum, eosdemque ex ancilla haberet. soluitur hoc modo: quod Rachel pulchritudine sua frera, & amorem viri in se, quā in sororem multo maiorem experta, existimauit duobus illis filijs parem apud Iacob locum cum Lia esse habituram, vel potiùs priorem retenturam.

At sentiens Lia, quod parere desijisset, Celphamancillam suā marito tradidit.

Queritur, cum græue sit foeminarum vulgo vxori vxorem superinduci, quare Lia dedit ancillam suam in nouam quartam coniugem viro suo? Fortè, quia spiritu prophetico nouerat duodecim futuros esse Patriarchas: ex eorumque genere Christum nasciturum: optauit hoc vel illo modo plures sibi filios

filios comparare, si forte ex hoc vel illo tantus nepos nasceretur. Id quod summis votis fuit optandum, ei præsertim genti; quæ in futurum diuinam quandam expectationem porrigebat. Quid Iacob? Nempe accepit & hanc: & ne Liam contristaret: & vt ex hac etiam liberos sibi gigneret. Iam Patriarcha quatuor habet vxores: sed nullam illicite concupiuit. Ad vnam quippe, vt Augustini verbis vtat, accipiendam venerat: sed cum illi altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam dimisit, qua nesciens vsus fuerat in nocte, ne ludibrio eam videretur habuisse. & ex eo tempore, quoniā multiplicandæ posteritatis causa plures vxores lex nulla prohibebat; accepit etiam illam, cui vni iam futuri coniugij fidem fecerat. Quæ, cum esset sterilis, ancillam suam de qua filios ipsa susciperet, marito dedit. Quod etiam maior soror eius, quamuis peperisset, imitata, quoniā multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Iacob legitur petijſſe præter vnam: nec vsus pluribus, nisi gignendæ proliſ officio coniugali iure seruato: vt neq; hoc faceret, nisi vxores eius, id fieri, flagitassent, quæ corporis viri sui habebat legitimam facultatem. Stat & iterum idē Augustinus pro eodem Patriarcha dicens. Pro ingenti crimine obijciuntur Iacob quatuor vxores. sed, quoniam tunc mos erat, crimen non erat: nunc autem crimen est, quia mos non est. Alia sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Sed Iacob non contra naturam hoc fecit: quia non lasciuendi, sed gignendi causa, illis mulieribus utebatur: nec contra morem, quia illo tempore in illis terris hoc factitabatur: nec contra præceptum, quia nulla lege prohibebatur. Nunc verò legibus & moribus hoc non licet. Quæ duo, si quis contempserit, etiam si tantummodo causa generandi vtatur plurimis foeminis, peccat tamen & humanam violat societatem, cui necessaria est propagatio filiorum. Sed quia homines aliter se habent moribus, non possunt delectari, vxorū multitudine carentes non putant, haberi potuisse vxores multas, nisi concupiscentiæ carnalis flagrantia. Sed iam ad Celpham.

Qua post conceptum ædente filium, dixit: Felicititer.

Sensus est: quod postquam hæc ancilla concepit, peperitq; filium, eius domina exultans nouo partu dixit: Felicititer. & est subaudiendū, Euenit, hoc est, bene mihi successit, me maxi-

mo meo ancillam meam in vxorem dedisse: quandoquidem ex illa alium filium suscepi. Hieronymus: Vbi nos prosumus; In fortuna nā: & Græce dicitur ἐν τύχῃ, quæ potest euentus dici, in Hebræo habet בָּגָד bagad, quod Aquila interpretatur, Venit accinctio: nos autem dicere possumus in procinctu. Ba enim potest prepositionem In, sonare, & Euenit, verbū. Ab euentu ergo siue procinctu, qui Gad dicitur, Celphæ filius, Gad vocatus est. Addamus & nos בָּגָד bagad Hebræis significare exercitum: vnde fit Gad per apocopen, vt significet iuxta Aquilam precinctio-nem, id est, aciem militū. Nam & milites & exercitus dicuntur accincti & præcincti. Nato igitur filio, posuit Lia nomen Gad, id est, exercitum, quod filio quasi acie fuisset accincta. Deniq; potest Bagad accipi pro eo quod est, In fortuna, vel Venit fortuna. Gad enim nomen ponitur apud Esaiam vbi nos legimus: Qui ponitis fortunæ mensam. Id quod maxime facit ad translationem nostrā, in qua est, Felicititer, scilicet euenit; vel felicitas venit. Qui autem hoc loco huius vocis occasione de astrorum vi differunt, non satis pie philosophantur. Quoniam mysteria, quæ priuato quodā Dei nutu disponuntur, qualia hæc proculdubio sunt, quæ ad benedictiones diuinitus prædictas attinent, nullatenus sub astrorū legibus cōcluduntur. Hinc Dñs per Hieremiam eiusmodi philosophiā, imò inanē fallaciā à sui cultoribus abalienaturus inquit: A signis cœli nolite timere, quæ gentes timent. Peperitq; Celpha alterum filium. Dixitq; Lia: Hoc pro beatitudine mea. beatam quippe me dicent mulieres. propterea appellauit eum Afer.

Diuitiæ. Hieronymus: Malè hoc loco in quibusdam codicibus post Afer additæ sunt Diuitiæ, id est, πλοῦτος, plutos, cū etymologia nominis Afer Scripturæ autoritate pandatur dicentis: Beata ego sum, & beatificat me mulieres. Sic enim habet Septuaginta. & ab eo quod beata dicatur ab hominibus, filium suum beatum vocauerit אָפֶר, Afer. Afer ergo non diuitiæ, sed beatus dicitur dumtaxat in præfenti loco. Nam alijs in locis secundum verbi ambiguitatem possunt & diuitiæ sic vocari. Vides, quomodo natos ex ancillis dominæ proprijs habebat, eisq; nomina imponebat, nec non ob filios ex ancillis susceptos felices

Hieron.

Esai. 65.

Hiere. 10.

Hieron.

& beatas sese prædicabant. Merito enim suos ducebant, quod à marito suo in ancillis, velut in ipsarum aruis, facti fuerint, & exorti. sed hac in parte quanto iustius, ampliusque, sese foelicissimum & beatissimum existimare potuit sanctus Ioseph Deiparæ virginis sponsus, quod in ipsius virginis aluo, velut in eius aruo, de Spiritu sancto filius altissimi conceptus, natusque fuit? Siquidem re vera beatissima virgogxor erat sancti Ioseph: ideoque habebat in eam ille coniugale ius, non tamen corporis eius usum intercedente virginitatis vtrinq; voto, & ingenti mysterio illum prohibente.

Egressus autem Ruben tempore messis triticæ in agrum, reperit mandragoras, quas detulit matri suæ.

Pro eo, quod est Hebraicæ דודאים dudaim, hoc est, mandragoras, Septuaginta verterunt μάλα καὶ μανδραγόρου, mala mandragoræ, ut quod de toto fructice dictum sit, ipsi ad fructum eius retulerint. Sunt enim in mandragoris, teste

Dioscor.

Dioscoride, mala inter folia sita: sunt & ipsa folia: radices quoque ternæ vel binæ cuiusque caulibus, eaqueque mutuis complexibus coniunguntur non puero dissimiles, humanam enim habent effigiem, eo quod & capite porriguntur & manibus videntur extensæ. proditum est à medicis, hanc herbam menstrua ciere, vuluamque muliebrem ad conceptum mirifice accommodare. de qua & Auicena libro secundo capite De iatro, quam mandragoram vocat, eadem tradit: Odore quoque mandragoræ sunt commendabiles. Propterea in Canticis dicitur: Mandragoræ dederunt odorem. Rachel igitur cum primam vidit in manibus Lia mandragoras, eas appetiuit, vel ob odoris suavitatem, vel aspectus pulchritudinem, vel quod vero similis est, propter vim illam gignendi, quam mulieribus non omnino sterilibus addunt.

Auicena

Dixitque Rachel. Nempe sterilis fecundæ. Da mihi partem de mandragoris filij tui.

Cant. 7.

Petitionem Rachel temperavit, ut haud totas mandragoras, sed earum aliquam solum partem postularet, scilicet ut petentis modestia facilem ad liberalitatem aditum apud fororem inueniret. Morale enim est illud Catonis.

Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum.

Nam stultum est petere, quod possit iure negari.

At vero Lia foeminea quadam æmulatione percita acerbius quidem, sed præterita iustæ indignationis causa respondit.

Parum ne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris?

Putarim equidem Liam primas apud Iacob partes velle sibi vendicare: quod cum ea prius quam cum altera communis maritus matrimonium consummarit. deinde, quod Iacob septennia seruitutis suæ commutasse videtur: ut prius illud in suppositam sibi Liam cesserit, in expetitam Rachelem alterum. At vero, cum ille libentius & diutius apud Rachelem, quam Liam diuersaretur, primatum in virum preceptum sibi valde dolens, quaeritur: fororisque petitionem indignata rejicit. Vides ne, quam graue malum sit zelotypia, & ut muliebres mentes transuersas agat: & in iram, furoremque adigat, nec ea affectio eandem semper agitat. Inter has enim duas uxores, quas uis sorores, huc & illuc transibat, & nunc hæc, nunc illa infenso zelotypiæ affectu impugnabatur, & veluti infesto quodam ariete quatiebatur. Cæterum Rachel nihil pro tempore de primatu contendens, sed ut mandragoris optatis potiretur: hac vice forori indulgens Ait: Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui.

Hinc constat, quanto propensior erat Iacob in Rachelem, quam in Liam: cum hæc ab illa unam quoque noctem emerit.

Redeuntique ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, et ait: Ad me intrabis, quia mercede conduxisti te pro mandragoris filij mei.

Habebant ergo distincta tabernacula uxores Iacob, nempe una quælibet suum. Alternos autem viri sancti cum alia atque alia uxore congressus diuus Augustinus scribens contra Faustum Manichæum ab omni turpitudine in hæc verba defendit. Nulla enim ancillarum virum Iacob ab altera rapuit: nulla de illius concubitu cum altera litigauit. Ideo magis ordo erat, quia libido non erat: & tanto firmiter seruabantur coniugalis potestatis iura, quan-

August.

quato castius vitabatur carnis cupiditatis iniuria. Quod enim ab uxore conduceitur, ibi vera nostra manifestatur assertio. Ibi pro se aduersum maledicta Manichæorum, ipsa veritas clamat. Quid enim opus erat, ut eum altera conduceret, nisi quia ordo alterius erat, ut ad eam maritus intraret? Neque enim ad aliam unquam accessisset, nisi eum conduxisset: sed utique iustis ad eam vicibus accedebat, de qua tot filios procreauerat, & cui obedierat, ut etiam de ancilla procrearet, & de qua postea non conducente procreauit. Sed tunc Rachel noctem habebat in ordine, ut maneret cum viro, tunc penes eam potestas illa erat, de qua Apostolus, vox certe Noui testamenti, non tacuit dicens: Similiter & vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Ideo iam cum forore erat, cui facta debitor, eam traderet ad debitorem suum. Nam hoc nomine id appellat Apostolus: Vxori enim, inquit, vir debitum reddat. Cui ergo vir debitor erat, iam acceperat à forore, quod elegerat voluntate, ut ei daret, quod habebat in voluntate. Hic vero ille, quem Faustus tamquam impudicum clausis vel potius extinctis oculis criminatur, si concupiscentiæ, non iustitiæ seruus esset, nonne per totum diem in voluptatem illius noctis æstuarer, qui erat cum pulchriore cubiturus, quam certe amplius diligebat, & pro qua bis septenarium annorum laborum gratuitum impenderat. Quum ergo iam die peracto in eius iret amplexus: quando inde auerteretur: si talis esset, qualis Manichæi nihil intelligentes opinantur: nonne placito contempto mulierum, intraret potius ad speciosam, quam illi noctem ipsam non solum coniugis more, verum etiam ordinis iure debebat? vteretur potius ipse potestate maritali: quia & vxor non habet potestatem sui corporis, & pro eo tunc seruitutis illarum vicissitudo fiebat. coniugali ergo potestate multo vincibilis vteretur, si formæ desiderio vinceretur: sed eo mitiores foeminae inuenirentur, si ille pro concipiendis filiis: ipse autem pro concubitu suo & voluptate certaret. Itaque vir temperatissimus, ut plane vir: quia tam viriliter foeminis utebatur, ut delectationi carnali non subijceretur, sed dominaretur: magis quid deberet, quam quid ei debebatur, attendit: Nec ad propriam voluntatem sua potestate abuti voluit: sed illius debitor reditor, quam exactor esse maluit. Unde & consequens erat, ut ei debitum redderet, quam pro se, ut id acciperet illa, cui debebatur, elegerat. Quo earum beneplacito comperto, pa-

i. corin. 7

ibidem.

quoque, quum repente atque inopinate à pulcherrima coniuge reuocaretur, non ira incanduit, non tristitia nubilatus est, non eneruiter blâdus, ut sibi potius Rachel noctem redderet, inter ambas satagit: sed maritus iustus & prouidus pater cum illas curam prolis agere videret, & ipse nihil aliud de concubitu quaereret, earum voluntati obtentam dū iudicauit, que sibi sigillatim filios optabat, sibi nihil imminui, cui ambæ pariebant. tanquam diceret: Vobis inter vos, ut vultis, cedite atque concedite, quænam vestrum fiat magis mater. Ego quid contendam? quando siue inde siue inde, nascetur non erit alius pater. Hæc profecto modestia, hæc concupiscentiæ coercitatio, & in commixtione corporum coniugaliu solum appetitum posteritatis humanæ, ut erat acutus Faustus, in illis literis & intelligeret & laudaret, nisi eius ingenium detestabili secta deprauatum, & quid reprehenderet, quaereret, & unam nuptialis copulationis honestatem, matris & foeminae, quali berorum procreandorum causa copulatur, crimen maximum reputaret. Denique Iacob

Dormiuit cum ea nocte illa: & exaudiuit Deus preces eius: & concepit, & peperit filium quintum. Hinc manifeste liquet, haud impotentem libidine, sed perhonesto liberorum habendorum desiderio Liam à Rachele noctem illam emisse. Siquidem optimus rerum pater: & eius preces exaudiuit, & nouum ei filium gignendum concessit. Et ait.

Non dubium quin Lia.

Dedit Deus mercedem mihi: quia dedi ancillam meam viro meo.

Ex hoc ite loco clare colligitur, quod non iniqua prorsus æmulatione Lia Celpham ancillam suam in uxorem marito suo tradiderat: sed vehementer exoptas, ut vel in filio ab ancilla sua edito benedicti seminis particeps fieret. Huic sane exemplum non inutile accipi potuit, ut quæ mulieres steriles sint, expositos infantes sibi nutriendos assumant, ut tali pietate fecunditatem ab optimo spirituum parente facile promereantur: ut & hac ratione in eis compleatur illud, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Matth. 23.

Appellauitque nomen eius Isachar.

Hieronymus. Etymologia: huius nominis Septuaginta interpretes ediderunt: Est merces. Non utique, ut plerique, addito pronomine,

Hieron.

Is; male legunt. Existimandum est ita scriptum esse, quod is est merces: sed totum nomen interpretatur: Est merces. *W*ies quippe dicitur, Est. & *שכר* sachar merces. Hoc autem ideo, quia mandragoris filij Ruben, introitum, qui Racheli debebatur, ad se viri emerit. At ipsa Lia eam mercedem non pro mandragorarum pretio, sed pro merito, quo officio Celpham ancillam viro suo tradiderit, se recepisse testatur. Nam licet noctem à Rachel mandragoris emerit, conceptum tamen ab ipso Deo pietatis officio promeruit.

Rursum Lia concipiens peperit sextum filium & ait: Dedit mihi Deus dote bona etiam hac vice.

Summas enim diuitias, maximamque dotem prisci putabant esse, filiorum copiam. Et quidem merito. Nam susceptis liberis parentes præclare secum agi censent, tum quia tam matres, quam patres pretiosissimam dotem nullo pretio comparandam liberos existimant, tum quia in eis paratissimum habent præsidium. filiorum enim est parentum indigentibus subuenire, & quod vulgo dicitur, Recongiari. Omitto, quod non modo parentum memoria suis in filiis longius protelatur: sed etiam ipsi parentes in superstitibus liberis, quamuis mortui, quodam modo viuunt, iuxta illud, Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. reliquit enim filium similem sibi. Denique, intima & maxime conficta viri & uxoris charitas, atque indissolubile inter eos societatis, conuictusque, vinculum communes utriusque sunt filij, dicente Lia.

Mecum erit maritus meus: eod quod genuerim ei sex filios. Et idcirco appellauit nomen eius Zabulon.

Hieronymus. Vbi nos posuimus, Habitauit mecum, & Septuaginta interpretati sunt. Diliget me, in Hebræo habetur *יזבלני* izbeleni. Et est sensus. Quia sex filios genui Iacob, propterea iam secura sum: habitabit enim mecum vir meus. Vnde & filius meus vocatur Habitaculum. Male igitur & violenter in libro nominum, Zabulon filius noctis interpretatur, Post quem peperit filiam nomine Dinam.

Hieronymus. Dinam transfertur in causam, quam significantius Græci *δυναμις* vocant, iurgij

enim in Sychimis causa fuit. Attende pie lector, quod in Dinæ conceptu nulla ad Deum precatio funditur: nulla in partu gratiarum actio illi agitur: nulla fauorabilis nominis impositio interpretatio explicatur. vnu tantum natæ nomen quod taceri non poterat, exprimitur. Idque, rale, quo innueretur eam futuram in causa ut Sychimorum ciuitas deleteretur, ac subinde patris ipsius domus aboleretur, nisi Deus ipse hostium impetum occulta vi repressisset. Præterea nata Dina iuxta historiam nulla parentum eius exultatio narratur, præfatio quodam, ut reor, stupri futuri Scriptura tacente: sed etiam nulla lætitiæ signa in eiusdem natali produnt: sed mirum historie sacræ silentium: forsitan, quia in Diuinis scripturis, femina ad carnis defectus potius quam ad spirituales profectus referri solet, iuxta illud Sapientis: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier. & Esaias principibus populi sui dat probro, quod feminae dominantur eis. & Apostolus vetat feminam dominari in virum. Denique, cum masculæ victricis in sacrificijs sæpe sacrificaretur, femina hostia tantum semel offerebatur, ut iam inde discas velut è singulari quodam mysterio beatissimam virginem Deiparam inter omnes Adæ filias summo Deo fuisse consecratam.

Recordatus quoque est Dominus Rachelis: exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius.

Quomodo recordatur, qui semper in prospectu cuncta tenet? Deus enim omnia quæ sunt, quæ fuerunt, quæ mox futura trahantur, æterno & præsentissimo, semperque, vigili intuitu speculatur, videtque. Omnia, inquit, aperta & nuda sunt oculis eius. Audi dilecte. Non recordatur Deus obliuorum, id enim humanæ infirmitatis, non diuinæ maiestatis esse constat. Nihilominus sicut Deus humana similitudine mortalium obliuisci dicitur, quando eos calamitatibus affligi sinit, aut afflictos non leuati: ita & illorum recordari dicitur, quando laborantibus opitulatur aut oppressos eripit. Hac nempe ratione Rachelis Dominus recordatus est, quam oblitus videbatur, sine eam, diuturna sterilitate laborare, & nimio filiorum desiderio in dies ægrescere, quando eam exaudiuit. Quid est. Exaudiuit? nisi precati, quod petebatur, dedit? Exaudiuit ergo Dominus Rachel, quoniam vuluam eius aperuit, id est, concipiendi vim ei natura negatum sua gratia donauit. Cuncta enim erga illam Dominus summa bonitate disponebat.

Namque;

Namque; diuini muneris fuit, quod olim à viro suo responso grauissimo fuerit repulsa, & admonita, ne ab homine, sed à naturæ Dño habēdos liberos quæreret: sed; totam ad exorandum pijs precibus Deum pro obtinenda desiderata ple cōuerteret. Muneris quoque; diuini fuit eandem adeo molestè, piè & instanter Deum orasse, quod ab illo desideratissimam concipiendi vim exorauit. Nec dubium quin Iacob, cum esset vir bonus Dñm quoque; pro obtinenda dilectissimæ vxoris fecunditate summis votis precatus sit: ac subinde precante viro iusto vxor eius exaudita fuerit, quæadmodum illa Chananæa fide in signis comprecantibus Apostolis filia suæ salutem à Domino obtinuit. Nam; sicut scriptum est: Multum valet oratio iusti assidua. Enimvero non sine causa Iacob precatio taceret, Rachelis autem aperte insinuat. Videlicet, ut vel hinc coniter, quantum oratio propria præstet alienæ. Nam, quamuis precibus adiuuemur alienis, nisi nostris conspiremus, valde raro expetita consequemur.

Quæ cōcepit, & peperit filium dicens: Abstulit Deus opprobrium meum.

Id est, soluit sterilitatem, liberauit me & idoneam fecit ad procreandum filios vuluam & liberam me fecit ab opprobrio meo. Sterilitatem ideo opprobrium appellauit, quia olim sterilitas ignominia non parua tribuebatur: idque; multis de causis: tum, quia illa lege casebatur, Non erit in te sterilis: tum, quia in sterili generis humani, ppagatio cessat omnino: & populi Dei multiplicatio ea parte sistebat: & quod potissimum est, auferebatur sterili tota spes propagandi posteros, ex quibus, aut Messias nasceretur, aut certe qui præsentem viderent, & prædicantem audiret. Nam et his caruisse nonnulla erat infelicitatis portio. si quidem ipse Dominus Iesus se videntes, audientesque; beatos asseruit, dicens: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Amen dico vobis, quod multi reges & prophetae voluerunt videre, quæ vos videtis: & audire, quæ vos auditis: & non audierunt. Denique; sicut in benedictionem fecunditas, ita in maledictionem sterilitas referebatur. Dixit itaque; Deum abstulisse eius opprobrium, eod quod, velut ex patulo, sterilitatis suæ nuditatem, atque; turpitudinem longe, lateque; diffamatam subinducta fecunditate in abditum locum contraxerit: eandemque; pulchra prole contexerit: sicut;

reconduntur eorum opprobria de quibus in psalmo dicitur, Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum testata sunt peccata. Idem enim verbum *אָפָה* açaph in hoc & in illo loco ponitur: quod auferre & subtrahere & abscondere significat.

Et vocauit nomen illius Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.

Ab eo enim quod alterum addi sibi mater optauit, à verbo *יָסַף* iacaph, quod addere & augere significat, Ioseph vocatur augmentum. Quæritur, cur nato Ioseph Rachel alterum tantum filium, & non plures addi sibi optarit? An quia Spiritu sancto docente didicerat duodecim tantum futuros esse Iacob filios, cum vndecim iam nati fuerant, alterum tantum, id est duodecimum expetiuit, quod factus quoque; Apostolorum Christi numerus & præfiguraretur & concluderetur? An quia modestiæ sanctorum est, eorum petitioni, quæ per se sancta non sunt, modum quandam præscribere, ne forte illa temere petendo, aliquando, aut superflua, aut nocitura sibi petant, aut quæ consequutos potius pietatem impediāt, quam ad eam promoueant? Seruauit & hanc petendi mensuram sapientissima Christi mater, quando in nuptiis ab omnipotente filio suo minime plurimam vini copiam ab eo poposcit, sed mirabili temperamento illius defectum declarauit dicens: Vinum non habent. Reliquit enim piensissima mater Dei filio arbitrium id tantum præstare, quod sibi magis è re futurum centeret. Iusti quoque; idem modestiæ genus petendo seruare soliti sunt, in his etiam, ad quæ proximis vel præbenda, vel petenda charitas ipsa vocat. Quemadmodum patriarcha ille Abraham à Deo veniam Sodomæ precatus, vbi ad numerum denarium precando peruenit, inferius descendere reueritus fuit. Sic et Iacob tantum modo patrem ad manducandum & vestem ad induendum, haud ingentes cressi diuitias, non opulenta Cyri regna sibi postulauit, tanquam iam illud Apostolicum meditaretur: Habentes alimmenta & quibus regamur, his contenti sumus. Iam verò post filiorum, parentum quoque; exponenda sunt nomina. Iacob interpretatur, supplantator: Rachel ouis: Lia, laborans: Bala, inueterata: Celpha, stillatio. Quomodo autem Christus intra vnā sanctam Ecclesiam Catholicam, quæ est mater nostra ex quatuor, velut vxoribus, alios atque; alios filios generet

*Psalm. 31.*

*Ioan. 2.*

*sup. c. 18.*

*sup. c. 28.*

*I. Cor. 6.*



neret scitu iucundum est & vtile, quosdam enim, velut ex Lia, in vitam gignit actuosam atq; negotiosam vtilitatibus communibus in Christo incumbentem: alios ad puritatem mentis obseruandam, & ad rerum diuinarum speculationem, tanquam è Rachele profert: alios ex altera vel altera ancilla, qui vel actiue, vel contemplatiue vitæ pietatem præsent, cum tamen ob ruditatis simplicitatē vtriusq; virtutem intellectu non tam satis comprehendant, quam affectu complectuntur. Cæterum hæc mysteria adeo exacte, adeoque copiose Aurelius Augustinus pertractat: vt aut temeritatis sit velle innouare illa, aut superuacaneum & operosum huc ea è sexto contra Faustam libro transferre, idq; nobis præcipue, qui sensum in hoc opere literarium in primis prosequimur. Propterea sit quoque nobis satis, locū notasse, in quo idem autor tractatu vndecimo super Ioannē docet, ex hoc quadruplici Patriarchæ coniugio, qualiter in Christi baptisinate quadrisariam homines regenerantur: quidam, videlicet, ex bonis boni: alij à malis mali: alij de bonis mali: alij è malis boni, cum tamen vnus sit sacramenti autor Christus, qui sanctificat omnes eos in quibus contrariæ voluntatis obicem non offendit. Enimvero vir iustus, vbi vidit manifestam Dei in se prouidentiam, & illius promissiones in opus egressas, iis sibi diuinitus donatis de reditu in Chananzam regionem cogitare coepit, & cum focero suo agere. Hoc enim est quod sequitur.

Ioan. 3.

Nato autem Ioseph dixit Iacob focero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam meam, & ad terram meam.

Notandum, prius natum fuisse Ioseph, quam Iacob à Laban sui dimissionem posceret, vt intelligamus, eo nondum nato, id ipsum Iacob aggredi ausum non fuisse. nam si post Ioseph natales additisq; supra quatordecim aliis quator seruitutis annis, idem tentare timuit, ne Laban ei vxores auferret (eo enim metu percussus tãdem ignaro focero decessit) quanto magis ante dilectissimæ Rachelis partum id metuere debuit? At verò, cum natiuitate Ioseph agnouit Iacob Rachelis animum esse sibi penitens cõglutinatum: idq; adeo, vt abeuntē illa spõte comitaretur: opportune admodum de profectioe eum vxorū suarū patre negotiari incoepit, dicens: Dimitte me, vt reuertar in patriam meam, & terram meam.

Natale quippe solum patria dicitur: quod cum patre ad filiorum generatione n. conspiret. Hinc Porphyrius vere dixit, Patriam genus quoddam esse productiuum, & cõseruatiuum eorū, quæ in ea oriuntur. Videmus enim manifestè, sic disponente vniuersorum cõditore ex alio atq; alio cœlestiū orbiū, astrorumque aspectu & influxu, regiones varias varia germinare. Nec em̄ quælibet terræ omnia ferre possunt: & quæ regio quæq; prorulerit, fortius seruat. cuncta enim potius sibi cognatis, quam alienis fulciuntur. Nec illud prætereundū, vocare illū peregrinatoriā sibi, patribusq; suis terrā, suam ipsius patriam: vel quod in ea natus sit, atq; nutritus: vel potius, quod è diuina pmissione eā terram possessurus esset: sicut è cõtrario maiorū suorū patriam peregrinationis suæ terrā vocabit inferiūs eū dicit: Apud Labā peregrinatus sum, eod quod nō essent eā eorū minores hæreditate possessuri. Hinc & Apostolus iustos quoslibet, quāuis in hoc terrarum orbe natos, peregrinos appellat, tãquā nō agnoscentes hanc terrenā suā patriam: qui cœlestem perpetuo habituros sperent: Nō, inquit, habemus hic patriam permanentem: sed futurā inquirimus, & expectamus. Dein: de Iacob petita abeundi facultate adiecit.

Hebr. 11.

Da mihi vxores & liberos meos p quibus seruiui tibi: vt ab eā.

Ergo iam totos quatordecim seruitutis annos apud Labā Iacob exegerat: exactoq; tãte seruitutis tpe, par erat, fidum studiosumq; ministrū, vxores filiosq; suos tollere, & quod vellet abire. Nec erat cur paratē inde profiscisci Laban apud se retineret. Verū, quia gener erat mansuetudine & vrbānitate insignis, vt focero profectioem suā persuadeat, in medium affert seruitutem, quam ei seruierat, eamq; refert, sedulam, diuturnam, & vt sibi laboriosissimam, ita illi percommo- dam fuisse, valdeq; fructuosam: idque adeo fuisse manifestum, vt nulla tergiversatione negari possit. Dixit enim:

Tu enim nosti seruitutem, quā seruiui tibi.

Magna quippe fiducia eum ipsum, qui mercedem esset redditurus, meritorum suorū testem inducit. O ter, quaterque beatum, qui bona conscientia fretus summo bonorum distributori dicere possit, Tu nosti seruitutem, quam seruiui tibi. videns autem multam iustitiam modestiam.

Ait

Ait ei Labā: Si inueni gratiam in conspectu tuo: experimento didici, quod benedixerit mihi Deus propter te: constitue mercedem tuam, quam dem tibi.

Plane gratiam is inuenit apud aliquē, cuius aut vita illi placet, aut talis ei videtur, cui beneficium vel debeat, vel impendere velit. Quod ergo Laban, inquit, talem habet sensum: Vtinam apud te gratus habear, tibi que ita sim acceptus (& per apostrophen tacuit, quod subaudiendum est) vt digneris mihi cõcedere, quod à te sum petiturus. Experimento, ait, didici, quod benedixit mihi Deus propter te. Verbum *קָנִי* in illo habet, ambiguum est apud Hebræos, & modò tentare, probare & experiri significat, quam significantiā sapienter diuus Hieronymus expressit interpretatus, Experimento didici: modò idē verbum denotat augurari, quod secuti Septuaginta dixerunt, *διωρισάμην δὲ* auguratus sum utiq;. Hunc sensum ex parte attigit Augustinus, attigit & Origenes: Nō est, inquit, augurium in Iacob. Laban autem, quod erat gentilis, quasi alienus ab institutis Iacob, locutus est. Et tūc est sensus, Vt auguratus sum, benedixit mihi Deus super te. Ergo secundū hanc significationem insinuat Laban, se certo quodammodo concepisse maiorem quãdam cognitionem, quã sola natura prestare posset de prosperitate ad Iacob præsentia diuinitus sibi adhibita, idq; non leui coniectura deprehendisse. Bndixit, ait, mihi Deus propter te. Admiratus iusti excellentiam, & agnosceus, quantam apud Deum gratiā habeat, ingenne fatetur, sese meritis eius pecoribus auctum fuisse, & velut pro suscepto beneficio gratias agens, offert ei reddendā mercedis optionem dicens: Constitue mercedē, quam reddam tibi. Rabanus. Ne videretur Laban, aut filias suas à se in dotatas ablegare, quod esset impietatis: aut generum tãta de se benemeritum debita mercede vacuum dimittere, quod esset inhumanitatis: optãdam sibi, velut mercenario cupiam, mercedem proposuit, dicens: Constitue mercedem tuā, quam dem tibi. Idem, licet subobscurius, Septuaginta *διξεν εἰλον τὸν μισθὸν σου*, distingue mercedem tuam. vbi Distingue pro Cõstitue positum est: sicut in Psalmo: Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, id est, constituerunt, vel potius decreuerunt, vel recensuerunt labia mea.

Hiero.

Augu.

Raban.

Psal. 65.

At ille respondit.

Gener videlicet focero:

Tu nosti, quomodo seruierim tibi, & quãta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti, antequã venirem: & nunc diues factus es: benedixitque tibi Dominus ad introitum meum.

Vides, quomodo hic iustus multa modestiã in auunculum à duobus declarauit, esse de eo benemeritum: & quod tanto studio, & fide omnia administrarit: quo paruus grex per eius vigilantiam & diligentiam in maximū numerum accreuerit: & quod ad aduētū suum Dns illi bndixerit. Et in hoc est animaduertendum, quod dixerat Laban: Benedixit mihi Dominus propter te, quasi meritis Iacob fuerit locupletatus. quod & si verū sit, Iacob autem modestius de se locutus, non dixit: Benedixit tibi Deus propter me: sed In introitu meo. Ac si dixerit: Non tam meis meritis, quã Dei bonitati tribuendum censeo, quod te abundantiore scetura ditauit, & me tibi cõmendabilem fecit. Hic est enim probatissimus iustorum mos: vt dictas eis laudes, quãuis optimo iure sibi debitas redditasque, in Deum ipsum statim referant, tanquã in precipuum cūctorum bonorum fontem. Hinc Luc. 1. & modestissima virgo Maria, cum ob diuinum cõceptum à sancta Elisabeth beata prædicaretur, illico totam tantę beatitudinis gloriam in ipsum Dõminum retulit dicens: Magnificat anima mea Dominum: & cætera. Porro pro eo quod Hieronymus transtulit, Ad introitum meum, in Hebreo est *אֶרְגְלִי אֶת פֶּדְיָאֵי לַעֲגָלִי*, ad pedem meum: & Septuaginta: *ἐπὶ τῷ ποδί μου*, in pede meo. Super quo Theodoritus. Clara, inquit, est sententia: pedem enim hic appellat præsentia. Super eodem & Augustinus. Quod Iacob dixit: Et benedixit te Dominus in pede meo, satis est aduertendum, & notandus Scripturarū sensus, ne cum ita quisq; locutus fuerit, quasi augurari videatur. Multum enim interest quod adiecit: Benedixit Dominus in pede meo. in ingressu enim meo voluit intelligi. Hinc gratias agens intulit.

Luc. 1.

Theodo.

Augu.

Iustum est igitur, vt provideã aliquando etiam domui meæ. Id est, vt iam in libertate verfer, & curam domus

mus

mus meæ habeam, remq; familiarem mihi constituam. Etenim è naturali iure hæc sententia deprompta est: quo quidem iure vir, quo ad id fieri iuste possit, & vxoribus suis consulere, & filiis commodas facultates comparare debet. Cui & Apostolica accedit auctoritas: Parentes debent thesaurizare filiis, nõ filij parentibus.

2. Cor. 12.

Dixitq; Laba: Quid dabo tibi? Sub audiendum est, pro labore præterito, nõ dum futuro. Pertendit enim Laban præposita mercedis optione Iacob ipsum adhuc penes se retinere.

At ille ait: Nihil volo.

Scilicet pro seruitio ante hac exacto. iã enim generi fetus gratia diuina molitur arte quadam, sed non improba, focerum interciperet, adiciens.

Sed si feceris, quod postulo: iterum pascam & custodiam pecora tua. Gyra omnes greges tuos: & separa cunctas oues varias, & sparso vellere: & quodcunq; fuluum, & maculosum, variumq; fuerit, tam in ouibus, quã in capris, erit merces mea. respondebitq; mihi cras iustitia mea, quãdo placiti tempus venerit corã te: & omnia quæ non fuerint varia, & maculosa, & rufa, tam in ouibus, quã in capris, furti me argues.

Hæc paraphrasis est, nec satis aperte Hebraicum sensum exprimit, quem tamẽ Hieronymus his verbis breuiter & conuenienter explicat. Multum, ait, apud Septuaginta confusus est sensus, & vsque in præsentem diem nullum potui inuenire nostrorum, qui ad liquidum, quid in hoc loco diceretur exponeret. Vis, inquit, Iacob, me seruire tibi etiam alios septem annos: fac quod postulo: separa omnes discolors & varias, tam oues, quã capras: & trade in manus filiorum tuorum: rursumq; ex utroq; grege alba & nigra pecora, idest, vnus coloris da mihi. si quid ergo ex albis & nigris, quæ vnus coloris sunt, varium natum fuerit, meum erit: si quid verò vnus coloris, tuum. rem non difficilem po-

stulo, tecum facit natura pecorum, vt alba ex albis, & nigra nascatur ex nigris, mecum erit iustitia mea, dum Deus humilitatem meam respicit, & laborem. Optionem Laban datã libenter arripuit: & ita vt Iacob postulauit, faciens, trium dierum iter inter Iacob & filios suos separauit. Ne quis ex vicinitate pecoris nasceretur dolus. Hoc em̄ est quod sequitur.

Dixitque Laban: Gratũ habeo: & separauit in die illo capras, & oues, & hircos, & arietes varios, & maculosos. cũtum autem gregem vnicolorem, idest albi & nigri velleris tradidit in manu filiorum suorum: & posuit spacium itineris triũ dierũ inter se & generum, qui pascebat reliquos greges eius. Tollẽs ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractisq; corticib⁹ in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra fuerant, viridia permãserunt, atq; in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalib⁹, vbi effundebatur aqua: vt cũ venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas: & in aspectu earum conciperent. factũque est, vt in ipso calore coitus, oues intuerentur virgas, & parerent maculosa & varia & diuerso colore respersa. Diuisitque gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum. Erant aut alba & nigra quæque Laban: cætera verò Iacob, separatis inter se gregibus.

gregibus. Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarũ ante oculos arietum & ouium, vt in earum concipatione conciperet. Quando verò ferotina admissura erat, & conceptus extremus: nõ ponebat eas. facta que sunt ea, quæ erant ferotina Laban: & quæ primi temporis Iacob. Diciturque est homo ultra modũ, & habuit greges multos: ancillas & seruos, camelos & asinos. Totam hanc pericopẽ perpetuo tenore ante legentium oculos posuimus, vt ei toti diui Hieronymi explanationem adscriberemus. Itaq; Iacob, inquit, nouam stropham cõmentus est, & contra naturam albi & nigri pecoris, naturali arte pugnauit. Tres enim virgas populeas & amygdalinas, & mali granati (quanquã Septuaginta styracinas, & nucinas, & plataninas habeant) ex parte decorticans, varium virgarum fecit colorem: vt vbi cunq; in virga corticem reliquisset, antiquus permaneret color. Vbi verò tulisset corticẽ, color candidus panderetur. O bseruabat ergo: & tempore quo ascẽdebantur pecora, & post calorem diei ad potandum auida pergebant, discolors virgas ponebat in canalib⁹: & admissis arietibus & hircis, in ipsa potandi auiditate oues, & capras faciebat ascendi: vt ex duplici desiderio, dum auidẽ bibunt, & ascenduntur à maribus, tales fetus conciperent, quales ymbas arietum & hircorũ desuper ascendentium in aquarum speculo cõtemplabantur: ex virgis enim in canalibus positis, varius erat etiam imaginum color. Nec mirum hanc in conceptu foeminarũ essenturam: vt quales perspexerint, siue mente cõceperint in extremo voluptatis estu, quæ concipiunt: talem sobolem procreent. cum hoc ipsum etiam in aquarum gregibus apud Hispanos dicatur fieri, & Quintilianus in ea cõtrouersia, in qua accusabatur marrona, quòd Æthiopem pepererit, pro defensione illius argumentetur, hanc conceptus esse naturam, quam suprà diximus. Et scriptum reperitur in libris Hippocratis, quòd quædam suspi-

Quinti-  
li.

Hippo-  
cras.

cione adulterij fuerat puniẽda cum pulcherrimum peperisset, vtq; parenti generiq; dissimilem: nisi memoratus medicus. soluisset quæstionem, monens, quærere, ne fortẽ talis pictura esset in cubiculo, qua inuenta mulier à suspicionẽ liberata est. Postquã autem nati fuerant hædi, & agni, varij & discolors ex albis & vnus coloris gregibus, separabat illos Iacob, & procul esse faciebat à pristino grege. Si qui autem nascebantur vnus coloris, siue albi, siue nigri, tradebat in manus filiorum Laban: & ponebat virgas, quas decorticauerat, in canalibus, quibus effundebantur aquæ: & veniebant ad potandum cõtra pecora, vt conciperent eo tempore cum venirent ad potandum: & concipiebant pecora contra virgas Iacob, virgas quas posuerat in canalibus pecoribus ad cõcipiendũ in eis: & in ferotinis ouibus non ponebat. Et fiebat ferotina Laban, & temporanea Iacob. Hoc in Septuaginta interpretibus non habetur, sed pro ferotinis & temporaneis, aliud nescio quid, quod ad sensum non pertinet, transfulerunt. Quòd autem dicit Scriptura, hoc est: Iacob prudens & callidus, iustitiam & equitatem etiam in noua arte seruabat. Si enim omnes agnos & hædos varios pecora procreassent, erat aliqua suspicio doli, & aperte huic rei Laban inuidus contraisset. Ergo ita omnia temperauit, vt & ipse fructum sui laboris acciperet: & Laban non penitus spoliaretur. Si quando oues & capræ primo tempore ascendebantur, quia melior vernus est fetus, ante ipsas ponebat virgas, vt varia soboles nasceretur. Quæcunq; autem oues & capræ serò quærebant mare, ante earũ oculos non ponebat, vt vnus coloris pecora nascerentur. Et quidquid primũ nascebatur, suum erat, quia discolor & variũ erat. quicquid postea, Laba. Vnius enim tam in albo, quã in nigro pecus coloris nascebatur. Vidisti ne dilecte, quã sapienter & eleganter hunc locum disertissimus autor euoluerit? Verũ arbitror non esse à nostro instituto prorsus alienum, si & nos tanti doctoris vestigia secuti quædam amplius exponenda repetamus. Idq; faciemus non vtq; reuocãtes ad originem Hebraicam totam hanc paraphrasim, sed quædam, quæ literam nostram lucidiorem multò facere possint, sedulo adnotãres. Ergo cũ Iacob, inquit, ipsi Laban: Gyromnes greges tuos: & separata cunctas oues varias & sparso vellere: varias quippe vocat, quæ duobus, aut tribus coloribus æquali feremagnitudine sunt distinctæ. aperfas autem vellere

vellere dicit habentes quasdam maculas super albo vel nigro dispersas. Inquit igitur gener socero, quod separet varias & maculosas sibi, ceterasq; vel totas albas, vel totas nigras in manibus ipsius Iacob pascendas relinquat, ex quibus quicquid fulvum vel varium vel maculosum fuerit natum, mercedi Iacob accedat. Eius autem quod sequitur, Respondebitq; mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te, ordo talis est. Quando placiti tempus aduenerit, respondebit mihi cras iustitia mea coram te. Placitum certe vocat pactum inter eos initum. tempus placiti futurum erat illud, in quo foetus iam adulti ablactandi forent, & in greges proprios cogendi: tunc, inquit, respondebit mihi iustitia mea, hoc est, merces mihi pro seruitio meo iuste reddenda meis meritis parerit, idq; te viuo & sentiente, nec ipsum summa aequitate fieri, te ipso minimè diffidente. Quoniam adeo euidentis erit iustitia mea, vt apertissime testetur, tibiq; persuadeat, famulatu meo deberi quidquid hac ratione ex futuris pecorum prouentibus mihi accesserit. Idq; ea lege cautum sit ac firmatum, quod & omnia, quae non fuerint varia & maculosa, & rufa, tã in ouibus, quàm in capris (hic subaudiendum est, Si apud me fuerint inuenta) postquam facta tẽpore placiti nouorum foetuum distributione vterq; nostrum sua tulerit, tunc furti me argues. Dixitq; Laban: Gratium habeo, quod petis. Accepta igitur cõditione negotium propositum confestim effectui demandauit: & separauit in die illo capras & oues, hircos & arietes varios & maculosos. Cunctum autem gregem vnicolorem, id est, albi & nigri velleris tradidit in manu filiorum suorum. Iste locus est proculdubio deprauatus vñdecunq; error acciderit. Nam superiori clausula constat, decretum fuisse, vt multicolores pecudes filiis Laban traderentur: vnicolores autem Iacobo. Repereda est igitur Scripturae veritas, vt Nicolaus ait ab Hebraica origine, vt sit lectio, Cunctum gregem in quo erat album, tradidit in manibus filiorum suorum: & dicitur pecus habere album: nõ quod toto corpore album esset: sed quod in vellere nigro albam maculam haberet. Videtur autem hic error euenisse ex eo, quod aliquis scriptor imperitus pro omni colore supposuerit vnicolorem. ac subinde aliquispiam indoctus expositor de suo perperã addiderit totum hoc, id est, Albi & nigri velleris, quod in Hebraeo non habetur. Quare conuincuta oratione legendum est, Et sepa-

rauit in die illo capras & oues, hircos & arietes, varios atq; maculosos, cunctum gregem in quo erat album: vt sit hoc vltimum, Cunctum gregem, in quo erat album, appositiue additum. deinde sequatur: Et dedit in manibus filiorum suorum: & posuit spatium itineris trium dierum inter se & generum, qui pascibat reliquos greges eius: videlicet, vel totos albos, vel totos nigras. Tantã verò spatij intercapedini locum dabat magnitudo camporum, pascuorumq; longe, lateq; porrecta, quod si hoc nimium tibi videtur, dietas accipe non hominum, sed ouium, quae sunt lãge breuiores. Tollens igitur Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis ex parte decorticauit eas: detractisq; corticibus in his, quae spoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quae integra fuerunt, viridia permanserunt: atq; in hũc modũ color factus est varius. Quis sit huius clausulae sensus clarius ex Hebraeo liquet, בְּהַרְבֵּי לְבָנוֹת לְבָנוֹת וְרַבְּעֵל כַּחֲשֵׁף הַלְבֵן אֶשְׂרַע־הַמִּקְלוֹת, id est, decorticauit in eis decorticatiles albi, quod erat super virgas. Innuitur enim Iacob virgas singulas ex parte tantum corticibus suis denudasse, quantum candor, qui intus esset, partim appareret, partim sub viridi cortice late-ret: vt quaedã ex albo & viridi singulis in virgis colorum varietas fieret. Igitur non putandum est virgarum alias fuisse omnino decorticas, alias cum toto cortice suo permansisse, sed singulas quatuorq; fuisse intercisim corticum parte denudatas, vt variegatae efficerentur. Id quod & Septuaginta quoq; extulerunt. Et denudans virorem, apparuit in virgis candor, quem decorticat varius: posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua, vt cum venissent greges ad bibendũ ante oculos haberent virgas, & in earum aspectu conciperent. Augustinus. Sed ad hanc rem, quam fecit Iacob virgarum ex diuersis arboribus triũ copulatio, quid contulerit vtilitatis, quoad attinet ad varias pecudes multiplicandas, nõ apparet omnino: nec aliquid ad hoc cõmodum interest, vtrũ ex vnus generis ligno varientur virgæ, an plura sint lignorum genera, cum sola quærat colorum varietas. ac p hoc cogit inquiri prophetiam, & aliquã figuratam locutionem res ista: quam sine dubio vt Propheta fecit Iacob. Et ideo nec fraudis arguedus est. Non enim tale aliquid sine reuelatione Spiritus sancti fecisse credendum est. Id quod mirabilis rei probauit euentus, quem sequens litera declarat. Factumque est vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, &

Augustinus

gas, & parerent maculosa & varia & diuerso colore resperfa. Nonne mirabile valde censendum est, è sola diuersicolorum virgarum apprehensione tantum in tot foetibus colorum varietatem euenisse? Hieronymus eiusmodi varietatem in naturalem præcipuè causam refert. Augustinus in superiorem quoq; virtutem referendam existimat. Et certe natura rerum fert, vt anima certis quibusdam qualitibus affecta, corpus, quod viuificat, vel eisdẽ, vel cognatis, vel similibus afficiat: sed in tam numeroso variorum pecorũ prouentu, arbitramur, non solum operationis fuisse diuinã hanc variandi artem, quamuis ex parte naturalem, ipsi Iacob fuisse per angelum ostensam, aut interiori aliqua illustratione inspiratam: sed etiam naturam ipsam ad id quod ipsa per se perficere non valebat, diuinã virtute fuisse promotã. Hoc ita se habere testatur diuus Chrysostomus dicẽs: hæc faciens iustus non à se ipso mouebatur, sed inspirate menti eius diuinã gratia, neq; iuxta naturã ordinem erat quod fiebat, sed valde admirabile, & naturã modum transcendens. Quare vero simile est, id diuinã potetia potius opus fuisse, quàm naturalis: quamuis & vtriusq; vt variè sanctorum doctorum ea de re sententia non omnino dissonent. Deniq; hoc viri iusti factõ docemur aperte, debere nos in rebus, nõ modò, quae naturalem vim superant: sed etiam in his, quae natura cõstare possunt humanis viribus, quatenus datur prouidenter vti, ne his neglectis, aut ociosis ab opere cessantes indigni reddamur auxilio Dei, qui conatibus alioqui nostris, modò, p bis, semper est prestõ, vt ad summam perueniant. Est & quod hinc ad coniugalem cautionem trahi possit. Nam si brutorum animalium foetus pro imaginum à gignẽtib; prosperatum diuersitate, varias formas induunt, humanã nimirum prudentia atque pietatis erit, quo parẽtes tempore gignendis liberis intendunt ea, quae pia sunt, & honesta cogitare, vt inde concepti filij genuina quaedam virtutum semina trahant. Hinc illud sapientis: O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Nam si flagitiosis affectibus, & ferinis cogitatibus infecti ad generandũ parentes accesserint, aut eisdem aut similibus maculis natorum corpora animasq; inficiet. Testatur & hoc idem Sapiens dicens: Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitia aduersus parentes in interrogatione sua. Diuisit quoq; gregẽ Iacob, & posuit virgas ante oculos arietum: erant autem

Sap. 4.

Ibidem.

alba, & quaeq; nigra, Laban: ceterã verò Iacob separatis inter se gregibus. Igitur, quãdo primo tempore ascendebantur oues; ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione conciperent: quando verò serotina admissura erat, non ponebat eas. Etenim prima admissum eo fiebat tẽpore, ex quo emẽsis diebus, quibus ouium caprarumq; foetus in earum aluo gestatur, primo vere agni, hædiq; nascerentur. Serotina autem admissura erat, quae fiebat eo tẽpore, quo foetus vltimo vere aderentur. factaq; sunt, quae erant serotina, Laban: & quae primi temporis, Iacob. Nec dubium, quin primi tẽporis foetus aliis essent multò potiores: quoniam toto vere humidi calidiq; temperie fruebantur, quae nouis foetibus plurimum fauet. Nam serotini mox à partu æstatis ardoribus exceptis contractiores efficiuntur & macilentiores. Hac demum arte, dicitur homo vltra modũ: & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos. Dices. Vnde illi camelorum, asinorumq; armenta? Inde protulubio, vnde ancillae atq; serui. Nam minorum gregum distractarum pretio, mancipia armenta; sibi comparabat, vt integram sibi rem familiarem cõstitueret. Tandem nemo putet, quam gener socero fraudem fecit, aut iniquam, aut improbam fuisse: quoniam licuit homini iusto eiusmodi arte, debita, quae illi minime reddebantur, sibi vendicare, præsertim ab homine, qui dolis ipsum iniustissimis opprimebat. Vide quanta fuerit huius iusti oppressio. Pulchram expetiuit, illi foeda supposita fuit; compellitur & in dotatam accipere, quae ingenti dote, vt despicabilis, esset cuius intrudeda: cogitur & pro eadem alios septem dispendere annos. Præmebatur & p Rachele sibi gratissima, quod septennio seruitio empta absq; debita dote esset duceda. Dices. Prouocare debuit iudicem, cuius auctoritate merces & dotes sibi redderentur. Sed non erat iudex alius præter socerum iusti oppressorem. Laban enim eo in oppido solus rerum potiebatur. Ad hoc nõ est ea de re iniustitia Iacob arguendus, quia eo modo non fuerunt greges Laban immuniti, sed mirifice aucti Deo id agente, vt tam mirabili & insperato rerum prouentu, tum Laban in Deum impietas, & in generum iniuria prouideretur: tum Iacob in ipsum Deum pietas, & in socerum sedulitas probaretur. Augustinus item Iacob innocentiam tuetur his verbis. Quod autem ad iustitiã pertinet, Iacob non ponebat

ponebat virgas in secundo conceptu ouium: ne ipse auferret omnes foetus, quod iniquum foret. Imò forte putandum est, in priori foetura, sic eum virgarum dispositionem temperasse, vt nonnulli foetus egerentur minime variegati: & in posteriori quaedam illarum reponeret, vt aliqui vario colore nascerentur, ne hoc temperamento intercedere fraus deprehenderetur, alioqui dolo deprehensio, focer in generum impotenter nimis incaduisset. Deniq; hac via completum est id, quod Iacob inter paciscendum diuino spiritu afflatus praedixerat, Et respondebit mihi cras iustitia mea. Namq; in tantum hoc verum fuit, vt non solum fuerit iusta illi reddita merces

pro seruitute, quam seruauit post foedus de gregum varietate percussum, quam tantummodo Iacob ipse poposcerat: sed ea quoque omnia redderentur ei, quae p superiores quatuordecim annos promeritus fuerat. Deò enim autore cunctae iusti huius res disponebantur. Enimvero, quam suaves & salubres mysteriorum nuclei sub decorticatis trium arborum virgis lateant, apud Magnum Gregorium, aliosq; spiritalis intelligentiae principes explicatos inuenies. Nos ad explicandam inuidiam, & ingratitude filiorum Laban, quam in hominem beneficentissimum exercuerunt, transitum facimus. Sequitur enim.

### Caput trigessimum primum.

Postquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia, quae fuerunt patris nostri, & illius facultate ditatus, factus est inclytus: animaduertit quoq; faciem Laban, quod non esset circa se, sicut heri & nudius tertius: maximè dicente sibi Domino, Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.

**T**Ria profecto hoc in capite narrantur, quae virum iustum compulerunt socerum suum relinquere, patriamq; suam iam repetere: indignatio filiorum Laban, asperior soceri vultus, oraculumq; diuinum. In primis attende, quantum amarulentiae aduersus Iacob habeant verba filiorum Laban, qui non modò eum iusta mercede dignum non putarint, sed furti quoq; rapinæq; accusent. Tulit, inquit, Iacob omnia quae fuerunt patris nostri. Planè mentiuntur hæc. Non enim abstulit Iacob quicquam eorum, quae fuerant Laban, sed iuxta pactum dumtaxat, quae ad se pertinebant, iustissime accipiebat. Et quod addunt, Et illius facultate ditatus, factus est inclytus: hoc quoq; mentiuntur. nam licet numerosis ouium, caprarumq; soceri foetibus ditatus fuerit, non tamen illa de patris illorum substantia sibi vendicarat: sed quae pro foedere inter eos inito in laborum mercedem, coniugalesque do-

tes sibi debebantur, iustus exactor accipiebat. Inuidiose igitur, & stultè illi talia iactabant. nondum enim nouerant illud Sapientis: Seruus prudens dominabitur filio stulto. Nec mirum factum fuisse illum inclytum, idest, inopinabili rerum opulentia, copiosa admodum familia, & maxima autoritate gloriosum, qui strenuus valde iustitiae pietatisq; cultor erat atq; diuinitatis obseruatissimus. Tales enim viros solet Deus gloriosos maximè facere. sicut & ipse ad Samuelem dicit, Qui honorificauerit me, glorificabo eum: & qui me contemnunt, erunt ignobiles. Secundum autem quod Iacob sollicitauit, erat: animaduertisse faciem Laban non esse circa se lætam, ac benignam, qualem antea nouerat. Et quidem Heri & nudius tertius, familiarissima est in Scripturis locutio, pro tempore praeterito: sicut Cras pro futuro frequenter usurpatur. Faciem praeterea pro vultu posuit. nam facies naturalis

naturalis est, & eadem forma manet: vultus autem pro varijs affectibus mutatur: vnde & à voluendo nomen habet. Quòd igitur inquit tale est: Quando foetus ouium superioribus annis plurimi Laban addebantur, eiq; soli generi labor defudabat: tanto gregum incremento Laban lætus agebat, hilariq; vultu generum suum aspiciebat: arridebat enim ministro sibi maxime frugi. At vbi vidit generi res, indies etiam atq; etià crescere, nec potuisse se alternatis crebro pactis cohibere, quin supra modum augeretur, fieretque ipso opulentior, & gloriosior haberetur, simul & filiorum suorum querelis stimulatus: maxime doluit, ægerumq; animo tulit, prosperitatem eius, cui vt pote filiarum suarum marito prospere agenti adgratulati plurimum debuit: tantumq; creuit in eius corde liuoris tabes: sic totum pestifer hic morbus occupauit: vt eam, qua furebat amarulentiam, intra sinuosi cordis latebras premere minime valuerit. quin illam acerbo admodum valdeq; tristi in generum vultu exterius proderet. Verumq; fuit in illo illud Elegiacum:

*Heu quàm difficile est, crimen non prode-  
re vultu:*

*Difficile est, æqua commoda mente pati.*

At Iacob cum vir esset sagacissimus, facile sensit animum soceri sui circa se peruersum, atque iam inde futurum sibi semper aduersum. Nec mirum id virum prudentissimum rescivisse. quoniam, sicut Ecclesiasticus testatur: Ex visu cognoscitur vir: & ab occurso faciei cognoscitur sensatus. amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Denique tertium erat id potissimum, propter quod Iacob abire vellet, diuinum præceptum: dicente sibi Domino: Reuertere in terram patrum tuorum, scilicet iam tempus instabat vt eum & diuitijs maximis locupletatum, & pulcherrimo filiorum choro auctum iuxta antiquam promissionem Deus in patriam suam reuocaret, tutumque reduceret. Quare optimum fuit huic, obtemperare Domino præcipienti: Reuertere in terram patrum tuorum. Verum ne putaret agere de terra in qua natus fuerat Abraham, additum est, Ad generationem tuam, idest, ad patriam in qua natus es. Fiebat & hoc modo, quod erat Iacob maxime expetendum, videlicet, vt esset perpetuus patrum suorum, tum obedientiam peregrinationis imitator: ac subinde e-uaderet inabdicabilis hæres benedictionis,

aut patrisque sui: quibus fuit maximæ curæ, nunquam redeundi in antiquam patriam, à qua semel egressos non amplius illuc redire Dominus præceperat. Vnde est illud Abrahamæ ad seruum Eliezer: Caue ne filium meum reducas illuc. quòd autem adiecit, Et ero tecum, eo pertinet: quòd omnem à corde Iacob metum procul excluderet: cœlestique præsidio fretus, neque Laban, filiosque eius sibi inuidentes, neque prædones iter facièntibus infestos, neque fratrem olim ei necem minitantem metueret: adeoque securus concepta de Domino fiducia protectionem suam adornaret, vt iure posset illud insonare: Dominus mihi adiutor, & non timebo: quid faciat mihi homo? Aduertendum & illud, admonuisse Deum Iacob semet ei præsidio futurum: si tamen ab hominis parum pij & iniqui consortio recederet. quod, si facere nolet, non ita ei præsentem fore Deum speraret. Neque id mirum. Cōtrahunt enim interdum pij ex impiorum conuictu nescio quid imperfecti, imò cuiusdam labis: quod sit eis impedimento, ne tam frequens, vt solet, illis Deus adsit. tale quid se pati, agnoscebat & lamentabatur Esaias propheta dicens: Heu mihi Domine, quia vir pollutus labijs ego sum: & in medio populi polluta labia habentis ego habitabo. Enimvero hæc, vt vir iustus audiuit à Deo, non fuit negligens, sed ad iter se accinxit.

Misit enim, inquit: & vocauit Rachel, & Liam in agrum, vbi erant greges.

Certus itaque abeundi Iacob uxores suas domus principes accersuit ad se, vt eis sententiam suam de approperanda profectioe declararet. Quod ille prudenter fecit. Nam nõ erat illi integrum reuentibus eis proficisci. De ancillis autem Bala & Celspha nulla hic facta est mentio: quoniam sui iuris non erant: nec dominarum fugam impedire poterant. Præponitur & in narrationis serie Rachel Liæ: tanquam verò magis dilecta, & in gubernanda domo altera multo præstantior. Vnde & in libro Ruth vicini Booz viri optimi, quamuis esset de tribu Iuda, ac perinde de Liæ genere, attamen antiquæ prælaturæ memores cum bene precarentur Ruth no- uæ nuptæ, Rachelem ipsi Liæ prætulerunt, dicentes, faciat Dominus Ruth, sicut Rachelem & Liam. Nec id mirum, cum re vera hic vir vnam tantummodò Rachelem sibi

Supra

Psal. 55.

Esa. 6.

Ruth. 4.



ducendā ex toto corde voluerit, cæteras omnes, velut subditiças penè inuitus acceperit. Hinc euenit, vt in Paralipomenis, cūm recē sentur filij Iacob, peruentum que esset ad Rachelē scriptor expresse dixit: Rachelē vxorem Iacob: insinuans illam inter cæteras egregiam peculiari quadam ratione illius vxorem. Denique Iacob vxores suas in agrum vbi greges pascebantur, educendas curauit: vt ibidem cū eis tanta de re sermonem liberius faceret: patrisque earum in se odium, & Dei iussionem significaret.

Dixitque eis: Video faciem patris vestri, quod nō sit erga me, sicut heri & nudius tertius. De<sup>o</sup> autem patris mei fuit mecum. Et ipsæ nostis, quod totis viribus meis seruiet patri vestro sed pater vester circūuenit me decem vicibus.

Notandum, vel quod decem dixit pro multis, vel si decem vices ad præscriptum numerum accipiendæ sunt, audiendus est Hieronymus. Denique, ait, ex consequentibus hic magis sensus probatur, quod per singulos fœtus semper Laban conditionem mutauerit: si videbat varium nasci pecus, post fœtum dicebat, Volo vt in futurum mihi varia nascatur. rursum cūm vidisset vnus coloris nasci pecora (Iacob quippe hoc audito, virgas in canalibus non ponebat) dicebat, vt futuros fœtus vnus coloris sibi pecora procrearent: Et quid plura? Vsq̄ue ad vices decem semper à Laban pecoris sui, siue Iacob mutata conditio est. Et quodcunque sibi proposuerat, vt nasceretur, in colorem contrarium vertebatur. Ne cui autem in sex annis decem pariedi vices incredibiles videantur, lege Virgilium, in quo dicitur: Bis grauidæ pecudes. Natura autem Italicarum ouium, & Mesopotamiæ vna esse traditur. Et addidit Iacob.

Et tamen non dimisit eum Deus, vt noceret mihi. Si quando dixit: Varię erūt mercedes tuæ: pariebant omnes varios fœtus. Quando verò è contrario ait,

Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt.

Hæc in superioribus minime sunt hoc ordine digesta: sed vt credantur ita fuisse facta, satis est hic ea demū referri. Multa enim Scriptura sacra, dū aliud agit, interim tacet: quæ, cūm tempus exigit, ad plenum refert. Sequitur.

Tulitque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi.

Non quod aliquid, quod ipsius Laban proprium esset ei sit ablatum, & traditum Iacob: sed quod gregum fœtus, qui alioqui ad Laban attinuissent, per pactum initum ipsius Iacob facti fuerint. Iam verò, vt gratus Deo manifestat, quomodo diuino reuelatu percepit artem qua fœcerum interciperet: & debitam sibi mercedem vendicaret.

Postquam enim,

Inquit, Conceptus ouium tempus aduenerat.

Habent enim oues certos anni dies, in quibus facile concipiunt.

Leuauit oculos meos.

Cum clausi sint omnibus ferme dormientibus oculi, non dubium quin per oculos significet vires illas interiores, quibus inter dormiendum res ostensæ videntur, vel potius earum imagines specularuntur.

Leuauit,

Inquit,

Oculos meos: & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas, varios, & maculosos, & diuersorum colorum. Dixitque angelus Domini ad me in somnis: Iacob. Et ego respondi: Adsum. Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas, varios resperfos, atque maculosos

losos. vidi omnia, quæ fecit tibi Laban.

Videlicet, quod grauissima quatuordecim annorum seruitute te oppresserit, quod eius filias in vxores maximis sudoribus tibi coemeris: quas gratuito & magna dote præditas ducere debuisses. Hucusque nempe videtur vna quædam reuelatio huic iusto diuinitus facta, anno certe quatuordecimo iâ exacto, ex quo in domum Laban auunculi sui cōcesserat. in qua quidem reuelatione diuinitus doctus est, qua vteretur arte, vt negatam sibi mercedem, dotemque sine iurgio, & lite abunde recuperaret. Porro tranactis subinde alijs sex annis, id est, in fine anni vigesimi facta est eidem altera reuelatio, per quam homini iam plurimum ditato, iubet Deus patriam suam repetere dicens:

Ego sum Deus Bethel, vbi vnixisti lapidem, & votum vouisti mihi. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac: & reuertere in terram natiuitatis tuæ.

Etenim Deum Bethel dicit se Dominus esse: quia in eo loco iusto se mirabiliter ostendit, quando ille fratrem fugiens ad Mesopotamiam iter tendebat, vt antiquæ visionis memoria ad imperatum sibi reditum animaretur. Vbi vnixisti, ait, lapidem. Hic est lapis, quem in columnam erectum oleo Iacob inunxit, vt esset memorialis titulus prisce apparitionis. Et notandum, superius dictum esse, fudisse oleum: nunc autem dicitur, vnixisse, quod est verbum ad maiestatem pertinens. Vngebantur enim olim sacro quodam christmate soli sacerdotes, reges, & prophetæ è duodecim Iacob liberis propagati, omnes suo nocte, modo Christum præsignantes. Quin & ipse lapis iniunctus in primis Christum Dominum præfigurauit, qui est solus lapis à Deo delibutus Oleo lactitiæ præconfortibus eius, solus Positus in ruinam & resurrectionem multorum, solus Erectus in signum, cui contradicitur, secundum verissimum iusti Simeonis Euangelici vaticinium. Eo autem, quod addidit, Et votum vouisti mihi, declarat Deus huic patriarchæ, placuisse sibi vouentis animum, acceptumque fuisse votum, adeo, vt cum vo-

uente familiaritatem quandam sit habiturus. Idcirco enim, vt ait Chrysostomus, recordari eum facit voti, & promissionis, quæ receperat. Quod autem erat votum? De his, quæ mihi dederis, decimas tibi offeram. Ac si dicat: Quoniam tunc nihil tecum afferebas, quasi profugus iter faciens: cūm autem tibi apparerem, vouisti votum dicens, De omnibus, quæ mihi dederis, dabo tibi, voto videlicet & promissione potentiam meam præsignans, & fidei oculis præuidens futuram abundantiam: nunc, quia euenerunt, & impleta sunt, quæ à me prædicta: iustum fuerit, vt & votum tuum impleas. Nunc ergo surge & egredere de terra hac, & reuertere in terram natiuitatis tuæ. Plane quod dixit, Nunc ergo surge, hortantis est. non enim Iacob, aut sedebat, aut iacebat. tantumque valet ac si dictum sit, Agedum, accingere faciundo itineri. Iubet autem illum de terra illa, in qua iam omnia vitiorum genera præualebant, confestim egredi. ne contagio impiæ gentis & iniquæ nonnullam, aut impietatis, aut iniquitatis labem contraheret. Eadem nempe de causa multis postea sæculis elapsis, posteris eius peregrinantibus, imo apud Babylonem miserrima captiuitate oppressis à Domino per Hieremiam dictum est: Egredimini de medio eius popule meus, vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini, & ne forte mollescat cor vestrum. Et reuertere in terram natiuitatis tuæ. Hæc est Bersabee in terra Chanaan. hæc est terra promissionis, in qua Iacob natus, & nutritus est, & adultus, atque versatus, donec fratrem fugit. Et quid profuit iusto patriam suam repetisse, qui in extremo vitæ suæ vrgente fame, illa relicta in Ægyptum descendere coactus fuit? Multum quippe primū, vt in terra sibi promissa totum fere reliquæ vitæ tempus ageret: tum, vt inde in proximam Ægyptum descendens, ipse quidem breui, posterius autem illius longo tempore in ea peregrinarentur, donec Amorrhæorum peccata complerentur: quibus impletis incolæ terræ Chanaanæ, vel occiderentur, vel inde fugarentur, & ad eam possidendam Israelitæ ab Ægypto regressi autore Deo introducerentur: vt tandem in eadem terra semen illud nasceretur, in quo erant omnes gentes benedicendæ. Et quæ fuit alia causa, vt relictis apud Medos in perpetua captiuitate decē tribubus Israel, à Babylonia Iudæi fuerint reuocati: cūm hi eadem cum illis peccauerint.

Hieron.

Hiere. 54

Luc. 2.

rint? nisi, quia in promissionis terra ex ipsis Iudæis nato Christo, & apud illos cuncta que de eo scripta erant adimplente, & per illos ad mortem damnato sacramentum salutaris crucis consummandum erat. Denique agnoscis studiose lector, quam artificiosa, vehementique oratione suas ad vxores Patriarcha fit vsus, quod se patriam repetentem comitari vellent. Argumentatus est enim composite & magnifice ab inuidiosa filiorum Laban indignatione, ab ipsius Laban malevolentia, auaritia, inconstantia, & perfidia: a fide item sua, & sedulo ministerio: rursus à prauis foceris conatibus, vt ei noceret: deinde à diuina sui cura & protectione, à sua etiã innocentia & simplicitate, dum asserit, tantam gregum copiam ab earum patre Deum abstulisse, eamq; sibi tradidisse: dum docet eas totam illam artem, qua pater earum nouis gregum foetibus diminutus est, à diuina reuelatione & autoritate fuisse profectam. Postremo dum asseuerat, Deum ipsum sed ad discessum vrgere, cuius imperijs reluctari non minus detrimentosum, quam impium foret. Talibus Iacob dictis vxores suas mouit, incendit, abeundi que inflammauit amore. Nam

Responderunt ei Rachel & Lia ad ipsius votum.

Acerba quidem, sed non impia, quamuis in patrem, oratione. Tanta enim rerum improbandarum indignitate concitatae dixerunt.

Nūquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? Nōne quasi alienas reputauit nos? et vendidit, & comedit pretiū nostrum?

Tribus criminibus, tam veris, quam grauib; filie patrem suum onerant. Primo, quod eas, tanquam alienas habuerit: quas immeritas à paterna hæreditate abdicarit. Secundo, quod eas pro pastoralis officio, tanquam viles, distraxit. Vltimo, quod neque pretij pro eis diuenditis accepti consortes eas fecerit. Iam vero, vbi patrem & impium & inhumanum & iniustū in se ipsas ostenderunt, mirabilem Dei dispensationem agnoscunt: eamque fatentur dicentes:

Sed Deus tulit opes patris nostri: & nobis eas tradidit, & filijs nostris. Vnde omnia, quæ præcepit tibi Dominus, fac.

Hoc est, Dei arbitriū sequere, & diuinis iussionibus omnino obtempera, qui iure optimo patris nostri diuitias & gloriam in nos, vt æquissimus iudex, transtulit. Hinc discimus cum Chrystomo: quod, quando iniuria nobis fit: nosque mites, & mansueti, & tolerantes fuerimus: maiori & largiori auxilio diuino fruimur. Ne igitur obluemur his, qui nos premunt, & calumniari volunt: sed feramus generose, scientes, quod nos omnium dominus non despicit: tantum nos eius benevolentia agnoscamus. Mihi enim, inquit, vindicta: & ego retribuam. Propter hoc & Iacob dicebat: Non dedit ei Deus, vt affligeret me. Nam, quia ipse priuare me laborum mercede voluit, Dominus tam vberē in me declarauit misericordiam, & prouidentiam: vt omnis eius substantia in me translata fuerit: vxoribusque meis, quod ego maxime optabam, non modo abeundi mecum metem indidit: sed eas quoque in citauit, vt me oculis fugam hinc capere moneant. Denique mox, vt Iacob percepit vxores suas esse promptas ad ineundam secum profectionem, quā animo destinarat, iter aggressus est.

Surrexit itaque Iacob: & impositis liberis, & vxoribus suis super camelis abiit.

Igitur abiit Iacob aduersitate cōpulsus, quod Deus eum vocabat. secutæ sunt & eum coniuges inhumanis patris sui factis incitatae. Igitur illæ inuidiosæ leuitorum iusti obmurationes, illa acerbitas vultus Laban, illæ perfidiosæ artes, & violenti conatus, illa item impietas, & inamabilis patris in filias austeritas, maximæ commoditati fuerunt ipsi Iacob, vxoribusque suis. Dominus enim mirabili prouidentia suæ consilio talibus aduersitatibus eos premi, & agitari patiebatur: vt inhumanum filie patrem, & in festum gener focerum fugientes: promptius & expeditius, quod Deus illos vocabat, cōfugerent: vt & hic paternas promissiones, pacemque diuinam persequeretur: & illæ maritalis peregrinationis, meriti que participes, earum beatarum pro-

promissionū consortes efficerentur. Hæ denique probatissimæ foeminae sunt pulchrum exemplar earum animarum, quæ vel à mundi huius delitijs ablactatæ, vel vi quadã propulsæ coelestes sectantur promissiones, quarum vnaquæque possit audire illud Psalmi quadragesimi quarti: Audi filia, & vide: & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui: & concupisces rex decorem tuum. Nam, sicut hæc aduersa coniuges Iacob impulerunt, vt relicto patre, qui filiarum suarum pretium deuorarat, talem sequerentur virum, cuius contubernio prospere agerent: sic plærunque mundanæ calamitates dilectam Deo animam fortius vrgent, vt alacrius ad beatæ vitæ principem contendant, apud quem sit perpetuo felicitæ actura. Vnde per prophetam Dominus docet, simili arte se reuocaturam eam animam, quæ eum ad Deum tendere vellet, adhuc tamen quibusdam prauis affectibus à recta aberrat. Sic enim inquit: Ecce ego sepiam viam tuam spinis: & sepiam eam maeria: & semitas suas non inueniet: & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicit: Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nūc. Ipse denique Iacob antequam huiusmodi in gratis in se dictis factisque offensus, stimulatusque fuisset, cum adhuc ei indulgeretur, blandè que tractaretur, dicente sibi Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo, & cætera: quietus in aliena terra morabatur, tardauitque reuerti. dixit enim foceris: Si foceris, quod postulo, iterum pascam, & custodiam pecora tua. Nunc autem quum primum tristiori foceris vultu offensus, leuitorum indignatione percussus, eorumque acerbitate, veluti acutissimis spinis, agitatus fuit.

Surrexit, & impositis liberis, & vxoribus suis super camelos abiit.

Confidera, obsecro, cum Chrystomo fortitudinem animi iusti: & quomodo repulso omni mentis angore ac metu, mandato Domini obtemperauit. Quoniam enim vidit male sanam mentem Laban, non vltra, sicut prius interrogare eum voluit: sed, quod imperatum erat à Domino, implebat.

Abijt ergo: tulitq; omnem substantiam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat.

Substantiam appellat peculium greges & armenta, licet & omnem possessionem id nomen significet, sicut in Euangelio κατὰ Lucam de filio prodigo legimus: Qui cōsumpsit omnem substantiam viuendo luxuriosè. Substantia denique pro facultatibus vsurpatur: quia sic eis homo sustentatur, sicut accidencia substantia sustinentur. Præterea moralis est hic locus: docetque, patrem familias debere, quæ iusto labore, vel artificio sunt acquisita, secum domum ferre, tutoq; reponere: vt habeat vnde sibi, suæque familie cognatis & amicis, pro vt necessitas tulerit, tum vtilia, tum necessaria commodè sufficiat. Verumque est illud: Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri. Nam frustra vtilia comparantur, si opportunos in vsus non seruantur. Sicut enim ait Sapiens: Vnus ædificans, & alius destruens: quæ utilitas in vtroque? Hæc etiam ita se habent, si ad spiritualium bonorum acquisitionem referantur: quæ, quanto gratius à Deo nobis donantur, tanto magis sollicitè sunt seruanda. Sicut è diuerso de Legis ceremonijs rectè proiectis, non reponendis diuinus Paulus pronuntiabat. Si enim, quæ destruxi, iterum ædifico, præuaricatorem me constituo.

Abijt igitur Iacob, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaam.

Ea enim mente de Mesopotamia profectus est Iacob, vt ad patris sui domum rectà contenderet: sed rebus alijs atque alijs intercedentibus lōgas in itinere moras traxit. Nam priusquam ad illum perueniret, decem fere anni exacti fuerent. Cum enim de Mesopotamia Iacob recessit, Ruben maximus filiorum eius agebat vitæ suæ annum duodecimum cum tribus amplius mensibus. Simeon autem & Levi erant quasi vndecim annorū. at quī Sychimitas iterfecere, nati erāt ferme vigesimū annū. Fuit, autem Sychimorū excidiū, antequā Iacob ad patrē suū puenisset. Relinquitur ergo à profectioe Iacob de Mesopotamia quousque ad patrem peruenit

nouem decemue annos intercurrisse. Cur autem in itinere, quod vno mense transmitti poterat, tam diu moratus sit, incertum est. Nā si id aut ad infantum teneritudinem aut ad mulierum impedimenta, aut denique ad gregum tarditatem referas, minime videtur satis idonea tantæ moræ causa. Quare dicamus iuxta spiritualem intelligentiam, opus esse Iacob, id est, luctatorem, qui in huius vitæ peregrinatione versatur, qui continuum & implacabile bellum cum vitijs & concupiscentijs gerit, plurimo tempore magnis multisque laboribus desudare, infestisq; voluptatum motibus reluctari: vt tandem numero probæ actionis, puræque contemplationis fœtu ad Isaac, id est, syncerum æternæ quietis gaudium perueniat.

Cæterum eo tempore.

Silicet, quo Iacob profectus est.

Laban ierat ad tondendas oves.

Etenim solenne erat apud veteres, quando tondebantur oves: cognatis & amicis epulū facere: sed Laban acerbo & iniquo in Iacob animo ad commune cōuiuium eum nō inuitauit. Quia tamen inurbanitate, vel potius iniuria iustus dextere vsus, dum loqueretur inter epulas: furtiuam fugam capessit, matu rauitque.

Et Rachel furata est idola patris sui.

Hieronymus. Vbi nunc idola legimus in Hebræo תְּרָפִים Teraphim scriptum est. quæ Aquila τερφίματα, id est, figuras, vel imagines interpretatur. Targum: imagines habet. Rabbi Abraham in commentarijs: Sūt ait, qui dicant Teraphim fuisse instrumēta quedam ærea ad cognoscendum horarum partes diuinationi obnoxias. Alij dicunt fuisse caput pueri primogeniti dæmonio immolati: quod aromibus condiebatur, ne putresceret: cuius linguæ superponebatur aurea lamina, inscripto in ea dæmonis nomine, cui esset illud dedicatum, vnde & cōsulentibus responsa dabantur. Alij autem autumant Teraphim integram fuisse hominis statuam, domus præsidem, quam Latini auito errore imbuti larem dixerunt. Alij demque putant nō vnā tantum, sed plures fuisse imagines as-

tronomicas, quibus diuinabatur. Quod quidem superstitiosi oraculi genus explicat abū dē Philonis traditio, quam in libro Antiquitatum Hebraicarum posuit dicens: Excluse Philo. Mucha aurum & argentum: & fecit sibi effigies tres puerorum, & vitulorum, & leonum & aquilam, & draconem, & columbam. Et factum est, vt omnes qui seducebantur, venirent ad eum: & si quid voluissent pro vxore interrogare per columbam interrogabant eum. si quis autem pro filijs, per effigies puerorum: qui verò pro diuitijs, per speciem aquilæ: pro fortitudine, per leonis effigiem consulebant eum. Si autem pro pueris & puellis, per effigies vitulorum interrogabant. Nam, si pro longitudine dierum per draconis figuram interrogabatur: & erat iniquitas eius multiformis, & irreligiositas eius astuta. Ex his demum liquidò constat: non solum quid intelligatur hoc in loco per idola id est, teraphim, sed etiam in alijs Scripturarum locis: in quibus interpres pro Teraphim transtulit idola: vt Iudicum decimo octauo capite: Et tulit Ephod & idola. Et libri primi Regū capite decimo octauo: Tulit Michol statuam: vbi pro Statua in Hebræo est Teraphim. & Ezechielis vigesimo primo: Interrogauit idola. & Zachariæ decimo: Quia simulacra locuta sunt inuile. In his omnibus locis pro eo quod Latinis est idola, statua, & simulacra, Hebræis habetur idem verbum Teraphim. Sed & de Ephod ait Hieronymus. Illud obiter dicamus, fuisse Hieron. quidem vestem sacerdotalem à principio: postea verò in superstitionem transisse: cū eo non modò veri prophetæ, ac legitimi sacerdotes ad Deum consulendum vterentur: sed etiam pseudoprophetæ & malefici ad diuinandum eodem abuterentur. Sic & serpens æneus, quem in salutem in deserto Moses erexit, longo post tempore coli superstitione cœpit: quod vt rex Ezechias nouit, fecit eū comminui ne populus sub religionis specie in idolatriam laberetur. Hæc non ab re in hunc locum attulimus, siquidem hic primū grauissima Scripturæ sanctæ autoritas idolorum nomen, cultumque nobis repræsentat. Quid? quod & hinc aperte constat, hūc Laban in colenda diuinitate perperam claudicasse. Quippe qui partim ex prischorum traditione, Deum verum colebat, partim ex impio iuniorum abusu idola venerabatur. Id quod & Iosue filius Naue testatus est Iosu. 24. dixisse Dominum filijs Israel: Trans fluuium habitauerūt patres vestri: Thare pater Abraham

ham & Nachor seruiuerunt Dijs alienis. Cur autem Rachel furata est idola patris sui? Respondet Chrysostomus dicens: Neque hoc absque causa nobis propositū est, sed vt sciamus quomodo sorores adhuc paternam habentes consuetudinem, idolorū cultui addictæ erant. Enimvero si adhuc Rachel nulla pristinæ superstitionis vestigia retinebat, id quod vero similius est, vt edocta à pietissimo viro, vnum tantum, verumque Deum coleret. Iam enim verū Deum colebat, quæ ab eo ablata vteri sui sterilitate, & donata sibi fecunditate pijs & assiduis precibus filium obtinuerat. Scimus autem, quod peccatores præsertim idololatrias, Deus non exaudit: sed si quis cultor eius est, hunc exaudit. Si itaque Rachel gentilem superstitionem deposuerat forsitan ideo illa paterna idola furripuit, vt patrem suum admoneret, nullatenus illos Deos esse veros, qui furto auferri possent: eumque ab illorum cultu auerteret: vel potius ea sustulit, ne Laban ex more per Teraphim diuinaret, ac subinde deprehenderet, qua fugientes iter facerent: essetque eos consequuturus nec ne.

Noluit enim Iacob confiteri socio suo, quod fugeret.

Namque prudentissimè vir iustus tacita fuga tacitum soceri consilium elusit. Quibusdam enim non leuibus coniecturis Iacob deprehenderat, Laban decreuisse nequaquam dare vnquam genero abeundi locum, tum ne filias eius alio abduceret, tum ne diuitias, quas apud eum acquisierat, inde exporteret. Timebat præterea socerum concitaturum Aramæos contra se ad impediendum discesum suum, tanquam è re communi esset, cauere, ne tantæ opes extra eorum fines exportarentur. Sed ea cautio tantummodo locum habet, quando eiusmodi detentione nulla proximo irrogatur iniuria. Alias nihil equius quàm vt quilibet re sua liberè vtatur, quantū natura, lex, æquitas consuetudoque patiuntur.

Cumque abiisset tam ipse, quàm omnia, quæ iuris eius erant: & amne transmissio pergeret contra montem Galaad, nūtiatum est Laban die tertio, quod fugeret Iacob.

Vide viri iustitiam: nihil alienum secum tulit. Nam Rachel ignorante viro idola furripuit: neque ille hoc fieri permisisset. Amnis autem transmissus est fluuius Euphrates, qui inter Syriam & Chananæam medius præterlabitur, de quo & superius mentionem Deus fecit Abraham dicens: Tibi & semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsque ad fluuium magnum Eufratem. Vocatur enim fluuius magnus, quia est is maximus inter omnes, qui terras illas alluunt. Pergebat & versus montem Galaad. Hieronymus. Non eo tempore Galaad mons diceretur: sed per anticipationem illo vocatur nomine, quo postea nuncupatus est. Est autem ad tergū Fenicis & Arabiæ collibus Libani copulatus: extenditurque per desertum vsque ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit quondam Seon rex Ammoræorum. Cecidit supra dictus mons in sortem filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse. At interim nūtiatum est Laban die tertio, quod fugeret Iacob. Tribus enim diebus locus, in quo Laban oves suas tonderebat, distabat ab oppido iuxta quod Iacob habitabat, gregesque pascebat: sicut in precedenti capite dictum est. Et postuit spatium itineris trium dierum inter se & generum suum. Ergo quando fugam illius rescieuit Laban, iam Iacob sex diebus ab eo recesserat. Magna enim Dei prouidentia hæc gerebantur: vt esset interim iusto locus longius recedendi. Quid Laban? Nempe egerimè generi fugam tulit. Quippe

Qui assumptis fratribus persequutus est eum diebus septem: & comprehendit eum in monte Galaad.

Laban enim quum primum generi sui abitum cognouit, cito cursu in Aram eiuatentem peruenit: ibique facto ex cognatis suis, quos fratres Scriptura more suo vocat, militum delectu, eis comitatus totos septem ab vrbe egressu dies fugientis vestigia seruans hominem persecutus est, donec eum in monte Galaad sedentem comprehendit. Præsto autem fuit Dominus iusto, ne ei Laban noceret. Nam antequam socer generum assequeretur,

Vidit in somnis dicentem sibi Deum.

In Hebræo & apud Septuaginta explicatius scriptum est: Et venit Deus ad Laban Aramæum in somno noctis. Deus nempe memor illius promissionis suæ, Ego ero tecum, tanquam iustissimus iudex venit, ut iustum defenderet ab iniuria, quam iniustus homo ei inferre parabat. Et diligenter aduerte: postquam dictum est In somno, adiectum esse Noctis: ut ostenderetur angelum Domini apparuisse viro impio, & iniquo subobscure & minime clara in luce fulgentem: qualis tantis viris in somnis quoque apparere solet. Non enim iusti persecutor Deum audiuit vocantem se ex nomine, tanquam amicum, & prospera afferentem: sed tantummodo venisse dicitur: ut intelligas, occurrisse illi Deum, tanquam eius aduerfariū, ut iratum videret, & audiverit sibi comminantem, dicentemque:

**Caue, ne quicquam asperè loquaris contra Iacob.**

Igitur hoc ipsum, quod inter dormiendum Dominum vidit, non propter se vidit, sed propter alium vidit: videlicet, ut ille disceret, quantum viri iusti Deus curam gereret: propter quem indigno apparere, & ab indigno videri dignaretur. Non enim est nouum Deo, pro tuis amicis suis, cum hostibus suis agere. Sic enim & propter Abraham Pharaonem flagellauit & Abimelech increpauit, & propter Isaac iunioris Abimelech corripuit iuxta Psalmistam canentem: Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges, forte per hominem Laban intelligit, sicut per reges Pharaonem, & vtrumque Abimelech.

*Psalm. 104*

Quod autem in Latino est, Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob: præcipitur socero, ne non solum factu, sed ne tantillo verbo generum offendere audeat. Sed significantius est in Hebræo, Caue ne loquaris cum Iacob à bono vsque ad malum, quod videtur prouerbialiter dictum prohibente Domino Laban cum Iacob contendere pro re aliqua, siue bona, siue mala sibi videretur. Vel forte præcipitur homini peccatori, ne de bono cum in nocete agat: quia impii bonum pijs minime censetur bonum. Non enim pijs ab humano die pendunt. Præcipitur illi quoque, ne Patriarchæ malum minetur, si cum eo reuerfi ad Mesopotamiam noluerit: nefas est enim iniustus iustis nocere: quia nemo potest amicos Dei, vel verbo ledere, quin ipsum Deum grauius offendat.

*Zach. 2.*

Cum iustis nempe Dominus loquitur, ostendens, quam faciat suas iniurias suis illatas a-

micis, quando dicit, Qui vos tetigerit, tanget pupillam oculi mei. Quod si quæras, quare Deus non iussit Laban inde retrocedere? Huic quæstioni Chrysostomus satisfacit perquam eleganter dicens: Nō imperauit Deus Laban, ut ad propria reuertetetur: sed solum prohibet, ne quid durum, aut molestum cum iusto loquatur. Quare, & propter quid? Ut discat per opera ipsa iustus, quantum sui curam gerat Deus. Nam si reuersus fuisset Laban, unde id sciuisset Iacob, & vxores? Ideo permittit ei, ut abeat, & lingua sua confiteatur, quæ Deus dixit ad se, quod & iustus maiorem alacritatem habeat proficiscendo, fiduciamque accipiat, & ut filiarum suarum discant, quanto studio Deus omnium Dominus Iacobum curet, reiciantque errorem paternum, & imitentur iustum, notitiæ Dei sufficientem doctrinam inde accipientes.

*Chrysost.*

**Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum.**

Reebatur enim ille in tuto se iam esse. emenso enim tanto terrarum spacio, putabat hostem à tergo non properare: ideoque tanquam securus tentorium dilatauit, ut mulieres, infantes, & pueri, & greges diuturno longæ viæ labore defessi demum requiescerent, & recrearentur: inuitabat & regio palucorum vberissima, ac perinde reficiendis gregibus commodissima.

**Cumque cōsecutus esset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentorium.**

Pacatior enim factus Laban proxima Dei reprehensione haud irruit ex improviso in Iacob: sed nulla commissa pugna è regione tentorii Iacob tabernaculum suum fixit expositu laurus ab eo, cur occulte fugerit.

**Et dixit ad Iacob: Quare ita egisti? ut clam me abigeres filias meas, quasi captiuas gladio? Cur ignorate me fugere voluisti? nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio & canticis & tympanis & cithara? Non es passus, ut oscularer filios meos & filias?**

*Vides*

Vides, ut homo perturbatus crebris, concisusque interrogacionibus valde quæritur? Quare, ait, ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Inuidiosus Laban vsus est verbis, sed mendacibus. non enim Iacob vxores suas, tanquam bello captas, abegit: sed quas laboribus emptas legitime duxerat, coniugali iure secum abduxit. Et quod addit: Cur ignorate me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequer te cum gaudio, & canticis, & tympanis & citharis? Falsum præterdit, ut iuste quæri videatur. Non enim lætus esset profecutus abeuntem, in quem apud se manentem, sibi que seruientem tristis se, ac cerbumque ostendebat, & ut omittam, quod ut inuidiam auget, nepotes, filios suos vocauit: filias autem, quo iure suas dixerit, cum eas reputauit alienas, & tanquam extraneas vendiderit, eas denique penitus abdicauerit? Hæc igitur Laban dicens, cauit quidem ex parte sibi, iuxta Dei comminationem, ne loqueretur quicquam durius contra Iacob, sed hæc se mentiri paulo post manifestè in se prodidit. Nam si hæc illum pia cura tangebatur, quare illum Deus corripuit? Rectius igitur multo sibi cauisset, si veram confitens rectè monenti ad plenum obsequutus fuisset, nec non fororis suæ filio maxime de eo bene merito, congruam & labori & coniugio repensioe alacriter obtulisset. Cæterum adhuc Laban imprudentiæ iustum arguit dicens.

**Stulte egisti.**

Scilicet tanto te discrimini committes. quia **Et nunc valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus patris tui heri dixit mihi: Caue, ne loquaris contra Iacob quicquam durius.**

Vides, quomodo nunc se ipsum arguit, & per linguam suam fatetur, quia ipse quidem iustum male afficere paratus fuerit, Dei tamen prouidentiam à molimine suo se impediuerit. Dixit autem hesternò die factum, quod proxima nocte contigerat: quoniam apud Hebræos nox ad præcedentem diem pertinebat. Est & ab insipientia profectum, quod Deum non absolute nominauit, sed cum quadam restrictione dixit, Deus patris tui. Hoc enim dicto palam indicauit, se esse prorsus alienum à vera Dei cognitione: cultuque. Constat enim eum putauisse Deos esse plures, quod plane falsum est. nam diuinitatis natura in plures Deos

secari nequit, ut alius sit verus Deus vnus, alius verus Deus alterius. Omnium enim vnus est tantum Deus verus, sicut non omnes illum agnoscant, colantque. Miserando enim errore mortales decepti alios atque alios Deos sibi confinxere: quorum labe tactus Laban non intellexit, quem Deum Abraham coluerat, & Isaac pater Iacob, solum esse Deum verum, & idcirco illum à suis Dijs secreuit. Quod si forte ex parte, vel credebat, vel suspicabatur, Deum patrum Iacob esse verum, maximèque Deum, obstinatæ cuiusdam fuit impietatis non illum sibi solum eligere colendum, quæ cæteris præstantiorem existimaret, præsertim cum expertus esset sese ab eodem ita tremefactum, atque prohibitum, ut in generum suum, quem infesto agmine persequebatur, nihil mali vel moliri vel audere posset. Similis denique fuit hic Laban illi ariolo Balaam, qui & à Deo reuelationem accipiebat, & eius populo benedicere cogebatur. Attamen eum, cuius vim sentiebat, pietatis affectu minime persequebatur: adeo mortalium quidam alijs atque alijs vitijs obruti ingerunt se oculis eorum diuinam lucem, aut auersi non excipiunt, aut exceptam ingenio malo atque prauo odere. Hi sunt, ut est apud Iob, rebelles lumini, qui dicunt Deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus: & de quibus Dominus apud Ioannem, Hoc est peccatum mundi quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines, magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera. Talis igitur Laban, & in Deum impius, & in proximum iniquus, quauis diuino monitus oraculo non sibi temperat, nec animaduertit, non posse eum furti reum esse, quem fidelissimum expertus fuerat: & cui omnium Dominus tantopere fauebat, sed velut amens cognato, generique, suo eius rei prorsus ignaro temere furti crimen impingit dicens.

*Iob. 24.*

*Ioan. 3.*

**Et si ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patri tui, cur furatus es Deos meos?**

Ut gentilis prorsus loquitur Deos plures professus. O excellentem insipientiam. Audi Chrysostomum stultissimè Laban his agente reeti, Tales sunt Dijs tui, ut quis furari queat? Non erubescis dicere: Quare furatus es Deos meos? Vide quanta fuit erroris grauitas. hi qui ratione præditi, colunt lapides & ligna. Et sunt Dijs tui o Laban, qui, neque cum furaturi se quidam erant, iuuare se potuerunt: vel quomodo

*Chrysost.*

c s qui



qui lapidei erant, dii erant? Deus autem iusti & ignorante iusto impetum tuum coercuit: & non cogitas erroris magnitudinem, & iustum furti arguis? Quare iustus illos furari voluisset, quos abominabatur: imò quos sciebat esse insensatos lapides? Et notādū, quod à principio libri huius de mundi generatione nūc primū explicatos inuenimus Deos gentium: superioribus quippe Scripturæ sanctæ locis, qui prioribus sæculis præcesserunt, Deum nominabant nulla prorsus facta idolorum mentione. Nam maiores illi, qui infamam pudendæ superstitionis errore infecti fuerant, non videntur fuisse adeo perficte frontis, vt contra priscam, auitamq; de vno Deo colendo religionem plures Deos aperte profiterentur. Silentio enim, quoad potuerunt, tantum nefas suppresserunt: sicut ille insipiens, qui dixit, in corde suo, Non est Deus mente enim tantū scelus cogitauit, quod naturæ pudore coercitus non ausus est exterius efferre. Tota namq; natura proclamat, Deū quidem esse, eundemq; dumtaxat vnū. Cæterum, vt Rupertus inquit, aderat iam loquendi tempus viro sapienti, cui erat summa prudentia cum modestia coniuncta: erat em ille vir vere sapiens, vt non solū hoc in negotio, sed in reliquis etiam prudenter ageret. Quamuis enim eum simplicem Scriptura superius appellarit, simplicitati tamen colūbæ iuxta Dominicum præceptum serpentis prudentiam sociauerat: & perfectā ex viroq; compositam sibi sapientiam auxiliante Deo constituerat. Quippe qui hac sapiētia dextere vsus socerum, patrocinate sibi iustitia, congruenter elusit: & comparata laborum suorum mercede diues ad patrem reuertebatur. Igitur cum sapientissimus hic vir de stulticia reprehensus sit: & de furto accusatus, magna mansuetudine de obiectis criminibus se purgat: & prius quidem stultitię elogium à se depellit: deinde à furto semet alienum asserit data facultate, vt iter suas sarcinas alieni querantur Dij.

Psal. 13.

Ruper.

Respondit itaque Iacob: Quod inscio te profectus sum.

Subaudiendum hic, non debes imprudentiæ id ad scribere, sed cautioni cōsultissimæ. Timui enim, ne violenter auferres filias tuas.

Ac si dixerit: Violentum enim in me te fueram expertus, qui decem vicibus mercedem mihi debitā præteruertes, vt ea me defrauetur.

datum abigetes. Timebam in super, ne patrius in filias amor in te reuisceret, carūque aspectu carere noles. Quare iustus habendus est timor hic meus, & inculpandus: ac perinde, nec imprudentiæ, nec maleuolentiæ tribuendum mihi est, quod tacita profectio vim tuam à me vitandam curauerim, præsertim, cum ipsa diuinitas, quæ res meas secundaauerat ad discedendum à te angelico ministerio me vrgeret. Illius igitur fiducia fretus, qui te coercuit, ne mihi noceres fugam non imprudenter, nec impie capeffui.

Quod autem furti me arguis, cædo.

Nunc ius esto.

Apud quemcunque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris.

Fratres hic vocat Iacob, non quidem filios suos, quorum maximus dumtaxat tredecimum ætatis suæ annum adhuc agebat, sed vtriusq; cognatos, qui armati Laban comitantur. Cæterum vide quanta austeritate supplicium decernit ei, qui furtū fecisset. Apud quem, inquit, inuenientur, non viuet coram oculis nostris. Non solum, inquit, quia ablatum est, sed & quia furtim, qui fecerit, manifestam sui facinoris poenam feret. Nec mireris, mansuetissimum virum decreuisse furem morte plectendum: quoniam vulgatum erat apud veteres, fures, raptosq; capite puniri, vt iam hinc constet, eam legem haud esse naturalis iuri aduersam: qua decernit, fures atq; latrones pro facinorum suorum magnitudine, per alios atq; alios poenarum gradus ductos vltimo supplicio puniendos. Enimvero pro eo quo nobis est, Necetur, Hebræis est, *לֹא יֵחַי* non viuat, & Græcis, *ὄψεται*, non viuet. Super quo tradunt Hebræi Rachellem hac mariti imprecatione tactam in eodem itinere vita fuisse defunctam: vt vel hinc noris, quàm sit formidanda iusti viri imprecatio. Imprecatus est enim Elias duobus quinquagenariis: & descendit statim ignis de celo: & eos absumsit. Imprecatus est Eliseus pueris sibi insultantibus: & egressi duo vrsi de sylua dilacerauerunt eos. Vides, quàm præsto fuit imprecantibus Domini flagellū ad peccatores puniendos: Estlo, quod viri sancti non tam vindictæ affectu, quàm quodam spiritus iudicio, & diuino quodam instantis supplicij vaticinio iniustus damna imprecantur.

4. reg. 1.

4. reg. 2.

tur. Porrò Iacob fide bona fretus de domus suæ innocentia ipsum Labā Deos suos quætere moner, vrgetq; dicens.

Scrutare: quicquid tuorū apud me inueneris, aufer. hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata esset idola.

2. 104.

Propheta erat Iacob, sicut & propheta Isaac, de quibus in Psalmo scriptum, Nolite tægere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari: & tamen, nec ille nouit cui benediceret, nec hic quis nam furtū fecisset. Nec id mirum: quia spiritus ille propheticus non semper prophetis adest. Nam prophetiæ donum actus quidam est pertransiens, non habitus permanens, vt eo, tanquam sciētia vtaris, cum velis. Non ergo hic iustus parum per ignorantiam nocenti sibi intulerat, tam grauem sententiam temere pronuntians: nisi Dei prouidentia, & eius, qui furata fuerat, astutia furtum latuisset.

Ingressus itaque Laban tabernaculū Iacob, & Liæ, & vtriusque famulæ, non inuenit. Cūq; intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper. Scrutati omne tentorium & nihil inuenienti ait, Ne irascatur Dominus meus, quod corā te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem foeminarum nunc accidit mihi.

Leui. 19.

Leui. 15.

Enim naturalis vrbauitatis est, & ciuilis cōsuetudinis, maioribus assurgere, quod & diuina lege præcipitur, Coram capite cano consurge: & honora personam senis. Accedebat & honor, quem filia patri reddere tenebatur. Idecirco inciulis & parentis canos minus, quàm debebat reuerens Rachel videri poterat, si aliquem non præcedisset colorem, quo excusaretur accedenti patri suo, non assurrexisset. Causata est autem satis astute menstrui fluorem, qui singulis mensibus solet mulieribus euenire. Est enim menstruum mulierū profluuium de quo Leuitici capite. 15. Quæ post menstruum sanguinem fluere nō cessat, & cætera. Quod quidem menstruum nō est,

sicut in patētibus perpetuum sanguinis fluxum, aut languentis naturæ aut plurimi, sed vitiosi humoris indicium. Indigestum est enim, & crudum, quod egeritur: & quasi infirmum effluit: nec habet sedem, sed natura quasi noxium, & magis frigidum, expellit: quod maximè probatur, quia mulieribus, cū purgantur, algere contingit. Vnde intelligitur, frigidum esse, quod effluit: & ideo in viuo corpore non manere, quasi inopia caloris extinctum. Deniq; menstrui virus describit Piinius libro naturalis historię septimo his verbis: Sed nihil facillè reperitur mulierū profluuium magis mortiferum: acescunt eius superuentu multa: orta sterilesunt, fruges moriuntur, hortorum germina, & fructus arborum, quibus insedere, decidūt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri præstringitur, ebortisq; nitor: alui apium moritur: æs etiam atq; ferrum rubigo protinus corrumpit, odorq; diris aëra: & in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabilis veneno morsus infigitur. Quamobrem, quia foemina in menstruis prægrauis sit: & languidæ, & intentus in quempiam illarū aspectus pestifer habebatur, idoneam mulier astuta causam excogitauit, qua se ad patris ingressum non surrexisse, nō in doluit, sed in morbum referretur. Deniq;

linius

Sic delusa sollicitudo quærentis est.

Scilicet, vt nō inueniret Labā idola sua subter cameli stramentā latētia: Dū enim affictæ excusationi leuiter credidit, minime perscrutatus est ea in quo loco reperienda forent. Demum præstitit se eū de quo sapiens ait: Qui cito credit, leuis est corde. Quid tum Iacob? Nempe iure in socerum vehementer iratus est, quod non modo sinistram degeneri fide opinionem temere conceperit: sed etiā cunctam ipsius supellētilēm contumeliose euoluerit. Iamq; victoria erectus socerum grauitè obiurgatus est, sicut Scriptura testatur dicens.

Tumensq; Iacob cum iurgio, ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatū meum exarsisti post me?

Aut enim per culpam rebellionem, vel preuaricationem intelligit, aut vt iratus eadem replicat, quibus improbitatem Laban exage-ret. Emphasis quoque est in verbo Exarsisti positum

positum est enim pro eo quod est, Vehementer persecutus es, & certe mire vsus est verbo *ἔβη* dalac, quod Hebrais vtrumq; significat, exardescere videlicet, & persequi.

Et scrutatus, ait, es omnem suppellectilem meam.

Iure de eiusmodi perscrutatione quoq; queritur. fuit enim iniuria non leui plena. Nemo enim est, qui patere velit omnia quae in sua domus penetralibus latent. Multa enim intra domum reposita sunt vsui domesticis, quae si proferantur exterius a turpitudine quadam oculorumq; offensione non prorsus vacant. Propterea sapiens secundum panem & aquam humanae vitae necessaria subiecit quoq; domum protegentem turpitudinem. Adhuc veget tacentem, dicens ei.

Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuae? Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me & te. Mira demum proprietate dictum cum iurgio intumuisse Iacob, ut concitator, quam par erat vir iustus indicaretur. Nec enim virum sapientem, qualis erat alioqui Iacob, iurgiosus tumor decet. Pulchre enim, ut hominis ingenui liberale iurgium doceret Terentianus ille Chremes, dixit: Pro magno peccato filij modica obiurgatio satis est patri, quanto magis filij in patrem moderatior debet esse conuictio: Huc enim respicit illud Apostoli: Seniores ne increpaueris, sed obsecra, ut patrem. Sed mirandum non est, Iacob putantem domum suam ab omni culpa alienam esse, tanta iniuria accepta, tam acriter cum socio egisse. Nam cum omnis iniuria molesta sit, ea demum est molestissima, quam ab eo patiaris, cui officium sedulo praestiteris. At hic quoniam vidit se irreprehensibilem in omnibus, magna sumpta fiducia enumerat beneficia, quae illi per omne tempus exhibuit: & inquit.

Idcirco viginti annis fui tecum: oves tuae, & caprae steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi. nec captum a bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam: quid quid furto perierat, a me exigebas.

Idcirco, ait, viginti annis fui tecum? Non utique, ut pro officio maleficium reportarem, sed ut pro seruitio beneficium reciperem. Non est quod mihi obiciat: adeo sedulo & vtiliter tibi seruiui. Nam oves tuae & caprae steriles non fuerunt. Hoc ad pastoris meritum, non artem pertinet. Fauebat enim Deus viro iusto greges ab eo seruatos supra modum multiplicando. Arietes gregis tui non comedi: qui scilicet multorum pastorem est mos. Hoc igitur viri fuit innocentis, & ab aliena iniuria prorsus abstinentis, quod tanto pluris faciendum est, quanto ea virtus in ouium pastoribus rarior inuenitur. Nec captum a bestia ostendi tibi. Et in hoc pastoribus fraus in pecorum dominos grassari solet, ut quae ipsi pastores arietem sibi deuorandum occiderint, ab aliqua bestia deuoratum esse mentiantur, ostentando scilicet aliquo illius segmento. Erat autem Laban ab eiusmodi dolis securus etiam, atque tutus, eo quod sequitur: Ego omne damnum reddebam. Quidquid furto perierat, a me exigebas. Egregius utique fuit pastor sub quo pecora nec abortu, nec rapto, nec fraude, nec furto peribant. Quanta vero laborum, tempestatumq; tolerantia, quamq; perpetua vigilia custodiendo, pascendoq; pecori instabas, ostendit dicens.

Dienoctumq; aestu videbar, & gelu: fugiebatque somnus ab oculis meis.

Vrit enim aestus, vrit & gelu: aestus nimio calore: gelu subtili actiuitate. Huc pertinet illud Psalmi: Per diem sol non vrit te, nec luna per noctem: Et illud Vergilianum: penetrabile frigus adurat. Deniq; vrit aestus, & vrit gelu, vrit quidem aestus subtiles corporum humores exugendo, & laxatis poris ab eis extrahendo: frigus autem acrimonia sua humida corpora extringendo atque exiccando: sic ut alia ratione lutum calore siccat, alia frigore. Vidistisne pie lector cum Chrysostomo pastoris vigilantiam? vidisti intentum studium? Qualem habebunt excusationem istos, quibus rationales greges crediti sunt, & magna praesefecerunt negligentiam: & quotidie iuxta prophetam pecudes alias mastrant: alias a bestiis captas contemnunt: alias vero ab aliis raptas reducere non curant: tametsi minor sit labor & cura facilis? Anima enim est, quae docetur. Illic autem multus est & corporis & animae labor. Vide enim, inquit, factus sum die adfusus aestu, & gelu nocte, & discedebat somnus ab oculis

2. Cor. 5

Psal. 120.

Chryst.

ab oculis meis. Quis haec nunc potest dicere, quod propter eos, quos pascit, tot ferat labores, & pericula? Et hoc quidem, nunc nullus dicere audeat. Paulo autem sollicebat hoc fidei dicere, atque his maiora. Et ubi, inquit, Paulus haec sustinuit? Audi eum dicentem: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? O pastoris dilectionem indulgentissimam: alienae ruinae meos dolores augent: aliena scandala fornacem doloris mei succendunt. Hunc omnes imitentur, quibus rationales oves concredita sunt, & ne deteriores fiant hoc, qui tantae in brutis pecudibus custodiendis diligentiae fuit, idque tot annorum numero. Et illic quidem, si incuria quaedam accidens, nullum damnum. hic autem, si ovis rationalis perierit, vel a bestia fuerit capta, graue damnum: maximum detrimentum: ineffabilis poena. Nam, si Dominus noster sanguinem suum proprium effundere pro illa non declinauit: qua venia dignus fuerit, qui sic honoratam a Domino despiciere voluerit: & non omnia, quae potest in curanda ouicula adimpluerit? Caeterum ad seriem sermonis redeamus.

Sic, inquit, per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis.

Et in hoc hic iustus multum quippe merita duxit, quod tam diuturno tempore durissimae seruitutis labores & fastidia tolerarit, apud hominem praesertim fraudulentum: & incerta fide inconstantem, id quod sequentibus verbis socero exprobrat dicens.

Immutasti quoque mercedem meam decem vicibus.

Porro commemoratis tot officiorum suorum meritis, validissimum, quo se causamque suam tueatur, argumentum attulit dicens.

Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi: forsitan modo nudum me dimisisses.

Certe in Hebraeo replicatur Dei nomen: Nisi Deus patris mei, Deus Abraham: quo testatur & proficitur Iacob, eundem verum Deum cultum fuisse, non modo ab Abraham auctore suo, sed etiam a proavis, atavisque suis. Appel-

latione enim patris sui comprehendit vniuersitatem maiorum suorum, ex quibus Abraham recta generationum linea originem ducebat. Per Timorem autem Isaac, vel Deum ipsum innuit, qui a Latinis quoque Deus signanter dicitur a verbo Graeco *θεός*, quod est timor Latine. Est enim Deus terribilis omnibus, praecipue in consiliis super filiis hominum. Ab eo ergo quod sui timorem humanis peccatoribus incutiat Deus, omnium Dominus est appellatus. Hinc impius poeta: Primus in orbe Deos fecit timor: cuius testimonium intulimus, non quod eius sententiam probemus, sed ut vocis origo inde scire volentibus eam innotescat. Facit & ad hunc sensum, quod paulo post Iacob iurabit per timorem patris sui Isaac. Nam, obsecro, quid aliud est iurare per timorem Isaac, quam per Deum eius? Obseruabat enim iam hic iustus in iuramento praestando id, quod postea lege sancitum est: Reddes Domino iuramenta tua, vel potius per timorem Isaac significauit religionem atque pietatem, qua Deum summa reuerentia ille colebat. Exiit enim in Isaac timor ille Domini sanctus, qui permanet in saeculum saeculi eo quod cum se Deo in victimam iugulari patebatur, vehementissimum moriendi timorem a natura profectum, seseque totum commouentem vehementiori multo Dei timore repressit: atque maximo colendae pietatis voto superauit. Queritur. Cur Iacob variari attrituendo auctorem Deum, & patri timorem. forte, quoniam Deus intrepidè dici potest Deus eius, qui eidem charus hac vita defunctus est. Eius autem qui adhuc viuunt, cuius exitus adhuc est incertus, si erit Deo gratus nec nefatis est, quod Deus dicatur, eius timor, salus, spes, refugium, protectio, firmamentum, & caetera id genus. Quod si haec differentia non semper, certe obseruatur frequenter. Verum attende magnam iusti huius modestiam. Non enim iactanter sibi tribuit, quod adiutorem Deum habuerit: sed in parentum suorum merita illud refert. Quod si Iacob iuuatur meritis, precibusque Abraham mortui, & Isaac viuentis, ubi sunt, qui opinantur, viuos quidem iustos pro peccatoribus, aliisque iustis Deum precari? mortuos vero nequaquam? Facebant obsecro ab Ecclesia catholica tales hominum pestes. Iam vero, ubi felicissimum obsequij sui, protectionisque successum summa gratitudine in Dei bonitatem, suorumque maiorum merita retulit: commonstrat etiam se sibi non defuisse, maiorumque suorum meritis merita sua coniungens addidit.

Afflictionem

Afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus.

Ergo non parui est apud Deum meriti, minime ociari: sed honeste cuiquam rei gerendæ ad laborare: quod vel iustitiam colas, promoveasq; vel ut inde habeas quod tribuas indigenti, vel deniq; tibi, tuisq; victum querites, ut feliciter agas, sicut Psalmista canit: Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Respexit itaque Deus, quàm iusta fuit apud te seruitus mea, atque sedula.

Et arguit te heri,

Quid est Arguit nisi Coercuit iniustitiam, quam aduersum me struebas, & irrationabiles tuos conatus repressit, & meam iustitiam probauit, indem nemq; fecit. Certissimum demum est iustitiæ nostræ patrociniū atq; præconium, testem habere Deum, atq; defensorem. Propterea Labā his auditis generi iustitiam, suamq; iniustitiam agnoscens, viatoriq; palmam iusto concedens, continenter aliud negocium longe fauorabilius aggreditur.

Responditque ei Laban: Filia meæ, & filij, & greges tui, & oīa quæ cernis mea sunt.

Seruata enim naturæ dignitate prius nominavit matres, quàm filios. Nam quamuis filij sexu sint matribus præstantiores, cū ob aliatum quod virorū iudiciū perfectum est, mulierum autē debile: matres tamen, qua filios genuerunt ac nutrierunt eisdem longè præstant: simili quoq; vel potius maiori de causa prius nominavit filios, quàm greges. Nā licet equus interdum pro eius vsu cariū ematur, quàm seruus: si tamē ad naturalē vtriusq; dignitatem spectes, tantō magis homo bruto præstat, quanto ratio sensu est excellentior. Quod autē Laban iactat esse sua quæcunque Jacob in præsentia habebat, quantum verba sonant aperte mentitur: quoniam cuncta illa Jacob iusta pro mercede sibi debita conquieserat. quare iure suo ea possidebat. In eo autē quod addidit.

Quid possum facere filiis & nepotibus meis?

Subaudiendum est, nisi te tuaque salua eorū gratia dimittere. quibus verbis insinuat, se non id facere lege, vel ciuili, vel naturali mo-

tum: nec tam diuinis iussis obtemperantē, quā solo cognationis affectu impulsū, hoc est, non tam iudicio, quā affectu ductum. vsus est autē interpres voce, Filiis, p. Filiab°, idq; ex arte, quia non oportuit forma in abus, desinēti abuti: quam eruditi non vsurpant, nisi designandæ inter mares & fœminas differentiæ causa: qua hic opus non fuit, cū manifeste cōstaret agi de Rachel & Lia cum Jacob cōprehensis. Cōstat & ex Hebraico, in quo scriptum est בְּנֵי יַעֲקֹב בְּנוֹתַי, id est filii mei alludunt & Septuaginta, atq; interpres Chaldaicus, qui omnes fœminea forma vtuntur.

Veni ergo, & ineamus fœdus, vt sit testimoniū inter me & te.

Laban nimirum territus præsentī numine, quod viro iusto adesse fuerat expertus, ab eo sibi timuit & vt sibi, tuisq; posteris consulere, scilicet aliquanto prudentior factus, cum genero pacisci decreuit. Censuitque aliquid instituendum esse, quod esset perpetuū initi inter vtrumq; fœderis monumentum. Non erat modestiæ Jacob oblata paci refragari, quin potius promptum in fœderi vota ire.

Tulit itaque Jacob lapidem, & erexit eum in titulum.

Augustinus diligenter, inquit, animaduertendum est, quomodo istos titulos in rei cuiusq; testimoniū constituiebant: non vt eos pro Diis colerent: sed vt eis aliquid significarent.

Dixitque Jacob fratribus suis: Afferte lapides.

Si fratres hi ad ipsum Jacob referantur, posunt ipsius filij intelligi: quod si hoc minime congruit: quia, vt pote pueri, infirmiores erāt quàm qui tantos lapides ferre possent, fratres intelligi possunt quicunq; præsentis, qui paciscentibus aderant: quos benevolentia caprandæ gratia fratres appellauit, vel potius vtriusq; cognatos fœderum comitatos fratres vocat. Deniq; vt vtrumque id nominis accipiatur, appellatione perquam modesta vsus est, placidè nempe inuitantis, non imperiosè iubentis ad se lapides afferri.

Qui congregantes fecerunt tumulum.

Fratres enim erant, pace gaudebant, ideoque dicto sponte parentes, congregatis lapidibus tumulum in altare struxerūt, haud rotundum, sed altum, longū & latum, super quo comedi posset. Est enim existimandum, eos pacificas

maçasse

maçasse victimas, carūq; carnes prisco more ad ineundi pacti sanctitatem comedisse. Hoc enim est, quod ait.

Comederuntque super illum. Quem vocauit Laban Tumulum testis, & Jacob Aceruū testimonij, vterq; iuxta proprietatem linguæ suæ.

Hieronymus. Aceruus Hebræa lingua גִּגְיָל dicitur. גִּיְגֵד testimonium. Rursus lingua Syra aceruus גִּיְגָר appellatur, אֲהַדְוּתָהּ sahaduthā, testimonium. Iacob igitur Aceruum testimonij, hoc est, galaad, lingua appellauit Hebræa: Laban verò id ipsum, id est, Aceruum testimonij, Igar sahaduthā, à gentis suæ sermone vocauit. Erat enim Syrus, & antiquam linguam parentum prouintia, in qua habitabat, sermone mutauerat.

Et adiecit Laban: Intueatur Dominus, & iudicet inter nos, quādo recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris vxores alienas super eas.

Qui prius enim pactum expetiuit, prior verba pacti protulit. Et, vt ait Rupertus. Hæc cū Laban diceret, pro Lia maxime sollicitus erat quam videlicet in expetitam, indotatam, vul tu despiciabilem, nescienti clanculum immiserat. Illam namq; Jacob, non repugnante iustitia, pene, vt concubinam, repudiare poterat. Quippe cui ante illum nocturnum congressum fidem illi maritalem non dederat, neque coram testibus, vel amicis Laban nuptias eius celebrauerat, antequā ad illam ex more ingressus esset. At ille non solum non eam repudiare intenderat: verum etiam pro iure suo ipsius arte vsus effecerat, vt nō abiret indotata: tunc videlicet, quando virgas varias in canalibus positas corā ouibus in ipsius Jacob vtilitatem, mutata est conceptuū natura. Vide, quanta asseueratione Laban Deū testem inducat dicens.

Nullus sermonis nostri testis absq; Deo, qui præsens respicit. Non quod non essent ibi alij præsentis. Adierant quoq; illi viri qui cum Laban venerat: sed quod omnes ij temporarij testes essent,

neq; perpetuo victuri sicut Deus, qui æternus est, qui omnia videt, quē nihil latere potest, qui vniuscuiusq; mentem agnoscit: Quid? quod tempus erat futurum, in quo, si pactum violaretur, aut nunc præsentis, tunc non essent victuri: aut si viuerent, nullus eorum testis esset in iudicium producendus: quia nullus futurus esset humanus iudex, qui eorum lites dirimeret, qui non sub vno aliquo rege degerent. Propterea, ac si nemo pacificetibus adesset, solum Deum testem pronūciat, eūq; solum iudicem futurum protestatur, qui initi fœderis violatorem testimonio conuincat, & iudicio puniat Mirumq; est, hunc Labā tātō ante tēpore illud de diuina prouidentia fuisse professum, quod de semet Deus ipse per Hieroniam testatur dicens: Ego ero testis & iudex. Ex quo videtur Laban, haud parum in Dei veri cognitionē profecisse, ex iis in quibus eū res Jacob curare expertus fuerat. Recte itaq; sensisse censetur de diuina prouidentia, quæ circa dispensandas res humanas versatur. Esto, quod perperam cū veri Dei cultu idolorum culturam miseret, id quod fecerunt longe postea Samaritæ, qui Deū Israel cum diis patriis colebant. Quod re vera non est, verum Deum venerari, sed cultum eius præuaricari. Nō enim patitur ille, quod summus honor ei soli debitus alteri communicate tur: Ego, inquit, sum Deus, & non est alter præter me: gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam scultilibus. Confirmat oīa prædicta Augustinus dicens. Quid est, quod dicit Laban: Vide, nemo nob. scum: & cætera? nisi forte nemo extraneorum, aut propter testificationē Dei, quam ita habere deberent, tanquam nemo cum eis esset, quem testimonio eius adiungerent.

Dixitque rursus ad Jacob: Entumulushic, & lapis, quē erexi, inter me & te testis erit.

Ergo & Laban erexit quoq; lapidem in titulum. Aiunt autem Hebræi Jacob posuisse titulum suum in acerui latere aspicientē versus terram Chananæam: Laban quoq; posuisse alterum titulum in altero acerui latere aspicientem Mesopotamiam. Addunt, & alterū istorum lapidum appellatum fuisse Titulum Jacob, alterum Titulum Laban. Vide quanti faciat præsidium Dei, quo Jacob esse munitum certō nouerat: eadem identidem repetit, vt acrius frangendi fœderis terrorem incutiat. Addidit enim.

Tumulus,

Tumulus, inquam, iste & lapis sint in testimonio: si aut ego transiero illū pergens ad te, aut tu præterieris malum mihi cogitans.

Duo igitur exigit Laban à Jacob: alterum, ut rectè, probeque filias eius tractaret: ad quod firmandum Deum testem, iudicem, vltorēq; inuocauit. alterum ut neuter alteri nociturus illum transiret acruum ad perpetuam percussis foederis memoriam lapidibus congestis erectum. Iam verò, postquam Laban Deum testatus est, ipsum Jacob adiurat dicens.

Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos: Deus patris eorum.

Sanè pro Iudicet, in Hebræo scriptum est, יהוה יודיע iispetú, id est, Iudicent. Et profecto iuxta Latinum Iudicet, intelligendus est Deus verus, quem colebat Abraham, quem & colebat Nachor communi quadam conditoris, mūdīq; rectoris ratione: priuata licet religione hic idola quoq; coluerit. iuxta Hebraicum autē Iudicent accipiendus est alius Deus Abraham, alius Nachoris, alius Thare patris eorum. Laban enim homo idololatra, velut terrore compulsus, verum Deum agnoscebat, eumq; colebat, sed non sincere: nā cum eo idolis etiam thura adolebat idcirco, tanquā plurium Deorum cultor pluraliter extulit, Iudicent. Ac subinde propriis Diis tāquā priuatis patronis auorum ipsius Laban atq; Jacob adiunxit Deum patris vtriusq; aui, tāquam patronum communis patris, qui vocatur Thare, ut quasi duobus arbitris hinc alteri, istinc alteri, tertius velut arbiter vtriq; cōmunis adiungeretur, adeo sibi, suisq; filiabus atq; nepotibus terrore ei diuinitus incusso Laban timebat, ut in initum cum Jacob foedus tot, tantisq; adiurationibus & in eius violatorem execrationibus communierit. Adeo terribiles hostib⁹ suis Deus amicos suos, quālibet inermes & imbelles facit, ut non modo in illos impetum facere nō audeant, sed etiā ab eisdem sibi met ipsis maxime metuant, & caueant. Quid tandem Jacob? Certe ut vitaret superfluam & inuilem litem cum homine proteruo atque pertinaci conferere, nihil de vera religione colenda interim loquitur, sed tantum fallaces ab illo plerosq; Deos indu-

ctos silentio damnat: & per illum tantū modo Deum iurat, quem pater eius adhuc viuēs colebat. Sic enim habet.

Et iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac.

Augustinus. Per timorem vtiq; iurauit, quo Isaac timebat Deum, quem timorem etiam superius commendauit: de quo & nos in his commentariis iam bis differuimus.

Immolatisque victimis in monte, vocauit fratres suos, ut æderent panem.

Purari equidem has victimas, hostias fuisse pacificas Deo vero in gratiarum actionem immolatas: quod sine cæde, & sanguine, & absq; implacabili cōtentione focer ac gener inuicem reconciliati fuerint. Nec dubitandum reor, iustum virum, qui iam inde à benedictione paterna sacerdotij iura tenebat, sacrificium egisse, eundemq; non alteri, quā vero Deo victimas cædi permisisse. Peractis denique sacris, vocauit fratres suos, ut ederent panem. Non aliud, nisi panem? sed panis appellacione omne ciborum genus, quantumuis lautorum Hebræi accipiunt, ut superius ostendimus.

Qui cum comedissent, manserunt ibi.

Videlicet quod reliquum erat diei, totamque proximam noctem lætam agentes, ibi consistere.

Labā verò de nocte confurgēs.

Summo enim diluculo surrexit, & osculat⁹ est filios & filias suas. Nempe Iacob, & nepotes, matresq; eorum. Et benedixit illis.

Ea videlicet bona eis imprecando, quæ olim sorori Rebeccæ imprecatus fuerat.

Reuersusque est in locū suum.

Vidisti dilecte, cum Chrysofomo, quanta Dei sapientia sit, quomodo vno facto, & suā erga iustum declarat providentiam: & illum ab iniustitia abduxit, & in diuinæ notitiæ viā paulatim inducit Labanem, interminādo ei, ne quid malum contra Iacob loqueretur. Et qui quasi bestia accurrebat & comprehendere volebat & interficere, desinit tantam in defensionem & in filiorum filiarumq; deosculacionem, & sic domū redit. Porro priusquā caput trigésimum secundum exponendum aggrediar

aggrediar, placuit pulcherrimā, aptissimāq; allegoriam è marginali glossemate in calce huius capitis reponere. Potest igitur per Labanum hic mundus adumbrari, & exprimi: qui à diabolo in angelum lucis transfigurato deceptus cum furore Iacob persequitur: quia electos quoslibet, qui redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. huius filiam siue mundi siue diaboli Iacob abstulit, quem sibi Christus Ecclesiam de gentilitate coniunxit. Quam & de domo patris abstraxit. Ecclesie enim per prophetam dicitur: Obliviscere populum tuum & domum patris tui. Quid verò in idolis nisi avaricia designatur? Vnde per Paulum dicitur: Et avaricia quæ est idolorum seruitus. Laban ergo veniens, apud Iacob idolum nō inuenit: quia ostentis mundi thesauris, diabolus in redemptore nostro terrenæ concupiscentiæ vestigia non reperit. sed quæ Iacob non habuit ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe quæ & ouis interpretatur, Ecclesia figuratur, quæ pastoris voce audita eum agnouit, & secuta est. Sedere autē eam, est humilitatem poenitentiae appetere, sicut scriptum est: Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Rachel

ergo idola sedendo, cooperuit: quia sancta Ecclesia Christum sequens vitium terrenæ concupiscentiæ per poenitentiae humilitatē conrexit. de qua quidem oecultatione atq; cooperatione per prophetam Dauid dicitur. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Nos quidem fideles Rachel illa significat, qui idola sedendo super eis premimus, si culpas avaritiæ poenitendo damnamus. Quæ quidem avaritiæ immunditia nonnullos etiam qui viriliter currunt, impedit: quibus dicitur: Viriliter agite & confortetur cor vestrum. sed eos maxime impedit, qui quasi effœminato gressu gradientes per sæcularia blandimenta resoluuntur. Vnde illic eiusdem Rachelis verba sunt, quibus effœminata illa mollicies & dissoluta indulgentia significatur, iuxta consuetudinem fœminarum accidit mihi. Quæ enim anima hæc respondit, quasi muliebres sordes se pati fatetur: dum, modò diuitias multo labore conquisitas turpibus in voluptatibus insummit, modò malè consumptas repetitis laboribus per omnes mundi sarcinas requirere tentat. Sed iam videamus post discessum Laban, quomodo iustus iter arripuit.

Psal. 44.

Psal. 126.

Psal. 32.

Psal. 28.

Caput trigésimum secundum.

Iacob autem abiit itinere, quo cœperat: fueruntq; ei obviam angeli Dei.

Nequaquam igitur vir iustus retrocessit: sed ea, quæ retro sunt obliuiscens, ad vltiora se extendit. & id quidem prudētissime: Quia nemo mittens manum ad aratrum, & retro aspiciens, aptus est regno Dei. Et, ut Hieronymus ait: Pulchrè ad fratrem iturus inimicum, angelorum se comitantium excipitur choris.

Luc. 9.

Hieron.

Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.

August.

Augustinus. Castra Dei, quæ vidit Iacob in itinere, nulla dubitatio est, quod angelorum fuerit multitudo: ea quippe in Scripturis cœli militia nominatur. Et non est dubiū quin

Iacob, cum esset propheta illos occurrentes sibi, quamuis specie humana, conglobatos: aliquo insigni cognouisse, eos esse spiritus cœlestes: quorum auxilio fretus Esau, quem fugerat, non adeo metueret, ut ab incepto desisteret itinere.

Et appellauit nomen loci illius Manaim, id est, castra.

Hieronymus. Vbi hic castra posita sunt in Hebræo habet מַחְנֵי מַחְנֵי מַחְנֵי: ut sciamus, si quando interpretatum in alio loco ponitur, quem locum significet. Et notādū, quod prius dixit מַחְנֵי מַחְנֵי מַחְנֵי in singulari, quod vna tantum castra significat. Possidet

Hieron.

d tea



rea mahhanaim duali numero, quod duo castra significaret. Vna itaque primum castra dixit propter vnum exercitum angelorum, qui occurrerunt ei terram promissionis intraturo: quam iidem custodiebant. Dein locum, in quo eidem occurrerant vocauit Manaim, id est, duo castra: quia ibidem occurrerunt sibi, tam angeli, qui Patriarcham à Mesopotamia redeuntem comitabantur, quam illi, qui eum in custodiam sumpturi eidem de terra Chanaan obuiam processere. Nec hoc mirum, cum vnaquæque provincia proprios habeat angelos sibi præfectos, pluresque custodes, vt ex decimo Danielis prophetæ capite constat. Denique nomē loci Castra vocauit, vt ex ea appellatiōe perpetua maneret memoria visionis, quæ illic contigerat. Porro commodum milites cœlestes Patriarchæ in descensu montis Galaad, vnde primus est ad Chanaanæam terram diuitus occurrerunt: vt illuc adeuntem in eā inducerent: & quemadmodum angeli Mesopotamiæ præsidēs fuerunt ei præsidio cōtra Laban, ita & angeli Palestinæ præpositi forent eidem præsidio contra Esau. Deniq; decentissimè talem habuit expectatissimū cœlestis militiæ globum hic iustus: quippe qui sub veræ pietatis obedientia peregre Deo militauerat, fide certauerat, spe profecerat, charitate victoriā obtinuerat. Ad quod amplius illustrandum plurimum facit, quod non dictum est, apparuisse ei angelos, quod multis solet accidere: sed Dei exercitum ei obuiam venisse. id quod in signe quoddam victoris sonat & emeriti ducis, cui pro triumpho gloria pompa cœlestis obuiam procedens solenni exceptione lætium valde obsequium alacriter illi præbuerunt. Hinc iam anima iusti huius spiritali lætitia dilatata, & in maximas pro acceptis beneficijs Deo gratias agendas effusa, potuit, quale David canticum canere: *Psal. 4.* Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Quoniā re vera in eodem Patriarcha constat adimpletum penitus fuisse diuinum illud præsidium, quod eiusdem prophetæ ore semper affuturum viro iusto Dominus pollicetur: *Psal. 90.* Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Et cui, nisi viro iusto denuntiatur? Angelis tuis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis? Enimuero Iacob, quam præsentissimam sibi diuinam custodiam agnoscebat: prudentia tamen, qua pollebat opportune vsus legatos ad fratrem mit-

tit, qui eum suo nomine salutent. Inquit enim.

Misit autem nuntios ante se ad Esau fratrem suum.

In Hebræo pro Nuntijs Malachim habet: quod nomen Hebræis in vniuersum nuntios, tam cœlestes, quam terrestres significat: sicut Græcis ἄγγελος, & Latinis nuntius. Opinatur & hoc loco Hebræi, nuntios, quos misit Iacob fuisse vera Dei angelos ex eorum turma, qui ei occurrerāt. Ait enim Rabbi Salomon: Misit Malachim numas & manas, id est, palpabiliter, & corporaliter: quod vere & realiter essent angeli. & quaquam eorum sententia neququam sit mihi probanda adduxi tamen illam in medium, vt Hebraicam phrasim agnoscamus. Quoniam secundum eam videtur Apostolus de Christo dixisse: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, verè & realiter, vt pote in palpabili carne substantialiter habitas vnione illa ineffabili, per quam Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Denique ciuilitate admodum legatos ad fratrem misit, qui de eius aduentu illum certiores facerent: ne forte, si tacitus pertransisset ad patrem Isaac, quod recta tendebat, aut fratrem natu maiorem contempnisset, aut nonnullas odiorum reliquias post tam diuturnam peregrinationem animo retinere videretur. Et quid potius facere potuit, quam fratrem propter primogenita, paternamque benedictione præreptam iam olim sibi infensum eiusmodi summisionis officio, mitibusque alloquijs omnino mitigaret? Prudenter itaq; misit nuntios ante se ad Esau fratrem suum

In terram Seir regionis Edom.

Seir, vt scriptum est in libro De locis Hebraicis, mons est in terra Edom, in qua habitauit Esau in regione Gabalena: quæ ex eo, quod Esau pilosus esset & hispidus, Seir, id est, pilosus nomen accepit.

Præcepitque eis.

Iacob videlicet nuntijs.

Dicens: Sic loquimini domino meo Esau.

Dominum vocat fratrem natu maiore in eo adhuc naturæ iura agnoscens: licet per diuinam gratiam eidem fuerit benedictione prælatus. His certe verbis docuit probus hic vir seruos suos modestiam, atque obsequantiam, quam in fratrem suum seruandam

dam esse censebat: imò in vniuersum docuit, minores fratres semper honorem maioribus deferre, quamuis aliqua dignitate ipsi præsentent: quando tantus patriarcha fratre cui autoritate diuina prælatus erat, absens quoque dominum suum appellat: ac ex consequenti seruum eius se quadatenus esse fatetur. Sic enim ait.

Loquimini domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob.

Naturæ nomen proprio præposuit, vt naturalis affectus obtineret, quod alioqui supplicatoris nomen negare moneret.

Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsq; ad præsentem diem.

Hic etiam à miserabili peregrinatione, atq; diuturna seruitute comiserationem captat.

Et ne se patriam pauperem, & egenum reperere putet, inopemq; fratrem futurum sibi oneri timeat, ac perinde suis opibus fulciendum: huic cogitationi statim occurrit dicēs.

Habeo boues, & oues, & asinos & seruos, atque ancillas.

Ac si dicat: Haud equidem necessitate compulsus, aut egestate: sed fratrem natu maiore agnoscens, eiq; placere desiderans,

Mitto legationem ad dominum meum: vt inueniam gratiam in conspectu tuo.

Nempe vt mihi sis placatus & placidus. Deniq; vides hinc, quomodo timor sollicitudinem generet, sollicitudo cautionem, cautio modestiam, modestia reuerentiam, reuerentia vrbanitatem, vrbantitas obsequium, obsequium denique gratiam promeretur. Profecto rectè legati peruenerunt ad Esau adhuc in monte Seir manentem. illic enim tunc Esau manebat: quia nondum de fratris reditu nuntium acceperat.

Peractaq; legatione, reuerfi sūt nuntij ad Iacob.

Idque festinato itinere, vt antequam Esau perueniret, certiores eum facerent de huius ap properato aduentu.

Dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum: & ecce properat in occursum tibi cum quadringentis viris.

Etenim Iacob Orientem versus tendebat iter, ad Bersabee scilicet vbi pater eius Isaac manebat. At quamuis Idumæa ad Austrum regionis Chanaanæ iaceat, rectè tamen Esau in fratris occursum venire dicitur: quia deflexo parum illinc itinere ad Aquilonem obuius venienti fiebat. Cæterum legati, vt trepidi, vt rustici canēta valde breuiter exposuerant: dominiq; sui timorem nimis auxerunt. decepti enim sunt tanto procurrentis militum apparatu: quanquam non vtiq; infesto properabat agmine, vt fratri noceret, quem tum germanè, tum beneuolè, cum primum ad eum accessit, amplexatus est. Enimuero Esau in vtriusq; honorem quadringentis viris sociatus, ambitiosaq; quadam ostentatione exultans obuiam redeunti fratri processit. At Iacob.

Ignorans, qua mente ad se tot militibus instructus Esau festinaret,

Timuit valde.

Humano forsitan timore perturbatus homo diuinarum promissionum sibi dictarum tunc temporis haud meminit: ideoq; audito fratris occursum, perterritus fuit, & vehementer concussus.

Et perterritus, ait, diuisit populum, qui secum erat: greges quoque & boues & camelos in duas turmas dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percussit eam: alia turma, quæ reliqua est, saluabitur.

Augustinus. Quæri, inquit, potest, quomodo habuit fidem promissis Dei, quando quidem dixit, Si venerit Esau ad vnam turmam, & percussit eam: alia turma, quæ reliqua est, saluabitur? Solutio. Sed hoc etiā fieri potuit vt euerteret castra eius Esau: & tamen Deus post illam afflictionem adesset: & liberaret eum: & quæ promissis impleret. Et admonēdi fuimus hoc exemplo: vt, quamuis credamus in Deum, faciamus tamen quæ facienda sunt, ab hominibus in præsidium salutis: ne præmittentes ea Deum tētare videamur. Denique post hæc, quæ verba dicat ipse Iacob, considerandum est.

Deus, inquit, patris mei Abraham.

Et cetera. Satis in his verbis, & humana infirmitas, & fides pietatis apparet. Deniq; valde sibi timuit Iacob ab Esau: & anxius fuit vehementer propter uxores, filiosq; suos: ne vel ab aduersario necaretur, vel certe caperetur. Ceterum, vt vir tam pius, quam fortis in tanta rerum trepidatione tria, quæ id temporis requirebat, strenue præstitit. nam Deum precatus est: fratri munera misit: & ad repugnandum inuasuro se præparauit. Et enim viri sapientis est, instari periculo in primis ad Deum confugere: prudentis verò, si sit inferior hoste, procul illo adhuc agente, quæ sunt pacis tractare: vel certe illum, siue precibus, siue muneribus placatum sibi reddere: quod si id ipsum minus succedat, fortis erit iniuriam sibi inferendam, quoad fieri poterit, cum inculpatæ tutelæ modera mine armis etiam repellere. Ergo Iacob vir sapiens, prudens, & fortis diuisit totum agmen in duas turmas: vt si altera percuteretur: altera seruaretur. Sane homo perturbatus atq; pro se suisq; seruandis anxius multa poterat cogitare: vel certe, quod percussa altera turma, altera fugiendo sibi consuleret: vel, quod interfecta altera turma, alteri, ceu accepta iam satisfactio, parceret: vel quod pro certo habebat Esau nequam posse penitus deleri totam Iacob progeniem, in qua omnes benedictiones patrum suorum essent autore Deo complendæ: vel demum, quod si Deus permitteret iustum tantæ calamitate diuexari, sperabat ille tamen diuinum mox affore subsidium, prius quam totus aboleretur. Idcirco dispositis duabus in ordinem turmis opportune valde ad omnium dominum confugiens talem ad eum habuit orationem.

Dixitq; Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Dñe, qui dixisti mihi.

Ter Dei nomen replicat instinctu quodam diuino, licet occultissimo, sacram Triadè insinuans. Compellat autem Deum sub vtriusque patris appellatione: quoniam ille vtriusque patriarchæ eandem futuram generi suo beatitudinem pollicitus fuerat: idq; sub nomine Dei, quo denotatur illè vniuersorum iudex: quoniam ipsi Dei misericordiam à quo promissiones prouenerant, accesserant merita patriarcharum. At verò cum de se Iacob meminisset, inuocat ipsum Dominum *τὸν θεόν* quod est in signe diuinæ pietatis. Noluit enim sua merita, quamuis non parua, ne

videretur quoquo modo insolens, sed diuinam tantum bonitatem in tanta tribulatione ad comparandum sibi celeste præsidium allegare. Imò & quia bis eidem Iacob Deus ipse pollicitus fuerat se futurum ei custodem præsentissimum, replicauit compar istud: Deus patris mei Abraham, Deus patris mei Isaac, à quibus ad se deriuata benedictionum gratia Deo autore fuerat (gratiâ enim, & gloria dabit Dominus) per quam erat à malo seruandus, & ad bonum promouendus. Vnde & paulò post ad duplicatæ petitionis numerum, benedictionem Deus replicauit dicens: Benedicendo benedicam tibi:

Domine, inquit, qui dixisti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi.

Hæc omnia vir iustus replicat, vt per magnam gratitudinem in tantorum autorem bonorum declarat, & vt ostendat, se non vti que temere, sed autoritate diuina persuasum, celestibusq; iussis obtemperantem, tanti itineris itum, reditumque aggressum fuisse. Nempe promittente sibi mundi principe, tum presentissimam custodiam, tum beneficentiam locupletissimam. Veruntamen, si hæc certissima domini promissa mente voluebat, cur tantis agit, vt misericordiam illam, veritatēque diuinam ad sui tutamentum inflectat? Quoniam timuisse potuit, ne forte in se crimen aliquod lateret: quo Deus offensus promissum ei præsidium subtraheret. Nec mirum hoc metuisse Iacob: eum & Paulus eo multo maior; non sibi vindicet innocentiam omnimodam, quando illud de se ingenue fatetur: Delicta quis intelligit? Ad hoc adeo instanter precatur, quia nouerat Dei promissiones sic tandem esse ratas, prædictosque sortiri euentus, si tamen eis rectè factis respondeatur & sanctorum preceationibus adiuuentur. Quare sapienter tantis precibus diuinam prouidentiam ad se tuendum inclinare conatus est, iam tunc illud beati Petri ad Dei electos adimplens: Quapropter fratres magis satagite: vt per bona opera certam uocationem uestram, & electionem faciat. hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Quod etiam pertinet illud Apocalypseas: Vide, ne alius accipiat coronam tuam. Perpende obsecro dilecte, quantum coram rerum Domino hic iustus sese deiciat, dicens:

Minor

Minor sum cunctis miserationibus tuis: & veritate, quam explesti seruo tuo.

Planè pro Miserationibus in Hebræo est *חסד* hhaçadim, quod nomen non tam miserationes, quam beneficia significat. Est enim *חסד* Hebræis proprie Donum, idest, quodcunque bonum gratis datum. Hæc est illa Dei gratia, de qua diuinus Paulus disserens inquit: Nam, si ex meritis, iam non est gratia. quidquid ergo supra accipientis meritum atque dignitatem à Deo, siue mortalibus, siue immortalibus donatur hhaçed, idest, donum & gratia, beneficiūq; rectè appellatur. Veritatis autem appellatione plerūque significatur, vel quod iure quodam redditur, vel quod quasi iure, hoc est, ex liberali promissione rependitur. Quidquid ergo supra debitum dono datur, & velut auctuariū conceditur, hhaçed Hebræice: Latine gratia, Hispanè hodie Merced dicitur. veritas autē id, quod quatenus, vel ex debito, vel ex promissione retribuitur. Iacob itaque maxima humilitate vsus, agnoscit, fateturque, se non esse dignum, vel minimo quouis dono, vel quolibet beneficio pro veracissima Dei pollicitatione sibi collato. Et re vera hæc est illa precatio à Deo accepta, & ad impetranda ab eo postulata semper efficax: quam Ecclesiasticus commendat, dicens: Oratio humiliantis se nubes penetrabit: & donec propinquet non consolabitur. & non discedet, donec altissimus aspiciat. Orabat & Ezechias rex cum magna fiducia dicens: Recordare domine, quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto. Sed sicut illud est imperfectorum, qui adhuc peccata desunt: sic hoc est perfectorum, qui spiritu exultant, de quibus in Apocalypsi: Ascendit fumus aromatatum, quæ sunt orationes sanctorum. Vtræque demum preces Deo sunt gratæ, & in quibus beneficia ab illo profecta, & in quibus humana apud eum merita cum debita animi summissione, & alacri gratiarum actione commemorantur. Enimvero non abrequæritur, pro quibus beneficijs maiores gratiæ summo bonorum omnium largitori sint agenda: pro his, quæ nobis donat non pollicitus: an pro his, quæ ex promissione accipimus? Proculdubio in vtriusque par est donantis benignitas. sed maioris dignationis & antiquioris amicitia & exploratiores beneuolentiæ videtur esse, bonorum quoque

futurorum expectatione mortalium animos erigere: quam insperato eadem bona concedere. Quare ampliores nobis agenda Deo censentur pro beneficijs ex promissione acceptis, quam ex improviso donatis. Porro perstat adhuc hic iustus in agendis Deo gratijs, tum pro donis præteritis, tum pro beneficijs præsentibus dicens:

In baculo meo transiui Iordanem istum: nunc cum duabus turmis regredior.

In, prepositio pro, Cum, posita est ex Hebræico idiomate: & habet prouerbialem figuram: vt rebus omnibus destitutè intelligatur. Duabus autem, & hominum, & pecorum turmis locupletatus, agnoscit effusissimam optimi largitoris in se beneficentiam: eamq; prædicans fatetur, quod non potuisset homo peregrinus tam opulentus patriam suam repetere, nisi per diuinam opem tanta rerum abundantia auctus fuisset. Sed quid tanta proderat opulentiā, si omnia in manus hostium ventura forent? sed ne illa ad hostes deuoluatur, Dominum præcatur dicens:

Erue me de manu fratris mei, de manu Esau.

Conduplicatio manus exagrat rei indignitatem: quod tanto furore frater in fratrem debacchetur, vt sit ei opus celestem protectionem expetere: eamq; precibus, & lachrymis obtinere: ne à fratre germano, quamuis reclamante natura, feriat.

Quia valde,

Inquit,

Eum timeo: ne veniens percutiat matrem cum filijs.

Non erat iniustus is timor. Rescuerat enim eum, quem olim offenderat, nondum sibi reconciliatum, nunc instructo exercitu ad se properare. Verum illud, Ne percutiat matrem cum filijs prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, Ne destruat omnia. & est ea translatio sumpta ab auiculis vel ouis vel pullis incubantibus, quæ: cum in nidulo ab aucupercapiuntur: nihil relinquitur, vnde soboles succrescat. Ad hunc sanè modum Iacob timuit, si totum se cõcidi, vt nihil restaret, ex quo succederet semè illud, in quo geres esset oēs benedicēde. Idcirco, tanquam si cū hoste sibi similizeret, ipsi Deo promissiones præteritas respiceret: vt verba sua rebus ipsis firmet, ne diuina

d 3 veritas

Psal. 83.

Roma. II

Eccle. 35.

Apoc. 5.

Psal. 21.

2. Petri. 1.

Apoc. 3.

veritas apud filios hominū vacillet, id quod esset maximum torius veræ pietatis dispendium. Hoc est enim: quod subiungit.

Tu locutus es, quod bene mihi faceres: & dilatares semen meū sicut arenā maris, quæ præ multitudinem numerari non potest.

*Psal. 146*

Hyperbole est, sicut, Clamor sidera pulsar. Qui enim numerat multitudinem stellarū, & eis omnibus nomina vocat: non dubium, quin numeret semen Israel, siue carnale, siue spirituale, quātumuis sit multiplicatum. Augendi ergo gratia supergressa est Scriptura, sed non mentita: quia non quid nuda litera sonat, sed quid tropus his in locis, talibusq; locutionibus intelligi velit est animaduertendum. Quæritur, vbi nam dictum sit Iacob, Deum dilataturum esse semen eius, sicut arenam maris: cum in superioribus minime legamus dictum eidem, Sicut arenam maris, sed, Sicut puluerem terræ. Intelligendum est igitur, quod, cum illud, Sicut arenam maris supra dictum fuerit Abraham, ac postea Deus dixerit Iacob, Non derelinquam te, donec faciam omnia, quæ dicta sunt ad te, hoc est, super te: quia promissiones diuinæ Abraham & Isaac dictæ ad Iacob, & non ad Esau pertinebant: quæ illis dicta sunt, huic & dicta reputantur. sicut & ea quæ Dominus Iesus discipulis suis loquebatur & pollicebatur: cunctis in se credentibus quos illi beati discipuli Evangelici verbi semine genuerunt, dixit, eisque promisit. sicut & ipse Dominus Apostolis alloquens testatus est dicens, Quod vobis dico, omnibus dico. Iā vcrò cum Iacob orationem suam ad Deum fecisset, & supplicationem precum obtulisset: facit & viri prudentis officium, dum fratrem præmissis munibus placare sibi molitur.

*Mar. 13.*

Cumque dormisset, nocte illa separauit de his, quæ habebat munera fratri suo.

Notāter dixit De his quæ habebat: subaudiendum est, In manu, id est, potestate. nā in Hebræo est, De his quæ veniebant in manum. ea intelliguntur esse, quæ supererant sibi, tanquam iam prorsus sua, persolutis Deo decimis. Nā prius, quā sacerdotibus decimæ redantur ex itegro aceruo decimādo nō licet aliquid decerpere, quod in vsu vertatur humanos, nisi idem cum reliquo decimalem ra-

tionem subeat. Ex hoc autem loco in quo iustus peccatori munera misisse traditur, constat, licere viris probis, non nihil diuitiarum suarum improbis hominibus, à quibus male tractantur, pro tempore donare: haud utique vt eos in vitijs, facinoribusque suis foueant: sed, vt innocentibus nocere desistant. Sic enim minori damno sui vexationem redimūt secundum illud quod scriptum est: Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. Constat & inde, Ecclesiasticos prelatos, posse ex Ecclesiæ bonis nonnulla tribuere tyrannis, vel personas ecclesiasticas vexantibus, vel Ecclesiis euersuris, siue illi sint fideles, siue infideles, qui multo maiora dāna minantur, si, quæ petunt, eis negentur. Patiuntur enim hæc boni viri potius quā agant, redimentes tempus quoniam dies mali sunt. In quo tamē viris probis maxime cauendum est, ne redimendæ vexationis pretextu trahantur ad aliquid, vel admittendum, vel perpetrandum, quod sit contra bonos mores, atq; pietatem. Alioqui necessum est eis mortem potius oppetere, quā, aut ab honesto recedere, aut religionē violare. Quæ autē munera fratri mittenda Iacob secreuerit, cōtinēter Scriptura narrat.

*Pror. 13.*

Capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, arietes viginti, camelos foetas cū pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinos viginti, & pulli earum decem.

Hæc enim omnia pecora honesta, commodaq; ratione selecta sunt: & pulchra œconomia in ordinem disposita: quo seorsum gradientes conspicua magis essent: & mittentis benevolentiam, atque liberalitatem plenius declararent.

Et misit, inquit, per manus seruatorum suorum, singulos seorsum greges. Et dixit pueris suis: Antecedite me: & sit spatium inter gregem & gregem.

Quinque enim greges erant, caprarum, ouium, camelorum, taurorum, & asinarum.

Et præcepit priori dicens: Si obuium habueris Esau fratre meū & interrogauerit te: Cuius es?

&

& quò vadis? & cuius sunt ista, quæ sequeris? Respōdebis: Serui tui Iacob, munera misit Domino meo Esau: ipse quoq; post nos venit.

*Pror. 15*

Cum seruum maioris fratris se dici præcipit, haud mendacio, sed vulgata vrbantate id facit: vt quem putat iratum, blando sermone sibi conciliet. Quod quidem fecit ille prudenter: quoniam, vt sapiens testatur: Sermo molis frangit iram: durus verò suscitatur furor. Perurbane quoq; nō dixit, Munera misit tibi: sed Dño meo, quod amplius & maius aliquid sonat. Et, ne forte Esau suspicaretur ea munera Iacob ei misisse, vt ipsum tot gregibus excipiendis impeditum effugeret, adiecit & illud:

Et ipse quoq; post nos venit.

Nimirum, vt Esau fratrem ad fratrem germana quadam confidentia accedere præsumeret: menteq; conciperet, quā placido animo, lætiq; vultu deceret, se recipere fratrem germanum, tam recte. probeque de se præsumentem. At Iacob

Similiter mandata dedit secundo, ac tertio, & cunctis, qui sequebantur greges dicens: Eisdē verbis loquimini ad Esau cū inueneritis eum: & addetis: Ipse quoq; seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur.

Enimvero, quæ sequuntur.

Dixit enim: Placabo illum munibus, quæ præcedunt: & postea videbo eum: forsitan propiciabitur mihi:

A sacro scriptore sunt interposita. Non est enim prudentis artem suam proderi: & eis quibus cum agit se suspectum reddere: sed prius vel blando sermone, vel gratis munibus, vel vtriusque in alienatum à se pectus sese insinuat: vt tali captura admissus aduersario iam sibi placato, atque beneuolentorum demum aperiat. Vides, vt hæc omnia prudentissime fecit: vt placato fratris furore clementem facere posset. Id quod & factum est Deo cor illius demulcente, & trac-

tabilem extincta ira faciente, Nam, si Labanem, qui eum tanta concitatione persequeretur, timere fecit, per ea quæ ad ipsum dicebat: multo magis fratrem mansuetiorem fieri erga iustum fecit. Non tamen apparuit dominus Esau, vt eum deterreret, ne fratri noceret: quia iam oculo quodam Dei instinctu in fratrem mitigatus fuerat, mentemque benignam in eum conceperat. At hoc Iacob ignorabat: ideoq; omnia, quæ tantus timor dictabat, diligenter exequabatur.

Præcesserunt itaq; munera ante eum.

Scilicet, vt, vel munerum admissioe, vel depulsione aduentantis fratris in se animum penitus agnosceret.

Ipse verò mansit nocte illa in castris.

Castra vocat locum, in quo angeli Dei Iacob occurrerunt: quem locum ipse Manaim, id est, castra appellauit. Est autem hinc comperitum, ante noctem Iacob elegisse, atque distribuisse in alios atque alios greges munera: iussissetq; nuntijs, pastoribusque pecora agentibus, per integram fere diem se præcedere: vt eo absente tam selecti, pulchriq; greges Esau traderentur.

Cumq; mature surrexisset.

Multo clariùs habent Hebraica: Et surrexit in nocte illa. Sic & Septuaginta. ἀναστὰς δὲ τῆν νύκτα ἐξέβη. Ante lucem enim hæc gerebantur. Nam ante auroram colluctati sunt angelus & Iacob. quod igitur in Latino est, Mature, positum pro Opportuno tempore: id est, post secundam aut tertiam noctis vigiliam, certe ante lucem.

Cum itaque mature surrexisset tulit duas uxores, & duas famulas cum vndecim filijs: & transiuit vadum Iaboch.

Non dicit Iacob tulisse familiam suam, eo quod eam humeris vexerit: sed, quod fecerit uxores, & filios, totamque familiam camelis impositam transuadare. Narrat & filios tantum vndecim: quia Benjamin nondum natus fuerat. Tacuit autem Dinam: quoniam apud Hebræos genealogiæ series per mares, non per feminas ducitur. De vado autem Iaboch sic scriptum accepimus: Iaboch fluuius est, quo transmissio luctatus est Iacob aduersus eum, qui sibi apparuerat: vocatusque est

Israel. fuit autem inter Ammam, id est, philadelphiam, & Gerasam, in quarto miliario eius: & ultra procedens Iordani fluuio commiscetur.

Traductisq; omnibus, quæ ad se pertinebant, remansit solus.

Nempe ut ab omni tumultu feriatu expeditiu & vehementius opportunis ad Deum fundendis precibus incumberet, quibus celestite aduersus Esau præsidium promeretur. Egregio deniq; exemplo Patriarcha nos docet, quid instante periculo agere debeamus. Sic enim ille à principio Deum orauit: ut & confidentiam metu moderaretur, & confidentia metum consolaretur: significans, suadensq; ut & nos sic nostræ vitæ, nostrisque familiaribus humana ratione consulamus: ut tamen in primis Dei auxilium inuocemus. Et quia Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus eum in veritate.

Ecce vir luctabatur cum eo vsque mane.

Hic vir angelus erat, idemque bonus & priuatus suus ipse Jacob custos, qui in assumpto corpore, viriliq; specie cum eo luctabatur idque non modo corporali lucta, sed etiam spiritali. Sic ramen, ut ea corporalis colluctatio spiritali adumbraret: & victoria victoriam præsignaret. Et tenim angelus prior luctam aggressus Patriarcham accessiuit: eumq; fere compulsi secum colluctari: diuque lucta protraxit. Nempe vsque mane, id est, vsq; ad ascensum auroræ: hoc est: vsque ad auroræ finem. hoc fiebat ab angelo non utique pertinaciter, sed viriliter, ut Jacob tam diuturna, vehementiq; compugnantia, vires suas expertus animosior fieret, neq; fratris congressum formidaret.

Qui, cum videret, quod eum superare non posset, tetigit neruum eius.

Quæritur. cur angelus bonus non potuerat hominem luctando superare, cum de malo scriptum sit: Non est potestas super terrâ que comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeat. Responderim, quod cum angeli sint Dei ministri potentes virtute, ut faciant verbum eius: licet natura sint hominibus longe potiores, ex diuina tamen dispensatione compensato labore, comparatisq; inuicem, viribus cum illis colluctantur. Quare tatum cœ-

Iob. 41.

lestis hic athleta in Jacob potuit, quantum fuit ei diuinitus concessum. Non fuit ei datum, ut vinceret Jacob: sed prohibitum, vel certe iustum, ne vinceret. Fuit autem ei concessum, ut percuteret eum in certo quodam loco. Sic enim habet:

Qui, cum videret, quod eum superare non posset: tetigit neruum femoris eius: & statim emarcuit.

In Hebræo est pro neruo קפ caph: id est, plantam, seu latitudinem. asseruntq; Hebræi Caph hoc loco significare latum illud os inferioris coxæ & concavum, cui superioris coxæ conuexum insidet: quæ quidem duæ coxæ oculato quodam neruo sibi inuicem connectuntur, quod ad motum habiles reddantur. Hic itaque neruus percussa planta seu latitudine feminis interioris, qua coxa tegitur, illico emarcuit. Quid est, Emarcuit? nisi quod os illud, vbi neruus utranque coxam connectit, velut humefactus angelico tactu, laxatusque fuit: dissolutum fuerit: & à loco suo dimotum.

Denique eluxata coxa claudicare cepit. Et forte in loco illo membrum genitalibus proximo percussus est: quia duas simul sorores, utraque viuente & sentiente, uxores duxit. in quo quidem facto, licet crimine abesset, in specie tamen error, & nonnulla culpa adesse videbatur. quam quidem mali speciem prorsus esse vitandam diuinus Paulus monet dicens: Ab omni specie mala prohibete vos. Deniq; hoc mysterio docemur, hominem, quem Deus diligit: patere quidem Dei flagello verberandum: sed sic, ut punitus corrigatur. Sic enim tangitur, ut non conficiatur: sic affligitur, ut non opprimatur: sic verberatur ut vegetior reddatur, atque pia tolerantia celestem benedictionem promereatur. Ergo cum Jacob angelum firmiter teneret (intellexerat enim celestem quandam esse virtutem) secum retinere eum cupiebat, ut tali præfide comitatus instans periculum euaderet.

Dixitque ad eum.

Angelus videlicet ad Jacob.

Dimitte me. iam enim ascendit aurora.

Angelus enim loquitur, tanquam is, qui è Jacob manibus elabi non valeret. vel quia diuino decreto tale corpus angelus assumpsit, per quod Jacob vinci non posset: vel deniq; quoniam, & si spiritus ille celestis hominem superare potuit

1. Theff. 5

Matth. 13.

Ioan. 8.

potuit, noluit tamen: & ideo se superare non posse verbis innuebat: quia nolebat. Vsurpatur enim in Sacris literis interdum Nō posse pro Nolle. sicut apud Matthæum de Christo dicitur: Et non potuit ibi facere aliquam virtutem. Non quia non potuit, sed quia noluit. & apud Ioannem de Iudæis: Non poterant credere: pro eo quod est, Nolebant. Angelus itaque, quasi non potens è manibus tenentis semet expedire dixit ei: Dimitte me: iā enim ascendit aurora. In Hebræo est: Quia ascendit aurora, estq; verbum illud ascendit præteriti temporis. pro causa igitur quare sit dimittendus, angelus adducit auroram ascendisse: propterea quod minime deceret spiritum celestem in corporali habitu cum mortali colluctatē ab aliquo alio, quā à Jacob clara in luce videri. At Jacob agnoscebat angelum Dei, & oblata sibi extorquendi ab eo benedictionem opportunitate vtens, respondit.

Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

Mirabile quidem hoc est: ab eo quem velut fortior retinet, benedicti exigit. Sed tantum animi in illa colluctatione acceperat, licet se femine percussum sentiret, tantum pietatis affectu meruerat, tantam de angelico auxilio promerendo expectationem conceperat: ut ausus fuerit, grādius quiddam insonare, Nō dimittam te, nisi prius benedixeris mihi. Enimvero nemini hoc Patriarchæ dictum videatur absurdum: cum Deus ipse fateatur, se ab homine quodammodo teneri. Dixit enim Moysi: Dimitte me, ut deeam populum istum: & apud Ezechielem idem queritur dicēs: Et

Exo. 32.

Eze. 22.

quæsiui de eis virum, qui interponeret sæpē, & staret oppositus contra me de terra: dissiperem eam: & effudit super eos indignationem meā: & in igne iræ meę consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi: ait Dominus omnipotens. Non tamen Deus ab homine teneri dicitur, quasi creator à creatura vincatur, constringaturq;: sed quod piè iustorum preces apud fortissimum Deum spirituum tantum valeant, ut eum tenere videantur, cum ob eas in ipsos iuste alioqui puniendos flagella intentans, manum non extendit. Id quod & apertissime liquet ex illa pientissima ad

Esa. 64.

Deum Esaie prophetæ querimonia. Nō est, ait, qui inuocet nomen tuum: qui confurgat & teneat te. Ac si dicat: Doleo & queror Domine Deus, non esse inter nos talem virum, qui pro nobis inuocet, vel voce vel affectu, vel viroq; nomen tuum illud magnum, cunctis

inuocantibus ipsum salutare. Doleo neminem esse, qui de ruinis iniquitatum suarum cōsurgat, ut sublatis ad te mundis manibus te teneat, Doleo non esse quenquam, qui velut olim Moses apprehendat, possitq; dicere cum sponsa: Inueni, quæ diligit anima mea: tenui illum: & non dimittam. Ait ergo angelus ita detentus. Quod nomen est tibi? Nomen eius quærit: non quod illud ignoret: sed ut in maius quoddam & augustius commutet, vel potius addat.

Cant. 3.

Respondit: Jacob. At ille, Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum: sed Israël.

Jacob quippe nomen à קפ Caph, quod est Calcaneum, siue planta deriuatur, quasi supplantator, vel deceptor, vel quod prioris fratris nascendo plantam manu tenuerit, vel quod paternam benedictionem dolo nō malo interceperit. Israël autem interpretatur, vel fortis, vel princeps, vel præualens, & dominans cum Deo. Mutans igitur angelus nomen Jacob, vel potius augens cum altero nomine (nam posthac frequenter vocatus est, nō solum Israël, sed etiam Jacob) nequaquam, inquit, Jacob: subaudiendum est, Dūtaxat, nomen tuum: quod est humilium & minus honestum, utpote à supplantatione, seu deceptione deductum, sed Israël, quod est excellentius multo & honestius, utpote à fortitudine & præcipua quadam valetudine deriuatum est. ut iam nulla fraude: sed diuina autoritate principatum aduersus fratrem possidere intelligaris. Rationem autē noui nominis subiungens omnem ab eius peccatore humanum timorem adimit. Ea est.

Quoniam, si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis?

Ecce his dictis ostendit totam causam, propter quam adeo se humiliavit, ut cum homine luctaretur, & quasi inferior teneretur: & simul docuit, iustum per nominis impositionem, quis esset, & quem viderit, & comprehenderit. Sed mirum est, quod Jacob dicitur cum Deo pugnas, cum pugnarit cum angelo. Agnoscebat igitur est Scripturarum mos: in quibus non tantum angeli, sed homines quoque Dei appellatione illustrantur: quale est illud: Non est similis tui in Diis Domine: quod de angelis dictum accipitur: sicut illud hominibus: Ego dixi, Dij estis: &

Psal. 85.

Psal. 81.

d. s. filij



filij excelsi omnes. Facit ad hoc, quod in Hebraeo non est hic אל el, sed אלהים Elohim quod nomen pro Deo & angelis & hominibus aliqua excellentia praestantibus usurpari solet. Iam vero operaepretium esse arbitror, diui Hieronymi auctoris disertissimi sententiam super Israel nomine, quamuis plurimis verbis explicatam, his adscribere, ut, vel ex tanti viri auctoritate studiosus lector sentiat, quam sit operosum ac necessarium, interdum aut Hebraicam aut Graecam originem repetere ad quosdam Sanctorum scripturarum locos penitus intelligendos. Iosephus inquit, in primo Antiquitatum libro, Israel ideo appellatum putat: quod aduersum angelum steterit: quod ego diligenter excuiens, in Hebraeo penitus inuenire non potui. Et quid me necesse est opiniones quaerere singulorum, cum etymologia nominis exponat, ipse qui posuit. Non vocabitur, inquit, nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum, כי שרית אל הים עם Quare interpretatur Aquila, οτι ηρακ μετ εδου, idest, quoniam regnasti cum Deo. Symmachus, οτι ηρακ μετ εδου, idest, quoniam regnasti robore aduersus Deum. Septuaginta & Theodotium, οτι εν ισχυρα μετ εδου, idest, quoniam inualuisti cum Deo. כי שרית sarith enim, a quo Israel vocabulum deriuatur, principem sonat. Sensus itaque est: Non vocabitur nomen tuum supplator, hoc est, Iacob: sed vocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc est, Israel. Quomodo enim princeps ego sum: sic & tu qui mecum luctari potuisti, princeps uocaberis. Si autem mecum, qui Deus sum, siue angelus (quoniam plerique variae interpretantur) pugnare potuisti, quanto magis cum hominibus, hoc est cum Esau, quem formidare non debes. illud autem, quod in libro nominum interpretatur Israel, Vir videns Deum, siue, Mens videns Deum, omnium pene sermone detritum, non tam vere, quam uolenter mihi interpretatum uideretur. Hic enim Israel per has literas scribitur: Iod, sin, res aleph, lamed: quod interpretatur Princeps Dei, siue Directus Dei, hoc est, ουδωτ ατος θεου, quasi dicas, rectissimus Dei. Vir uero uidens Deum his literis scribitur ut Vir ex tribus literis scribatur, aleph, iod, sin, ut dicatur ישׂא Is. uidens uero ex tribus, res, aleph, he: & dicatur, יהוה rohe. Porro אל el, ex duabus aleph & lamed: & interpretatur, Deus, siue, Fortis. Quamuis ergo grandis auctoritatis sint & elo-

quentiae, & ipsorum umbra nos opprimat, qui Israel Virum, siue Mentem uidentem Deum transtulerunt: nos magis Scripturae, & angeli, uel Dei, qui ipsum Israel uocauit, auctoritate ducimur, cuiuslibet eloquentiae secularis. Haec ille. Enim uero non miretur diligens lector, quod pro eo quod habetur in codice Hieronymiano: Sarith enim, quod ab Israel uocabulo deriuatur, principem sonat: nos supposuimus, Sarith a quo Israel uocabulum deriuatur, principem sonat. Non enim Sarith ab Israel uocabulo deriuatur, sed contra Israel a שרית sará uerbo, quod principari, seu principem agere significat, a quo & Sarith, princeps. Iam uero hic iustus tanta uictoria exultans, nouoq; nomine insignis, uelut cum sibi compare ageret, audeat de coluclatoris nomine quaerere. Nam

Interrogauit eum Iacob: Die mihi, quo appellaris nomine?

Volebat enim certum nomen angeli habere, quod illum postea signanter appellaret, atq; veneretur.

Respondit.

Nempe angelus Iacob interroganti se.

Cur quaeris nomen meum?

Sola interrogatione interrogationem retulit: quod indicet audaciae cuiusdam fuisse, & ueluti temerarij consilij, Dei nomen quaerere: quod sit ille incomprehensibilis atq; ineffabilis. Licet enim in Sacris literis decem nomina sint prodita & obseruata, quibus uel ipsa Dei essentia uel aliae atq; aliae perfectiones illius commonstrentur: nullum tamen est nomen, quod immensam illam supremam naturam maiestatem, quanta sit, mortalibus manifestet. Imo neq; cuncta illa nomina simul sumpta illius maiestatis amplitudinem exequantur. At, cum uidebimus Deum, sicut est, tunc erit cunctis uidentibus eum Deus unus & nomen eius unum. Nam qui beatissima illius uisione digni fuerint, nequaquam alium atq; alium uario gentium errore seducti, sed eundem, uerumq; Deum agnoscent, nec uariis cogitationibus, sicut nos, qui subortodoxa fide peregrinamur, sed unico suo singuli quique conceptu illum comprehendent. Quod si de nomine angelico proposita sit quaestio: ea quoque eadem interrogatione repellitur: ueluti quaeratur nomen occultum, & admirabile, quod non sit mortalibus inuulgatum. Quod enim in libro Iudicum angelus Do-

Zach. 14.

Indi. 13. mini

Ps. 146.

2. Cor. 12.

Theophy

mini Manue familia quaerenti pro negatae manifestationis causa respondit, hic est quoque subaudiendum. Sic enim illic habet: Quare quaeris nomen meum? quod est admirabile. Denique licet nomina quorumlibet angelorum sua singulis propria quibusque sint nota, eorumque conditori notissima, Qui nunerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat: optimis tamen de causis illa mortalibus occultant. Tacent enim praegranda nomina sua, ne mortales in eorum admirationem suspensi in errorem colendi eosdem pro Diis labantur. Nec mirum, hoc offendi culi genus spiritus caelestes hominibus, in quibus seruandis Deo ministrant, diligenter abstulisse, quandoquidem & diuinus Paulus, idem diligentissime uitarit, sicut ipse Corinthiis testatur dicens: Nam & si uolero gloriari, non ero insipiens: ueritate enim dicam: parco autem, ne quis me existimet, supra id, quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Ea igitur ob causam Paulus praecipue obticebat, ne cura homines in Deum referent: eoque perpetuo de se silentio utebatur. Et, si quando dicere quidpiam cogebatur, obscure tamen & adumbrate uerba iactabat, ne maius aliquid de se homines opinarentur: neque enim dixit, Ne quis de me loquatur: sed, Ne quis cogitet, quod praeter meam sit dignitatem. Nam si tauros illi immolare, & pro Deo colere signorum stupore Listrenses contenderant, quid ei honorum deferre intermisissent, si & reuelationes, quas habuit, & edidisset? Cautissime itaque angeli Dei cum ad homines illuminandos, purgandos, atque perficiendos mittuntur, manifestant se nominibus, haud quidem sibi ipsis naturalibus, sed compositis ex ministerio, quo funguntur. Componunt enim ea, quae, quam acturi uenerint: & ipsius Dei nomine, a quo mittuntur: ut nequaquam in se ipsos, sed in ipsum Deum, cuius legatione apud homines funguntur, totam referant gloriam, quae ab operibus per eos magnifice gestis proficiscitur. Quod item faciunt, ut ipsis appellationibus, quibus sese nuncupant aperte declarent diuinum mysterium, ad quod hominibus reuelandum atque gerendum a communi domino sint missi. Sic enim angelus ille, qui missus est ad purgandum ignito calculo Esajae prophetae labia, dictus est Seraph: licet non fuerit de Seraphico ordine, quod in cessione quadam spiritali illa purificari. Seraphim enim Incendentes intrepertantur a uerbo שרף saraph, quod Hebraeis est incendere. Sic & angelus ille, qui prelio in caelo cum

dracone commisso eum uicit, de quo summo in imum barathrum deturbauit, dictus est Michael, nomine ex tribus distinctiunculis Hebraicis composito, mi, Ki, El. Porro, Mi, sonat, quae: Ki, sicut, El, Deus: sed sub ea ratione qua est fortis, ut sit Michael, quis, ut Deus fortis? Certe nullus. Nihil est enim tam forte, adamas licet alliget illud: quod non maneat inferius, suppositumque Deo. Tandem & spiritus ille ecclestis, qui missus est ad sacratissimam uirginem, quo Dei nomine conceptum illum diuinitissimum ei annuntiaret, Gabriel est appellatus, quod interpretatur Vir Deus: quia mysterium denuntiabat, per quod & Deus fieret homo, & homo esset Deus. Et, quoniam hoc sacramentum est omnium maximum, & in quo Dei fortitudo maxime eminet, Gabrielis nomen ex Gibor, quae est Hebraeis Vir fortis, uel gigas robustus, & ex Dei nomine El, quod ipsum Deum sub fortitudinis attributo significat, compositum est: ut ex utraque parte suprema Dei potestas in maximo dominicae incarnationis arcano commonstretur. Quid enim obsecro inter uniuersa omnipotentis operatum magnum, aut sublime, aut excellens, uel inueniri, uel excogitari potest: quam hominem, sic in Deum unione illa, tum ineffabiliter, tum indissolubili adsumi, ut Verbum caro factum sit? Sed iam ad literam serie reuertamur.

Et benedixit ei in eodem loco.

Quae autem fuerit praesentis benedictionis forma, minime nobis constat, sed credibile est, prioris illam, quae dicta fuerat ei in Bethel, hac posteriore confirmasse angelum Domini, eademque iuxta noui nominis uim validum, intrepidumque eum redidisse. Nam quae admodum prauis spiritus eos, quibus cum conuersantur, perturbatos & formidolosos & inquietos efficiunt: ita boni, Dei amicos praesentia sua, atque colloquio sedatos, confidentes, & quietissimos faciunt. Porro

Iacob.

Et caelesti uisione laetatus, & ope diuina ualatus.

Vocauit nomen loci illius Phanuel.

Hieronymus. In Hebraeo, inquit, dicitur, פנאל Phanuel, ut sciamus ipsum esse locum, quod in caeteris Scripturae sacrae uoluminibus ita, ut in Hebraeo scriptum est: Phanuel legitur in Graeco: in Hebraeo Peniel profertur, quod interpretatur facies Dei: ideoque nominis loco

Hiero.

loco impositi causam è vestigio reddidit.  
**Dicens: Vidi Dominum facie ad faciem.**

*Ioan. 1.* Nō utiq; Deū ipsum in sua maiestate manifestē vidit, cū veritas per Ioānē dicat, Deum nemo vidit vnquā: sed angelū Dñi in humana forma corā se viderat, qui Deū ipsum, cui⁹ legatiōe fungebatur, repræsentabat: ideo Dominū se vidisse fatetur, & à nomine Dei locum appellauit. Idque meritò, quia diuino mysterio omnia tribuebat. Inde, velut exultans & admirans adiecit.

**Et salua facta est anima mea.**

Exultans, inquā, quia tantū fiducia ex visioe Dei cōcepit, vt animā suam timore antē penne mortuā, seruata asserat: quia iā non erat cur sibi à fratre Esau timeret. Admirans autē, quod viso Dño facie ad faciem mortuus nō fuerit, exclamauit: Et salua facta est aīa mea, id est, seruata est vita mea. Erat enim opinio antiquis recepta, confestim eos mori, qui vel Deū, vel quēpiam Dei angelum vidissent, tā quam non potēte inferiori natura, superioris maiestatem sine vitæ discrimine sustinere.

*Deut. 5.* Hinc vt in Deuteronomio refertur, cū audissent Israēlitæ Deū sibi loquentē, magnum q; ignem diuinitus flagrantē prospexissent, admirati se non fuisse extinctos ad tanti Dei cōspectum dixerūt: Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster maiestatem suam, & magnitudinē: vocē eius audiimus de medio ignis: & probauimus, quod loquēte Dño cū hoīe, vixerit homo. Cur ergo moriemur? et deuorabit nos ignis iste maximus? Si enim audierimus vtrā vocem Dñi Dei nostri, moriemur. Quid est enim omnis caro, vt audiat vocem Dei viuētis, qui de medio ignis loquitur, vt possit viuere: sicut nos audiuius? Ex horū

*Iudi. 13.* quoq; opinione Manue Samsonis pater trepidus dixit ad vxorē suā: Morte moriemur, quia vidimus Dñm. Cui respondit mulier, sanē viro multò sapiētior: Si Dñs nos velle occidere, de manibus nostris holocaustū, & libamenta non suscepisset: sed neq; ostēdisset nobis omnia, neq; ea, quæ vctura sunt dixisset. hāc igitur opinionē vulgarem potius, quā veram prudētissimā femina firmissima ratione reprobauit. Et Dñs noster Iesus Christus eā falsā penitus declarauit: quippe qui in assumpta humanitate mortalium oculis conspicuus, sicut nemini fuit moriēdi causa, sic ad vitā plerōq; reuocauit. At Iacob vulgari adhuc tētus errore pro maximo ha-

buit beneficio, se vidisse Deū, & cū eo fuisse colluctatum, & nō modò nō esse mortuum, sed ita fuisse animatum atq; roboratū, vt tali protectore fretus deinceps aduersarium minime formidaret. Porro peracta lucta, illataq; benedictione, & angelus illico discessit, & Iacob inde profectus vltērius pergebat.

**Ortusq; est statim sol postquā transgressus est Phanuel.**

Quando præterit visio Dei, ad lucē corporālē corporeis oculis hauriendā reuersus est. Vidisti ne cū Chrysofomo, quomodo infirmitati humanæ Dñs sese attēperans, oīa agit & tractat, vt suā misericordiā declaret? Et ne admireris, dilecte, quod fuerit tāta humiliationis illius magnitudo: sed cogita, quod & Patriarchæ, cū apud quercum sederet, in hominis figura cū angelis hospes fuerit: præsignans nobis, iam multò antea, & ab initio, quod humanā naturā suscepturus esset, vt sic omnē humanā naturā à diaboli tyrānide liberaret & ad salutē reduceret. Verū tum quidē, quoniā initiū & principia erāt, in figura vniciq; illorū apparebat. Sicut ipse per aliū prophetam dicit: Ego visiones multiplicauit, & in manibus prophetarū assimilatus sum. Quando autem dignatus est Dominus humanam formam suscipere, non putatiuam, neq; apparentem tantum carnem, sed veram induit. Sed ad Iacob, de quo inquit:

**Ipse verò claudicabat pede.**

Enimvero creditur Iacob ab eiusmodi claudicatione fuisse curatum, quamuis in Scripturis sanctis non sit proditum, quo tempore rectus ei incessus fuerit restitutus. Videbitur forsā alicui, ipsum recte incessisse prius, quā fratri occurreret, ne vel claudus fratri despectui haberetur, vel mirabilem claudicandi causam, indigno, qui talia mysteria nosset, narrare compelleretur. Iam vero Moses historicus simul & propheta, quod inde secutum sit, tradit dicens.

**Quam ob causam nō comedūt filij Israēl neruū, qui emarcuit in femore Iacob, vsq; in presēte diē: eò quod tetigerit neruū femoris eius, & obstupuerit.**

Deniq; ab hoc solo neruo, q̄ eluxat⁹ est, & cōtract⁹, vel obstupefact⁹, comedēdo filij Israēl abstinebant. Non quod ad eā abstinentiam, vel voto

vel voto, vel mandato obligati essent, sed quā tam ipse Iacob, quā ipsius posterio ob tam mirificæ luctæ, & exoptandæ benedictionis memoriam, non modò sponte sua, sed etiam diuino quodam instinctu id religiose obseruarint. Nā, vt ait Chrysofomus: Sciēs Deus illorum magnā ingratitudinē, & quod obliuiscantur Dei beneficia, ppetuò artibus quibusdam inducit eos, vt habeant memoriā corū, quæ à se facta sunt: taliaq; excogitat momenta per illas obseruationes, vt, eis præsentibus, nullam habeant suæ ingratitudinis excusationem. Tandem orandus est nobis magister ille celestis, qui discipulis suis aperuit intellectum, vt intelligerent Scripturas: vt sic mentē nostrā illuminet, quod super hāc sacram historiam sacratiōe spiritus intelligentiā piē, cōmodē, & sapienter inducam⁹. Iacob igitur cunctis impedimentis suis præmissis solus mansit, quia Vir ille beatus qui non abiit in consiliū impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie non sedit: sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte: inquam, talis ac tantus vir à mundanis tumultibus quantū potest sese procul abdidit, Relinquitēs mortuos sepelire mortuos suos, curasq; carnis, vt omnino postergat, aut sic reprimit, vt magnū spiritui negocium minime cessant. Ac subinde vel sacra lectione, vel diuino reuelatu imbutus, vel audito Dei verbo institutus, vel demū à creatura mundi incitatus inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciere vehementer affectat. Et quā eiusmodi arcana, nec exterioribus, nec interioribus sensibus: sed sola mente contēplari possunt: intentissima meditatione, veluti cū superiori quodam spiritu, colluctatur: si possit discussis, micatē sibi superna luce, corporalium imaginum tenebris ad clarā veritatis intelligentiam peruenire, per quam simplici quodam intuitu, sanctorum angelorum more, illam contēpletur. Luctatur itaq; cū angelo sibi præposito, solitoq; eum illuminare, purgare, & perficere: tenetq; ipsum firmiter, donec meditandi pertinacia non improba, assiduis precibus, & effusis fletibus, ab eo extorqueat: idque summo maximi ac optimi Dei beneficio optatissimam mentis illustrationē, qua ipsam veritatē limpido aspiciat intuitu. At verò spiritus ille celestis, videns se hominis adhuc mortalis instantia teneri, nec à se eum posse, aut nolle excutere, nisi prius eum spiritali benedictione prosequatur: tangit neruum femoris eius, vt ipsum mortalita-

tis admoneat, nec posse mentē, quæ corruptibili corpori sit coniuncta, sublimiorē illā, parēmq; angelis intelligendi rationem consequi. Factus autē neruus obstupefactus est, quia animalis homo nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Quod autē angelus ab homine se dimitti exigit, quod iā ascendat aurora, insinuat humanam mentē mortali corpori immerfam minime valere illā intelligendi rationem assequi, quā in angelis matutinā vocant, per quam illi rerū naturas, nō per quasdam formas ab ipsis rebus emendicatas, sed eis à creatore inditas absq; vllis temporalium ratiocinationum ambagibus ad primē nouerunt. Attamen nec hac repulsa cōquiescit hic noster Iacob, sed etiam num ipsum angelum vrget dicens, Non dimittā te, nisi prius benedixeris mihi: Ac si dicat: Non mihi vendico, nec nunc exigo modū illum cognoscēdi, spiritibus à mole corporea separatis peculiarem, quē animis à corruptibili carne seiunctis te non negare videris: sed expeto vel tātilam diuinæ speculationis vestræ partē, licet inferiori notā, sōtiri: ad quā attingendam, si solis naturalibus viribus non sufficit, sufficiam saltē diuinā opē pte te à Deo ipso mihi delata. Iam verò ab egregio athleta angelus ipse nomen ipsius declarari sibi expetit: vt ipsius appellatione eum doceat non posse mortale tota mentis vi nitentem, ad illā, quā expetit, superiorē capiendæ veritatis sortem accedere: nisi ad id fuerit à Deo roboratus, & eleuatus. At verò cū ipse mortalis luctator suā agnoscat infirmitatē, & modestiæ capacitate os suū aperit, vt celestis benedictionis torrente adimpleatur, mutatur ei, vel potius nomen augetur: vt non iam tantūmodo vocetur Iacob, sed etiam Israēl: vt pote qui iam non solū naturali & laborioso rationis discursu ex creaturis creatorem colligat: sed etiam ea, quæ nec naturali experimento, nec humana traditione, nec sola mentis ratiocinatione scire valet, diuino lumine illustratus intelligat. Quod autē Iacob, quasi pari iure cū angelo contendens ab eo nomē eius deposcit, manifestē declarat agonistam nostrū quādiu in corpore mortali à Domino peregrinatur, nequaquā posse consummatā illam, quā maxime desiderat de Deo cognitionem obtinere. Cōstitebatur & id ipsum diuinus Paulus validissimus & ipse inter primos certator dicens, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetāmus: quum autē auferetur, quod ex parte est, tunc adimplebitur, quod perfectū est. Iure igitur hic noster importun⁹ beatificæ visionis

*1. Cor. 13.*

visionis petax nūc ab angelo repellitur: quod quærat hic illud Dei nomen exprimi, quo sit Pater cælestis cōpletè cognoscēdus: cū nō sit aliud, quàm ipse Verbu alibi clarè vidēdū. Nam mortalibus in hac vita videri negatum est: Non, inquit, videbit me homo, & viuet.

*Exo. 33.* Quare satis est in præsentī hunc cōcertatorē ea benedictione spiritualis illustrationis perfici, qua Deū ipsum, licet nō in ipso, apertoq; maiestatis fulgore, sub quacūq; tamen diuiniōri imagine illum repræsentate, sublimiori quodāmodo, quàm natura valet, agnoscat & conspiciat: vt possit dicere: Vidi Dominū facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

*Ioan. 1.* Non quod essentiā Dei aperte viderit, nam, Deū nemo vidit vnquam: sed quod speciem quādā virilem viderit, in qua per angelū locutus est Dñs. Quē quidem Deum, vel Dei angelum supra dixit virū: quia Deus futurus erat homo: in quē cunctæ Patriarchis factæ reuelationes, dictæq; promissiones: & cūctę prophetarū predictiōes, cūctęq; legis figuræ tendebāt: Finis enim legis Christus est in salutem omni credenti. Quicūq; enim Verbum carnē factum nouerit, ea fide, quæ per dilectionē operatur, potest cum Patriarcha dicere, Vidi Dñm facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ad hæc mirificè postquā transgressus est Phanuel, locū videlicet huius peregrinationis, in quo Deus videtur sub fidei vmbra, ortus est ei sol iustitiæ iā meridiana illa luce refulgens & aperta sui visione Israëlem beatificās. Sed interim dum in hac vita viuatur, Iacob claudicat, altero pede terræ innitēs, alterum à terra suspendēs. quia mo-

*Rom. 10.* do pro præsentis vitæ degendæ necessitatē ad actionē opportunam relabitur: modò gustato spiritu, visioq; quā suavis est Dñs suauis simaq; veræ sapiētiae dulcedine captus ad diuinarū rerum cōtemplationē impiger ascendit. Papæ: ascendit alacer iste claudus, sicut ille ceruus de Caticis canticorum, Saliens super mōtes, & trāsiliens colles terramq; mortuorū vix summis plantis tågere dignatur: quippe qui ad terram viuentiū contēdēs id molitur, vt quoad fieri possit, tota eius cōuersatio in cælis sit. Quare consultissime cautum est veris Israëlitis, in quibus dolus non est, ne obliuionis, stuporis & contractionis neruum comedant, hoc est, ne corporalibus deliniti voluptatibus spiritualiū virtutum obliuiscantur, ne rerum temporalium curis hebetes facti ad æterna præmia meditanda obstupescant, ne demum humano amore contracti per charitatis latitudinē rectā incedere præpediantur: sed fide spiritualia contempletur bona, spe appetant æterna: & charitate incēsi ad apertam ipsius beati, atq; beatifici Dei visionem ardentè properent: donec omni secluso timore in terram illam cælestis promissionis per obuios angelos cum Deo, potentēs, & aduersarij exercitus victores introducātur. vbi non iam per speculum in ægymate cælestia sacramenta videant, sed facie ad faciem Deū optinū, vt maximū verę felicitatis autorē, ppetuò cōtemplētur, iucundissimè fruātur: Hęc est, ait, vita æterna, vt cognoscant te solū Deū verum: & quē misisti Iesum Christū. Cæterum videamus nunc, quomodo fratri suo Iacob occurrerit. Sequitur enim.

*Cant. 2.* *Phil. 3.* *Ioan. 17.*

Caput trigesimum tertium.

Eleuans autem Iacob oculos vidit venientem Esau, & cum eo quadraginta viros.

Postquam enim ex his, quæ facta sunt iustam accepit exhortationem, & sufficiens solacium, & promissionem, quod fortis futurus esset, & potens contra homines, demisso capite cogitabūdus incedebat: vel em quæ cum angelo gesta sibi fuerant, meditabatur, vel tantarum rerum euentum secū ipse reputabat, & vt studiosus pater familias, quid in præsentī factō opus esset, intentissimè cogitabat. Eleuans itaq; oculis vidit venientem

Esau magna militum comitante caterua. Cōmorusq; nō nihil viso Esau ad eius occursum se, suosq; conuenienter admodū preparauit.

Diuisit q; filios Liæ, & Rachel, ambarumq; famularum, & posuit vtranque ancillam, & liberos earum in principio: Liā verò, &

rò, & liberos eius in secundo loco: Rachel autem, & Ioseph nouissimos.

Hieronymus. Non vt pleriq; existimant tres turmas fecit, sed duas. Deniq; vbi nos habemus diuisit, Aquila posuit, ἡμιουρον, id est, dimidiauit, vt vnum cuneum faceret ancillarum cū paruulis suis: & aliu Liæ & Rachel, quæ liberæ erant cum filiis, earum, primasq; ire faceret ancillas: secundas, liberas. Honefissima hæc habetur ingredientibus dispositio, vt pro multarum gentium more honoratiores incedant posteriores. Hūc quoq; morem Lucas Euangelista seruauit cum digestis per ordinem Apostolis, atq; Discipulis Domini vltimo loco beatissimam virginē, tanquam omnium, qui aderant honoratissimā, apertissime collocauit. Ipse autem Iacob fratrem adoraturus viraq; turmam præcessit. Oportuit enim agminis ducem præcedere, vt à familia sua formidinem propelleret, omniaq; tuta, aut faceret, aut sciret. Sic & Dñs Iesus cœpit facere, & docere: & ascendēs ante suos Hierosolymam ad crucis tolerantia eos animauit. Igitur de Iacob.

Et ipse, inquit, progrediēs adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.

Non vtiq; in eodem loco stans, sed paulatim progrediens, iterumq; subsistens. Iacob genua flexit Esau fratrem adoraturus. Neq; id ille fecit absurdè: is enim quem adorabat ei frater erat maior quidem carne, licet non spiritu. Incuruato itaq; toties corpore ad fratris conspectum honoris signum inter humana maximum adhibuit, vt eiusmodi summissio ne ab eo beneuolentiam promereretur. Ex hoc deniq; facto constat, haud esse illicitum, talibus honoribus, vt pote humanis, humanos principes, tam pios, quàm impios prosequi. Perhibentur enim eis, haud tanquam Diis, quibusdam, sed tanquam rebus gerendis à Deo præpositis. Non enim est potestas nisi à Deo. Quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt, vt Doctor Gētium inquit. Quanquam enim ea potestate abutantur tyranni, quando in statu tolerātur: suis honoribus sunt afficiendi. Non enim talibus personis, sed dignitatibus illi & debentur & tribuuntur. Denique septies Iacob adorauit Esau, & septies crexit se: Quia septies in die cadit iustus, &

*Rom. 13.*

*Prou. 24.*

septies resurgit. Hieronymus: Si cadit, quomodo iustus? Si iustus, quomodo cadit? Sed iusti nomen non amittit, qui per poenitentia semper resurgit. Denique Iacob per humilem gestus & per summissam adorationem fratrem in sui beneuolentiam, & fraternos amplexus allexit. Namq; Esau, vbi prospexit Iacob præter fraternam dignitatē sese toties incuruantem, nequaquam passus est, id vltra fieri.

Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum: stringēsq; collum eius, & osculans fleuit.

Ingentia proculdubio sunt amoris fraterni argumenta. Magnum enim apud homines beneuolentiæ signū est amplexus, maius collū stringere, maximum officiosa oscula imprimere. Quid dicam, præ affectu lacrymas effundere? Nec id mirum deseruierat enim iam furor ille Esau, quo incensus frater quondam necem minabatur, siue quod diuina vi animus illius emollitus fuerat. Quādo enim, vt ait Chrysostomus, vult omnium Dominus suam erga nos declarare prouidentiam, & eos, qui in nos atroci animo sunt, mansuetiores facit, siue quod sedata tam longi temporis absentia Esau iracūdia, fraternus in eo affectus restoruit, vt in germanum beneuolus esset. Nam, vt Seneca doctè inquit: Odia externis inimica durant, quos amor verus tenuit, tenebit siue deniq; q; Esau quādā animi magnitudine in prostratum, adeo supplicēq; fratrem clemens fuit. Est enim excelsū cuiusdam, generosique animi se summittentibus ignoscere: & in supplices minime sauire. Nā vt insignis poeta præcipit.

*Hæc tibi erunt artes, paciēq; imponere morem. Virgi.*

*Parcere subiectis & debellare superbos. Ouidi.*

*Corpora si iaceant humi prostrata, leones parcunt. At turpes instant morietibus vrsi.*

Leuatisque oculis vidit mulieres, & paruulos earum.

Agnoscedus est hic & in quibusdā aliis Scripturarum locis Hebraicis: in quibus dicuntur oculi leuari, nō quod sursum attolantur, sed quod ad aspiciendum dirigantur.

Et, ait, nempe Esau: Quid sibi volunt isti: & si ad te pertinent?

Videns

Videns enim Esau iusti facultatum abundantiam in admirationem adductus esse deo & rogare voluit. Quid igitur iustus?

Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo.

Signanter dixit, Donauit, id est, gratis & misericorditer dedit: id quod dixit agnoscens, Dei donum, non tantum in eo quod à Deo habuit, ut homo hominem generaret, totque filios genuerit: sed etiam, quod diuino munere contigit vxoribus suis alteri sterili, alteri iam effatæ nouos fetus ædere. Ad hæc Iacob fratris seruum se vocat, non minus verbis, quam corporis habitu se ipsu in humilitas ut per modestam humilitatem illius indignationem frangat, & mitiget. Erant autem præmoniti cuncti domestici Iacob, ut quum primum ad Esau accederent, eum adorarent: ea propter.

Et appropinquantes ancilla, & filiarum incuruati sunt. Accessit quoque Lia cum liberis suis: & cū similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt.

Nep̄e pulcherrima fuit & amplectenda hæc venerantium Esau series. Ordo enim commodus & rebus & actis appositus nõ modo spectantium oculos capit, & oblectat: sed etiam res ipsas & actiones seruat, augetq̄.

Et ait Esau: Quæ nam sunt istæ turmæ, quas obuiam habui?

Et turmæ plane greges erant, quos ante se Iacob fratri dono miserat. Quare non tam querit Esau, quænam aut cuius sint, nouerat enim seruorum eas agerium relatu, sed quærit, quam ob causam sibi mittantur, ad quod Respondit Iacob, Ut inuenirem gratiam coram Domino meo. Non imprudenter fatetur, quam ob causam illi tot, tantaq̄, munera præmiserit: quauis vtriq̄, ut reor, notam. Siquidem homines animo elato vehementer ambulant cum supplicationibus, tum muneribus aperte secum agi: gaudent publicis illis honoribus, tanquam manifestis, certissimisq̄, suæ ipsorum præstantiæ, atq̄, potestatis testimoniis: ac subinde talibus oblectati, captiq̄, multo facilius placantur, & sunt clementiores. Quod autem non

dixit, Coram te, sed Coram Domino meo. Emphaticus locutus est. Loco enim pro nominis vsus est nomen excellentiam denotante: id quod fecit haud parum prudenter apud hominem adhuc imperium sibi arrogante. Et ille ait: Habeo plurima frater mi: sint tua tibi.

Hoc probe quidem & humaniter Esau dixerit. Veruntamen in hac mutua horum fratrum confabulatione illud primum notandum, quod Iacob, ut vir modestior, sibiq̄, timens summissiore simul & prudentiori oratione utebatur. Esau verò, ut insolentior, superatq̄, natura ferocior cum elatiore tum breuiori sermone respondebat: propterea Esau nulla de Deo mentione facta celeriter protulit: Habeo plurima: sint tua tibi. Iacob autem Dei appellationem, ut ei gratissimus, pluries loquendo interterit, dixit enim paulò superius: Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus: & modò, Quasi viderem multum Dei, & paulò post, Accipe benedictionem, quæ donauit mihi Deus. Sic & Apostolus Paulus, cui erat Dominus Iesus dilectissimus, & pretiosissimus vno quoq̄, fere suarum epistolarum versu dulcissimum Iesu nomen replicat. Neq̄, id mirum: Ex abundantia enim cordis os loquitur. Et ut cõsueuimus, sic & loqui dignamur. Verum Iacob non admisit Esau repulsam, sed monstrans, quanti faciat eius amicitiam.

Dixit: Nõ ita, obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis.

Pro munusculum in Hebræo est מִנְחָה מִנְחָה, id est, munus meum: quod interpretes sensum potius, quam verba secutus forma diminutiva expressit: quoniam Iacob nõ tanquam opibus abundantior & Esau locupletior, illi, ceu pauperi, & indigenti, munera tribuere prætendebat: sed tanquam inferior superiori, quod illud esset iritantis, hoc autem placatis. Et re vera Minha Hebræis munus est illud, quod superioribus, vel Deo, vel homini in eorum excellentiæ testimonium offeritur. Et, ut ei persuadeat oblatum munus accipere, magnifice dixit.

Si enim vidi faciem tuam, quasi viderem vultum Dei.

Non quod humana diuinis adæquet: absit: sed

sed quod, sicut Deus, vel angelus ex improviso apparet, ita præter spem salutem affert, totiusq̄ negocij, quo implicabamur, difficultatem expedit: Sic & Esau, tum maximis, tum certissimis animi in fratrem suum penitus reconciliati argumentis subitam ei attulit salutem: totamq̄, ipsius inter spem atque timorè nutantis perplexitatem cõfestim dispulerit.

Aug. 1. Huc sensui subscribere Augustinus videtur: dicēs. Quod, & si benigno animo dicta hæc verba fraternasūt, Habeo plurima frater mi: sint tua tibi: quoniam & post bonam suspensionem metus ipse transferat. potuit sic dici: quemadmodum & Moses Pharaonis Deus dictus est: secundum quod dicit Apostolus: Et sunt qui dicuntur Dij, siue in cælo, siue in terra: quemadmodum sunt Dij multi & domini multi. Maxime, quia sine articulo in Græco dictum est: quo quidem articulo euidentiissime solet Dei veri vnus fieri significatio. Non enim dixit: θεοσ οσων των θεων, sed, θεσ σων θεων. Facile autem hoc intelligūt, qui Græcum eloquiū audire, aut intelligere solent. Et adiecit adhuc obsecrās.

Esto mihi propitius, & suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus, tribuens omnia.

Esto, inquit, mihi propitius, hoc est, hac in re mihi complace, vel complaceat tibi in me, vel in me voluntarius esto, ut ostendas hanc in me beneuolentiam, per quam de manu mea munus sincere tibi oblatum accipere dignatus fueris. Quid? quod & in hoc Deum ipsum pie & gloriose imitaberis, qui munerum & sacrificiorum sibi oblatorum acceptatione beneuolū offerentibus sese declarat, sicut scriptum est: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: sic & illud: Holocausta, & sacrificia eorum in beneplacito super altare meum. & in Psalmo: Et lumē vultus tui, quoniam voluisti eos, id est, complacuisse tibi in eis. & illud: Voluerunt serui tui lapides eius. & alia multa, quæ omnia denotantur fieri voluntaria quadam complacencia de ea re cui accomodantur. In hūc quoque sensum illud Euangelicum accipiendū arbitror: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Nam Patri sua ipsius voluntate in assumptam à Verbo humanitatem optime affecto placuit, in ipso homine Christo habitare plenitudinē diuinitatis corporaliter. Placuit in ipso inhabitare omnem

Gene. 4.

Psal. 43.

Psal. 101.

Matt. 17.

Colos. 2.

Colos. 1.

gratiarū plenitudinē: Nõ enim dedit ei Deus spiritū ad mensurā. Placuit eundē esse vniciū generis humani redemptorē, instauratorē, præceptorē, ducē, iustificatorē, gratificatorē, atq̄, glorificatorē. Deniq̄, cuncta hæc nec non cætera omnia ad regni cœlestis negociū pertinētia placuit Patri, ut in vno, & per vnū Filium suū sibi dilectissimū singulariter gereretur, & in cõmunem omnium hominum vtilitatem consummarentur. Recte igitur Iacob dixit Esau fratri suo יָאֲבֹחַבְרָאָה, quod sonat, si Latinus sermo pateret, Esto voluntarius, id est, sponte tua bene affectus, & beneuolus: ac perinde voluntate tua propitius in me. & suscipe benedictionem, quam attuli tibi. Munus ipsum benedictionem vocat, quod benigno donetur affectu in eū, cui donas toto pectore amplissima bona exoptet. Cõmode autem subiūxit: Quæ donauit mihi Deus tribuens omnia, quo & seipsum in Deū gratiū ostendit, à quo tot tantaq̄, bona accipit: & fratri suadet manere sibi (esto quod ille oblata munera accipiat) copiosam rerū facultatem, quibus sufficienter, ac ornate vitam agere possit. Per hæc denique Iacob placidē & illū docuit, quanta erga se fuerit Dei prouidentia: & effecit, ut magnam sibi reuerentiam exhiberet. Denique Iacob a deo instanter cū fratre egit, ut eum munera capere compulerit. Sequitur enim:

Vix fratre compellente suscipiens ait: Gradiamur simul, eroq̄, socius itineris tui.

Fere inuitus Esau à fratre munera suscepit. Magnanimus enim, qualē se ferebat Esau quātum est ad donandū prõptus, tantum est ad recipiendū tardus. Semper enim ille appetit quod melius est, atq̄, maius, atq̄, scilicet. Sic & ille cuius magnificentia super cœlos exaltata canitur, dicere solebat: Beatius est dare, quam accipere. Iam verò acceptis muneribus, utpote in fratrem benignus, gratusq̄, ait Gradiamur simul, eroq̄, socius itineris tui: scilicet, ut Iacob tali satellicio munitus honestum haberet incessum, & quod pergere tendebat, ei tutus esset accessus.

Dixitque Iacob.

Nempe causatus prætextum.

Nosti domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum.

e Mecum



Mecum, interpres dixit pro eo quod in Hebraeo est *וְיָחַלְאִי*, id est, super me: licet in Graeco *ἐπι*, id est, apud, vel super me. Quod ea significatione dictum est, ut intelligeret ut in eum tota seruandi agminis curam vergeret: sibi que id oneris esse impostum, ut magna sollicitudine procuraret, ne quid detrimenti, vel filio, vel agni patiatur. Eiusmodi loquendi figura dicere solemus Super humeros, aut caput nostrum esse aliquid, cuius maximam curam gerimus. hoc est quod inquit:

Quas, si plus in ambulando fecero laborare, morietur vna die cuncti greges.

Hyperbole est. Nec verisimile est, quamuis ad ambulandum greges vrgeret, eodem die cunctos fuisse morituros. Igitur a toto maximam partem significat. Sicut apud Matthaeum: Hæc audiens Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Detrectat etiam Iacob cum Esau iter facere, ne forte refrigerato recentis benevolentiae affectu obductum nuper veteris, vel iniuriæ, vel querelæ vulnus recrudesceret, & in nouam pro antiqua supplantatione vindictam frater incitatus ei gratie aliquod nocumentum inferret. Iam enim prudentissimus vir cautionem illam præstabat, quam in itinere faciundo adhibendam Ecclesiasticus præcipit: Cum audace non eas in via, ne forte grauer mala super te. & iterum: Cum iracundo non facias rixam, & cum audace non eas in desertum: quoniam, quasi nihil, est ante eum sanguis: & vbi non est adiutorium, elidet te.

Præcedat, Inquit, Dominus meus ante feruū suū: & ego sequar paulatim vestigia eius, donec veniam ad dominū meum in Seir.

Augustinus. Queritur, Vtrum mendaciter promiserit hoc Iacob fratri suo? Hoc enim, ut Scriptura deinde narrat, non fecit: sed eo perrexit itinere, quod dirigebat ad suos. An forte veraci animo promiserat, sed aliud postea cogitando delegit. Enimvero, quamuis ex his duabus Augustini responsionibus posterior sit benignior: prior tamen videtur esse verior. Quid enim mirū? quod Iacob haud

proprus a metu liber, ut singula quæq; ipsius verba innuunt, protulerit ire se velle, quod nolebat. Idque mendacio quodam officioso, ac perinde leuissimo. Nec est impietati ad scribendum, si peccata quædam leuia magnis patriarchis tribuamus. Siquidem alij viri ipsi patriarchis multo sanctiores ab eiusmodi minimis peccatis non fuerunt prorsus alieni: Si dixerimus, inquit Ioannes à secretis ille Christi, quod peccatum non habemus: nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est.

Respondit Esau: Oro te, ut de populo, qui mecum est, saltem socij remaneant viæ tuæ.

Perstat in vrbantate Esau. sed Iacob videns non minori impedimento futuros sibi paucos equitum, quam plures secum relictos.

Non est, inquit, necesse: hoc vno indigeo, ut inueniam gratiam in conspectu tuo, domine mi.

Nullum fere verbum Iacob profert, quo, vel benevolentiam ab Esau non caperet, vel captatam non stabilizat. Quod si homo cum homine agens perpetua vitur precatione, atque modestia: quanto magis oportet nos cum vniuersorum domino de rerum summa tractantes humiliari coram omnipotenti Deo: nec non semper orare, & nunquam deficere? Hæc & nos cum Chrysostomo audientes imitemur hunc iustum, & eandem declaremus humilitatē animi: & si qui sunt, qui male nobis afficiuntur, non magis eorum accendamus iram: sed magna mansuetudine & humilitate tam verborum quam operum, reprimamus eorum inimicitias, & afflictas eorum curemus animas. Vide enim sapientiam huius iusti, quomodo magna verborum constantia ita Esau demulserit: ut & ad se colendum festinaret, faceretque omnia quæ ad sui pertinebant honorem. Hoc vere summæ virtutis est, ut non solum eos, qui bene nobis afficiuntur, magno studio diligamus, & eis omnibus modis seruiamus: sed ut eos etiam, qui nobis infesti esse volunt, assiduitate officiorum nobis conciliemus amicos. Nihil enim mansuetudine violentius. Nam, sicut rogu cum valde accenditur, aqua iniecta restinguit: ita & animū camino magis exardescētē verbum

Verbum cum mansuetudine prolaturum extinguit. Grauius enim admodum Sapiens inquit, Sermo mollis frangit iram: durus vero excitat furorē.

Reuersus est itaque illo die Esau itinere, quo venerat in Seir.

Nihil refert anxie discutere, vtrum eodē die, quo reuersus est Esau, an sequenti ad montē Seir peruenit, cum constet, illum prope cōfinia Edom & Chanaan fratri suo obuium fuisse. Quod hac de re disputandum est. certe Hebraica sonant rediisse illum eadem via: Iacob autem velut de loco, ultra vnius diei iter remoto dixisse: Præcedat Dominus meus ante feruum suum, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut video paruulos meos posse: donec veniam ad dominum meum in Seir. Cæterum &

Iacob venit in Sohot: vbi ædificata domo, & fixis tētorijs appellauit nomen loci illi Sohot id est tabernacula.

Hieronimus. Vbi nos tabernacula habemus in Hebraeo legitur Suehot. Est autem vsque hodie ciuitas trans Iordanem hoc vocabulo in parte scytopoleos. forte mansit hoc in loco Iacob totum decennium. Nam Leui & Simeon, quando hæc gerebantur, fere duodecim ætatis suæ annos nati fuerant, qui cum postea inde profecti Sychimitas interfecerunt, maiores viginti annis fuisse merito creduntur.

Transiuitque in Salem vrbem Sychimorum, quæ est in terra Chanaan.

Hebræa sic habent: Et venit Iacob integer in vrbem Sychem. Dicitur autem illuc integer venisse, quia in columis venerat. Iam enim à claudicatione diuinitus curatus fuerat. Integer, quia nulla familiæ suæ persona fraudatus fuerat. Integer, quia rebus suis plenus: quæ enim fratri suo donauerat vberiori succedente scetura iam erant ei resarcita: quia Qui seminat in benedictione, in benedictione & metet. integer demum, quia moribus & sapientia perfectus. Nam, quamuis apud Laban auunculum hominem superstitiosum, prauumque; diu fuerat immoratus, nullam tamē inde, neque malitiæ, neque impietatis labem contraxerat, tam præfens erat ei diuinū præ-

sidium, tam diligenter & ipse Dei ductum sequebatur. Vides ut hæc maxime præsentī narrationi congruant, quæ Hebraico de fonte hausta sunt. Sed præstat & his adscribere quæ diuus Hieronymus tradit. Error, inquit, oboritur: quomodo Salem Sychem ciuitas appelleretur: cum Hierusalem, in qua regnavit Melchisedech Salem ante sit dicta? Aut igitur vnius vtraque; vrbs nominis est, quod etiam de pluribus Iudææ locis possumus inuenire, ut idem vrbs & loci nomen in alia atque; alia tribu sit: aut certe istam Salem, quæ nunc pro Sychem nominatur, dicimus hic interpretari consummatam atque perfectam: & illam, quæ postea Hierusalem dicta est, pacificam nostro sermone transferri. Vtrunque; enim accentu paululum declinato hoc vocabulū sonat. Tradunt Hebræi, quod claudicantis femur Iacob ibi conualuerit, & sanatum sit: propterea eandem ciuitatem curati atque; perfecti vocabulum consecutam. Quæ est, ait, in terra Chanaan. Hæc est plane prima mansio, quam in regione Chanaanæ citra Iordanem Iacob fecit. Nam Sohot ciuitas erat ultra Iordanem versus montem Galaad sita: quam de buit etiam Iacob habitare, quoniam eandem inhabitaturi duæ tribus erant Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse. Verum terra Galaad non est pars Chananitidis regionis, sed ad Chanaanæam terram interdum pertinere dicitur, quia in ea nonnulli Chananæi aliquando habitauerunt. Ad terram igitur, quæ proprie dicta sit Chanaan Iacob peruenit, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, hoc est, de ciuitate Aran, siue Charran. vtroque; enim sono apud Latinos effertur nomen ciuitatis Laban. hæc est terra natiuitatis Iacob, ad quam de Syria regredi iussus est.

Et habitauit iuxta oppidum.

Nempe Sychem. non intra: quia nec illud poterat totam domum Iacob capere. Erat enim paruum oppidum, quod filij Iacob breuissimo temporis spacio exciderunt. nec eiusdem oppidi principi Iacob subiectus esse voluit: propterea è regione illius sedem sibi locauit.

Emitque; partem agri, in qua fixerat tabernacula à filiis Emor patris Sychem centum agnis.

Notandum primū, quod Sychem nomen est propriū primogeniti Emor: Deinde quod filij Emor

hoc loco dicuntur vel fratres Sychē, vel potius ciues Emor subiecti. Sicut enim reges ac principes dicuntur ciuium patres. hinc apud Romanos reipublicæ gerendæ principes patres vocabantur: sic inferiores & subditi illorum filij nuncupantur. Et quidem vtraque appellatio iure quodam naturali in vtroque trāslata est. Quoniam & principes affectu quodam paterno subiectis sibi ciuibus consulere debent & ciues principibus, tanquam filij parentibus alacriter obsequi tenentur. Dent que regius principatus principatui paterno persimilis censetur. Illud quoque lectorē mouere potest, tantum agri centum dumtaxat agnis fuisse distractum. Dixeris forsitan, eo tempore terram raro cultore habitam fuisse: ideoque vili admodum pretio fuisse vendibilem. Sed obstat tibi, tum quod is ager erat oppido proximus, ideoque pretiosior: tum peccorum Iacob multitudo, quæ latissimo campo ad pastum indigebat, cuius pretium iustum nequaquam centum agni fuisse censetur. Ergo ad originem Hebraicam recurrendū est. Vbi pro eo quod est in Latino Centum agnis, habetur *במחאה כסף* *bemehā kesfā*, id est, centum nummis siue minis: putanturque Septuaginta interpretes primū scripsisse *ἑκατὸν μινών*, non *ἀμινών*: id est minis, non agnis: postea à quoquam fuisse deprauatū: qui pro Mnon, id est, libris supposuit Amnon, id est, agnis. Astipulatur huic sententiæ quod Actuum Apostolicorum septimo capite hic locus vertitur, vt habet Hebraica littera: Ibi enim diuus Stephanus ait de hoc ipso agro. Positi sunt in sepulchro, quod emit Iacob pretio argenti à filijs Emor patris Sychem. Sanè scienter prætereo quæ eruditissimus Hieronymus in hoc loco in libro De optimo genere interpretandi ad Pammachiū scripsit, donec aliud quod quæstioni ab illo motæ, nec solutæ sit satis, Deo dante inueniatur, Denique sicut Iacob ædificauit domū, quam nec Abraham, nec Isaac ædificauerat: ita & Iacob emit agrum ad habitādum, quæ illi non emerant. Habent & hæc mysticum intellectum. Nam Abraham fidē, Isaac spēs, Iacob charitatem adumbrant. Nunc autem iuxta Apostolum, Manēt tria hæc fides, spes & charitas: maior autem horum est charitas: quippe quæ nos in agrum regni cœlestis introducit, & in æterna domo fide & spe fors relicta nobiscum perpetuo manet. Quis quis igitur, cui est fides, quæ per dilectionē operatur, rectè intelligitur ceu Iacob Spiritus sancti moneta sibi paradisi agrū emisse,

1. cor. 13.

domumque spiritualemente pro meritorū suorum dignitate adiuuante Dei gratia beatè cōstruxisse: domum, inquam, ex illarum numero de quibus Seruator noster inquit, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et Apostolus: Edificantes domus spirituales. Denique agrum emit hic iustus, non tantum, vt ibidem sedem sibi locaret, quantum, vt certum locum haberet.

In quo erecto Domino

Altari gratias ei ageret. Sic enim habet.

Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.

Altare igitur ibi construxit Iacob, veluti multo tempore ibidē immoraturus, super quod Deo victimas immolaret. Erat enim sacerdos, vt pote is, in quem primatus diuino iure cōcesserat. Inuocauitque super illud altare fortissimum Deum Israel. Igitur Dominum duplici nomine cōpellauit, altero *אלהים* *elohim*, quorum prius à fortitudine, posterius autem à iudicādi autoritate deducitur? Et quidē fuit vtraque appellatio rebus ipsis consentiens. Nam, vt Dominus, tāquā æquissimus iudex pro Iacob contra Laban steterat. sic vt fortissimus spirituum moderator inuidia vi furentis Esau animos repressit: tum, ne in virum iustum insurgeret: tum, vt erga eum beneuolus esset: commutauitque cor illius à summo odio in proximā gratiam. Nec mirū. Nā vt Sapiens testatur: Cor regis in manu Domini: quocumque voluerit cōuerteret illud. Israel autem diebus, vsus est priuato nomine ab angelo ei indito propter conceptam præualendi, atque dominādi fiduciam cum illo Deo, qui peculiarem ipsius, suique generis curam haberet. iuxta illud Deuteronomij cap. 32. Quādo diuidebat altissimus gentes: quando separabat filios Adam, cōstituit terminos populorū iuxta numerū filiorum Israel. Pars autē Domini populus eius: Israel funiculus hæreditatis eius. Huc & respicit illud, quod Deus eidem populo loquitur in Exodo dicens: Mea est omnis terra: & vos critis mihi in regnum sacerdotale & gēs sancta. Hæc carnalibus Israelitis iuxta literæ corticē dicta sint. At verò secundū sublimiorem veritatē & Spiritus sancti plenitudinē ad spirituales Israelitas omnifariam attinent, vt eis Petrus ore Christi beatus, veracissime testatur: Vos autem, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis

1. Pet. 2.

Prov. 21.

Exod. 19.

1. Pet. 2.

fitionis

fitionis: vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. hi proculdubio Israelitæ spirituales quocumque tempore floruerint, sunt illa quatuor animalia, & viginti quatuor seniores. Qui, vt est in Apocalypsi, ceciderunt coram agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorū, quæ sunt orationes sanctorum: & cantabant canticum nouum dicē

Apo. 5

tes: Dignus es Domine, aperire librū, & solvere signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deus in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Sed de his alias longius est differendū: nunc videamus, qua mansuetudine, quaque prudentia vnica filia stuprum tulerit. Sic enim habet historię series.

Caput trigesimum quartum.

Egressa est autem Dina filia Lia.

TAm in Hebræo, quā in Septuaginta adduntur hæc tria verba: Quā peperit Iacob: vt vterque parens exprimat: & quæ iam notaueramus, hic quoque vxor non sibi sed marito filiam peperisse dicitur. Egressa est inquit, è domo scilicet paterna, intra quā opus erat virginem contineri, vt tuta esset eius integritas. Putandum est, illam ambicioso ancillarum comitatu circundatam, atque nimio comptam apparatū processisse. matris nimirum exemplo, quæ marito suo quondam exijt obuiam quā potuit cultissima. At cur exiuit? Nempe,

Vt videret mulieres regionis illius.

Conuenerant, vt tradit Iosephus eo die, quo Dina egressa est in urbem Sychem, mulieres regionis illius ad festa & spectacula, quæ celebrabantur: harum habitum, cultumque curiositate quadam improba videre cupiēs Dina, per urbem & theatrum euagabatur. Nec enim, vt sibi caueret cogitauit imprudēs puella, & rerum humanarum ignara tale quiddam quale est. Ouidianum illud:

Ouidi.

*Spectatum veniunt, veniunt vt spectentur & ipse. Ille locus casti damna pudoris habet.*

Porrò Ouidianam sententiam temerario exitu vagabunda Dina confirmauit.

Quam, cum vidisset Sychem filius Emor Euæi, princeps terre illius, adamauit eam: & rapuit:

& dormiuit cum illa, vi opprimens virginem.

Sychem nomen est viri primogeniti Emor, à quo pater ciuitati, quæ antea Salem vocabatur, nouum nomen indidit. Sicut et Kain urbi, quam ædificauerat de filij sui nomine Enoch nomen imposuit: Emor autem terræ princeps Euæus cognominatur, quod esset ex Euæorum natione: vna nempe ex illis septem, quæ Chananzam regionem incolebāt. Hic igitur Sychem etate lubrica feruidus, opum copia luxuriosus potestate audax, quū primū vidit Dinā puellam facie decoram, aspectu minus pudicam, incesso vagam, totius corporis gestu dissolutam, statim illam adamauit: Auerte oculos tuos ne videant vanitatem. nā oculi sunt in amore duces: Qui non viderit, igitur non peccat: facti lumina crimen habent. Is itaque amore furens, potestate superbus adamatam sibi virginem rapuit: quam, postquam nec blādis verbis, nec amatorijs blāditijs, nec vllis promissis, quālibet ingentibus, ad stupri consensum allicere nequiuit, illata vi robustus imbecillam affixit, & cum oppressa dormiuit. Honesto quidem dormitiōis verbo scriptor exposuit illum primum concubitus, quo virgo à iuvene constuprata fuit. Seruat & in hac parte maximum decorem Scriptura sacra cum ferè temper rem dictū turpem honestis verbis insinuare potius, quā explicare solet id quod præter honestatem, facit & perutiliter: tam sequax enim est venerea contagio, vt libidinum flagitia tum plerunq; penitus irrepant, quum maxime prædicantur vitanda.

e 3

Et

Et conglutinata est anima eius cum ea.

Cum enim Sychem congressus fuit cum Dina, minime, expleta libidine, eam fastidiuit: sicut Ammon sororē suam Thamar à se mox à coitu reiecit: sed maximo amoris glutino puellā à se corruptā adhæsit. Qua, ut perpetuo frueretur, eam dolentem pro amisso virginitatis flore.

Tristemq; blanditijs deliniuit.

Demum talibus pollicitis puellam carnis voluptatem iam expertam consolatus est, ut ei nuptias secum contrahēdas persuaserit. Nec id mirum. nam sæpe sic vsuuenit, ut quæ integra diligentissimè seruantur, corrupta facillime negligantur, citissimeq; perdantur. En tibi Dina, quæ cum esset intacta, tanto flagitio magnopere repugnarat: ubi se violatā sensit, facile oblatam conditionem accepit, penesq; violentum procum permansit. At petulus iuuenis adeo impotenti in puellam amore flagrabat, ut non modo corruptā non contempserit, sed summis etiam votis eandē vxorem sibi dari exoptarit.

Etenim pergens ad Emor patrem suum. Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.

Coniugium vocat: hoc prætexit nomine culpam: qui haud tam coniugali honestate ductus, quàm improbo fruendæ turpiter adamatæ appetitu cum illa connubium cōtrahere moliebatur. Verè fama malum, quo nō velocius vllum, multiplici populum sermone repleuit: & ad puellæ patris aures commissum in se flagitium confestim detulit.

Quòd, cum audisset Iacob absentibus filijs in pastu pecorum occupatis, siluit, donec redirent.

Alto enim Patriarcha premebat corde dolorem: & grauiissima cura pensabat, quid in tanto rerum discrimine factu opus esset. cui alia atque alia cogitanti illud in primis placuit, expectandos esse filios suos absentes, & in pascendis gregibus occupatos: ut communi consilio decerneretur de accepta iniuria, vel emendanda, vel vlciscenda: quæ tam virginis corruptæ parentes, quàm fratres tan gebat. Nouerat enim ille, quantum momenti silentium animiq; contentio in rebus ge-

rendis habeant, ut mature cōsultum facilius expediatur. Denique Iacob erat ille tacens, quem omnium maxime Ecclesiasticus adprobat dicēs: Est tacens, qui inuenitur sapiēs: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. *Eccle. 20* est autem nō habens sensum loquelæ: & est tacens sciens tempus apti temporis. homo sapiens tacebit vsque ad tempus: laciuis autē & imprudens non seruabit tempus. Interim adeo Sychem patrem suū infestis precibus vsit, ut eum compulerit illico adire patriarcham de expetito coniugio cum illo tractatum.

Egresso autem Emor patre Sychem, ut loqueretur ad Iacob, ecce filij eius veniebant de agro.

Non ociose positum arbitror esse illud, Ecce: sed ut indicaretur, utrosque eadem hora nutu diuino conuenisse, ut ex mutuo eorum colloquio futuræ vltioni opportunitas succederet. Non quòd Deus duos fratres Simonē & Leui ad facinus perpetrandum per se atq; directe concitarit: sed quòd oblata occasione vrbs excidium permisit: ut flagitiosus populus tanti criminis reus cum sceleroso adulescente, cui in cōmittendo grauiissimo peccato fauerat, debitas simul poenas lueret. *Ergo.*

Filij Iacob audito quod acciderat, irati sunt valde, eò quòd fœdā rem operatus esset in Israel: & violata filia Iacob rem illicitam perpetrasset.

Enimvero pro eo, quòd Hieronymus posuit Irati sunt valde, tam in Hebræo, quàm apud Septuaginta amplius quiddam habetur. Hebræa enim ad verbum translata sic habent: Et cōtristati sunt viri, & irati sunt valde. Græca: Compuncti sunt viri, & triste fuit illis valde. Audita enim sororis suæ violatione, doluerunt valde, plurimumq; tristati sunt. Dolorem autem, atque tristitiam iusta ira consecuta est. Super quo Chrysostomus. Quid est Compuncti sunt? Contristati sunt: & rem intolerabilem esse putauerunt & grauiissimā, eratque eis mœrendi magna occasio. Magna enim eos tristitia afficiebat, quòd rē turpē fecerat in Israel Sychem, qui dormierat cum filia Iacob. Vides filiorum continentiam, quomodo turpitudinem maximam hoc factum reputabant

reputabant? Vidisti, quomodo iustus pueros suos erudiuit ad iustitiam? Nam si non fuissent castis moribus instituti, haud adeo grauius procacis iuuenis flagitium tulissent. Solent enim homines vitijs suis etiam in alijs fauere, vel certe parcere. Nec ab re Moses in re turpissima non Iacob, sed Israel nomen posuit, ut ea appellatione procacis adolescentis culpam augeret, qui virum illum offendere ausus fuerit, qui à diuino principatu nomen obtineret. Viros item vocat filios Iacob, quāuis adolescentes, propter egregiā animi fortitudinem, per quam de Sychem vltimum supplicium sumpturi erant: eò quòd violata filia Iacob rem illicitā perpetrasset. Id quòd nullatenus faciendum erat, tum, quoniam eo facinore per sanctum naturæ ius violatū est, quo virgines ante legitimum matrimonium intactas, & ab omni vi, atque iniuria tutas esse manifestè præscribitur: tum, quia, ut perhibent, mox à diluio gentes pene vniuersæ memores propter illegitimos coitus, violatæque sancti coniugij fœdera terrarum orbē fuisse deletum communi lege sanxerunt, incestos, raptos, & adulteros esse de medio tollendos. Argumento est Iudas, qui, velut hæc vsus lege, nūrum suam Thamar legitimo marito viduatam, prægnantem tamen interfici iussit. Imo & comburi, eò quod faceretis filia, in quas grauius, quàm in alias animaduvertebatur. Et merito quidem: quoniam domum sacerdotis profanis multo sanctiorem esse decet.

Locutus est itaq; Emor ad eos: Sychem filij mei adhæsit anima filia vestra. Date eam illi vxorem, & iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis: & filias nostras accipite: & habitate nobiscum. terra in potestate vestra est, exercete: negotiamini, & possidete eam.

Ex arte Emor tacito virginis stupro, quòd statim in ipso orationis limine propositum, illius fratres turpitudine sua facile turbasset, auertisset, nec non irritasset, id tantum proposuit, quòd à natura & honestate non esset alienum. A dulcescentem videlicet florida ætate vigentem puellam pulcherrimam admasse. Quam, cum in coniugem primus re-

gis filius expeteret æquum esset, & percommodum, atq; gloriosum homini pastori ac peregrino ei filiam suam coniugio nemini non maxime expetendo collocare. Addidit etiam id, quòd foret in commune perpetuæ amicitia vinculum, ut alterutro commutatis filijs, atque filiabus, vtrinque cōnubia miscerentur. Adiecit & rem publicam vtriusque fore communem, pariq; iure hospites cū indigenis terram culturos, quæ latissima esset, atque vtriusque sufficeret, tam his qui agriculturam exercere, quàm his qui pascuis vt vellet. Integrum item esse in ea negotiari, quibus negotiandi studium magis placeret. id quòd omnes facere possent haud precario, vel commodato, vel conductu, sed proprio iure tota terra vtentes: ut qui iusto, firmissimoque pacto propter nuptias inuicem cælebratas ea potirentur.

Sed & Sychem.

Vt vidit patris erga se studium, & quomodo omnia facere paratus fuerat, ut adimpleretur quòd cupiebat, ut vidit quoque Iacob, filiosque eius tacentes timens non satis esse, quæ pater suus eis obtulisset ad persuadendū eis coniugium, impatiensq; moræ vehementius cum eis agere cœpit.

Et ad patrem & fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis: & quæcūque statueritis dabo. augete dotem, munera postulate: & libenter tribuam, quòd petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem.

Ergo quòd ait: Inueniam gratiam coram vobis, plane precantis est: allicientis autem muneribus est quòd sequitur. Et quòd cūque staueritis dabo. Nempe hic adolescens amore nimio captus maiora promittit, quàm præstare possit. Hæc enim hæc perniciofa affectio omnia suscipienda semel capto persuadet, donec in inferni profundum ducat. Augete ait dotem. Enimvero dos à nuptæ parētibus marito dari solet: qua matrimonij onera, nec pauca, nec leuia ille ferat: sed stupri conscius à se dotē corruptæ virgini dandā cōmuni gēti iure censuit: eamque pollicitus est. Et quoniam quemque mortaliū plus sæpe mouet propria, quàm vtilitas aliena, pretiosa, splendidaque munera illis offert. Munera ait, postulate: & libens dabo quidquid petieritis. Ac si dicat: Nullo

uestro dispendio, quod peto, præstare potestis: opibus vestris haud indigeo: ditissimus sum, dotem non exigo: quin potius egomet puellæ de meis facultatibus præter nuptialia dona opulentam dotem assignabo: tantum dare mihi puellam hanc vxore: vt ipsam à caulis ouium ad principum regiam traducam. Et quid comodus, quid honestius, quid scilicet rusticanis hominibus contingere potest: quam nullo eorum dispendio regum fieri affines, atq; cognatos? Enimvero senior quidem Iacob hæc audiens silet: & pro sua mansuetudine nihil loquitur: sed vim filia facta patienter fert. At filij eius amarulenti, nihil tantis promissis moti fuerunt. Existimabant enim, tam grauem iniuriam nullis muneribus, quam libet ingentibus, compensari posse.

Responderunt itaq; filij Iacob Sichem, & patri eius in dolo, se uiuentes ob stuprum sororis.

Fuit enim eorum dolor iustissimus. Nam si dolendum est, virginem fuisse corruptam, multo magis inuitam. nihilominus virginis violatae fratres petentibus eam in vxorem dolose respondisse, culpa non caruit. quæ quidem culpa, & si grauis fuerit, multum tamen iustissimo dolore eleuatur, minuiturq;. Constat tamen patriarcham eiusmodi doli neq; conscium, neque participem fuisse. nam inferius filios suos ea de re increpat, eorundemque consilium detestatur dicens: Simeon & Leui vasa iniquitatis bellantia. in consilium eorum non veniat anima mea. Quis autem fuerit ille, dolus, consequenter explicatur.

Infrà. 49

Non possumus, inquiunt, facere quod petitis: nec dare sororem nostram homini incircunciso: quod illicitum est, & nefarium apud nos.

Etenim omne nefarium est illicitum: sed non omne illicitum censetur nefarium. Grauis enim aliquid sonat nefarium, quam illicitum. Est enim illicitum mendacium: nimius ornatus, concitior ira animus, impudicus aspectus, & simplex fornicatio. Nefanda scelera sunt, homicidium, patriæ proditio, hæresis, idololatria, virginis præsertim inuitæ constupratio. Sed quo iure illicitum erat, atq; nefarium locare puellam homini incircunciso? Nempe positio iure Hebræis prohibita

fuit eiusmodi coniugium. Lege enim de circuncisione Abrahamæ data intelligitur conubium Hebræarum sceminarum cum viris incircuncisis vetitum fuisse. Imò & iure quoque naturali coniugium fidelis cum infideli iniquum est. Nolite, inquit Paulus, iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iusticiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi cum Belial? aut quæ pars fidei cum infidelibus? & cætera. Beatus quoque Ambrosius in epistolis hanc rem, vt pote maxime detestabilem multis sceleribus anteponebat. Ait enim: Legimus peremptos graui populos excidio propter violata iura hospicij. Leuitus de Effrem propter libidinem quoque, commissa bella atrocita. sed propè nihil grauius, quam copulari alienigenæ, vbi libidinis & discordiæ incessantia, & sacrilegij flagitia conflantur. Nam cum ipsum coniugium velamine sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat, quomodo potest coniugium dici, vbi non est fidei concordia, cum omnino debeat esse communis? Quomodo potest esse inter dispares deuotione coniugij charitas? Hæc ille, & vere, & Christianè. Quod si naturalis ratio in coniugibus nobilitatis, morum, formæ, ætatis, parilitatem exigere videtur iuxta illud, Si cui vis apte nubere, nube pari: quanto magis in illis religionis paritas requiri debet? Ipsa enim pietas, qua Deus maxime colitur præcipuus est matrimonij contrahendi finis. Si quidem contrahitur illud propter filios Dei generandos, probis moribus imbuendos, atque vera pietate instituendos. Quæ omnia facile impediuntur, pereuntq; altero coniugum alterum ad impietatem reuocante, & falsa religione filios deprauante.

2. cor. 6.

Ambros.

Sed in hoc, inquiunt, valebimus fœderari, si esse volueritis nostri similes: & circuncidatur in vobis omne masculini sexus: tunc dabimus & accipiemus mutuò filias nostras, & vestras: & habitabimus vobiscum: erimusq; vnus populus. Sin autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus.

Porro dolus in his dictis extitit, quod sancta & vitia locuti sunt, non vtique vt Sychimitas ad

ad salutem animæ profelytos facerent: sed vt securos pariter & faucios inuaderent tertia die, in qua recenter circūcis electionis acerbitate grauissimus vulnerum dolor inest, ac perinde infirmos imparatosque occidere, facile possent. Deniq;

Placuit oblatio eorum Emor & Sychem filio eius. Nec distulit adolescens, quin statim, quod petebatur, expleret.

Tam enim pater, quam filius spectans ad id, quod proposuerant consensere in dicta. Poterat hic adolescens infano puellæ poriuandæ amore incensus illud Virgilianum dixisse:

*Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.*

Quippe qui nec cum esset integra ætate, circuncidi turpe putauit, nec futurum ex vulnere cruciatum timuit: alienumq; ritum patrio neglecto suscepit, haud quidem veræ pietatis desiderio, sed adamatæ fruendæ libidine, veluti cæstro quodam percitus.

Amabat enim puellam valde. Totum enim se in puellæ amorem effuderat. Quem autem timor hic affectus, dum mentem humanam semel occuparit, non superet quem dolorem non ferat? quam religionem non contemnat? opum, famæ, vitæq; prodigus est & temerarius, si quis alius affectus, periculorum, mortisq; neglector. Verumq; est in vtranq; partem illud ex Canticis canticorum celebratissimum: Fortis vt mors dilectio. Quod autem sequitur.

Cant. 8.

Et ipse erat inclytus in domo patris sui.

Eo respicit, vt noueris, Emor & Sychem haud temere admisisse circuncisionem sibi oblatam, tanquam promiserint, quæ præstare non possent. Nam cum Emor ea in vrbe rerum potiretur, & Sychem post eum regnaturus esset nihil difficile eis visum fuit, ciues sibi subditos aut prece, aut suaso, aut metu, atque vi ad subeundam circuncisionem, vel inducere, vel compellere. Erat & id negocij eo minus operosum, quod ciues principum suorum mores, ritusq; libentiùs imitantur. Nam vt ait sapiens: Qualis rex talis & populus. Deniq; Regis ad exemplum totus componitur orbis. Demum regressi sunt Emor et Sychem, vt promissa complerent.

Ingressiq; portam ciuitatis, locuti sunt populo.

Iam supra notatum est, antiquos ad vrbes portatas conciones habere, iuraque dicere solitos fuisse. habita est autem præfens oratio in genere deliberatio, eodemque suasio, unde & cuncta fere argumenta ab vtili summuntur. Sic enim exorfi sunt.

Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ spaciofa, & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. Vnum est quo differtur tantum bonum, si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes: & substantia eorum, & pecora nostra erunt: tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul vnum efficiemus populum.

Dixerunt igitur. Viri isti pacifici sunt. Hieronymus. Vbi Septuaginta interpretes pacificos transtulerunt, Aquila interpretatus est, ἀσφορισμένους, id est, consummatos atque perfectos: pro quo in Hebræo legitur סלמיים Selamim. Ex quo, ait, perspicuum est verum esse illud, quod supra de Saleme diximus: scilicet, Sychem urbem dictam Saleme, quasi perfectam: Ierusalém autem dictam Saleme, quasi pacificam. Quod igitur Patriarcha, eiusque filij viri pacifici prædicantur, ad maximam, plurimamq; eorum laudem spectat. Primum quidem, quod essent non quilibet homines, sed viri, id est, spectata virtute præstantes. Deinde, quod pacifici consummati, atq; perfecti & quod maxime, inquiunt, nobis expetendum est, ipsi sponte sua habitare nobiscum volunt. Quare cum nihil mali nobis à viris pacificis sit timendum, & boni plurimum à perfectis virtute, & pietate consummatis sit sperandum: digni nobis videntur, qui nostra ciuitate donentur. Quid, quod proculdubio nobis erit perutile, quod negotietur in terra, & exerceant eam? Negotiatio plane ad commutationes & mercimonia, rerumq; commodarum importationes, & exportationes pertinet. Exercitatio autem terræ ad vniuersam eius culturam spectat. Et ne antiqui coloni e s peregrinos



eregrinos homines ad agros suos colendos admitti grauer ferrent, huic querimonie medentur ostendentes, nihil eis comodi inde subtrahi, cum satis esset agrorum in vtrorumque; vsus in ea terra, que spatiosa esset & lata, & cultoribus indigeret. Etenim, quia spatiosa, frequentibus agricolis indiget, qui ea assiduis laboribus colant, vt tota fiat vberior. Quia vero lata, in colis eget, qui eadem partem inhabitent, vt ab hostium incurfibus tuta sit. Ad haec ne ad alienos terram suam deuoluenda metuerent, vnam ex vtrisque gentem esse conuincendam pollicetur dicens: Filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. Nihil enim est commodius ad cogendas gentes, quam libet sibi extraneas in vnam ciuitatem, qua mutua inter eas coniugia datis, acceptisque; liberis, contrahi. Nam, quemadmodum ex viro & foemina conubio legitimo copulatis domus ita ex cognatis domiciliis ciuitas facile constituitur. Iam uero rei propositae facilitatem ab vnica tantum, quae exigebatur, conditione, comonstrant. Vnu est, aiunt, quo differtur tantu bonu: si circuncidamus masculos nostros ritu gentis imitantes. ritum vocant circuncidendi morem, & receptam colendi Dei consuetudinem, quam Hebraei ratam habebant. Porro ostensa rei gerendae facultate a maxima utilitate suadet dicentes: Et substantia eorum, & pecora, & cuncta, quae possident nostra erunt. Non haec proferunt, quod Sychemitae Israelitis suas opes illata vi essent ablaturi: sed quod alternis commutationibus vniuersa bona inter vtrorumque; commutarentur, & per similem religionem & ciuilitate eadem, atque; cognationem, summa necessitudine coniunctis cuncta futura essent communia. Huc enim attinet, quod additur: Tantum in hoc acquiescamus: & habitantes simul, vnum efficiemus populum. Re vera habitaculi vnitas, & in eadem leges consensus, religionisque; concordia, nec non ciuilitas quaedam quorundam bonorum communio, vt necessaria sunt, & efficacia ad constituendam vnam ex pluribus hominibus ciuitatem, ita sunt ad seruandum eam potentissima. Quid Sychemitae?

**Assensu sunt omnes circuncisis cunctis maribus.**

O factum maxime probandum, si verae religionis studio illud fecissent: sed penitus improbandum, quia dictis paruerunt minime pie, sed temere, vt in sano indulgerent adolescenti, vt imprudentissimo seni inferiret:

vt propositis comodis, alienisque; opibus fruere rentur. Quare merito cuncta, quae vana praesumptione sperauerunt, in veram fraudem eis conuersa fuerunt. Et enim.

Ecce die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo Jacob filij Simeon & Leui fratres Dine gladiis, ingressi sunt urbem confidenter: interfectisque omnibus masculis, Emor, & Sychem pariter necauerunt, tollentes Dinam fororem suam de domo Sychem.

Notandum, quod maioru traditione, referentibusque feruis, qui adulti circuncidebantur filij Jacob plene nouerant, circuncisos tertiam die, tam acerbum ex vulneribus dolore sensuros esse, vt aduersus inuadentes eos, atque; ferientes erigere se nequirent. Simeon autem & Leui tanti facinoris autores referuntur: non quod ipsi soli tantum excidium exercuerunt: quomodo enim duo tantu homines eadem hora cunctos lecto iacentes occidere potuissent? multis igitur necem inualidis inferentibus duo Dinae fratres vterini id fecisse traditur, quoniam ipsi praeter ceteros violatae sororis vicem doluerunt: aliosque; fratres ad vltionem pro tam graui flagitio de improbo iuvene summendam concitauerunt. Quod si de aetate iuuenem, qui tum numerosam caedem ediderunt, queratur: ex temporum dinumeratione coniectamus, iam tunc eos supra vigesimum aetatis suae annum egisse. Dinam vero quindecimum natu fuisse. Qua de re Aurelij Augustini verba subnectam. Cum paulo ante, inquit, loquens Jacob cum fratre suo Esau infantem filios suos esse significet, qui Graece dicuntur, *παιδες*, quae ri potest, quomodo potuerunt facere tantam stragem, direptionemque; ciuitatis interfectis ciuibus, quamuis in dolore constitutis, pro sorore sua Dina: sed intelligendum est, diu illuc habitasse Jacob donec & filia eius virgo fieret, & filij eius iuuenes. Nam ita scriptu est: Et venit Jacob in Salem ciuitate Sychemorum, quae est in terra Chanaan, cum aduenit de Mesopotamia Syriae: & applicuit ad faciem ciuitatis: & emit partem agri, in quo statuit illic tabernaculu suum, ab Emor patre Sychem cetum agnis: & statuit ibi aram & inuocauit Deum Israel.

Exiit

Exiit autem Dina filia Lia, vt condisceret filias regionis illius, & cetera. Apparet ergo his verbis non transeunter, sicut viator solet, illic mansisse Jacob, sed agrum emisse & tabernaculum constituisse, & aram instruxisse, ac per diutius habuisse: Filiam vero eius, cum ad eam venissent aetatem, vt amicas iam habere posset, condiscere voluisse filias ciuium loci: atque; ita facta esse pro illa cruentissimam caedem, & depradationem, quae iam, vt puto, quaestione non habet. Multitudo enim non parua erat cum Jacob qui plurimu ditatus fuerat. Sed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiusdem facti principes atque; autores fuerant.

Quibus egressis irruerunt super occisos ceteri filij Jacob.

Sensus est, quod postquam Simeon & Leui urbem egressi sunt, vt Dinam fororem suam ad matrem Lia reducerent: ceteri filij Jacob irruerunt, vt expoliaretur eos, & corpora nuda relinquerent.

Et depopulati sunt urbem in vltionem stupri: oves eorum & armenta, & asinos, cunctaque vastantes, quae in domibus, & in agris erant: paruulos quoque; & vxores eorum duxerunt captiuas.

Totam merito ciuitatem depopulati sunt, quoniam scelerato iuueni ciues arripserant, & in constuprata virgine ei inseruerant. Quod eos fecisse manifestius ex Hebraeo constat, in quo habetur: Et deleuerunt urbem, quoniam violauerunt fororem suam. Plures itaque; ciuium facinori consenserunt. Perhumaniter autem in tanta strage foemineo sexui, & infirmiori aetati parcitum est: quia neque; mulieres, neque; pueri sceleris in domu Jacob commissi consortes fuerant, nec ad repugnandum caede per urbem grassantibus erant idonei. Imo crediderim, iustu virum, cui ciuitatis euersio maxime displicuit, tam mulieres, quam pueros liberos dimisisse: tu ob insignem viri mansuetudinem, tu quod iniusto bello capti fuerant. Iniustum bellu dico, non quod flagitium perpetratum sumpta de scelerata vrbe poena non commererit: sed quod post initam pacem vlcisci minimelicebat. Fides enim hostibus quoque; seruanda est. Considera hic dilecte cum Chrysostomo, quomodo propter vnus lasciuia adolescentis intemperantiam,

Chryso

vnam ciuitatem habitantes poenarum socij fiunt. Sicut enim accensa pyra, & qui prope habitant, periculi sunt participes, igne omnia de pascente: eodem modo & nunc adolescentis intemperantia non solu parrem, sed & oes ciues simul perdidit. Sed iam videamus quomodo ea, quae a pueris facta sunt senem affecerunt.

Quibus, ait, perpetratis audacter, Jacob dixit ad Simeon & Leui: Turbastis me hodie, & odiosum fecistis Chanaanais, & Pherezais habitatoribus terrae. Nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea.

Haec dixit Jacob: quod tanto timore fuit affectus, vt gerendorum ratio in tanto reru discrimine non satis ei eluceret: quae admodum cum, commoto profundo, aqua turbatur: parumque; luminis lucere videtur. Turbatus itaque; Jacob erat, non solum violata filiae stupro, & violati foederis iniuria: sed etiam, quod factus fuit ceteris omnibus illius regionis gentibus odiosus. Et inuidiosum, inquit, fecistis me Chanaanais & Pherezais habitatoribus terrae huius. Hi enim populi finitimi erant terrae Sychem, de quibus sequenti capite dicitur.

Cumque profecti essent, terror Dei intusit omnes per circuitu ciuitates: & non ausi sunt persequi recedentes.

Timoris sui causam, militu suoru paucitate Jacob explicat dicens: Nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Augustinus. Quod ait Jacob timens bella finitimoru apud ciuitatem Sale, quam expugnauerunt filij eius, Ego autem exiguus sum numero, & conuenientes super me occident me: propter bella pluriu qui consurgere poterant, se dixit numero exiguu. non quod minus multos haberet, quam possent sufficere ad expugnationem illius ciuitatis, cum suos in itinere in bina castra diuiserit. Tandem ex hac iusti viri conquestione iteru liquet, eum minime doli conscium fuisse, sed putasse filios suos ex animo cum Emor atque Sychem pepigisse. Quid filij Jacob? Iustam nempe patris conquestionem iniusta interrogatione repellunt.

Responderunt

Respōderunt enim: Nunquid, vt scorto, abuti debuere forore nostra?

Profectō nephas fuit, vt hoc vobis concedamus, sororem vestram virginem eandemq; inuitam præter coniugium fuisse violatam, facinusque graui supplicio dignum: atamen

vbi vos pacis dexteram dedistis violatoribus, sororemq; vestram in vxorem eis estis polliciti, nullo ture pro præterito flagitio poenas de illis sumere potuistis. Quare vtrique in culpa estis, licet multo maiori virginis corruptores, quàm corruptæ virginitatis vitiores, peccato inuoluantur. Sed iam videamus hie ineffabilem dei curam erga iustum.

Caput trigesimum quintum.

Inter ea locutus est Dominus ad Iacob.

**P**lum namq; est, credere, senem hunc iustum maxima formidine districtum, timentemq; ne populi finitimi in excisæ vrbis vltionem contra se insorgeret, seq; deirent: & humilibus, & vehemētibus precibus omnipotentem Deum, orasse: cūq; illo toto pectore egisse: vt filiorum suorum facinori à iusto dolore profecto parceret: nec pro audacium adulescētum crimine, senē ea in re innocentissimum interire permitteret. Exaudiuit misericors iustum piē precantē: & aut in somnis, aut potius in vigilia, siquidē precanti, quomodo postea propheta, ei locutus est. Et sic locutus est, vt eum prorsus intrepidum redderet dicens.

Surge & ascende Bethel: & habitabit ibi: facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum.

Hæc Bethel non est Hierusalem, sed parua quædam ciuitas monti Gazirim affinis à Sychem paulo plus miliario distans, in æditiore, quàm Sychem loco sita. Ideoq; Iacob illuc ascendere iubetur ibiq; habitare, quod diuino vallatus præsidio securus agat, vt mēte tranquilla lætaq; quales sacrificantes oportet esse, hostias Deo gratissimas offerre præcipiatur. Sic enim Patriarchæ præcepit: Fac altare Domino, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Profectō Dominus hoc mandato iustum se, fortemq; ereptorem cōmonstrat, nec non timoris fugæ, euasioneisq; præteritæ seruo suo mentionē facit, vt timentis animos addat, quod incuntantes

speret à formidatis damnis sese protegendū esse ab eodem Deo, qui iam antea eum ab Esau, Laban, & Sychimitis aduersariis haud parum infestis eruerat. Iam tum pro certo habens illud Apostolicum: Qui cœpit, ipse proficiet. Augustinus. Quid est: quod non dixit: Et fac ibi arā mihi qui apparuit tibi? sed Deus dicit: fac ibi arā Deo, qui apparuit tibi. Vtrū filius ibi apparuit? & Deus pater hoc dicit? An in aliquo genere locutionis numerandū sit? Putā, quod loco pronominis nomen vsurpatum sit: quia quidē locutione plurimū exaugeri intelligitur, id de quo agitur. In magno enim apparatu spirituum celestium ascendentium, & descendentium per illam mirabilem scalā à terra vsq; ad cœlum pertingentem, maximaq; mysteriorum ostensione illic viro iusto Dñs apparuerat. Præsentī quoque diuina allocutione iustus admoneri potuit, in domo sua idololatriæ scelus adhuc esse: vel certē Deorum quædā simulacra: nec posse se quamuis eius rei inscium, corā inimicis suis stare, eosque fugituros esse: quandiu domus eius, aut illo contaminata scelere perseveraret, aut quod mirius est, donec abiectis idolis à superstitionis sordibus depurgata esset. Quid igitur Iacob? Nempe dicto alacriter obediens, illico itinere sese accinxit. Sequitur enim.

Iacob verò vocata omni domo sua ait: Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mudamini: & mutate vestimenta vestra.

Sanè

Sanè verò simile est, virum iustum toti familiæ suæ sermonem fecisse: quo docuit auitam, paternamq; de vno veroq; Deo colendo religionem: seq; eadē imbutum semper habuisse, cœli, terræq; creatorē presentissimum sui protectorem: multisq; de vanissima idolorū culcitra peroratis præcepisse cuncta, vel astorum, vel demonum, vel aliarum rerum idola à se abiicere. Enimvero Dij Gentium in Scripturis sacris dicuntur Dij alieni. Non quod veri sint Dij: quorum quidam sint aliquibus proprii, quidā vero eis alieni: sed Hebræis dicuntur alieni: quod nec eos mirabilium rerū operationibus esse Deos agnoscerent, nec à patribus acceperint: nec illorum cultui ipsi sese vnquam adstrinxerint: sed cum solounerforū Domino de habendō eo in Deum pacti fuerint. In hūc quoq; sensum illud certe dictum est: Audi Israël Dominus Deus tuus, Deus vnus est, Non habebis Deos alienos, nec adorabis eos. Igitur quia & summa est impietas diuinæ naturæ maiestatem alteri, quàm vni, veroque Deo tribuere: & summa iniquitas, honorem illum, quem Græci, λατρίαν vocāt soli creatori debitum creaturæ impartiri, è directo enim cœlesti summitati intolerabilis irrogatur iniuria: pietissimè Patriarcha Deos alienos à domo sua procul abiici iubet. Non enim in sancta viri Dei domo nefanda falsorum Deorum simulachra extare licet. Sed vnde iniusti viri domū alieni Dij commigrarant? Nempe, quod, vel Rachel furata Deos patris sui Laban eos apud se adhuc retineret, vel qui vrbem Sychem depulati fuerant, simulachra aurea, & argentea inde rapta pretiosi metalli cupiditate secum seruabant. Iubet & eis mundari: vt nō modò sua corpora lauent, & purificent: sed etiā corda purificatis cogitationibus, à quibuslibet prauis, sordidissq; affectib⁹ sint absterfa. Esaias quoq; cū de exteriori, tum præcipue de interiori mundicia agēs suę tempestatis Iudæos his hortabatur: Lauamini mundi estote, auferte malū cogitationū vestrarū: finite malè agere, discite bene facere. Nec Patriarcha corporis, cordisq; maculas abstergi contentus, mutare quoq; indumenta imperat: vt pro vilibus, pretiosis: pro sordidis, spendidis: pro cotidianis, festis vestibus induantur, quod exterior mundicies interiori respondeat: & pretiosissima queq; diuinis honoribus accommodanda esse, externo quoq; cultu profiteantur. Nā & Domino hæc exterior pietas suo pre gradu placet, nō minus, quā dæmonibus displicet, videre Christi cultores splendido

cultu adornatos lætos Christiana festa celebrare. Id quod lamie, quas bruxas nuncupāt, proculdubio, vel sponte, vel vi hereticæ prauitatis inquisitoribus cōfessæ sunt. Porro hoc rerum ordine, & his profectibus nunc etiam ascendendū est in Bethel, id est domum Dei, quæ non est alia quàm Ecclesia Christi. Nāq; illam aduentibus, in primis expedit pristinos errores abdicare, & vnus veri Dei profiteri fidem, quod est, auferre Deos alienos. Deinde baptizari in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: quod est: sacro mundari lauacro: ac demū anabulare in nouitate spiritus, quod vestimenta mutare.

Surgite, ait, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ: & fuit socius itineris mei.

Hæc ex his, quæ superius pertractata sunt, satis constant: quibus nunc memoratis: suorū animos firmat, vt confidant, se num etiā habituros fortissimum Deum Israël vniuersorum Dominū tam profectiois, quàm quietis suæ præsidem. præsertim cū ea mente proficiscantur, vt ara in loco sacro ædificata, acceptissimas illi victimas faciant.

Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebāt: & in aures aureas, quas habebāt in auribus eorum.

Hic Deos posuit pro Deorum simulachris. Nam è Sychimorum auribus dependisse feruntur quædam, vel aurea, vel argentea ornamenta, quæ impressa haberent sua cuiusq; Deorum insignia. Super quibus ita differit Augustinus. Quare & in aures datæ sunt: quæ si ornamenta erant, ad idolatriam non pertinebant? Nisi, quia intelligendum est, phylacteria fuisse Deorum alienorum. Nam & Rebecam à seruo Abrahæ in aures accepisse Scriptura testatur: quod non fieret, si eis ornamenta gratia in aures habere non licuit. Ergo illæ in aures, quæ cum illis Iacob datæ sunt, vt dictum est, idolorū phylacteria fuerunt. In auribus enim Sychimitæ, sicut & oēs gentes Orientales, vtebantur: in quibus Deorum, quos colebant, imaginem erant in sculptæ, quas & pro amuletis gestabant, & vt Deorum suorum obseruantiores haberentur.

Sicut

Deut. 6.

Phil. 2.

Esai. 1.

August.

Sicut longo post tempore Iudæorum superstitiones dilatabant phylacteria, id est, conseruatoria quædam, videlicet, in quibus insculpta legis memoria eis custodiebatur.

At ille infodit eas subter terebinthum, quæ est post urbem Syché.

Aiunt primum, ea idola igni liquefacta fuisse, deinde in profundam fossam infusa in abditissimo inferioris terræ recessus penetrasse: ne, quæ vana falsorum Deorum superstitione polluta fuerant, in usus accommodarentur humanos. Multoq; minus in diuinos conflarentur honores. Cæterum ea, quæ Moyses in deserto ex Ægyptiaca præda in sacrorum usum confluxit, hominum quidem vasa fuerant & ornamenta, nihil ad Ægyptiorum Deos pertinentia. Denique pro eo quod est hoc loco, Sub terebintho, in Hebreo est תחת הַאֵלֶּיךָ tahath haela, id est, sub quercu aut aliâ quampiâ arborem. Sicut & alibi, nepe Iosue capite ultimo vertit Hieronymus: Tulit lapidem grandæ Iosue, & posuit eum Tahath haclah, id est, subter quercum. Per multum verò distat inter quercum, & terebinthum. Est autem Ela, Hebraicum, quod hic ponit apud Hebræos generale nomē omnium arborum. Quo circa potuit tam ad terebinthum, quam ad aliam arborem accommodari.

Cumque profecti essent, terror Domini inuasit omnes per circuitum ciuitates: & non sunt ausi persequi recedentes.

*Aug.* Augustinus. Incipiam enim aduertere, quæ admodum Deus operetur in hominum mentibus. A quo enim timor Dei factus est in illis ciuitatibus? nisi ab illo, qui sua promissa in Iacob & filiis eius tuebatur? Deniq; non frustra, sed pro re necessaria diuinitus suggestum est beato Iacob, ut imperaret suis domesticis, auferre de medio sui Deos alienos. nam ante hac ipse timidus, & periculose incedens adorabat E sau: & domus eius cædibus, & sanguine turbabatur. Nunc autem sepultis idolis terror Domini inuasit omnes per circuitum ciuitates: & non sunt ausi persequi recedentes.

*Chryso.* Chryso. Quia hoc timebat iustus & dicebat, Mihi parum numerus est, & delebor, inquit, quod timore eos inuadente, ipsos persecuti non sunt. Nam, quando Deus suam gratiam afferre voluerit, inualidos, fortiores potentibus, & paucos potentiores pluribus facit:

nihilq; beatius est eo, qui supernam gratiam affecutus est.

Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan cognomento Bethel. ipse & omnis populus cum eo.

*Hiero.* Hieronymus. Ecce manifestissime comprobatur, Bethel, non Vlamus, ut supra dictum est, sed Luzam, id est, Amygdalò antea vocatam.

Aedificauitque ibi altare.

Videlicet, ut super illud Deo victimas sacrificaret. Idq; ex decimis, quas ibidem Deo a se reddendas vouerat: magnoque exemplo est seruandæ fidei cunctis mortalibus, ut quod Deo vouerint, reddere non morentur. Quod & summa grauitate Sapiens præcipit: Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim Deo infidelis & stulta promissio: sed quocumq; voueris redde. multoq; melius est non vouere, quam post votum promissa non reddere.

Et appellauit nomē loci illius, Domus Dei.

Iam olim id nominis eidem loco imposuerat: sed nunc imposuisse dicitur, quia frequenter populo, quem tecum habebat, illud nouificauit. Multa enim in Sacris libris antea facta, dicuntur fieri, quando nouiter manifestatur. Sed forte huc nodum melius explicabimus, eo quod in hoc loco tam in Hebræo, quam in Chaldæo non vique tantum habetur, בֵּית אֵל Bethel, sed etiam, בֵּית אֱלֹהִים Elbethel, id est, Deus domus Dei. Doctæ Caietanus inquit: Olim Iacob eundem locum Bethel, id est, domus Dei appellauerat. Nunc appellauit Elbethel, id est, Deus domus Dei, ut iam locus ille non tantum sit insignis nomine Domus Dei: sed etiam ipse Deus, qui iusto ibidem apparuit à loco cognominetur, Elbethel, id est, Deus domus Dei: & ut illi, qui cum Patriarcha in religione consentiebant iam inde notum haberent cognomentum Dei, quæ colerent, eisq; vocaretur Elbethel. Nuncupatur autem hic Deus, El, à fortitudinis attributo: quia peregrinantem iustum fortificaturus atq; protecturus, ibi olim apparuit ei Deus, cum fugeret fratrem suum.

Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebecca: & sepulta

pulta est ad radices Bethel subter quercum. Et vocatum est nomen loci, Quercus fletus.

Agnosce hoc loco pietatē domus Iacob, non enim modò iusta nutrici defunctæ reddita sunt: sed etiā gratissimo piæ humanitatis affectu lachrymæ sunt additæ adeo solēniter, ut is locus à fletu nomen sortiretur. Vide præterea, quomodo semper ab euentibus nominata loca, ut perpetua seruetur memoria.

*Chryso.*

Chryso. Et quomodo dixerit quispiam: Nutrix Rebecca fuit cum Iacob, cum iam primum veniret à Mesopotamia, & nondum occurrerat patri suo? Forte hoc dicendum, quod, quando à Laban rediit, hæc simul cum Iacob venire cupierit, ut propter longum tempus Rebecca inuiseret: sed prius quam illi occurreret, defuncta est. Verum, quoniam nescitur Rebecca nutricem à Chanaanæ Mesopotamiam repetiisse, alij tradunt, Rebecca quidem mortuam fuisse, quando Iacob à Mesopotamia reuersus paternam domum repetebat, nutricemque Rebecca omnibus aliis relictis ad filium dominæ suæ dilectissimum conuolasse, & ad eum accessisse prius quam ipse ad patrem suum Isaac peruenisset, ac subinde accidisse, ut ea apud Iacob agens humanis concesserit. Porro iuxta spiritum, Mosaicæ Legis typum gerebat (quæ ut apud sic em interpretatur Debora) mella diuinæ cognitionis & cultus quauis plurimis ceremoniarum ceris mixta populis præbebat: quæ lex vel in hoc etiā domini nutricula comprobatur, quod de ipso Apostolus inquit: Natus ex muliere, factus sub lege: ut eos, qui sub lege erant redimeret. Vmbra igitur & Legis imagines mortuæ atque sepultæ noscuntur, quando Dominus Iesus in salutari ligno pendens inter ultimos cruciatus exclamauit, Consummatum est. Quare quercus sub qua Debora sepulta fertur Domineæ crucis congruenter adumbrat: quæ reuera sit appellata Quercus fletus, quia in ea suspensa est vita, quæ sic, ut credentibus æternam lætitiā, ita incredulis Iudæis perpetuum intulit luctum. Quippe qui iure à Domini mensa exclusi iam non pane filiorum: sed quernis glandibus, porcorum more, vescuntur. Vtinam tandem extrema fame stimulatī ad se reuersi respiciant, & relictis porcorum siliquis, ut ille filius prodigus, ad patrem misericordiarum redeunt, antequam scelēris poenitentes eum deprecantur: ut in numerum mercenariorum admittantur: ut tandem ex abundantia condi-

*Gal. 4.*

*Ioan. 19.*

*Luc. 15.*

toris pietate ad liberorum delicias restituantur. Non est hoc desperandum, ut iuxta Paulum, Cū plenitudo Gentium intrauerit, omnis Israël saluus fiat. Nec est ab hac spe prorsus alienum, quod sequitur.

*Rom. 11.*

Apparuit autem iterum Deus Iacob, postquam reuersus est de Mesopotamia: & venit in Bethel.

Multoties ante hac huic iusto Deus apparuerat. Primum enim apparuit illi ad eunti Mesopotamiam, quiescentiq; iuxta Bethel. Secundo, dum in Mesopotamia manenti præcepit, ut in patriam suam rediret. Tertio, cum eidem in Bethel ascendere iussit. Quarto nunc iuxta Bethel. Inter has autem quatuor apparitiones sub Dei nomine celebratas, intercurrunt alia duæ sub appellatione, formaq; angelica perhibita. Quarum altera fuit in Syria, vbi vidit in fornibus masculos varios super foeminas ascendentes. Altera in Manaim, id est, Castris: vbi fuerunt ei obuii angeli Dei. Deniq; tam frequenti Dei, angelorumq; sanctorum apparitione huic viro facta, & tam familiari eorum cum ipso habito colloquio, clarè constat, verissimum esse illud, quod de veræ sapientie ostensione Sapiens inquit: Clara est, & quæ nunquam marcescet sapientia: & facile videtur ab his, qui diligunt eam: & inuenitur ab his, qui quærunt illam, præoccupat, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat, qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit. assident enim illam foribus suis inueniet. cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, citò securus erit. quoniam dignos se ipsa circuit quærens: & in viis suis ostendet se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis. Cæterum & ex his compertum habetur, hac vltima vice apparuit se Iacob manenti adhuc prope Bethel. Nam ut differit Chryso. quare adiecit Sacer historicus hoc verbum: Iterum? Non enim absq; causa: sed, ut discas, quod prius etiā in hoc loco apparuit illi Deus, quando fugiens fratrem, in Mesopotamiam contendebat. Itaq; & nunc ait: Sicut tunc visus est ei abeunti: ita & nunc redeunti apparet in hoc loco, & confirmat promissiones, quas quando abiit cum eo fecit: hoc præstans, ut iustus firmius in suis promissionibus confidat. & ne propter tempus medium fluat.

*Sap. 6.*

Benedixitque ei. Proculdubio Deum benedicere est eum benefacere.

facere. Non enim omnipotēs inani, aut cas-  
so verbo dicit, sed vero, & efficaciter. Ipse enim  
dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata  
sunt. Quare quicquid est illud, quod nūc ille  
protulit pro præsenti benedictione est acci-  
piendum, siue imprecandi, siue indicandi  
modo illud extulerit. Benedixit itaq; Iacob  
Deus benedictione quadam non modo cor-  
porali, sed valde quoq; spirituali.

Dicens: Nō vocaberis vltra Ia-  
cob, sed Israël erit nomen tuū.

*Hiero.* Hieronymus: Ita dudū nequaquā ei ab an-  
gelo nomen imponitur, sed quod imponen-  
dum sit à Deo prædicatur. Quod igitur ibi  
futurū promittitur, hic docetur expletū. Sic  
&, vt Alchuius sentit, Christus, cū dixit  
Petro: Tu es Simon filius Ioannis, tu vocabē-  
ris Cephas: nondū ei cognomen appo-  
nit, sed appositurū se prædicat. imposuit autē  
cum magnifica illa confessione, Tu es Chri-  
stus filius Dei viui, illud promeruit. Tunc em̄  
à Domino dictum est ei: Tu es Petrus, super  
quo Chrysostrōmus illud adnotauit, quod &  
hunc locum illustriorē reddet. Ideo, inquit,  
etiam Dominus Iesus Petro nomen muta-  
uit, vt ostendat, quod ipse est qui Vetus testa-  
mentū dedit, & nomina transmutauit, quia  
Abram, Abraham vocauit: & Sarai, Sara: &  
Iacob, Israël. Igitur multis quidē à natiuitate  
nomina imposuit, vt Isaac & Sanson: aliis  
autē post eam, quæ à pro genitoribus est. nū-  
cupationem, vt Petro & filiis Zebedæi. Nam  
quibus quidem à prima ætate debebat virtus  
clarefcere, ex tunc nomina susceperunt: qui-  
bus autē postea debebat augeri, postea nun-  
cupatio posita est. Nonne hoc idē huic iusto  
contigit? Nimirum contigit. Quippe qui pri-  
mum secundū natiuitatis suæ nomen cum  
aliis vitiis, & concupiscentiis colluctari cœ-  
pit veræ pietatis studium inchoans. Deinde  
crebris, magnisq; spiritus aduersus carnē vi-  
ctoriis proficiens augustioris nominis pro-  
missionem ab angelo meruit audire, nō acci-  
pere, Quia gratiam & gloriam dabit Domi-  
nus. demū vbi assiduis incrementis ad con-  
summatæ virtutis statum peruenit, puraque  
mente victimā Deo obrulit, vbi votum Deo  
soluit, ibi noui nominis benedictionem acce-  
pit. Qua quidem benedictione factū est: vt  
& illud, quod fugiens Esau in somnis vide-  
rat, & quod nouissime cum angelo luctatus  
audiuit, perfecta nominis impositione cōfir-  
maretur. Non, inquit, vocaberis vltra Iacob,  
sed Israël erit nomen tuū: id est, iam non erit

*Ioan. 1.*

*Matt. 16.*

præcipuum nomen tuū Iacob, quod à sup-  
plantatiōe deducitur: humilius est em̄ eo, qđ  
meæ erga te gratiæ pstantia requirit: sed voca-  
beris Israël nomine multo præstantiore, qđ ha-  
beas in te, hoc est in mente tua spiritualibus  
donis prædita, spirituale Dei fortis principa-  
tū, & dominium quoddam cœleste. Hūc de-  
mum arbitror esse principatū Iacob, quē an-  
gelus Gabriel ad beatissimam virginem lo-  
quens in Christum retulit dicens: Et dabit  
illi Dominus sedem Dauid patris eius, & re-  
gnabit in domo Iacob in æternum, & regni  
eius non erit finis. Etenim re vera spirituale  
Christi regnum in hoc inferioris mundi solo  
intra Ecclesiam iustorum Deo militantium  
inchoatur: & in sublimiori illo beatorū spiri-  
tuū cœlo cum Christo regnantū consumma-  
tur, sic, vt nunquam finiatur. Facit & ad hoc  
nō parum, quod super hoc loco Augustinus  
differit. Quæritur, ait, cū semel dictum sit:  
Non vocaberis vltra Iacob, sed Israël erit  
nomen tuum, cur igitur postea Iacob vocatur?  
Sed hoc nomen ad illam pertinet promissio-  
nem, in qua videtur Deus, quomodo non est  
antea patribus visus, vbi non erit nomen ve-  
tus, quia nihil remanebit, vel in ipso corpore  
vetustatis, & Dei visio summū erit præmiū.  
Hæc ille.

*Luc. 1.*

*Augu.*

Et appellauit eum Israël.

Quo proculdubio diuino firmissimam noui  
vocabuli autoritatē tenendā expressit, quia  
professo appellatio à Deo indita non est mu-  
tabilis. Sine pœnitentiā enim sū dona Dei, &  
vocatio eius: vt diuinus Paulus inquit. Circū-  
spectē admodū Rupertus, Hic, iam, inquit,  
pro dignitate vocantis nomen huius Patriar-  
chæ Israël, non est sub silentio præterendū,  
in his tribus Patriarchis Abram, Isaac, & Is-  
raël triformem esse nominis impositionem.  
Aliter enī nō nomē Abraham, aliter Isaac, &  
aliter Israël Deus ipse effinxit. Siquidem no-  
men Abraham tantūmodo auxit: nomē ve-  
rō Isaac totum antequam conciperetur, im-  
mutabiliter imposuit. Nomē demum Israël  
totum pro toto nomine Iacob commutauit.  
Porro, cur tam diuersa fuerit horum nomi-  
num ædendorū ratio, multo citius clarescet,  
si prius animaduertimus, Abraham quidē  
anterioris, Iacob verō posterioris populī fi-  
guram prætulisse: mediū autem inter vtrūq;  
Isaac imaginem Christi gessisse, qui quidem  
Lapis angularis ab hominibus reprobatus, à  
Deo autem electus vtrumq; populum, velut  
duos parietes, in seipso coniunxit. Constat  
quoq;

*Rom. 11.*

*Rupert.*

quodq; anteriorē priusquam in mundū Chris-  
tus veniret non nihil fidei atque iustitiæ ha-  
buisse. Iam pridem enim erat notus in Iudæa  
Deus, in Israel magnum nomen eius. Poste-  
riorem verō ex Gentibus varijs erroribus cir-  
ca diuinitatem infectis cōgregatum, boni ni-  
hil habuisse: quippe qui dæmonibus seruiret  
eiq; iuxta Prophetam ab ipso Deo veraciter  
diceretur, Non plebs mea vos. His ita anim  
aduersis promptum est cognoscere tam va-  
rie impostorum vocabulorum causam. Nā-  
que nomen Abrahæ vna tantum syllaba au-  
ctum est, quoniam anterior Hebræorum po-  
pulus, qui, quamuis ex patrum fide in Chris-  
tum futurum habita iustificabatur, à paradi-  
si tamen ingressu arcebatur, vno tantum aug-  
mento indigebat, vt in Christo iam sibi præ-  
senti, iam regnum cœlorum appropinqua-  
se predicante perficeretur. At verō nomen  
Iacob in Israel omnino permutari debuit:  
quia posterior Gentium populustā fidei in-  
choationem, quā iustitiæ perfectionem, id  
est, initium veræ pietatis, atq; profectum pa-  
riter de Christi sumpsit aduentu. ad populū  
ex gentibus ad Christum cōuersum diuinus  
Paulus inquit: Aliquando & vos non credi-  
distis Deo: nunc autem misericordiam con-  
secuti estis. Deniq; nomen Isaac neq; auctū  
est, neq; cōmutatū: imo nec ab hominibus,  
sed antequā is nasceretur ore Dei fuit decla-  
ratum. Quoniam proculdubio Christi iusti-  
tia, cui datus est spiritus non ad mensurā, ne-  
que augeri vnquam indiguit, neque minui,  
aut mutari potuit. Nec em̄ ille, quā Deus est,  
ex accidenti dono iustus est: sed naturali bo-  
no, antequā de Virgine nasceretur, & in ter-  
ris appareret: ipse iustitia: ipse vita: ipse Deus  
erat. Dixerit forte ex aduerso quispiā ex Lu-  
cæ, Puer autem Iesus crescebat sapientia, &  
ætate, & gratia apud Deum & homines. Fa-  
temur vtiq; Christum corporis mole huma-  
no more creuisse: fitemur & eum profecisse  
ædentem actiones & opera sapientia plenas,  
& Deo, hominibusq; gratissimas: sed diffite-  
mur, eundem diuinæ sapientiæ, atq; gratiæ  
habitibus diuinitus menti suæ infusus creuis-  
se. hæc enim summa plenitudine perfecta in  
ipso conceptus sui momento beatissime ac-  
cepit. Proficiebat ergo Iesus, vt Græcus qui-  
dam autor explicat, secundum ætatem qui-  
dē, corpore in virilē statū promotō: sapientia  
autem, per eos, qui ab eo diuina docebātur:  
gratiaverō, qua cū gaudio promouemur, cre-  
des, in fine obtinere, quæ ab ipso promissa  
sunt: vt hoc quidem apud Deum, ex eo quod  
assumpta carne paternū opus peregit: apud

*Osee. 1.*

*Eph. 2.*

*Roma. 11.*

*Ioan. 3.*

hoīes verō, per cōuersionē eorū à cultu ido-  
lorū ad summæ Trinitatis notitiā. Iam verō  
quid immutato nomine huic Patriarchæ am-  
plius locutus sit, sequentia docent.

Dixitq; ei Deus: Ego Deus om-  
nipotens.

Hoc loco duo noīa diuina ponūtur: *El Sadai*  
El Sadai quorum prius interpretatur fortis:  
posterior autē victor. sed quia sermo Latinus  
nō habet nisi vnū nomē, quo Deū significet,  
vt possit ad numerū Hebræis respondere, a-  
pud quos nō vna tantū est diuinitatis expri-  
mēda appellatio. Nā p̄ter nomē tetragrāmā-  
ton, sunt hæc, Eloim, El, Sadai, Ia: atque alia  
plura, quæ neq; in Græcā, neq; Latinā linguā  
ad verbū verti possunt. Laudandus est diuus  
Hieronymus, qui, quantum fieri potuit, diui-  
nū illud nomē nobis declarauit interpretan-  
do. Ego Deus omnipotēs. Qui. n. omni-  
tēs est, & omnīū est fortissimus, & oīa facile  
vincit. Talib⁹ appellatiōib⁹ p̄fatus Deus sua-  
der Patriarchæ, nihil esse tā forte, nihil tā vali-  
dū, qđ ei, vel p̄ualere, vel obstare possit: quē  
minus adimpleat: quæcūq; illi sp̄o deat dicēs:

Cresce, & multiplicare: gentes  
& populi nationū ex te erūt: re-  
ges de lūbis tuis egrediētur: ter-  
rāq; quā dedi Abrahā, & Isaac,  
dabo tibi & semini tuo post te.

His verbis timori, & pusillanimitati Iacob  
plenissime misericors Deus medetur. Nam  
quia timuerat iustus, se, suamq; domū à terre  
illius habitatoribus, paucos videlicet à mul-  
tis delēdos: p̄dicit eū esse valde augendū, &  
ad eō multiplicandū, vt gētes, & populi, & re-  
ges, qui eādē terrā possideāt ab ipso egressu-  
ri sint. Etm̄ incrementū ad possessionū multū  
tudinē, diuitiarūq; magnitudinē cōmodere  
fertur: multiplicatio verō ad incredibilē pos-  
terorū pluralitatē. Gētes vocat duodecim tri-  
bus: populos, alias atq; alias ciuitates ex varijs  
tribū natiōibus cōditas. Reges demū à Ia-  
cob fuisse oriūdos regum historia docet. Por-  
rō terram, quam pollicitus est Abrahæ & Is-  
aac eandē & Iacob pollicetur. verū neq; illis  
dicitur data, quasi ab eis fuerit possessa, neq;  
huic dāda promittitur, quæ ab eis possidēda:  
sed, qđ detur eis oībus eā possidēdi ius, quod  
in suos ipsi posteros trāsmitāt, qui eandē ten-  
rā propter maiorū suorū merita, tanquā hæ-  
reditario quodam iure, sint possessuri. Sed  
hæc superius pluribus exposita sunt, vbi  
f identidē



identidē hęc eadem, & alijs, & huic Patriarchę promissa fuere. Vnde iā nō solū promissiones, sed etiā propter iteratas bis, terq; eidē de rebus pollicitationes in Scripturis sanctis repromissiones dicuntur. Hinc Paulus ad Hebręos: Decimas sumpsit Abraham: & hūc qui habebat repromissiones benedixit. *Quęritur*. cur eadē toties Deus promiserit? Profecto diuersis Patriarchis eadē etiā atq; etiam repromisit, tū vt illorū promissio bonorū humanis pectoribus frequēter ingesta haberetur certissima: tū ne putaretur diuinū pactū de terra cęlesti ab Israelitis spiritualibus habenda cū maioribus initū, per minores fuisse rescissum; sed potius per Iesum Christum fuisse cōplēdū: sicut diuus Paulus Iudęis Antiochiā habitantibus testatus est dicēs: Et nos vobis annūtiāmus eā, quę ad patres nostros repromissio facta est: quoniā hanc Deus adimplebit filijs vestris resuscitans Iesum: sicut & in Psal. 2. scriptū est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. quā obrē liquet cūctos Christo credētes non esse alienos ab hac benedictione cęlesti. Nā omnes illi ad spiritale Iacob semē pertinet, qui vitia supplānt, & veterē hominē cū suis actibus deponūt, mentisque oculis ad Deū cōtendūt: vt cū eo spiritu, tanquā veri Israelitę, dominētur. Nonne reges spirituales de illius fidei lūbis egrediūtur, cū sancti viri sic ipsius pietatē imitātur, vt secundum Dei voluntatem se, suosque studiosē regant, & centuplis fructibus abundant, vt deniq; terrā viuētū ineffabilibus opibus vberimā cū Abrahā Isaac & Iacob sedētes in regno Dei, perpetuo iure teneant? Tandem illata, imō repetita benedictione.

Deus recessit ab eo.

Non quod Patriarcham Deus deseruerit: sed quod corporea illa forma, sub qua ei locutus fuerat, veluti sursum ascendens, ab ipsius oculis ablata sit. Est enim credibile, mox à sacrificio Patriarchę vigilantē, atq; precantē, Deū, vel potius angelū Dei vices agentē in corporali quadam imagine visum fuisse: vt in qua specie iusto visus tanti nominis insigne promiserit, in eadem ei illud imponeret.

Ille verò erexit titulū lapideū in loco, quo locutus fuerat ei Deus, libans super eum libamina, & effundens, vocansq; nomen loci illius Bethel.

Et erexit, inquit, Iacob titulū. Profecto in Hebraica lingua differunt מִזְבֵּחַ Mizbeah, quod

est altare, & מַזְבֵּחַ Mazebá, quod est titulus. Nam titulus vnus est tantum lapis sursum erectus: altare verò ex multis lapidib⁹ erigebatur. Pręterea sup altare varia sacrificia offerebatur: sed sup titulū libamē solū, & oleū fundebatur. Dicebatur aut libamina, q̄ victimis addebatur p̄cipue liquida, qualia sunt vinū, & oleū. Hieronymus Leuitici. 4. Qui offert victimā pacificorū Dño, offerat simul & sacrificiū. i. libamēta eius. Hoc ergo loco libamē pro vino posuit: vt r̄q; n. tā vinū, q̄ oleū super titulū effudit. Et aduertē, quod super lapidē libauit: nō aut lapidi. nō ergo hic iustus fecit, sicut idololatrę. q̄ solēt aras ante titulū cōstituire, lapidq; in quampiā formā effigiatō, tanquā Deo libare. Libauit igitur sup lapidē Deo vero vinū & oleū Ecclesię futurę sacramēta p̄signās: in vino quidē sacramētū sanguinis Christi adumbratur: in oleo autē sacrum bap̄tisma, cęteraq; sacramēta, quę sancto chrismate p̄ficiūtur. Et p̄fecto Iesus Christus est verus ille Samarites. i. fidissimus humani generis custos, qui illū hominē de Ierico descendentē, à latronibus vulneratū, relictoq; semiuuū, quē lex & prophetę curare nō poterant, integrę salutē restituit mirifice. Infudit. n. vulneribus illius vinū & oleum. i. sanguinem in salutari ligno pro humano genere effusum, & oleum acerbissimę passionis p̄lo expressum: vt homini perditō pretiosissimū filij Dei sanguinē redēptio, veniāq; cōpararentur. & per chrismatis vnctio nem peccatori sanctitas apponeretur.

Vocauit nomē loci illius Bethel

Cōsidera cū Chrysofomo, quomodo in nominibus locorū memoriā immortalē beneficiorū reponat: & vt posteris manifesta fiat visio: q̄ facta fuit ibidē iusto. Notandū hūc locū cū nō esse illū, cui simile nomē imposuerat, quando vidit Dominum innixum scalę. nā locus ille iacet ad Orientem terrę promissionis inter montem Ebal & Gazirim non longe à Ierico: hic autē vergit ad Septentrionem eiusdem terrę, & est ipsa Hierusalē. inter eā em̄ & Bethel Rachelis sepulchrū extat: quę mortua fuit mox, vt Iacob de Bethel profectus est. Sequitur enim:

Egressus autē inde venit verno tempore ad terrā, q̄ ducit Ephratā.

Mouit itaque Iacob de Bethel, quę postea dicta fuit Hierusalem. Porro pro eo quod Latinis est Verno tempore, in Hebręo est מִזְבֵּחַ chibrath haárez. Si ergo kibrath sit vna

vna dictio significat spatiū: denotatq; fuisse quoddā terrę interuallū vsq; ad Ephratam. Et quidem erat illud interuallū dimidię leucę spatium. Nam Rachelis sepulchrū à Hierusalē leuca cum dimidia recessit, ita ab Ephrata dimidia solū leuca distat. Diuus verò Hieronymus accepit illud kibrath pro duabus dictionibus, vt sit, kibrath, quasi viridatio vel ager pascuus. Itaq; reiectis, quę à Septuaginta, & Aquila dicta sunt ait: Melius est si transferatur in electo terrę tempore eū introiret Ephrata. Porro verum tempus significat, cū in florem cuncta rumpuntur. Scanni tempus electum est, vel cū transeuntes carpunt, & eligunt ē vicinis agris quęcunque ad manum venerint, diuersis floribus inuitati. fauet & Hieronymo, quod habetur quarti Regum capite quinto: Abijt ergo ab eo electo tempore ibi enim pro electo tempore eadem dictio, kibrath, legitur: cuius quidē dictionis prima syllaba, ki, Quādo etiam significat: barath verò creare & gignere, vt sit sensus: Quando terrā germinat & herbas, floresq; profert, quod proculdubio verno tempore cōtingit. Ephrata autē & Bethleem vnus, eiusdēq; vr̄bis vocabula sunt, simili etymologia ei indita. Nam Ephrata in frugiferā, Bethleem in domum panis vertitur, propter eum panem qui de cęlo se descendisse dicit.

In qua, cū parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cępit.

Enixa enim in media via foetum ædere minime valebat: ideoque, cū partus angustia, tū acerbissimo dolore distracta in iamiam moriendi periculo versabatur.

Dixitq; ei obstetrix: Nolit timere, quia & hunc habebis filium.

Sane deponendū fuisse mortis timorē obstetrix cęluit, quod foetus viuus nasceretur. nascēte em̄ viuo foetu minus multo discriminis parturientibus instare solet: & nihilominus Rachel inter pariedū animā egit. Quod autē obstetrix adiecit: Et hūc habebis filiū, respōdit illi p̄cationi, quā Rachel fecerat cū primū Ioseph filiū peperit dicēs: Addat mihi Dñs alterū filiū. Exaudita nēpe fuit Rachel, sed suscepto altero filio in ipso partus articulo extinta est. r̄ta est humana ignorātia atq; temeritas, vt ea interdū adeo assidua improbitate efflagitemus, q̄ postulātibus cōcessa sint maxime nocitura. Expetēda igitur nobis primis vera æternaq; bona: q̄ nūquā nobis nō p̄des

se poterūt. Imō & in his petēdis quidā mod⁹ est adhibēdus, vt illa obtinere valeamus: ad quōd sane, sicut diuinus docet Paulus, ipse Dei spiritus adiuuat infirmitatē nostrā. Nā, quid oremus, sicut oportet, nescim⁹: sed ipse spirit⁹ postulat p̄ nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹: Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus: quia secūdū Deū postulat p̄ sanctis. Egrediete autē aīa p̄ dolore, & imminēte iā morte vocauit nomē filij sui Benoni. i. filiū doloris mei. Pater verò appellauit eū Benjamin, idest, filium dextre. Dolor vtiq; sensus est p̄sentis nocumēti, qui cū vitari nequit, vehemētorī tristitia naturā affligit, & destruit. Nāq; eiusmodi dolor ex eo nocumēto efficitur, quod vim naturālē superas, & opprimēs, debitā corporis viuētis crasim penit⁹ tollit: quā sublata aīa statim de habitaculo sibi distēperato auolat: cōtinuoque extinguitur animal, cū nihil aliud sit mors, q̄ animę à corpore separatio. super eo autē quod aliud nomen mater, aliud pater puero adeo miserabiliter nato imposuit, sic Hieronym⁹, inquit. In Hebręo similitudo nominis sonat filius. n. doloris mei, quod nomē moriēs mater imposuit dicēs בְּנֵי בְּנֵי Benoni: filius vero dextre, hoc est, virtutis, quod Iacob mutauit, appellatur, Benjamin. Vnde errant, qui putant Bēiamin filium dierū interpretari. eū em̄ dextera appellatur בְּנֵי יָמִין, & finiat in. n. literā: dies quidē appellantur & ipsi בְּנֵי יָמִין, sed in. m. literam terminatur. Hinc manifeste Patriarchę magnanimitas extat, qui mortua dilectissima sua nō fuerit animo consternatus, quin sibi constiterit, & à dextera, idest, fortitudine nato puello nomen indiderit. Mœrorem enim, quem ex morte Rachelis cōceperat, mitigauit natus puer: & fecit, vt eā iustus magis æquo ferret animo.

Mortua est ergo Rachel, & sepulta in via, quę ducit Ephratā: quę est Bethleem.

Quę. n. idola patris sui furata fuerat im̄ pbā quadā cupiditate, quibus furtū nō commiserit, gentilitię superstitionis adhuc vestigia retinens, non tamen fuit digna, quę aut domū panis cęlestis intraret, aut in ea vr̄be sepeliatur, in qua magi gentium, fidei primitię, damnata prorsus idololatria natum ex virgine Deum essent adoraturi. Ne hoc dicētes

Roma. 8:

dānamus Rachelē, q̄ tandē à piētissimo viro verā pietatē edocta in nuptialib⁹ sacris inter probas, imitādasq; foeminas celebrari p̄meruit. Quod autē in via sepulta sit, nihil miri. Siquidem mos erat antiquis mulieres sepeliri, in quo loco morte intercipiēbatur. sic enim Sara in Cariatharbee sepulta est ibidē Rebecca: sub quercu Debbora: Rachel deniq; iuxta viā. At viri transferebatur: sicut Iacob atq; Ioseph in Aegypto sepulti in Chanaanā regionē lōgo post tēpore translati fuerē. Erexitq; Iacob titulum super sepulchrum eius.

Tradunt Hebræi, hūc titulum, ex duodecim lapidibus ad numerum duodecim filiorum Israel cōstructum in pyramidem turrexisset: ut esset perpetuū Rachelis ibi sepultæ monumentum. Denique mortuam maxime honoravit. quam viventem plurimum dilexit. adeo vehementis amoris ignis intimis medullis pertinaciter hærere solet: ut nec ipsa morte penitus extingatur, quæ ceteros affectus prope semper obliterare consuevit. Extabat demum hic titulus Mosi tempore.

Hic est, ait, titulus Rachel vsq; in præsentem diem.

Ecce hic à viro iusto erectus est titulus: non utique in aliquam statuam adorandam, quæ est gentium impietas: nec in aram super quā libaretur, sicut ille titulus Bethel, sed in monumenta vxoris hac vita defunctæ. Quare licet fidelibus, defunctorum suorum sepulchra exornare, modò minime id ambiciose fiat: tum, ut viuentes moneant pro defunctis in Christo Deum precari, ut à peccatorum pœnis eruantur: tū, ut profiteantur omnes Christo charos, quamuis mortuos, Deo tamen viuere, qui sit eos à temporaria morte in æternam vitam sulciturus.

Et egressus inde fixit tabernaculum trans turrem gregis.

Egressus, ait, inde, scilicet ab officio funeris, & loco in quo manserat, donec exequias persolueret, & titulum erigeret, fixit tabernaculum trans turrem gregis. Hieronymus: Hūc locum Hebræi esse volunt, vbi postea templum ædificatū est, & Turrim Ader, turrim gregis significari, hoc est, congregationis & cœtus quod & Michæas propheta restatur dicens: Et tu turris gregis nebulosa, filia Sid, & cætera: illoq; tempore Iacob post locum, vbi postea templum ædificatum est, habitauerat. Sed si sequamur ordinem viæ: pa-

Hieron.

Mich. 4.

storum iuxta Bethleem locus est, vbi vel angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pavit, loco nomen imponēs: vel, quod verius est quodam vaticinio futurum iam tunc mysterium monstrabatur.

Cūq; habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui.

Hæc erat ancilla Rachelis, quam vbi domina eius mortua, custodia desertam petulus iuuenis vidit, factus sicut equus, & mulus in quibus non est intellectus, eā impudēter inuasit, atq; nefarijs flagitijs incestu simul & adulterio polluit. Dignus profecto, qui pro tā horridis sceleribus primogeniti iura perderet atq; pro benedictione maledictionem reportaret, quam ei pater suos postea iustissime intulit dicens: Rubē sicut aqua effusus es: non creicas quia ascēdisti cubile patris tui, & maculasti stratū eius. Resciuit autē probus pater nefandū improbi filij facinus, mox ut perperatum fuit.

Quod illum,

Inquit,

Minime latuit.

Sed summa patientia fœdissimā iniuriā à filio primogenito sibi illatā sustinuit: pœnasque de scelesto sumere prudētissime distulit: donec tempus afforet, in quo peropportune pro expetendā benedictione amarulēta maledictione cū feriret, & adstringeret. Interim tamen prudentissimus senex diligentissimè cauit, ne impudentissimo proco locus esset iterandi tam absurdum facinus. Creditū præterea est, Iacob egregium honestatis publicæ tutorem exin ad Balam nunquā ingressum fuisse, sed eam seruandæ perpetuæ viduitati obstrinxisse. Tāti patriarchæ exemplum rex David videtur imitatus, quando cōcubinas suas per Absalonem sub aperto sole flagitiosissime pariter & impudentissime contaminatas in secreta domo conclusit, datis eis cotidianis tantummodo cibarijs: nec eas deinde rex amplius vnquam cognouit: sed manserūt in viduitate vsq; ad tempus mortis sue, ut secundi Regum libri decimo sexto capite memoratur. Præterea legislator Moses quoque prohibuit, ne pater & filius cum eadem rē habeant. Iā verò, qm̄ Sacer scriptor Rubē primogeniti Iacob meminuit, nec ulterius erat filios alios ille generaturus, genitos ei iuxta matrum ipsorum seriem recenset dicens: Erant autē filij Iacob duodecim.

Apostoli-

Apostolicum nimirū præformātes numerū. Pulchre Chrysostr. Hic nobis, ait, enumerat filios Iacob beatus Moses: & per ea, quæ narrat iusti virtutem nos docet (enimvero, ne putes fortuito, simpliciterque, ut contingere solet, ipsum concubuisse cum Rachel & Lia & duabus ancillis) monstrans, quod per dispensationem ministrarit illarum consuetudini, ut duodecim tribus ex eo nascerentur: & propterea non vltra meminit Scriptura, quod ei alius nascatur filius: ut discas, quod non simpliciter, & absque causa factum sit hoc.

Erant itaq; filij Liæ, primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Isachar, & Zabulon. Filij Rachel, Ioseph, & Benjamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis, Dan, & Neptalin. Filij Celphæ ancillæ Liæ Gad, & Aser. Hi filij Iacob, qui nati sunt in Mesopotamia Syria.

At Benjamin nō est natus in Mesopotamia, sed iuxta Bethleem. Responderit quispiam, quod fuerit in Mesopotamia conceptus: sed quia Benjamin multis annis post egressū Iacob de Mesopotamia natus est, dicamus, qd, quia potior erat numerus vndecim filiorum Iacob, qui nati fuerant in Mesopotamia, eorū cōmemoratione Scriptura cōplexa est etiam Benjamin, quāuis non fuisset natus illic. Vnus est itaq; Sacer scriptor tropo, quem Synedochem vocant, à toto maximam partem significans. Neq; id incongruè aut obscure. Nam cum paulo antè Benjamin natalis locus descriptus fuerat, facile poterat ille de duodeno numero cogitatione excipi. Eodem locutiōis modo Augustinus putat illud à Domino dictum: Nonne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus est? ut non ad electionē Iudas ipse pertinere videatur. Non enim facile inuenitur electionis nomen in malo, nisi quando mali eliguntur à malis. Quod si putauerimus & illum electū, ut per eius traditionem passio Domini compleretur: id est, maliciam eius ad aliquid electam, bene vtente Deo etiam malis: illud attendamus vbi ait: Nō de omnibus dico. ego scio quos elegi. Vbi declarat ad electionem

Ioan. 16.

Ioan. 13.

non pertinere, nisi bonos. Ac per hoc illud, quod dictū est: Ego vos duodecim elegi, per synedochem dictum est, ut nomine maioris meliorisque partis, etiam illud complecteretur, quod ad ipsum nomen non pertinet.

Et venit,

Inquit,

Etiam ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee: hæc est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac.

Etenim Mambre nomen fuit proprium cuiusdam viri principis illius terræ amici Abraham, à quo denominata vallis, in qua sita est ciuitas Chariath Arbee: quæ etiam, vel à principe, vel à valle dicta est Arbee. De qua Hieronymus. Porro ȳ & Arbee in Septuaginta campum habet, cum Chebron in monte sita sit. Eadem autem ciuitas dicitur & Mambre ab amico Abraham ita antiquitus appellata, in qua peregrinatus est Abraham & Isaac. Nempe hi iusti in ea terra peregrinati dicuntur: quia, licet multo tempore ibi demorati sint, nec passum pedis in ea possederunt.

Quo autem tempore Iacob de Syria reuersus ad Isaac patrem suum accesserit, vtrum ante, an post Rachelis obitum Scriptura silet. Cæterum, quamuis pietas nobis quādantenus suadeat, multo ante, illius obitum filium ad salutandum patrem venisse: hystoriae tamen contextus iuuere videtur, id factum fuisse, Rachel hac vita defuncta, decennio post iusti reditum in Chanaanam ferè tranfacto. Considera, obsecro, hic cum Chrysostr. quomodo in omnibus certis indicijs misericors Dominus iustos suos confirmat. Quia enim venit post tot annos ad patrem suum Iacob, maxima vtrinque facta est consolatio, & filio ex patris conspectu, & patri videnti tantam filij substantiam, & chorū filiorum ex eo natorum.

Et cōpleti sunt dies Isaac centū octoginta annorū: cōsumptusque ætate mortuus est.

Non vir hic iustus, aut vindice gladio, aut illato diuinitus morbo, aut aliquo accidente, quomodo improbi iuuenes ante diem plerunque intercipiuntur, animam egit: sed paulatim consumptis humido illo atque calore naturalibus, quib⁹ animalis vita sulcitur, maturata morte diem suum clausit.

§ 3

Et

Et appositus est populo suo senex & plenus dierum.

Hæc sic intelligenda sunt: sicut superius eadem, cum de morte Abrahamæ atque sepultura ageretur, exposita fuerit.

Et sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

Adhuc igitur resarta inter fratres gratia perdurabat. Denique illud non est silentio prætereundum, Isaac non illico mortuum fuisse, postquã à Iacob visitatus fuit: sed postea tredecim fere annis. id quod ex huiusmodi annorũ vitæ ipsius supputatione manifeste cõstitit. Quando igitur Isaac mortuus est, iã erat Iacob centum & viginti annorũ. Si quidem, cum Iacob natus fuit, Isaac erat sexagenarius, qui cetero octagesimo vitæ suæ anno mortuus est: è quibus, si demas sexaginta, remanent Iacob anni centum viginti. Præterea, quando Ioseph venditus fuit, Iacob agebat centesimum octauum annum. Nam, cum Ioseph venditus est septendecim annorum, qui cum primum coram Pharaone stetit, annos triginta compleuerat, quibus si no-

uem addantur, septem quidem sterilitatis; duo autem fertilitatis, qui intercurrerunt, do nec Iacob in Ægyptum descendit, sunt anni Ioseph triginta nouem. è quibus detractis decem & septem, supersunt viginti duo anni à venditione Ioseph vsque ad ingressum Iacob in Ægyptum. Quare tantum restant centum & octo quos habebat quando venditus est Ioseph. Quamobrẽ, cum superius ostensum sit, Iacob centum & viginti annorum fuisse, quando præsentis vitæ patris eius defunctus est: constat duodecimo anno à venditione Ioseph hanc vitã Isaac finijisse. Quapropter manifeste liquet, ex prædicta annorum dinumeratione mortem Isaac per anticipationem in huius capituli calce fuisse descriptam. Sacer itaque historicus in tradenda morte Isaac prolepsi, qua ea quæ posterius accidunt narrantur prius, cõgruentissime usus est. Præsumpsit enim hoc loco illius mortem, omnemque de ipso narrationem cõclufit: vt ab eo liberatus, & velut exemptus, tum Esau, tum Iacob præcipue gesta prosequeretur. Et iuxta natiuitatis eorum ordinẽ prius persequitur, quæ ad Esau pertinet, vt postea totum hunc librum in Iacob narrationibus absoluat.

## Caput trigesimum sextum.

Hæ sunt autem generationes Esau: ipse est Edon.

Constat tribus huc nominibus fuisse nũcupatum: Esau, Seir, Edon. Dicitur em̃ est Esau, quod, veluti vir, perfectus natus sit. Seir autẽ eò, q̃ hispidus & pilosus fuit. Edon verò, vel à rubra facie, vel potius à rufalantis decoctione, pro qua primatum vendidit. Recensitis autem filijs Iacob, breuissimo nunc verborum compendio, Esau filij enumerantur. Breuissimo, inquam, compendio: quoniam impiorum genus nequaquam propter se ipsum recensetur: sed vt ad priorũ sobolem enarrãdam detur aditus. Neque id mirum. Nam iniusti propter iustos nasci permittuntur: sicut deteriora fiunt semper propter potiora. Hęc enim sunt illorum finis vel suapte natura, vel diuino consilio, quo Deus improborum errata in proborum commoda vertit. Idcirco illorum genealogia sub cõ-

pendio transigitur, vt horum latiore sermone explicetur. Sic idẽ Moses transcurfus breuiter ab Adam vsq; Noe impiorum generationibus, in ipsius Noe generatione fusius recensenda constitit. Sic & post diluuiũ à Noe vsque ad Thare medias peccatorum progenies strictim percensuit. At in recensendis Thare posteris pluribus verbis est vsus. Denique nunc Esau progeniẽ celeri stilo perstrinxit: vt mox ad Iacob recurrens cunctam eius prolem latiori eloquio referat. Igitur Esau accepit vxores de filiabus Chanaam, Ada filiam Elon, & Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Euari, Besemath filiam Ismael, sororem Nabaioth.

In

In harũ vxorum Esau recensio tanta est in hoc capite & superiori vigesimo sexto varietas, vt nimis operosum sit, has ad illas referri. Vel igitur quibusdam mortuis aliq̃ pro eis substitutæ fuere, vel eadem erant binomix: vel aliud aliquid lateret, quod aut inuentum debeat amplecti, aut ignoratum pro silẽtio pertrãsiri oporteat. Nam sicut impij lectoris est, dantinare quæ in his Sacris literis non intelligitur: ita pij viri est, minus intellecta tacite venerari iuxta illud Esaiæ: Et erit cultus iustitiæ silentium. Accepit itaque Esau vxores de filiabus Chanaam: iam incipit degenerare à familia, probitateque paterna. qui non de cognatione sua, sicut Iacob, sed ex aliena, eadẽque praua vxores duxit: Ada, scilicet, filiam Elon Ethçi. Ethçus populus sicut & Euehus, vnus erat è septem Chananæorum populis. Et forte hæc est illa, quæ supra Besamet dicta sit. Et Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Euei. Besemath quoque filiam Ismael sororẽ Nabaioth. Hæc forsitan est, quæ superius Malech appellata est.

Peperit autem Eliphaz.

*Hieron.* Iste est, vt ait Hieronymus, ille Eliphaz, cuius Scriptura in Iob volumine recordatur.  
*Abulen.* Verũ Abulensis noster Ambrosij & Augustini autoritate fultus Hieronymo refragatur.

Besemath genuit Rahuel, Oolibama genuit Hieus, & Hielon, & Chore. Hi filij Esau, qui nati sunt ei in terram Chanaam.

Quinque nempe illius filij supputati sunt, vnus ex prima, alter ex secunda, tres vero ex vltima vxore. Augustinus. Quod autem post narrationem mortis Isaac, narrantur, quas vxores Esau acceperit, & quos filios creauerit, recapitulatio intelligenda est. Neq; enim, post mortem Isaac fieri cõpit, cum iam essent Esau & Iacob centum viginti annorum. Nam eos sexagenarius suscepit: & vixit omnes annos vitæ suæ centum & octoginta.

Tulit autem Esau vxores suas, & filios, & filias, & omnem animam domus suæ.

Idest omnem hominem domus suæ. Nam hic anima pro homine, non pro pecude per Synedochem ponitur. Sequitur enim.

Et substantiã, & pecora, & cuncta, quæ habere poterat in terra

Chanaã: & abiit in alteram regionem.

Hæc regio est Idumæa.

Recessitq; à fratre suo Iacob.

Quæstio est Augustino, quomodo Scriptura dicat, Esau post mortẽ Isaac patris sui abscessisse de terra Chanaã, & habitasse in monte Seir: cum veniente de Mesopotamia Iacob fratre eius legatur, quod iam illic habitabat? Proinde, q̃ fieri potuerit, vt Scriptura fallere vel falli non credatur, in prõprio est cogitare, quod scilicet Esau posteaquã in Mesopotamiã frater eius abscessit, noluit habitare cum parentibus suis, siue ex illa cõmotione, qua dolebat, se benedictione fraudatum, siue aliqua alia causa, vel certe vxorũ suarum occasione, quas odiosas videbat esse parentibus: vel qualibet alia, & cõperit habitare in monte Seir. Deinde post reditũ Iacob fratris sui facta inter eos cõcordia, reuersus est & ipse ad parètes: & cũ mortuũ patrẽ simul sepelisset, quia eos plurimum ditatos terra illa, sicut scriptum est, minime capiebat, abscessit in Seir: & ibi propagauit gentem Idumæorũ. Hoc enim est quod sequitur.

Diuites enim erant valde: & simul habitare nõ poterãt: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorũ p̃ multitudinem gregũ.

Mirifica prorsus diuinæ dispensationis ratio nobis hic manifestatur. vt enim vacua soli Iacob relinqueretur promissa terra, quæ septẽ ambitu suo nationes complectitur, tanta pecorum multitudine Deus vtrunq; repleuit, vt Esau cœlesti quodã instinctu motus à fratre suo sponte recesserit.

Habitauitq; Esau in monte Seir: ipse est Edon.

Profectò relatiuum Ipse non montem, sed personam refert: quod ex Hebræo constat, vbi ad tollendam ambiguitatem nomen cũ pronomine replicatur. Sic: Esau, ipse est Edon. Deniq; Esau prius habitauerat in Seir potius, vt militum dux, quã vt incola terræ. At postquam à fratre discessit, totam illã regionẽ occupauit, eamque sibi subiecit, perpetuo ibi mansurus. Deniq; hæc vna terra ex decem quas Deus Abrahamæ posteris sedaturũ promiserat, in Esau sortem cõcessit. Deinceps Esau filij, nulla facta dignitatis eorum mentione, simpliciter recensentur.

Augusti

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

Hæ sunt, ait, generationes Esau patris Edom in monte Seir.

Proculdubio Edom hoc loco non est alicuius personæ nomen, sicut prius sæpe: sed pro Idumæa gente positum est. sicut enim pro Israelitis Israel: sic & Edom pro Idumæis plerunq; usurpatur: quia alter alterius fuit generis pater & autor.

Et hæc,

Inquit,

Sunt nomina filiorum eius, Eliphaz filius Ada vxoris Esau. Rahuel quoq; filius Basemath vxoris eius: fueruntque filij Eliphaz Themam.

Ab hoc enim nomen accepit Idumææ quædam ciuitas, siue à patre, siue à filio condita fuerit. Et hic esse putatur ille Eliphaz Themantes, cuius meminit autor libri Iob. Secundus fuit

Onar.

Tertius

Sephuc.

Quartus

Gatham.

Quintus

Cenez.

Sextus

Chore. Erat autem Tamna concubina Eliphaz filij Esau.

At in Paralipomenis, Tamna inter Eliphaz filios computatur: quomodo igitur hic inducitur eius concubina? Forte aut ea mortua, matris nomen filio fuit impositum, aut viuente matre filij nomen ei cognominis hoc loco Scriptura subtrixit.

Quæ peperit ei Amalech.

Ab hoc sunt Amalechitæ, qui sederunt in Arabia iuxta mare Rubrum, & extenduntur fere vsque ad terminos terræ Chanaam. Hi demum, siue mater eorum secundaria fuerit vxor, siue fornicaria. primi fuerunt, qui contra Israelitas de Ægypto ascendentes hostili animo inturgentes eos inuasertunt: sed & tunc protegente Deo populum suum propulsi fuerunt, & postea sub rege Saule antiqui sceleris amplissimas pœnas dedere.

Hi sunt filij Ada vxoris Esau.

Filios hic posuit pro filio & nepotibus Ada recensitis.

Filij autem Rahuel Naath & Cara, Somna & Meca. Hic filij Basemath vxoris Esau.

Hos quoque modo recensitos nepotes cum filio Basemath filios vocauit.

Hi quoque erant filij Oolibama filia Anæ filij Sebeon vxoris Esau: quos genuit ei Hieus è Hielon & Chore.

Aduerte hic, non fuisse Oolibamæ nepotes, sed eius tantum filios computat. Deinde numerat Esau filios, prout alij atque alij duces fuere dicens:

Hi duces filiorum Esau. filij Eliphaz primogeniti Esau, Dux Themam, Dux Omar, Dux Sephua, Dux Chenes, Dux Chore, Dux Gathan, Dux Amalech. Hi filij Eliphaz in terra Edom.

Ibi enim principes suæ quisque ciuitatis erant.

Et hi filij Ada.

Filij etenim Ada dicuntur, quia erant Nepotes Ada matris Eliphaz. Enimuero sic Amalech computatur hic inter filios Ada, cum fuerit Tamna filius illius concubinae Eliphaz: sicut & superius Benjamin numeratus est inter natos Iacob in Mesopotamia, cum iuxta Ephratam æditus fuerit. Fit enim plerunque in his literis absque vlllo legentis offendiculo à maiori parte denominatio, præcipue, vbi in promptu est alicuius eorum, qui tota summa comprehenduntur, & facili exceptio.

Hi quoque filij Rahuel filij Esau, Dux Naah, Dux Cara, Dux Senna, Dux Meca.

Isti omnes fratres erant, & suorum posterorum duces. Ideoque sequitur.

Hi autem duces in terra Edon.

Isti filij, idest, nepotes.

Basemath

Basemath vxoris Esau. Hi autem Oolibama vxoris Esau: Dux Hieus, Dux Hielon: Dux Chore. Igitur alter est hic Chore ab eo, qui paulo superius dictus est filius Eliphaz.

Hi duces Oolibama filiae Ana vxoris Esau.

Isti nempe à principio recensitionis huius hucusque dinumerati, sunt filij Esau.

Et hi duces eorum, ipse est Edon.

Super eo autem, quod sequitur.

Hi duces Horrei filij Seir,

Hieronymus inquit: Postquam filios enarrauit Esau, altius repetit & exponit, qui ante Esau in Edom terra principes fuerunt ex genere Chorræorū: qui in lingua nostra interpretantur liberi. Legamus diligenter Deuteronomium, vbi manifeste scribitur, quomodo venerunt filij Esau, & interfecerunt Chorræos, & terram eorum hæreditate possederunt. Quis autem fuerit iste Seir princeps generis Horræorum nescitur. Enumeratur autem septem eius filij, ducesque. Profecutusque Moyses eorum generationes inquit.

Isti filij Seir Horræi habitatoris terræ: Lotan, & Sobal, & Sebeon, & Anam, & Difon, & Efer, & Difan. Hi duces Horræi filij Seir in terra Edom.

Proleptis est. non enim ea regio dicebatur Edom, donec filij Esau Horræos de terra sua expulerunt.

Facti sunt filij Lotan: Horrei, & Heman.

Ab hoc itaque Lotan nati quidam qui dicti sunt Horræi, quorum cognomine non est appellatus eorum frater Heman.

Erat autem soror Lothan Tamna.

Mos est Scripturarum sorores non seorsum, sed cum fratribus conscribere, vt hoc loco, & supra capite quarto, Soror autem Tubal Noëma. in Paralipomenis. Et sorores eorum, Sarua, & Abigail, & Tamar soror eorum. Hæc illa Tamna, de qua supradictum est. Et Tamna erat concubina Eliphaz primogeniti Esau, & ex ipsa natus est Amalech. Idcirco autem Chorræorum recordatus est, quia primogenitus filiorum Esau ex eorum filiabus

concubinam acceperat.

Et isti filij Sobal, Aluham, & Manecth, & Hebal, & Sephi, & Onam. Et hi filij Sebeon Achaia, & Ana.

Hic est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui. Hieronymus. Multa & varia apud Hebræos de hoc capitulo disputantur. Apud Grecos quippe & nostros super hoc filerium est. Alij putant Iamin Maria appellata: isdem enim literis scribuntur Maria, quibus & nunc hic sermo descriptus est. Et volunt illum, dum pasceret asinos patris sui, in deserto aquarum congregationes in deserto reperisse, quæ iuxta idioma linguæ Hebraicæ Maria nuncupentur: quod scilicet stagnum repererit, cuius re inuentio in eremo difficilis est. Nonnulli putant, aquas calidas iuxta linguæ Punicæ viciniam: quæ Hebræe contermina est, hoc vocabulo signari. Sunt qui arbitrentur, onagros ab hoc admissos esse ad asinas, & ipsi istiusmodi reperisse concubinatam: vt velocissimi ex his asini nascerentur, qui vocantur Iamin. Plerique putant, quod equarum greges, ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, vt mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur. Hanc de mulis inuentis, sententiam tanquam veriorē vltimam videtur posuisse Hieronymus: quam omnes eruditi sectantur. Nec id mirum: siquidem Hebraice hoc modo legitur: Iste inuenit Iemim idest, mulos: non, Iamin, quod sonat Maria: mutatis enim vocalium notulis alius atque alius sensus efficitur. Præterea tradit Hebræi, hunc quoque, cum pasceret asinas in deserto didicisse, ex asina & equo mulum, quæ burdonem appellant procreari: eiusque eum inuentum fuisse, vt pote hominem spurcum, qui & idolorum aliquando fuerit excogitator, vt iure ei proverbiū illud accommodari possit, Mali corui malū ouum. quo significatur hominis scelerati facinus esse sceleratum: atque prauiprauum inuentum.

Habuitque hic Ana filium Difan: & filiam Oolibama.

Hæc fuit vxor Esau, de qua supra dictum est. Et isti filij Difan, Andan, & Ephan, & Iethram, & Charan. Hi quoque filij Hefer: Balaan, &

f s Cephon,



Cephan, & Achan. Habuit autē filios Difan Hus, & Aran.

Iam verò supputatis Seir Horrei filii, qui duces ex eis fuerint enarrat dicens.

Isti duces Horræorum: Dux Loran, Dux Sobal, Dux Sebeon, Dux Ana, Dux Difon, Dux Efer, Dux Difan. Isti duces Horræorum, qui imperauerunt in terra Seir.

Ex eo autem quod superius dicitur Themā, & Kenez, & Amalech, & reliqua: sciamus postea regionibus Idumæorum ex his vocabula imposita.

Reges autem qui regnauerunt in terra Edom, antequam haberent reges filij Israël fuerunt hi. Notandum, quod donēc filij Esau penitus oppresserunt Chorræos, duces erant in Edō partim ex Chorræis, partim ex filiis Esau, quā vt constaret, vtrique duces descripti sunt. At postquam Idumæi totius regionis potiti fuere interfectis, eiectisq; Chorræis in regnum Idumæa promoti sunt. Docet item hoc loco Moyses, multo antē tempore fuisse reges Edō, quā esset rex aliquis Israël. Ex quod liquet, prius in Esau, quā in Jacob paternā benedictionem fuisse completam: quantum ad temporalia bona, regiamq; dignitatē spectat. Nec id mirum alicui videri debet, quoniam Esau regnum totum erat Idumæum, id est, terrenū & sanguinolentum: regnum autē Israël erat regnum sacerdotale, ac perinde sub temporali potestate spiritualis regni sacramēta recondebat. Idcirco iuxta Pauli sapientiam alterum antecessit alterum: quia nō prius est, quod est spirituale: sed quod animale, deinde, quod spirituale est. Primus igitur horum regum ponitur.

Balach filius Beor: nomenque vrbis eius Denaba.

Augu. Augustinus. Ne forte autē moueat aliquem, quod inter Reges Edom cōmemoratur Balach filius Beor, & de similitudine nominis existimet illum esse Balach, qui restitit Mosi ducēti populū Israël, sciat illum Balach Moabitam fuisse, nō Idumæum: eumq; filiū fuisse Saphor, non filium Beor, sed fuisse etiam ibi tunc filiū Beor Balaam, non Balach, ad ma-

ledicendum populū Israël. Quod autem dicitur, Nomenq; vrbis eius Denaba, non est putandum, quod ea fuerat ciuitas regia, sed in qua rex Balach natus sit.

Mortuus est autem Balach, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra.

Nec Bosra ciuitas erat regia, sed in qua Iobab natus fuit. Illud quoq; hinc compertum habetur, hos reges non fuisse per generis successionem creatos: sed per electionem ad regni fastigium super totam Idumæam promotos. Hunc Iobab quidam suspicantur esse Iob, vt in fine voluminis eius additum est. Contra Hebræi afferunt de Nachor eum stirpe generatum, vt supradictum est. Porro Bosra ciuitas est insignis in Idumæa, de qua Esaias meminit dicens: Quis est iste qui venit de Edō, tinctis vestibus, de Bosra.

Cumque mortuus esset Iobab regnauit pro eo Hufan de terra Themanorum.

Etenim Themanitæ ciuitatem Idumææ habitabant dictam Theman à sui conditore Esau nepote filio Eliphaz. De hac vrbe fuit Eliphaz Themanites vnus de Iobamitis.

Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madiam in regione Moab: & vrbis eius Abuch.

Cōfines vtrique sunt hæ tres regiones Idumæa, Medianitis, & Moabitis. Iraque Madianitæ Idumæos bello lacessiuere, quibus Idumæi superiores, eos ad Moabitas sibi cognatos cōfugientes persecuti percusserunt.

Cumque mortuus esset Adad, regnauit pro eo Semla de Maferecha. Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Robooth.

Etenim hic Saul non est ille, qui fuit primus rex in Israël, quia hic fuit Idumæus, ille Israëlita. Ille multo post tempore primus Israëlitarum rex, hic multo antē rex Idumæorum sextus. At pro eo quod hic habetur de flumine Robooth, quod latitudines interpretatur in Paralipomenis habetur, Regnauit pro eo Saul de Robooth, quæ iuxta flumen sita est, quo

quo innuitur, & fluuium, & vrbem eodem nomine nuncupari.

Cumque & hic obiisset, successit in regnum Balanair filius Achobor. Isto quoq; mortuo, regnauit pro eo Adad: nomenq; vrbis eius Phou. Et appellatur vxor illius Meeçabel filia Mathred filia Amiçaad.

Ergo Meeçabel erat neptis, Mathred mater Amiçaad auia. Ne mireris has tres mulieres hoc loco interpositas esse, quoniam non est insuetū in Sancta scriptura egregias quasdam fœminas interim recenseri, propterea quod hac vel illa re insignes tempore suo fuerunt. Esto quod minime memoretur id quo præstiterunt. Hinc autem nonnulli colligunt, Mosē tantummodo narraisse reges Edom, qui tempora sua præcesserant, eo quod designet nomē vxoris octauī & vltimī regis passim notum, Huic sententiæ Tostadus noster refragatur putans, non esse verisimile intra ducentos & quinquaginta tantū annos paulo plus, aut minus, decurios, ex quo filij Esau illius imperio regnoque potiri cœperunt, tot duces totq; reges eius principatū obtinuisse. Ideoq; sentit, eos computandos esse vsq; ad Saulum primum filiorum Israël regem: nouisseq; Mosē diuina reuelatione sequentiū, tum virorum, tum fœminarum nomina. Sed Augustinus ab illo dissentit dicens: Sciendū, quod non omnes reges cōmemorat, qui fuerunt antequā haberent reges filij Israel, quorum primus fuit Saul: sed hos omnes tantum, qui regnauerunt antē quā moreretur Moyses. Non enim mirum, quod numerantibus ab Abraham per Esau patrem gentis Edom, ad quē venit per Rahuel filium Esau, & per cara filium Rahuel, & Iobab filium cara, cui successit Balach, qui primus fuit rex in terra Edom, vsque ad vltimum regem, quem nominare potuit Moyses: plures generationes inueniuntur, quā numerantur ab Abraham per Iacob vsq; ad Mosē. Illic enim inueniuntur duodecim, hic autem vsq; ad Mosē ferme septem. Fieri enim potuit, vt ideo plures ibi nominarentur, qui citius moriendo plures, alter alteri successerunt. Sic etiam contingit, vt alium ordinem sequens Matthæus ab Abraham vsq; ad Ioseph quadraginta duas generationes numeraret. Lucas autem in or-

Tostadus

Augu.

I. PAVLUS

dine alio numerans generationes, non per Salomonem, sicut ille, sed per Nathan, ab Abraham vsq; ad Ioseph quinquaginta quinque commemorat. In illo quippe ordine vbi plures nominantur citius mortui sunt, quā vbi pauciores. Hęc ille. Enimvero varius fuit Idumæorum principatus. In primis enim habuerunt duces: deinde reges: deinceps à regibus ad duces sunt reuersi. sicut in Paralipomenon libri primi capite primo traditur. Vbi plane legitur: Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt, quorum nomina hic referuntur.

Hęc ergo nomina ducum Esau in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: Dux Thāna, Dux Aluba, Dux Iethel, Dux Oolibama, Dux Ela, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Themā, Dux Mabfar, Dux Mabdriel, Dux Hiran. Hi duces Edom habitantes in terra imperij sui: ipse est Esau pater Idumæorum.

Aduerte, quod supra recensiti fuerunt, prius quidem quatuordecim duces ex genere Esau deinde reges octo: vltimo verò duces vndecim recensentur. fieriq; potuit, vt regno in plures ducatus diuiso, Mosi tempore hi omnes numero vndecim duces, vel eorum plures Idumæis imperarent. Mosi enim tempore Amalechitæ, tanquam proprium principatū obtinerent, Israëlitis bellum intulerunt. Porro rediens tandem Moyses ad historiam, præcipue intentam, inquit.

Habitauit Iacob in terra Chanaan, in qua peregrinatus est pater eius.

Iacob enim inita firmataque pace cum Esau fratre suo multo tempore mansit in conualle Mambre apud Chebron, deinde transit in Bersabee, quæ loca pater eius incoluerat. Verum, notandum est, quod de Isaac dixit Peregrinatus est: eo quod profertur, vt peregrinatus & viator, iter accelerans vbiuis morabatur, mole nimirum corporis detentus. Nam voto terram viuentium in qua rex ille foelicissimus Israël bona se visurum sperabat, hic iustus se stabatur. At verò de Iacob dictum est,

Sedebat,

Sedebat, vel habitabat, ac si contentus præfenti sorte ibi ageret, ut veluti parva quiete resideret, quasi oblitus fere, quod tenderet. Idcirco mox duris exercetur, atque venditione Ioseph filij sibi charissimi afficitur, quo erudiretur & admoneretur, non esse piorum hominum in terra peregrinationis suæ requiescere, & in ea velut neglecta futurorum bonorum spe placide vivere: sed totis viribus ad vera, perpetuaque bona contendere. Quod si quando humano quodam errore terræ nostræ habitaculum curiosius sibi parare moliantur, statim divinis flagellis ulterius progredi vrgentur, & intrariis quibusdam instinctibus excitati coguntur intelligere, se non hic habere patriam permanentem, sed futuram esse inquirendam. Quin & illud observatum est, plærung; in his Scripturis, vbi verbum Sedere ponitur, è vestigio nonnullam calamitatem succedere, ut hoc loco & paulò inferius de fratribus Ioseph scriptum est: Sederunt manducare panem, & vendiderunt: & in Exodo: Sedit populus manducare & bibere, & surrexit ludere. & illud: Sedit, vel habitavit Iuda confidenter, & suscitavit Satan Israël. & Sedit Israel in Setim, & coepit fornicari cum alienigenis. Aliud tamen est, vbi explicatur bonum, propter quod sedetur: quale est illud Ascendit Iesus in montem, & sedebat ibi cū discipulis suis, & docebat eos. Et illud: Cum sedisset Iesus in monte eleuatis oculis suis & cætera: vbi confestim sequitur mirabilis illa tantæ turbæ saturatio. Et illud, Sedete hic, donec induamini virtute ex alto: sed hæc hactenus. Sequitur.

Et hæ sunt generationes Iacob.

Nimis autem remotum est id, quod pronomen illud, he, demonstrat: si ad posterorum Iacob propagationem tatum referatur: ideo

videtur id ostendere non solum Israelis progeniem, sed etiam ipsius filiorumque eius euentus & gesta. Continuo enim narrantur ea, quæ super Ioseph domui suæ acciderunt. In hunc quoque sensum dictum superius videtur: Hæ sunt generationes. Sic et Euangelium Matthæus Hebraice exorsus est, כפר בתולדות ישוע המשיח, id est, liber generationum Iesu Christi: ut sit velut quidam titulus natiuitatis & gestorum Christi. Nam Christi generatio primo capite absoluitur: gesta verò illius ad finem vsque libri Evangelici recensentur. & certè consentaneū videtur, ut hoc loco sic accipiantur Iacob generationes, ut non tantum ipsius genealogiam significant, sed etiam res familiæ suæ euenturas. Sicut enim Moses Esau primogeniem eiusque successus sub compedio perstrinxit: sic & hoc loco stirpem Iacob, euentusque futuros se descripturum proponit, quos à Ioseph enarrare cōfestim, incipit. Adde, quod Hebraica Latine possunt in hunc modum interpretari: Hæc sunt generationes Iacob, ut subaudiatur, Gesta euentaque, sequentibus scilicet enarranda capitulis. Quod, si cui hæc non nihil extranea videtur, amplectatur simpliciter, quod Latinis auribus iam olim instillatum est: nam nec nos intendimus lectionem communem corrigere: absit: sed lectionem admonere quid Hebraica contineant, & quomodo plene, ac sane accipi queant. Pius itaque lector videat cum Chrysostomo admirabilem illum prophetam, quomodo, cum promittat nobis genealogiam, statim ad historiã pueri recurrat. Et cum dicat, Hæ sunt generationes Iacob, derelicta cōsequenter narratione, quinam ex illo nati, & iterum qui ex natis ab eo nati (sicut supra, cum de Esau termo esset, fecit) ad Ioseph illum statim festinauerit, adolescentem, omnium fratrum fratrem postremum, & dicit.

Cap.

Caput trigesimum septimum.

Ioseph, cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.

**P**roculdubio in Hebræo habetur eum septendecim fuisse annorum. Verum nihil inde Hebræi habent, quod nobis insulteret: quod Ioseph exacto paulò antè anno ætatis suæ sextodecimo, nuper decimū septimum inchoarat. Potuit ergo eius ætas vel ab anno paulò antè cōpleto, vel à nuper incæpto veraciter designari. Profectò vivebat adhuc & Isaac, ut ex dinumeratione temporum explicatum habes in calce capituli trigesimi quinti. Ioseph igitur, cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis. Perdoctè Rupertus inquit. Suprà Scripturæ autor dixerat: Erant autem filij Iacob duodecim, eorumque catalogum ediderat: Nunc autem dicitur: Ioseph eum sedecim esset annorum, præmittit: Et hæc sunt generationes Iacob, & est sensus: Duodecim quidè filios habuit, sed in vno Ioseph generatione suam, id est, præcipuam paternæ similitudinis pulchritudine expressit, effuditque. Nam sicut Isaac eius pater de sterili Sara natus fuit, & ipse Iacob ex Rebecca sterili, inopem naturam diuina iuuante gratia, progenitus est, atque cœlesti benedictione donatus: sic & hic Ioseph aui, patrisque, instar à sterili Rachel Dei dono susceptus est, futurus locupletissimarum benedictionum hæres. Is tamen, quæuis patri suo nascendi ratione, probatissimaque indole similis atque gratissimus, greges tamè pascebat: utpote pastoris gregum ditissimi filius. Pascebat autem non vtiq; tanquam vilis quispiam mercenarius, sed tanquã liber seruus oues custodientibus imperans. Quis verò dubitet eum puerum esse, qui sedecim sit annorum? Cur igitur additum est cum adhuc esset puer? nisi quod eius pueritia non tam ad ipsius ætatè, quàm ad puritatè eius, innocentiam atque iustitiam referri debet. Sic ut & de Saul scriptum est: Puer vnus anni Saul erat cum regnare coepit, & duabus annis regnauit super Israël. Super quo Hieronymus. Nò de Isboseht filio Saul, sed de eodem Saul di-

ctum est hoc. sic enim erat innocens, quãdo regnare coepit, sicut filius est vnus anni & in eadem innocentia duobus regnasse annis dicitur. Sciamus demum hinc, adolescentiam non esse virtutis præpedimentum, sed proniorum esse eã in probitatè, quàm in vitium admittendū, modo absint ætatis teneræ corruptores: adsint & studiosi eius formatores. Nam licet pueri sensu in voluptatè alliciantur: sincera tamè adhuc mente, maximo sapientia (quam plurimum admirantur) studio feruntur & officiis, quæ in primis probari sentiunt, facile imbuntur. talis erat puer Ioseph.

Et erat cum filiis Celphæ, & Balæ vxorum patris sui.

Ecce hic manifeste Scriptura testatur, has duas Iacob concubinas legitimas eius vxores fuisse, qua de re plura supra dixim⁹. Porro, quod hunc concubinarum filijs Scriptura sociat, nequaquam id ociose facit: sed ut emulatione fratrum in eum insinuet, cū quibus versari nò audèbat, quia cū de liberâ nati essent elatiore animos gerentes, filium dilectæ Rachelis amore paterno sibi prælarum æquis oculis non aspiciabant. Ceterum is cū bonus esset, si quid mali à fratribus committerebatur, iniquo ferebat animo.

Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.

In Hebræo est, ויבא יוסף את דבתם רעה, Et detulit famã eorū malam ad patre eorū. Sanè Scriptura famã eorã malam dumtaxat prodit: crimen tacet. Non est autè meum explicare id, quod illa silentio suppressit. At Hieronymus transtulit Crimen pessimum. Esto. Pusillus ego, & homo peccator interpretem eruditissimum, & virum sanctissimum minime damno: quin potius impetere veneror: sed, cum sint multa crimina pessima, crimen enim pessimum est idololatria, crimen

Infr. 37.

Exo. 32.

Mat. 5.

Ioan. 6.

Ruper.

1. Reg. 13.

Hiero.

Hiero.

crimē pessimum est blaſphemia, odiū fraternū, parricidiū, adulteriū, incestus mafeuleus, bestialisq; coitus: quis nouit, quod horū fuit illud crimen pessimum? Deniq; non interest mea, temere speciem illius criminis decernere, quod in genere laterine forte incertis cōiecturis ductus, aut eleuē, quod fuit grauius, aut augeam, quod leuius erat. Illud tamen est mihi persuasum Ioseph puerū probum, modestum, castitatis amatorē, iustitiāq; cultorē recte & probe fratres apud patrem virū grauiſſimum, atq; sanctiſſimū accusasse, vt quos minor frater pro ætatis suæ infirmitate emēdare non valebat, pater ipse grauiſſima auctoritate summaq; potestate corrigeret. Deniq; huiusmodi delatio fuit altera causa, vt Ioseph odio fratribus suis haberet. altera verò quod à patre aliis amore p̄ferebatur. Sequitur em̄.

Israël autem diligebat Ioseph, sup omnes filios suos, eò quod in senectute genuisset eum.

Solēt enim patres liberos in senili ætate sibi genitos vehementius cæteris diligere: tum quod testimonio sunt eos nondū viribus esse destitutos, qui eiusmodi ætate gignere valeant, tum, quod posterius generati sperātur diuitus victuri: ac subinde gaudent genitores amplius, præsumentes in posterioribus filiis diuturniore se tempore ab obitu suo viaturos esse: iuxta illud Sapientis: Mortuus est pater, & quasi nō est mortuus: reliquit enim filium similem sibi. Dices contra, his de causis Benjamin natu minor, quàm Ioseph esset potius diligendus. Minime id quidem, quia Benjamin adhuc erat infantulus vix tertium ætatis suæ annum natus. Ac perinde nec erat talis nec tantæ dilectionis capax qualis, quātæque Ioseph dignus habebatur. Erat enim Ioseph adolescens pulcherrima forma, habitusq; corporis valde decorus: quibus nō minus parentes capiuntur, quàm pictores imaginum, quas pingunt, specie delectantur. Ad erat & illi Grator, & pulchro veniens in corpore virtus. Accedebat viuida quēdā ingenij perspicacitas, atq; cauta supra ætatem prudentia. Quid dicam perspicuam morum laudatissimorum indolē, qua præditus nihil ipse, vel turpe, vel iniquum in se admittebat, sed etiam in aliis, vel deprehensum vel diffamatum, corrigendum curabat. Deniq; superna quædā gratia fuit, quæ iuuenē amabilem, & propter animæ virtutem cunctis præferri faciebat. Taceo quod propē semper aderat se-

Eccl. 30.

ni comes obsequentiſſimus, & minister à manibus, adeo diligens, vt illi ex sententiā cunctis officiis quibus senectus indiget, ministraret, ac inferiret. Quare his de causis grandæus senex filium Ioseph non modò p̄ aliis dilexit: sed etiam veste quadā multo pretiosiori eum exornauit, fecitq; ei tunicam polymitam. Polymiton Græcis est, diuersis coloribus filis contextum, quod pluribus contextū est liciis. Plinius inquit. Plurimis verò liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. Hæc aut eadem vrbs dicta est, No, priusquam ab Alexandro cognomen tū acciperet. Addamus & illud quod Hieronymus tradit. Pro varia, inquit, tunica Aquila interpretatus est, tunicam, ἀσραγαλατον, id est, tunicam talarem. Symmachus tunicā manicatam: siue quod ad talos vsq; descenderet, & manibus artificis mira esset varietate distincta, siue quod haberet manicas. Antiqui em̄ magis colobii vsuebatur. At Septuagita recte, περιλάβν, id est, variā verterūt. Et Hebraice, טַחֲתֵי תְּהֵם, id est, vestem ex multis liciis, id est, filis confectā, siue fila fuerint serica, siue lanæ, siue lineæ. Sed audiendus quoq; nobis est Rupertus. Noranda inquit, est paternæ dilectionis causa, quæ posita est, eò quod in senectute genuisset eum. Nunquid secundum corpus senex erat? quando Iacob genuit Ioseph: iuuenis aut, quando cæteri nati sunt? minime id quidem. Nam præter Benjamin cūctos filios suos intra quatuordecim annos genuerat. Restat ergo senectutem hic illā assignari, de qua Sapientia dicit: Senectus enim venerabilis est non diuturna, neq; annorum numero cōputata. canis enim sunt sentus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. In illa namq; veraciter senectute Israël genuit filium Ioseph, quia propter illā iustitiæ suæ senectutem talem habere meruit hæredem. Nec enim vir iustus læratur in multitudine, filiorū si mali sint: sed in eo tantū agnoscit se patrem, si filiū relinquat post se, qui iustitiæ paternæ consequatur hereditatē. Hinc est illud Sapientis: Mortuus est pater illius: & quasi non est mortuus: similem enim sibi reliquit post se, in vita sua: & læratus est cū illo: in obitu suo non est contristatus. Dignam ergo ob causam Israël diligebat Ioseph super omnes filios suos, & tanquam perfectō, iamq; plenodierum, id est, virtutum, fecit ei tunicam polymitam, id est, manibus artificis mira varietate distinctam vsq; ad talos pertingentem, videlicet vel ob multiplicē virtutē, vel iustitiæ perfectionem in adolescente micantem.

Plinius.

Hiero.

Rupert.

Sap. 4.

Eccl. 30.

Videntes

Videntes aut fratres eius, quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum: nec poterāt ei quicquam pacificè loqui.

Non enim erant occulta tātæ dilectionis indicia. Nāq; pater aspectu, arrisu, ornatu, familiaritate, aliisque officiis, vel acceptis manifeste prodebat, semet eo amore filium Ioseph prosequi, quo non tantū huic vel illi, sed cunctis aliis filiis eum præferret. Id quod alij fratres indigne ferebant, & ei, quem dedignabantur, inuidebant. cui autem inuidebant, eum oderant, & ei, quē oderant, adeo irascebantur, quod non poterant ei quipiam pacifice loqui. Nempe liuoris fraterni gravitatem satis diligenter, atq; copiose his verbis Diuinus scriptor expressit. Re etenim vera tunc odium maximū est, atq; molestissimū, quando virus animi lingua dissimulare non potest, quin vel stupide sileat, vel turbide loquatur. Grauis enim hæc affectio est, & quādo animā inuaserit, non prius eam relinquit, donec in extremam absurditatē eam inducat. Prudentis igitur patris familias interest, si modo velit, sicut velle debet, de domo sua inuidiam, tristē valde humano generi beluā procul expellere. Cauere quoad id fieri possit, ne ei quem plus cæteris, vel clientibus, vel famulis, vel filiis diligit, passim inuidiosa quēdam singularis beneuolentiæ signa ostēdat, sed cū res, locus, tēpus exegerit, vt in illum beneuolentiā suam atq; beneficentiā proferat, id ipsum modice, vel intra modū potius exhibeat. Ne belua maligna præter rerū naturam bono, probo, æquoq; cōspecto, dolorē cōcipiat, parturiat iniustitiam, & pariat iniquitatē? Nonne hæc pestis ab æuo cōdito in innocētes, p̄bosq; sæuit. Et, vt de illa vere Chrysoſtomus ait: Hic morbo ab initio Cain vt fratrem occideret, armauit. Et sicut isti, p̄pter beneuolentiā patris, quam erga puerum declarabat, & odio illum prosequerantur, & impugnare moliebantur, & quotidie ipsius cædē parturiebant: eodē sane modo & ille, quum vidit, quod fratris dona Deo magis accepta fuerūt, ad eum occidēdum pro-uocatus est: & inquit, Egrediamur in campum. Vides, quod & hic nihil suspicatur: sed confidit fratri & exit, & præter animi sententiam in nefariam illam dextram incidit. Sic sane & admirabilis Ioseph, nesciens malam fratrum suorum mentē, tanquam cum fratribus cum eis loquebatur, & insomnia ipsa,

Chryso.

quæ sibi Deus reuelauerat, præsignando gloriam & fratrum subiectionem, sibi obuenturam in medium proponebat. Hoc enim est, quod sequitur.

Accidit quoque, vt visum somniū referret fratribus suis: quæ causa maioris odij seminarium fuit.

Signanter dicit, Accidit, quoniam lōge præter narrans somnium propositum auctum fuit inde fratribus odium. Animi enim simplicis, & innocētis, & pueri in fratres optime affecti fuit ea somnij relatio. Nec perbenignus adolescens enarrato futuræ suæ felicitatis auspicio, fratres suos, à quibus nihil mali sibi timebat, aut vrere, aut confundere prætendebat. Alioquin summo silētio, qua prudentia vigeat, ab eis sibi cauisset. Nouerat enim prudētissimus adolescens illud, quāuis postea scriptum: Nō litiges cum homine lingua, & ne instruas in ignem illius ligna. Quo monemur, ne cum homine inuido, & oblocutore verbis contēdamus: & ne odio, iraq; furētī, aut dictis, aut factis maioris incedij materiam præbeamus: ne ignē igni addamus, id est, ne cōmotum magis moueamus, & iritemus. Huc attingit illud Pythagoricū, quod disertissimus Hieronymus probat pariter: Ignē gladio ne fodito: hoc est: iraperciturum ne laceſſas, quin potius non nihil ei concedere conuenit, & blandis verbis tumidū animum placare. Deniq; probus adolescens somnium suum fratribus simpliciter & innocenter enarravit: quos, si nō inuidiæ tæbe infecti essent, referenti nō inuidere, sed ad gratulari oportebat.

Eccl. 8.

Hiero.

Dixitque ad eos: Audite somnium meum, quod vidi.

His verbis indicat, huiusmodi visum fuisse imaginariū: minime autem rem exterius sibi, vel præstitam, vel peractam: sed tantum dormienti ostensam.

Putabam, inquit, ligare nos manipulos in agro: & quasi cōfurgere manipulum meum, & stare: vestrosq; manipulos circumstātes adorare manipulū meū.

Quæritur, quare futurus Ioseph principatus in segetum manipulis ostēsus est? Quoniam alterius somnij occasiōe de septē spicis lætis, septemq;

septemq; sterilibus Pharaoni ostendendis, ab eoq; interpretandis ad principatus fastigium olim promotus erat, sic ut à fratribus suis adoraretur.

At fratres eius.

Sensere quod somnium tendebat: eiq; vehementer inviderunt, & ira perciti.

Respondērūt: Nunquid rex no-ster eris: aut subiiciemur ditio-ni tue?

Ac si dixerint: Absit, ut aut nos te eligamus in regem, aut tu velut aliquis tyrannus vi op-pressos tuo nos imperio subiicias.

Hæc ergo causa somniorum, & sermonum inuidiæ, & odij fo-mitem ministravit.

Vide iterum affectionum causas: virtus pueri patris benevolentiam sibi conciliauit, singula ris quidam patris in puerum amor aliis fratri bus fuit inuidiosus, somniantis percepta ex-cellentia indignatione odium & inuidiã eor-um excitauit, & auxit, qui & diuino confi-lio assentire, & fraternæ gloriæ applaudere deberet. Sed cæcus est luor, & impatiens, & eo bono, quo extingui deberet etiam atque etiam amplius ardescit, & tabida quadã lue humana pectora peruadit: inficit & susque deq; versat. Dices. mirum est fraternam affe-ctionem tantum incedium haudextinxisse. Nemireris tantopere dilecte. Auxit enim in-uidiam cognatio. Hoc enim habet vel ma-ximum malum improbus & molestissimus hic affectus: quod vbi mentem alicuius occu-parit, sauius multo q̄ in alios in proximos si-bi atq; cognatos furit. Solent enim homines vehementius inuidere excellentibus viris, vel genere, vel ordine sibi coniunctis: quã alienis, tanquam horum præstantia sit manife-stum ignauitæ illorum indicium: quod cum essent eiusdem fortis, neq; parem dese virtutẽ præstiterint, neq; similem gloriam sint ade-pti: ea propter illi quidem narratione somni odium auxerunt: mirabilis autem Ioseph.

Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus ait: Vidi per somnium quasi solem, & lunam, & stellas vndecim ado-rare me.

Sicut priori visu portendebatur in spicarum

manipulis, quam ob causam ad summũ ho-norẽ Ioseph esset attollendus: sic & præsentis visu præsignatur, quã clarus, atq; gloriosus futurus erat ille, quẽ solet luna & stellæ vene-raturæ forẽt. Quid? non modò hoc secundo somnio Ioseph futuræ gloriæ splendor præ-monstratur: sed etiam prius visum confirma-tur: & quod non multò post complendum sit, insinuatur. In hanc sententiã Ioseph Ægy-ptio tyranno, qui duo somnia ad eandẽ rem attinentia viderat, est interpretatus, dicens: Quod autem vidisti secundo, ad eandẽ rem pertinet somnium: firmitatis indicium est, & quod fiat sermo Dei & volocius impleatur.

Quod cum patri suo, & fratri-bus retulisset, in crepauit eum pater suus.

Sensit enim Patriarcha talibus narra-tionibus, inuidiam aduersus eum concitari, nec non dissimulata ira incallescere. idcirco ut horum indignationem, furoremq; repri-meret, vel certe mitigaret, simulq; ut adole-scẽtẽ admoneret cautiùs eiusmodi visa pro-denda fore, increpuit eum coram fratribus suis.

Et dixit: Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti? Nun-quid ego & mater tua & fratres tui adorabimuste super terrã?

His interrogationibus sapientissimus senex adolescentẽ corripuit, quibus res ipsa, vel in-digna, vel incredibilis cunctis presentibus vi-deretur, quo fratrum eius indignatio moli-retur. Enimvero, quam vocat Ioseph matrẽ? Profecto minime Rachelem iam antea vita defunctam. Quam igitur? fortassis Balã Ra-chelis ancillam, quæ eundẽ Ioseph nutrierat, si tamen aliqua vxorum Iacob adhuc viue-bat, cum ille postea in Ægypto regnaret, sed quoniam hæc habentur incerta forte faciliùs has euademus angustias, si per lunam intelli-gamus totam ipsius Iacob familiam, quæ cũ patre, & vndecim fratribus illum in Ægy-pto regnantẽ adorauit. Enimvero huius loci difficultas ad sacratiorem intelligentiam piũ lectorem reuocat. Nam, ut ait Augustinus, Nisi in aliquo mysterio dictum illũ accipia-tur: quomodo intelligitur de matre Ioseph, quæ iam erat mortua. Vnde nec in Ægypto cum sublimaretur, putandum est hoc esse cõ-pletum: quia nec pater eum adorauit, quãdo ad eum

ad eum venit in Ægyptum: nec mater olim defuncta: in Christi ergo persona facile intel-ligi potest etiam de mortuis. secundum illud Philip. 2. quod dicit Apostolus: Propter quod dona-uit ei nomen, quod est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœles-tium, terrestrium, & infernorum. Et mire al-terum quidem è terra vel agro: alterum verò formiũ fuit è cœlo: quia videlicet Iesu Chri-sti foelicitas à fratribus suis: id est, creditibus, quibus dedit potestatem filios Dei fieri, nõ de terra tantum, sed & de cœlo, nõ solum ex hominibus, sed etiam ex cœlestibus angelis, imo primam & maximam ex Deo laudem erat habitura. Sed ad Ioseph.

Inuidebant igitur ei fratres sui.

Non enim poterant æquis auribus audire, placatq; animo ferre fratres natu maiores, se minori subiiciendos esse. Ad hoc moue-bat & amplius filiorum Liẽ stomachũ, quod Ioseph eius erat filius, quæ matris eorum æ-mula fuerat ipsi infestissima.

Pater verò rem tacitus confide-rabat.

Censebat enim, somnia illa non esse frustra-toria, quæ inter se plurimum consentire vi-debat: atque sibi, filiisq; suis valde cõgruere. Nam sol propter vim illam, quam habet gig-nendi res calore suo patrem aptissimè adum-brat: luna quoque, quæ humida est, & à sole lumen accipit, matrem significat, quæ non tantum à se: sed à viro etiam quodammodo obtinet, quod foetum cõcipiat. Quid stellæ? Nonne filios tanquam quasdam stellas à sole atque luna, hoc est, à patre & matre procrea-tas congruenter adsignificant? Denique vir sapiens illud mente versabat, fieri scilicet pos-se, ut ad eum statum filius eius sublimaretur: in quo esset patre suo non natura, sed ciuilita-te maior. Non tamen vnquam pro certo ha-buit, quod Ioseph ad eiusmodi, qualem obri-nuit dignitatis honorisq; gradum, exaltãdus esset. Nam si cœlesti reuelatu id nouisset, nec tã incõsolabiliter doluisset, cũ Ioseph repẽte nõ cõparuit, nec tantũ fuisset admiratus, cũ postea gloriosus & potẽtissimus apparuit.

Cumque fratres illius in pascẽ-dis gregibus patris sui morarẽ-tur in Sychem.

Suprà dixerat, Ioseph oues pauisse: sed veluti tener, & patri dilectissimus propè semper do-mi manebat.

Dixitque ad eum Israel: Fratres tui pascunt oues in Sychemis: veni mittam te ad eos.

Manebat enim tunc temporis Iacob in Che-bron, quæ vergit ad Austrum terræ promif-sionis. Sychem autem ciuitas est, quam filij Iacob deleuerant quæ iacebat ad Septentrio-nem, in cuius agro pascebantur oues.

Quo respondente: Præsto sum.

In Hebræo est: Ecce ego. Est enim loquendi modus apud Hebræos, quo aliquis promptũ se, atq; diligentẽ exæquendis mandatis profi-tetur: sic & Samuel adhuc puer semel atq; ite-rum respõdit: Ecce ego. Elegãter igitur hoc in loco Hieronymus pro Hebræico Hineni, Hieron. Ecce ego: Latine reddidit, Præsto sum.

Ait

Itaque Iacob:

Vade, & vide, si cuncta prospe-ra sunt erga fratres tuos, & peco-ra: & renũtia mihi quid agatur.

Merito nõnulla cura animus Israel adhuc au-gebatur, quæ maturius scire volebat, qualiter cum filijs suis ageretur: eo quod ipsi greges pascebant in agro vrbs Sychem, quam idẽ deleuerant. Timebat enim, ne forte finitime terræ incolæ veteris excidij memores in eos animaduertent. Hinclinet, quod quan-tum benevolentiæ bonus erat à suspicione, qd̄ in tantã insanã essent properaturi qua fratri suo quicquam mali molirentur. Constat & Ioseph simplicitas, & obedientia eius in pa-rentẽ, & in fratres dilectio: qui patris iussu a-deo alacriter ad eos videndos proficiscitur.

Etenim missus de valle Hebrõ venit in Sychem. Inuenitq; eũ vir errantem in agro: & interro-gauit eum quid quæreret.

Vagabatur. n. Ioseph huc & illuc fratres suos studiose, & laboriose quæritãs, quos apud Sy-chẽ non inuenerat: quare passim errantẽ per agrũ vir quisquis ille fuerit, opportuẽ ad mo-dũ inuenit. In quo diligẽter obseruandũ est, nõ dictũ esse, Ioseph inuenisse virũ, quod cõ-tingere solet & accommodari errãtib; qren-tibusq; ducẽ, qui eos in rectã reducat: sed scri-ptũ est, qd̄ vir inuenerit ipsũ Ioseph, tãquã ille errãtẽ in agro puerũ adierit. Ex quo nõ vidẽt



Daniel. 9

omnino absonum opinari, virum illum vagi pueri inuentorem virtutem aliquam fuisse esse testem, quem Hebraei putant archangelum Gabrielem fuisse, de quo in Daniele scriptum est: Vir Gabriel. vel potius sentiet quispiam illum fuisse, si modo angelus fuit, angelum pueri cuiusmodi deputatum: qui quoniam in virili forma ei apparuit, dictus sit vir. Nec obstat huic opinioni, dixisse virum illum, audisse eos dicere: Eamus in Dothaim, quasi ignoraret, ubi nam essent. potuit enim angelus incertum quaerenti locum assignare, in quo morarentur: id forte pretendens, ut si Ioseph certi loci ignarus desperata fratrum inuentione domum reuenteretur, instans periculum effugeret. Nec tamen eidem aperuit crudelia fratrum peccata, & inhumana molimina: ne vel ante tempus proderet eos, qui pessimi consilij sui ante factum poenitere poterant, ne vel diuino placito de venditione Ioseph, eiusque exaltatione omnino contraire videretur. Denique dixit & angelus filios Israel per desertum gradientes: & Thobiam iuniorum saluum deduxit, atque reduxit. quo minus mirum videri debet, si & hunc pium Deoque dilectum adolescentem errantem direxerit. Sed haec pio letori diiudicanda relinquimus. Simplicius enim est putare, virum illum quempiam fuisse mortaliu: qui cum puerum in agro inuenisset errantem communi motu affectu, quo nobis etiam ignotos in rectum reuocamus, interrogauit eum, quid quaereret.

At ille respondit: Fratres meos quaero. indica mihi, ubi pascant greges. Dixitque ei vir: Recesserunt de loco isto. audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothaim.

Hoc responso innuitur inter hunc virum, fratresque Ioseph notitiam quandam, consuetudinemque intercessisse. Caeterum Dothaim, ut Hieronymus tradit, locus est, ubi inuenit Ioseph fratres suos pecora pascentes: qui & usque hodie in duodecimo a Sebasten milliario contra Aquilonis plagam ostenditur. Sebasten autem vocat urbem, quae in Veteri testamento prius Sychem, deinde Samaria, in Evangelio autem Sychar appellata sit, quam Herodes demum in honorem Caesaris augusti Sebasten Graeco vocabulo nuncupauit.

Perrexit ergo Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothaim.

Hieron.

Adeo enim sedulus fuit in exequendis patris sui iussis, ut neque errorum ambagibus, neque solitudinis quiete destiterit: donec ad fratres suos perueniret, id est. non omnium dominus athleta suum quem clarissimum facturus erat, his laboribus exercebat. Nec non tanta huius adolescentis inuestigatione, atque reperiendis fratribus constantia iam illud Apostoli cunctos homines docebat: oportere assiduo labore perpetuoque cursu usque ad metam persequi aeternae uocationis brabium: siquidem non coronabitur, nisi qui legitime certauerit usque ad finem. Vidiisti ingenui adolescentis studium: vide summam fratrum eius maliciam.

Philip. 3. 2. Tim. 2.

Qui, cum vidissent eum procul antequam accederet ad eos, cogitauerunt eum occidere.

Quid ab homine homini magis timendum, quam inuidia? quae validissima fraternae pietatis vincula dissoluere, atque firmissimas naturalis charitatis catenas perfringere valet. At recte igitur quibus verbis extremam in optimum fratrem animorum amarulentiam euomebat. Nam

Et mutuo loquebantur: Ecce somniator venit.

Quid inuidiosius dici potuit?

Venite occidamus eum.

Quid hostiliter?

Et mittamus in cisternam veterem.

Quid inhumanius?

Dicemusque, Fera pessima deuorauit eum.

Quid fraudulentius?

Et tunc apparebit, quid illi pro sint somnia sua.

Quid stultius aut insipientius? Quid molimini hominum imprudentissimi, pariter & sceleratissimi? Si somnia Ioseph sunt inania, nihil est, quod ab eo metuatis. Cur ergo pergitis infando parricidio manus vestras contaminare? Si vero rata sunt, quid frustra contra Deum tenditis? velitis nolitis euenient, quae veracibus visis sunt ostensa. Consilium enim Dei humano studio dissolui non potest. Clamat Sapiens: Non est prudentia, non est sapientia, non est consilium contra Dominum. En vobis intercessor: ne nunc Ioseph interficiatur, ut diuinum super eo decretum postea compleatur. Namque

Prou. 21.

Audiens

Audiens hoc Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum.

Apertius Hebraica explicat per Ruben a parata morte Ioseph ereptum fuisse וְרֹבֵן אֶרְפָּא וְעָרַפְתָּ אֶת יוֹסֵף מִיָּדָם וְעָרַפְתָּ אֶת יוֹסֵף מִיָּדָם & eripuit eum de manibus eorum. Id quod & apud Septuaginta clarissimum habetur: ἐξείλετο αὐτὸν ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν re etenim vera Ruben liberauit Ioseph, ne a furentibus occideretur, quamuis eos inhibere non potuit: ne in cisternam deijceretur. At stipulatur & Augustinus dicens. Cum audisset autem Ruben liberauit eum de manibus eorum: & dixit: Non feriamus eum in anima. non ergo liberauit eum: & inde hoc dixit: sed hoc dicendo eum liberauit. Prius ergo dixit, Liberauit eum: & deinde breui recapitulatione quomodo eum liberauit, insinuat.

August.

Et dicebat: Non interficiamus animam eius.

Hoc in loco, ut ait Augustinus, animae nomine vitae corporis animati significat, per efficientem id quod efficitur ostendens. Secundum hoc videri potest etiam ad diabolum dictum esse de Iob: Animam eius ne tagas. id est. ne occidas eum. Nam secundum illam significationem, qua natura animae commemoratur, illud a Domino dicitur: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Et Ruben ut in tanti facinoris horrore, & diuinam simul ultionis timore eos vehementius induceret, adiecit.

Iob. 2.

Matt. 10.

Nec effundamus sanguinem.

Notum enim eis erat facinus esse horridum fratris sanguinem effundere: inuulgatumque habebatur: non modo parricidas, sed quoslibet quoque homicidas ab omnium Domino ultimo supplicio puniendos esse. Quippe qui mox a diluuiio cunctis mortalibus id minatus fuerat dicens: Qui fuderit hominis sanguinem, sanguis eius fundetur ab eo. Et prudentissime quidem: ut eorum furori pro tempore cederet, ac satisfaceret: id eis faciendum consuluit, quod per commodum esse medium ad puerum eripiendum existimauit dicens:

Supra. 8.

Sed projcite eum in cisternam hanc veterem quae est in solitudine.

Puteus erat sine aqua.

Manusque vestras seruate innoxias.

Enimvero quomodo manus suas innoxias seruabant, si innocentem, eundemque fratrem

in profundum fame moriturum detruderet? sed hoc ille artificiosè dixit: ut a ferali carnificina ad mitius multo genus mortis puero inferendum eos traduceret.

Hoc autem dicebat volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri suo.

Idque faciebat admoniturus proculdubio patrem de quanto mortis periculo puerum eripuisse: ut dein diligentius caueret, ne filium sibi maxime dilectum in solitudinem mitteret incustoditum, nec puerum inermem inuidentium fratrum furori temere exponeret. Placuit deum fratribus, quamlibet in fratrem insanientibus, Ruben consilium admittente. Rarus est enim homo tam ferinis moribus, qui si in beluam omnino non degenerarit, commoda oratione non mitigetur, vel certe molliatur, quo minus in alium sauiat. Ad haec citius monenti acquieuerunt, quod timuerunt, ne frater eorum pertinacia offensus, perpetrandum facinus ad patrem deferret. Sed unde tantam curam seruandi puerum Ruben habuit? Forte quod timebat totum pondus criminis in se, tanquam in maiorem nauem, reuocandum esse: quasi ipse puerum necasseret dolore percitus, quod quae primogenita nefario adulterio ipse perdidit Iacob in Ioseph transferre coeperat: vel potius Ruben fraterno tactus affectu illum eripere moliebatur. erat enim caeteris benignior. Accedebat & humana quaedam pietas in puerum, vel certe tenera in etate miserabilem, qua frater maior eius miserum ipsum protegere, quantum valebat, procurauit. Denique cum haec illi secum tractarent, nondum Ioseph aduenerat: sed postquam colloquium hoc absoluerunt, hic ad eos peruenit. Cofestim igitur, ut peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari, & polymita.

Vna plane, eademque vestis talaris dicitur, & polymita: de qua supra pluribus disputatum est: quauis talaris in Hebraeo non explicetur: videtur tamen eiusmodi vestis forma incedenti per agrum magno fuisse impedimento, nisi vel iumento ferebatur, vel collectis illius finibus accinctus expedite gradiebatur. Vtebantur enim Hebraei vestibus ad talos usque demissis, quas collectas, cingulisque renibus appressas suspendebant, ut essent & ad gressum & ad opus expediti. Hinc in prouerbio abiit, ut accinctos, expeditos: distinctos vero

g 2 impe-

impeditos vocarent, illos ad pugnam paratos, hos à pugnandi necessitate parta victoria liberos. Hinc illud regis Israel ad regē Iuda: Non gloriatur accinctus sicut discinctus, id est, is qui nondum cum hoste pugnavit, sicut is qui pugna commissa victor evasit. Et quid aliud à nobis cœlestis magister exigit, quàm ad spiritus munia nos esse expediuissimos, cum inquit, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Expoliauerunt itaque eum tunica.

Miseruntq; eū in cisterna, quæ non habebat aquam.

*Chrysol.* Vide cum Chrysolomo indignam rerū mutationem: oportebat enim illos occurrere fratri & amplexari, & quomodo se pater haberet inquirere: verum illi quasi bestię quædã, ubi agnum conspicatæ fuerint, affiliunt & veste propria nudatum in lacum aqua vacuum iuxta Ruben consilium proiecerunt. Enimvero, si ibi relinquatur, mortem non euadet: si ereptus inde patri reddatur somnia frustra bûtur: sed ut adimpleatur occulto Dei instinctu nouum consilium sumatur: & Ioseph facientibus iter in Ægyptum vendatur: ubi illustri tandem & gloriosus summusq; princeps efficiatur. Nam

Et sedentes, ut comederent panem, viderunt viatores Ismaelitas venire de Galaad: & camelos eorum portantes aromata, & resinã, & stactē in Ægyptum. Ismaelitæ habitant desertum Hetan à Sur vsque Euila. De Galaad igitur, quæ iacet ad Orientem, transitur per Dothaim, quæ ad Aquilonem vergit abeuntibus ad Ægyptum, quæ est ad Austrum terrę Chanaam. Aromata verò sunt odoramenta. Resina est humor ex arboribus fluens, & in ipsis residens. Stactē est myrrha gutta, de qua in Staurico nostro plura diximus.

Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest, si occiderimus fratrem nostrum, & celerimus eius sanguinem?

Namq; solent homicidæ iniuria peremptorum cruorē quantū possunt diligētissime abscondere. Sed quid homicidæ prodest, homicidū mortalibus occultasse? cū apud eū, qui videt in occulto pessimi facinoris reus habeatur?

Melius,  
Ait,  
Est, ut vedatur Ismaelitis: & manus nostræ non polluantur. frater enim, & caro nostra est.

*August.* Augustinus. Non aliud, sed bis hoc idem dictum est, tanquã exponendo, quid sit Frater noster, id est, caro nostra, quod ex eadem carne fuerant procreati. Demum arguens Iudas ab inutili homicidio, & ab utili venditione, homines magis cupidos, quàm feros in suã sententiam facile traxit.

Acquieuerunt enim fratres sermonibus eius.

Nec mirum. Hoc enim totum factum est, ut etiam non iniuri dispensationi diuinæ seruirent, & facerent ea, quæ à Deo sunt prædicta non autem eis præcepta, ideo à peccato non excusantur ab iniqua & impia venditionis impietate. Etenim prophetica prædictio neminem ad male agendum cogit, nec à culpa excusat. nō enim præcipit prauè agere, sed prænuntiat, quod aliquis sponte sua perperã acturus est; idq; iusta Dei permissione.

Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus extrahentes eū de cisterna, vendiderunt Ismaelitis viginti argenteis.

*Hieron.* Hieronymus: pro eo quod Septuaginta: χρυσῶν, id est, aureis posuerunt, in Hebræo Argenteis habet. Neq; viliori metallo Dominus venundari debuit, quàm Ioseph. *August.* Augustinus. Queritur, quare Ismaelitis Scriptura, quibus à fratribus venditus est Ioseph, etiã Madianitas vocet? Cū Ismael sit de Agar filius Abrahæ: Madianitæ vero de Cethura? An quia Scriptura dixerat de Abrahã, quod munera dederit filiis concubinarum suarū, Agar scilicet, & Cethuræ, & dimiserit eos ab Isaac filio suo in terram Orientis vnam gentem fecisse intelligendi sunt? An reuera Madianitæ denominantur Ismaelitæ, quos in exportandis mercibus comitarentur? Vendiderunt itaq; eū viginti argenteis. Libet cum *Chrysol.* Chrysolomo inclamare: O iniquam cōmurationem, o damnosum lucrum, o iniuissimum opus: eum, qui vobis sanguine coniunctissimus erat, quem pater maxime amabat, qui ad videndum vos venerat, qui nunquam vos vel in paruo, vel in magno offenderat, vedere

edere aut etatis? & vedere hominibus barbaris & in Ægyptum descendentibus? Quis furor o fratres gentibus inuis germanum vendere fratrem? ut qui tanta ministrorum cura educatus, & in vlnis paternis semper habitus fuit, repente cogatur ferre grauem seruitutē apud viros barbaros non meliores ipsis bestijs? Quæ impietas? simulata filij morte perpetuum luctum patri vestro afferre. O quàm indelebilem maculam vobis inuritis. O quãtū cruciatū vobis peperistis, qui innocētē vedidistis. Arguet vos malicia vestra: & infestissimus cōsciētia vestra vermīs præcordia vestra indefinēter corroder. Et tandē fratris vestri dominiū supplices & egeni subibitis. Cū illo erit omniū Dñs, ut eius dominos in ipsum humanos reddat, & ei in omnib⁹ det patientiã. Væ vobis: vilissimo pretio totius vestri generis præsidii Ismaelitis vendidistis.

Qui duxerunt eum in Ægyptū.

Recte in Ægyptū ductus est, ut in opulētissimo, maximoq; torius orbis regno ad summum honorem, & amplissimum magistratum tandem promoueretur. hoc enim somnia exigebant, ut Ioseph in Ægypto seruitutem seruiret, & in ea fornace, velut aurum in igne probaretur, ut à carcere in regnum extolleretur: ut quondam patri, fratribusq; suis extrema fame laboraturis opem maxime oportunã, ac iuxta gloriosam ferret. Ex quo compertū haberi potest, quod quemadmodum nouissimus ille Caiphas occulto Dei instinctu prophetauit pessimis illis consultoribus dicēs: Expedi vobis, ut vnus homo moriatur pro populo: & non tota gens pereat. sic & nunc Iudas nutu Dei sanguinarijs fratribus prædixit, melius esse Ioseph vedē, quàm occidē: & commodius multo eis futurū esse si venundaretur, quàm si occideretur. Testatur & hoc ipse, qui impie venditus est, cū postea fratrum crimen summa pietate eleuans sui venditionem in Dei voluntatem referret dicēs: Nolite pauere, nec vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus, pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum. Et rursus: Num Dei resistere possumus voluntati? Vos cogitastis de me malum, & Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut impræsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Interim crudelissimi venditores distracto eo, cui maxime inuidebāt, neglectoq; lacu, in quo illū proiecerant, sibi inuicem adgaudebant

Reuersusq; Ruben ad cisternã,

nō inuenit puerū: & scissis vestibus pergens ad fratres suos ait: Puer nō cōparet: & ego quōd ibo?

Videtur Ruben aliquo discessisse simulans quicquam negotij esse sibi peragendum, ut nescientibus fratribus cisternã repeteret, & inde puerū extraheret, patriq; restitueret. Eo tamen vbiuis moras trahēte puer ab alijs fratribus è puteo extractus Ismaelitis venundatus fuit. Quod cum Ruben redisset, non inuenit puerū, maxime doluit: vestesq; præ animi angore scidit. vide, quã antiquū est in magnis calamitatibus vestes discindere. & mæstissimus perrexit ad fratres, ut lamētabili conuestione cum eis de perduto puero expostularet, dicens: Puer non comparet, & ego quōd ibo? Ac si diceret: Nescio, heu nescio, quō vadam, cum ad patrē accedere mihi minime liceat, si filiū ei dilectissimū mecum nō adduxero. Et hic quidē ita misere perditū fratrem deflebat. Illivero iniquissimi pariter & sequissimi veditores, quod factū fuerat, lamētati nullatenus manifestauere: sed rem summo silētio tacitã tenuerūt, donec vrgētē fame descenderunt in Ægyptū. Nãq; mag-nopere curauerūt, ne Ruben puerū venditū fuisse sciret: ne vel eorū facinus ad patrē deferret, vel argēteorū pro quibus ille distractus fuerit, hic particeps foret. Quamobrem quandã peccatorum catenã necentes malo malū addiderūt. Persuasere nãq; eidē Rubē cū eis cōuenire in mēdacio de tunica lacertata, & sanguine tincta confecto. Sequitur em̄.

Tulerūt autē tunicam eius, & in sanguine hædi, quē occiderāt, tinxerūt, mittētes q; ferrēt ad patrē & dicerēt: Hęc inuenim⁹: vide vtrū tunica sit filij tui, an nō?

Quare afferri tunicã voluerūt, cū se puerum nō vidisse mētiri potuissent? Sed quia pater eis quoq; iuratis fidē adhibere dubitasset, (iã em̄ nō nihil de fraterno in puerū odio suspicabatur) ad ficti mēdacij firmamentū sanguinolentã tunicam illi ostendere decreuerunt: ut vel sic omnis de parricidio, vel perpetrato facinore ab eius mente suspicio penitus adimeretur. Probe admodum in tam prauos, quàm mendaces, atque insanos inuehitur his verbis Chrysolomus. Quid decipitis vos metipfos o insensati? Nã licet patrem illū decipere possitis, non tamen fallētis iudicem illum

illum, qui decipi nequit? Non ignorabit oculus ille, qui nunquam dormitat, quem maxime omnium formidare oportebat: sed ita se habet humana natura, imò ita se habet multorum defidia, ut humanum timorē, & presentis vitæ confusionē maximi faciat: in mente autem non verset terribile illud tribunal, & intolerabilem pœnam: sed hoc vnum curat, quomodo effugere possit humanam reprehensionem: id quod & illi egerunt, dum patrem suum decipere moliantur sanguinolenta, & dilacerata Ioseph tunica ad eum missa.

**Quam, cum cognouisset pater ait: Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum: bestia deo rauit Ioseph.**

Etenim vere, quasi in malas bestias incidisset, omnia crudeliter sustinuit. Iacob autem omnino credidit Ioseph à bestiis dilaceratum fuisse. Non enim tantum nefas de filiis suis conceperat, ut existimaret eos fratrem suum interfecisse: quia neque somniorum causa adeo grauis ei videbatur, ut odium inde conceptum ad parricidium prorupturum timeretur neque; senex filios suos adeo immanes fore existimabat, ut repugnante natura fratrem suum necarent. Deus autem, qui mirabili artificio res cunctas disponit, id facinoris Israel, quauis propheta & amico reuelare noluit, ut rerum euentus admirabili successu procedens solum Deum talium operum testaretur autorem. Cauti item æquissimi iuxta ac clementissimus rerum arbiter, ne cognoscente patre tam nefarium tamque crudele filiorum suorum facinus, inde aliquid mali accideret, quod iusti domum vel grauiori tumultu perturbaret vel communi ruina euerteret.

**Scissisque vestibus indutus est cilicio: lugens filium multo tempore.** Nempe disruptis vestibus pretiosis blandis & speciosis, quibus vix nobilis senex induebatur, & fouebatur. cum letus ageret: indutus est cilicio: veste scilicet atpera, vel ex pilis equinis, vel hircinis vel similibus fetis contexta: vel sacco potius indutus intelligitur: quia in Hebræo habet, פוץ, saccus, qui ex canabe, & eo quod de terra oritur confici solet. Denique vestis erat lugubris, qualem decebat eum, qui multo tempore perseuerabat lugens filium, filium sibi charissimum, filium ex vxore sibi dilectissima genitum, filium egregia indole præ cæteris conspicuum, filium denique; au-

gustissimis somnijs insignē. Dicite libertatis fraternæ proditores, qualē tandem inuidentiæ vestræ fructum, requiemque; habuistis. Quale refrenatum vobis ira, odio, atque; furore ardentibus inhumani fratris innocētis abactores adepti estis? Nā, si grauis vidēdo vobis vester erat frater, qui præ vobis à patre diligebatur, & in principem à Deo eligebatur, multo grauior vobis esse debet pater vester perpetuo dolore lugēs, cum quo mœsto, flenti que; vniuersa domus eius continua mœsticia cruciatur, & in defesso labore tabescit. Enimvero agedum conuenite in bonum, qui conspirastis in malum: ad patrem accedite: fallaces induite vultus: consolamini ad eum habete orationē. frustra id molimini, nihil consolando senē proficietis: quoniam impii portum, & onerosi consolatores estis omnes vos. Sic enim Scripturæ series habet.

**Cōgregatis itaque; liberis eius, ut lenirent dolorem patris: noluit consolationem recipere.**

Non solum filij, sed filiarum quoque; ut ex Hebræo constat ad consolandum lugentē Iacob conuenere. Vocat autem filias, cum filiarum vxores, tum eorum filias. i. ipsi? Iacob nepotes: qua de re Augustinus ita disserit. De Iacob scriptum est, cum lugeret Ioseph: Congregati sunt autem omnes filij eius, & filiarum: & venerunt consolari eum. Quæ filiarum præter Dinam? An filios & filias dicit connumeratis nepotibus, & nepribus? Iam enim maiores filij eius filios, filiasque; habere potuerunt. At ille noluit eorum consolationem recipere. Indigni enim erant, qui audirentur: quin & occulto Dei iudicio fiebat, ut eorum consolatio non admitteretur: qui condolentium vultum fingebant: sed veri dolentes non erant. At verus dolor, non nisi vere condolentis dolore minuitur. Hinc ait Apostolus: Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Quare merito pater noluit ab eis consolationem admittere, qui non vere dolebant, sed fiste lugebant. Quod si vere patris vitam dolebant: patris tamen dolor minime leniebatur: ut tantis sceleris & tam indigni luctus auctores propria conscientia conficti Deoque vindice auerentur, turbarentur, & plurimum affligerentur. Denique Patriarcha mitigari renuit, quoniam deficiente Ioseph duodenario filiorum numero priuatum se videbat, id quod ægerime ferebat. Nouerat enim ille numerum duodenarium valde sacratum esse vel propter arcana naturæ iura, vel potius ob diuina Apostolorum Christi mysteria. Erat enim

enim propheta, & bene nouerat sacramentum, quod in illo numero recondebatur. Quod si dicas, Duceret aliam, ex qua alium gigneret. Sed neque; id iusti senectus patiebatur: neque; ei licebat, qui tenebatur astrictus iureiurando quondam socero Laban præstito de non superducenda filiabus eius alia vxore. Et ait. **Descendam ad filium meum: lugens in infernum.**

Sensus est. Eorum consolationem longe inferiorem esse luctu suo. Nec à luctu cessaturum, donec moriens eo peteret, ubi filius suus quiesceret. Cæterum hoc in loco Hebræorum plerique; & nonnulli nostrorum Hebræicum בן יוֹסֵף Seol pro fossa, vel sepulchro accipiunt: sed quantum ego sentio valde falluntur. Nā si de sepulchro sermo fiat, quomodo Iacob in spelunca duplici sepeliendus descenderet ad filium, qui à bestiis deuoratus putabatur. Non enim tantum dixit: Descendam ad sepulchrum, sed descendam lugens ad filium meum. Quare proculdubio intellexit de loco quodam inferno, in quo cum prioribus iustis filij eius animam quiescere putabat.

**Et illo perseuerate in fletu, Madianitæ vendiderunt Ioseph in Egypto Phutifari eunucho Pharaonis magistro militum.**

Etenim perseueravit in hoc luctu Iacob fere viginti tribus annis, qui intercesserunt à Ioseph venditione donec rescitum fuit illi adhuc viuere. Tradunt item Hebræi Ioseph tertio fuisse venditum: primum à fratribus Ismaelitibus. deinde ab Ismaelitis Madianitis. postremò à Madianitis Phutifari. Verum quia inferius dicitur magistrum militum emisse eum ab Ismaelitis, potior videtur sententia eorum, qui tradunt, eundem bistantum venundatum: ita ut prius à fratribus suis fuerit venditus Ismaelitis, tanquam ministris Madianitarum: posterius verò Madianitæ auctores fuerint venditionis eiusdem, tanquam domini: Ismaelitæ autem eiusdem venditionis executores, tanquam Madianitarum ministri. Porro condonatum est, in Scripturis sacris, id, quod per ministros fit, plerumque; dominis eorum adscribi. Quale est illud: Omne opus quod fecit Moyses. & illud: Consummatum est opus eius, quod fecit Salomon. & alibi: Quod fecit Hiran: quæ omnia non utique; dominorum sed à ministrorum manibus fiebant: sed dominis tribuuntur, quia eorum imperio ge-

rebantur. Quod autem Phutifar eunuchus fuisse traditur, non est accipiendus ac si fuerit excastratus, cum & vxorē habuerit, & eius filiam postea Ioseph duxerit: sed per illam loquendi abusionē dicitur eunuchus, secundum quam Pharaonum, regumque; ministri olim appellabantur eunuchi. Cæterum quod in Hebræo habetur. חַבְדָּוָה וְיִצְחָק חַבְדָּוָה interpres est Hieronymus multo melius, Magistro militum, quæ Septuaginta, Principi coquorum. Erat. n. Phutifar princeps carceris, ex quo illud coniectari licet, hos milites eos fuisse, quorum opera utebatur in plectendis, occidendisque; reis rerum capitalium dānatis. Ait autem Hieronymus. In plerisque; locis ἀρχιμαγιστρου: i. coquorum principes pro magistris exercitus Scriptura commemorat. μαγιστρου, quippe Græce interpretatur occidere. Venditus est igitur Ioseph principi exercitus & bellatorum: non petephra, ut in Latino iuxta Septuaginta scriptum est, sed Phutifar eunucho. Vbi quaeritur, quomodo postea vxorē haberē dicitur? Tradunt Hebræi emptum ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudinē in turpe ministerium, & à dño virilibus eius arefactis, postea electum esse iuxta morem. ἱερεφύτων in pontificatum Heliopoleos: & huius filiam fuisse Aſenes, quam postea Ioseph vxorē acceperit. Denique; quomodo in uidia fratrum Ioseph, eiusque; venditio iuxta mysticā, & prophetica intelligentiā ad dominum nostrum Iesum Christum aptissimè referatur ab Isidoro, & Chrysostomo, aliisque; diuinis tractatoribus per Eucherium accepimus.

*Collatio Christi & Ioseph.*

Ioseph enim vnus ex duodecim filiis Iacob; quem pater præ cæteris filiis dilexit, Christum dominum figurauit: quæ Deus pater secundum carnem ex Abraham stirpe genitis prulit. Unde & ibi dicitur: Amabat eum Iacob eo quod in senectute genuisset eum. Senescere. n. mundo illucens Dei filius per Mariæ virginis partum, serus aduenit, tanquam filius senectutis secundum sacramentum suscepti corporis qui erat antè per substantiam deitatis semper cum Patre. Tunica verò polymita, quam fecit ei pater, tum pulcherrimam omnium virtutum in Christo varietatē & copiam, tum diuersitatē populorum ex omnibus Gētibus in corpore Christi, quod est Ecclesia eius, congregatam significauit. Somnium verò illud, per quod fratrum manipuli adorauerunt manipulum eius, illud est, quod in Christo completum est: Adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes seruient ei, per fidem scilicet fructum bonorum

Hierony:  
Hierony:

August.

2. cor. 2.

3. Reg. 10  
5. 2. p. 1.  
1. 8.

Psal. 72.

*Psal. 148* operum eidem afferentes. Ipse est, quem sol & luna, & stellæ adorant: de quibus dictum est, Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen. ipsum enim excellentia sanctorum in solis lumine, & Ecclesiæ claritas sub imagine lunæ, & omnium populorum numerositas spiritualibus luminibus refulgens in figura stellarum adorant. Vnde pater suus increpauit eum dicens, Num quid ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te? Obiurgatio ista patris, duritiam populi Israel significat: pro eo quod ex se natum esse Christum cognoscunt & adorare contemnunt. Iacob mittit filium suum Ioseph, ut de fratribus sollicitudinem gereret: Et Deus Pater misit filium suum unigenitum, ut genus humanum peccatis languidum visitaret. Mittitur ab illo utique patre, ut videret, si prospera cuncta essent erga fratres eius, & pecora, & oves. Et misit Deus filium suum in similitudine carnis peccati: ut videret, si recte cum omnibus ageretur: de quibus & ipse Dominus in Evangelio Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel. Inuenit ergo Ioseph fratres suos in Dothaim. Dothaim interpretatur defectio. Vere in gradus defectio erat, qui de parricidio fratris cogitabat. Quumque vidisset Ioseph fratres sui, procul, occidere eum cogitauerunt. Et Iudæi videntes verum Ioseph, dominum Iesum Christum, ut eum interficerent omnes in unum consilium inierunt, & eum occidere decreuerunt clamantes Crucifige, crucifi-

ge eum. Fera pessima deuorauit eum: id est: plebs Iudaica interfecit eum: de qua Dominus in Euangelio dicit, Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. Nudauerunt Iosephi fratres eius tunica polymita & talaris: & Iudæi per mortem crucis Christum expoliauerunt tunicam corporalem: polymitam autem, id est, decoratam omnium virtutum diuersitate. Resperferunt autem illi tunicam eius, hædi sanguine: quia falsis eum testimonij accusantes, in inuidiam populi deduxerunt omnium peccata donantem. Mittitur dehinc in cisternam. & Christus expoliatus carne humana descendit in infernum. De cisterna quoque leuatus ille Ismaelitis, hoc est, gentibus venditur. Et Christus postquam de inferno egreditur, ab omnibus gentibus fidei commertio comparatur. Ille per Iudæam cõ filium viginti argenteis distrahitur: & hic Christus per Iudæam Iscariotis prodicionem triginta argenteis venundatus est. De hinc Iacob prosteritatis suæ deplorans dispendia, quasi pater, iugebat filium amissum: quasi propheta flebat interitum Iudæorum. Denique scidit vestimenta sua, quod in passione legimus factum à principe sacerdotum: sed & velum templi scissum est: ut propheta, & nudatum suum populum, & diuisum ostenderet regnum. E-nimvero prætermisso paulisper sermone de Ioseph, aliam quandam interpositam de Iuda narrationem tractemus, quæ sic habet.

*Matt. 28*

*Lucæ. 19.*

*Matt. 15*

## Caput trigesimum octauum.

Eodem tempore descendens Iudas à fratribus suis diuertit ad virum Odolamitem nomine Hira.

**H**ic Moses peculiarem historiam de Iudæ gestis texere aggreditur: moliturque, id facere potius de illo, quam de alijs ipsius fratribus, tum quia ex hac narratione patenter elucet, quam seuerus sit Deus non modo impiorum, sed etiam peccatorum punitorum: tum præcipue, quod ex Iuda Christi genealogia ducenda esset. Causam autem recessus Iudæ à fratribus suis fuisse ferunt: quod fratres eius perpetuo patris luctu commoti ipsum acriter urgebant impropertantes ei, quod fuerat primus & præcipuus venditionis Ioseph autor: quam exprobrationem ægreferens Iudas

procul ab illis recesserit. Et re vera non fuit eius discessus multo post à Ioseph venditione. siquidem Scriptura fatetur hoc euenisse eodem tempore, quo Ioseph venditus fuit. Quomodo autem cuncta hæc, quæ in hoc capite de Iuda referuntur, geri potuerunt intra viginti annos, qui transierunt à Ioseph vendito vsque ad descensum Iacob in Ægyptum, per scrutationem dignum est. Quod sic accipi potest: Quando Iudas à fratribus suis discessit, cõpleuerat fere vigesimum ætatis suæ annum: ducta vero mox à recessu vxore: potuit intra primum à nuptijs annum, primum filium accepisse

nomine

nomine Heri intra secundum, alterum, qui appellatur Onam: in tertio vero, alium vocatum Salam. Nato itaque tertio filio Iam Iudas habebat annos viginti tres. Transactis item vnde viginti annis ex illis viginti tribus decursis à venditione Ioseph vsque ad descensum in Ægyptum, iam nactus erat Her Iudæ primogenitus annos decem & octo: potuitque, tunc accepit se Thamar in vxorem: quo post tres, aut quatuor menses à nuptiis interfecto, potuit eandem Thamar Onam ducere paulo post fratris sui mortem: quo etiam occiso in principio forsan anni vigesimi primi post Ioseph venditionem, dein Thamar potuit mansisse vidua ferme duobus annis: ac subinde cum non daretur ei Sela tertius frater potuit illa sua techna uti: & cum Iuda concubere, atque conceptos primo coitu Phares & Zaran parere intra annum vigesimum tertium, prius quam ingrederetur Iacob in Ægyptum. Augustinus tamen aliter & erudite hunc nodum explicat. Quare legitimus est sensus eius, quod dicitur: Eodem tempore: quod proxime venditioni Ioseph Iudas ob prædictam causam à fratribus suis abscessit: descensumque à superiori regionis illius parte ad inferiorem, diuertit ad virum quendam Odollamitem, sic cognominatum ab Odollam terra quadam, quæ ad Meridiem terræ promissionis iacet, in cuius saltu Dauid aliquando latuit. Iste vir Odollamites nomine Hira creditur postea fuisse gregis Iudæ opilio. Habitabat igitur in ea terra, & ibi pecora sua pascebat Iudas.

*Augu.*

Viditque ibi filiam hominis Chananæi vocabulo Sue.

Quid autem est eam vidisse, nisi in ea sibi vxore ducenda complacuisse? alias enim regionis illius filias viderat, sed hanc vnâ vxorem sibi dari optauit. Enimvero homo ille, qui virginis huius pater erat cognominabatur Chananæus, vel quia erat ex aliquo populo terræ Chanaan, vel quia mercator erat. Nam Chananæus Hebræis eum quoque, qui mercaturam exercet proculdubio significat. Nam in illo Proverbiorum, Et cingulam dedit Chananæo, manifeste pro mercatore positum est. Ad hoc proprium huius Chananæi nomen exprimitur, filia autem eius nomen taceatur. Vocabatur enim ille Sue. Id quod ex Hebræo clare constat: in quo profecto non est, *שמה* Sema sed *שמו* Semo, id est, nomen eius viri. Liquet idem ex eo quoque, quod paulo post in hoc eodem capite scriptum est, Euolutis autem multis annis, mortua est filia Sue. fuisse

*Prov. 31.*

autem Sue genere Chananæum, arguitur etiam ex eo, quod in primi Paralipomenon libri secundo capite, hæc filia Sue vxorque Iudæ cognominatur Chananitis: nimirum quod esset genere Chananæa. Vidit denique illam Iudas. Et vxore accepta ingressus est ad eam.

Prius igitur legitime duxit, coniugalibusque mutuo sacris peractis deinceps ea sancte usus est.

Quæ cõcepit & peperit filium, & vocauit nomen eius Her.

Namque pater filio nato nomen imposuit: est enim in Hebræo *הררי* vaicra verbum masculini generis, quod significat, Et vocauit ipse.

Rursumque concepto foetum natum filium nominauit Onam, Huic certe nomen non pater, sed mater indidit. Est enim Hebræis verbum *הררי* Vatricra generis feminini: & nobis sonat, Et vocauit ipsa. Accidit enim Hebraicis verbis generum distinctio, sicut & Latinis nominibus. Ex quo intelligimus, moris antiqui fuisse patres quidem primogenitis, matres vero secundo natis nomina dare: quod etiam his temporibus inter nobiles fieri solet.

Tertium quoque peperit, quem appellauit Sela.

Huic quoque mater eius nomen indidit.

Quo nato parere vltra cessauit.

Hebraica huc sensum faciunt. Et erat in Kecib quando peperit eum. At vero, quamuis Kecib loci cuiusdam sit nomen, defectum tamen, & cessationem, imo & proprius mendacium quoque significat. Super quo Hieronymus. Verbum Kecib Hebræum hic iuxta Septuaginta pro loci vocabulo positum est, quod Aquila pro re transtulit, dicens Et factum est, ut mentiretur in partu postquam genuit eum. Postquam enim illa genuit Sela, stetit partus eius. *קלבי* Kasbi ergo non nomen loci, sed mendacium dicitur. Vnde & in alio loco scriptum est: Metietur opus oliuæ, id est, fructum oliua non faciet. Quare optime in Latino, sensu ex sensu translato, habetur Et cessauit parere. Nam & Hebraice rectè Metiri transfertur, ut significet, Cessare, ut hoc loco. Nam, sicut qui cessat à reddendis promissis mentitur: ita, quæ femina semen su-

*1. Paral. 2.*

*Hieron.*

*Habac. 3.*



capit virile, si cesset à partu, mentitur foetū, quem non reddit.

Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her noīe Thamar.

Dicunt Hebræi Thamar fuisse filiam Sem, qui & Melchisedech, & sumunt in argumētum, quod postea in fornicatione deprehēsa, tanquā sacerdotis filia comburi iubebatur. Lenius hoc iudicium, & fictæ fabulæ simile. Illud tamen certissimum, hanc esse illā Thamar, cuius meminit Euangelista Matthæus Christi genealogiam connectens. Hæc recte palmā interpretatur, quod ex eius genere nasciturus esset Iesus Christus, q̄ inuicta vi mūdi principem in excelsa salutaris crucis palma debellaturus esset. Hic est in primis ille iustus, de quo gentilis eius David canit, Iustus, vt palma florebit, & sicut cedrus, quæ in Libano est multiplicabitur.

Fuitq; Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu Domini. Et ab eo occisus est.

Dicitur Her fuisse nequam in conspectu Domini, non hominū: quia peccatū eius quodcunq; illud fuit, homines, non autem Dominum latebat, propter quod ab eo occisus est. Percussit autē illum Deus insigni quadā plaga, lethiferaq;: per quam cæteris mortalibus compertum esset, non illum naturali morbo correptum perire: sed Deo vtore de medio fuisse sublatū. Ex quo & illud elucet, occulta peccata interdum per se Deum punire: eiusque dispensationis esse interdū, alicuius peccatoris delictum hominibus apertè manifestare minime detecta peccati specie, propter quod ille puniatur. Verissimū igitur est illud prophetæ: Non est malum in ciuitate: quod Dominus nō fecerit. Quia omnis pœna, quā homines patiuntur, à iusto omnī iudice inferitur, siue pateant, siue lateant eorum crimina in quos ille animaduertendum cēsuit. Et hic quidem sic mortuus est.

Dixit ergo Iudas ad Onam filium suum: Ingredere ad vxorē fratris tui, vt suscites semen fratri tuo.

Hoc est, duc vxorem illā, quæ tui fratris fuit: vt in vtero eius velut in fratris aruo seras, quod natus inde genitus ad illum attineat, in cuius

agro seueris. Ac perinde sit eius filius, haud quidem naturalis, quē non genuit: nec adoptiuus, quem minime adoptarit, sed modo quodam inter utrunq; medio, quē legalē dicere possis. Erat enim hoc tunc temporis legitimum, & vnū eorum, quæ iam inde antè Legem scriptā communi quodam illius gentis cōsensu seruabatur: id quod & postea sancitum est ea lege, quæ Deuteronomij vigesimo quinto capite habetur. Quod & solenniter admodū celebratum fuit, quando Booz vir quidē in tribu Iuda optimus Ruth Moabitidem propinquitatis iure duxit vxorem. Hac deniq; quodā modo ratione, vt superius attigimus, Dominus Iesus, qui neq; naturalis, neq; adoptiuus sancti Ioseph filius extitit, potuit eius dici filius, non solum putatiuus, sed etiā legalis: quoniam in vtero beatissimæ Virginis illius spontæ de Spiritu sancto conceptus fuit. Quid Onan: rem quippe grauius delicto plenā perpetrabat. Nam.

Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram: ne liberi fratris nomine nascerentur.

Errabat Onan putans nullos liberos sibi nascituros ex mortui fratris vxore. Solus enim primogenitus demortui fratris filius erat habendus, vt illius primatus successio omnino non intercluderetur. alij autem à primogenito filij illius censebantur, à quo geniti fuerant. Fundere autē in terram semen est, illud disperdere, ne eo intra matricem recepto foetus concipiatur. Sic & primo Regū scriptum est: Et non cecidit in terram vnum de verbis eius, pro eo quod est, non periit, seu mendacio defecit, sed verum fuit. Quod autē dicitur, Ne liberi fratris nomine vocarentur, magnam habet difficultatem: vtrū ita sit accipiendum, quod proprium fratris primogeniti nomen esset imponendum primogenito vxoris demortui. Puta quod si alter vocabatur Her, alter etiam Her vocaretur. Et profecto hoc idem lex, quæ in Deuteronomio continetur, præcipere videtur. Sic enim habet: Si habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit: vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius: & suscitabit semen fratris sui: & primogenitū ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israël. Sed huic legi vide-

Matth. 1.

Psal. 91

Amos. 3.

Deut. 27

Ruth. 4.

1. Reg. 3.

Deut. 25.

Ruth. 4. tur diuersum esse, quod in libro Ruth legimus: Dixit Booz, vt suscitem nomen mortui super hæreditatē suam, & cætera. At postea primogenito vocatum est nomen Obed, & non Maglon, quod erat defuncti nomen. Quamobrem diligenter est discutiendum, vtrum cum dicitur, suscitare nomen defuncti, significetur, quod filius natus demortui filius habeatur, & vocetur, atque in eius hæreditatem succedat: & quod in illa lege traditur, Et primogenitum ex ea nomine illius appellabit, sic intelligatur: quod fratris mortui & nō eius, qui eum genuit, filius appelleretur. Accedit ad hoc id, quod Iacob filio suo Ioseph dixit: Ephraim & Manasse, sicut Ruben & Manasse erūt mihi: & inuocabitur nomen meum super illos. Non quod vocarentur nomine Iacob: sed quod denominādi essent filij Israel, sicut Ruben & Simeon, cæteri que horum fratres. Equidem libenter in hac sententiam concederem, nisi citata ex Deuteronomio lex ad eodē expressè præciperet, primogenitum fratris ex vxore defuncti eodē, quo defunctus nomine nuncupādum esse, vt nullam aliam interpretationem admittere posse videatur. Nec ob illud, quod Booz singulari fecit exemplo, à communi lege recedere debemus. quin & illud Iacob est ab hac ratione excipiendum: quoniam non dixit ille: Nomen meo vocabuntur: sed inuocabitur nomen meū super eos, cum Ephraim & Manasse filij Israel vocabantur, & cum in nomine Dei Israel cum alijs eius filijs benedicebatur. Deniq; iniquissimus erat Onan talia faciens, & perniciosus, rum in fratrem, tum in se ipsum in fratrem quidem, quod tetra liuore infectus & filium gignere noluit, qui ipsi in nomine & hæreditate succederet: ex quo sequebatur, vt fratris nomen omnino ex Israel periret: in se autem, quia eodem facinore liberis semet priuabat. Siquidem, esto, q̄ primogenitus eius mortuo fratri adscribendus esset: omnes autem reliqui sui ipsius gignentis futuri erant. Quid? quod & vxorem suam summa afficiebat iniuria, quam expectatissimo pariter & iucundissimo ventris sui fructu defraudabat.

Infrā. 48

Et idcirco percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret.

Rem sanè vocat detestabilem, quam nemo adprobare possit: scilicet, quod adeo notetur pituitudinis & iniquitatis ea sit, quod nemo sit

tam infans, qui non illam penitus abomineatur. Quis enim nō exercetur tale facinus, quā naturam violet, autorem eius contemnat, & pudendo dedecore aures humanas vehementer offēdat? Quare merito sic à Domino percussus est: vt cunctis mortalibus constaret, vt tione eum vrgente diuina interijisse, iuxta illud: Mihi vindicta: & ego retribuam, ait Dominus omnipotens.

Deut. 32.

Quamobrem dixit Iudas Thamar nurui suæ: Est vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Timebat enim ne & ipse moreretur, sicut & fratres eius.

Interfectis à Deo duobus, tertio Iudas merito timuit: ne si Thamar vxorem eadem ratione duceret, sicut alij, à Domino interficeretur. Quod, vt vitaret Sela pueritiam coniugali negotio ineptam prudenter causatus est. Iussitq; nurum viduam sedere: idq; in domo paterna: vt ibi custodita honestam viduitatem ageret. Cæterū moras alias ex alijs Iudas necēbat, ne quando Sela filiam nurui traderet.

Quæ abiit, & habitauit in domo patris sui.

Grandis profecto antiquæ consuetudinis vis de suscitando fratri mortuo semine, quæ potuit, vt puella tenera, pulchraq; puerulum expectare vidua cogeretur, donec ille ad ætatē coniugio idoneam perueniret.

Euolutis autem multis diebus.

Duobus scilicet annis secundum supra positam supputationem, aut forte paulo diuturniore tempore transacto:

Mortua est Sue vxor Iudæ.

In Hebræo additur בַּת Bath, id est, filia, vt legatur, Et mortua est filia Suae vxor Iudæ, Nicolaus quoque asserit, sic haberi in antiquis nostris Biblijs. Ex quo considerantibus apertissime patet, Sue, nequaquam esse nomen vxoris Iudæ, sed patris eius. Vnde constat, q̄ paulo superius in hoc eodem capite scriptū est: Vidit filiam hominis Chananeæ vocabulo Sue, recte expositum esse, dicendo vocabulum Sue, ad hominem Chananeum, nō autem ad eius filiam referri debere. quod & manifeste ex primo Paralipomenon libro comprobatur. Vbi commemoratis tribus Iudæ filijs

lijs sequitur: Hi tres nati sunt ei de filia Sue Chanitide. Chanitide namque legendum est, non Chanitidis. id quod non modo ex Hebræo, sed etiam ex Græco clare constat, in quo legitur: τρεῖς αὐτοῖ ἐτέκνησαν αὐτῷ ἐκ τῆς θυγατρὸς σου ἐκ τῆς χανανιτιδός. Hoc etiam modo in veteribus nostris codicibus habetur. Denique mortua est filia Sue vxor Iudæ.

**Qui post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tōfores ouium suarū, ipse & Hiras opilio gregis Odollamita in Tamnas.**

Signanter tradit Iudam de vxoris morte tandem consolationem suscepisse: quod doceat, cum excelso animo fuisse præditū. Nam licet ad amicorum, propinquorumque funera piastachrymas effundere perhumanum sit, nec alienum à viro probi sit officium, charos sibi vita defunctos flere: non tamē illū decet longiori, quā par est tēpore in luctu perseverare: quod videatur id esse pusilli cuiusdam animi, & muliebri opus magis, quā virile: & imprudentis potius, quā prudentis. Nam obsecro, quid vile habet luctus in longū productus: aut cur ratio non reprimet lachrymas, quas dies ipsa exiccatura sit? At dices contra: Iacob vir probus, & gravis noluit consolationē admittē. Noluit quidem, sed à filiis importunis & improbis consolatoribus, qui fratrem vendiderant. At id facinoris ille nesciebat. Nesciebat quidem. Attamen de eo ipso, si non violentam præsumptionē, nonnullā tamen suspicionem, quālibet leuē, cōcepisse poterat. Nouerat enim bene fratrum in Ioseph indignationē, iramque: quamuis illā quantā quantā suspicionē silentio prefferit, ne forsā ea relecta molestissimis filiis maiores turbas in domo concitaret. Ergo Iudas consolatione accepta, ascendebat ad tonfores ouium suarum. Mos erat antiquis, quo tempore tondentur oues, pro suscepta noua fœtura diē festum agere, & pastoribus, & amicis solennia conuiuia parare. Tales enim epulas Nabal Carmelita, & Absalon regis Dauid filius paraere, sicut è regum Israelitarum historia compertum est. Ascendebat autem Iudas in locū cui est nomen Tamna, de quo Hieronymus. Tamna vbi oues suas totondit Iudas, ostenditur: hodieque præ grādis vicus in finibus Dipsaleas euntibus Eliam in tribu Dan, siue Iudæ: sed re vera alius locus est Thanath in sorte Dan. alius Tamnas in sorte Iudæ: ad illū descendit Sanson: ad hunc ascendit Iudas pro

Hieron.

vtriusque loci situ. Ascendebat inquit ipse & Hiras opilio gregis Odollamita. Hieronymus. Pro pastore, amicus legitur: sed, verbum ambiguum est, quia iisdem literis vtrumque nomen scribitur: verus amicus, רעהו reha, pastor רעהו rohe, legitur. Enimvero cum hoc loco Hieronymus Septuaginta, qui pastorem interpretati sunt, aperte taxet: quomodo in Hieronymi translatione, Opilionē, non Amicum legimus? forte quod ille semel correxerat, audaculus quispiam iterum deprauauit pro amico opilionē substituens. Demū siue amicus, ac socius: siue pastor, & opilio legatur, hic est ille Hira Odollamites ad quē Iudā diuertisse superius traditum est.

**Nuntiatūque est Thamar, quod focer illius ascēderet in Tamnas ad tondendas oues.**

Chrysostomus. Iudæ promissionibus de nubēdo Selæ pascetur Thamar: inque domo patris sui sedebat expectans quando focer promissio impleretur: & videns Iudam non velle implere promissā, mansuetē tulit, non eligens aliorū coniugia, sed amans viduitatē, & tempus congruum expectans: festinabat enim vt filios procrearet ex fœtero. Et, quia vidit fœteram mortuam, & Iudam venire in Tamnas ad tondendas oues, furari volens fœteri concubitus: & ex illo filios procreare, non libidinem explere concupiscens (absit hoc) sed ne videretur esse sine nomine.

**Depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrū: & mutato habitu sedit in biuio itineris, quod ducebat Tamnā: eodē creuisset Sela: & non eū accepisset maritū.**

A Septuaginta Latinus interpres theristrum nomen accepit: qui & ipsi. τῆρου εβαλεν τὸ δεξιόν, & amicta est theristro, velo scilicet asexuali: ducitur τὸ τῶν ἰσχυρῶν: hoc Hebræi vocant ריהט, dicuntque esse pepulum, siue sindonē, amictūque, lineū, propterea ab ætate nomen sortitur apud Græcos. Eratque, is ornatus fœminæ: quod in nullo mœrore esset: ideo positus vidualibus vestibus theristrum à Thamar assumptum est. Probe Augustinus: Hic, ait, insinuatur etiam temporibus patriarcharum certa, & sua fuisse vestimenta viduarum: non vti que talia, qualia coniugatarum. Habet enim vna quælibet ætas, atque status, sexusque ornamenta sua: quæ, si confundantur, ipsum

August.

ipsum decorum, propter quod seruandū homines amiciuntur, facile amittitur. Tace, quod nimius vestium splendor animum impudicum sic indicat, sicut nimia earum sordes ambiciosum innunt. Eleganter illud sane dictum est. Christiano, neque conueniunt exquisitæ mundicię, neque affectare sordes: sed cultus quidam mediocris mundus, & honestas vnique pro suo sexu, ac statu accommodatus. Hinc illa lex sanctissima, quæ in Deut. 22. Deuteronomio habetur, Non induetur mulier veste virili: nec vir vtetur veste fœminea: abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc. Cæterum pro In biuio, Septuaginta iuxta Hebræum interpretati sunt, Sedit ad portam Enam: quos Hieronymus in hæc verba redarguit. Sermo Hebraic⁹ גְּרַמְרָא ghenaim transfertur in Oculos. Non est igitur nomen loci: sed est sensus: Sedit in biuio, siue in cōpito. vbi diligētius debet viator aspicere, quod iter gradiendi capiat. Hic igitur sedit Thamar, tabernaculo erecto meretricio, intra quod Iudam appetentem se reciperet. Causa autē propter quam mulier pudica impudicū factū molita est, è vestigio explicatur: Eodē quod creuisset Sela, & non eum accepisset maritū. hæc autem causa non erat satis idonea: vt nuder contra fas & ius cum fœtero suo congrederetur. Non igitur ea crimen prorsus tollit: sed non parum eleuat, eodē quod non explenda libidinis, sed habēda prolis desiderio illud fecerit. præsertim aduersus eum, qui filium iam adultum, & coniugio parem non præstare ei, cui propinquitatis iure eundem maritum futurum promiserat. Dices: Nuberet alteri. Verum non erat ei integrū, donec ipsam Sela, cui debebatur, à se repudiaret. Idcirco enim Ruth non prius nupsit Booz, donec ei genere propinquior cesserit. Manebat itaque Thamar fœteri accessum præstolans.

**Quam, cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem. Operuerat enim vultum suū, ne cognosceretur. Ingrediensque ad eam ait: Dimitte me, vt cocā tecū. nesciebat enim, quod nurus sua esset.**

Hoc nempe adiecit Sacer historicus, vt Iudā ab incestu excusaret. nam à simplici fornicatione excusari non poterat is, qui cum meretrice coire decreuit: quā, si nulum sciuisset,

nullatenus attigisset. Porro peccata voto potius, quā euentu sunt æstimanda: ac subinde illud est potius expendendum, quod errata per se sequitur, quā quod præter spem accidit, vt eorum gratitatem definias. Quare nullus de incestu Iudam dānare iure potest, qui ab ea, quam meretricem esse merito putabat, concubitus appetiuit.

**Qua respondente, Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo?**

Hoc enim est proprium meretricularum obfutilem mercedulam creaturam nobilissimā fœdissimis procis polluentem exponere: id est, ijs qui facti sunt, sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, seipsas polluedas abiectissime prostituere: vt sordes fœtidissimas, tanquam lacunar quodam feculentum intra se recipiant. Cæterum aliud est, quod officio cōiugali geritur, ita, vt sit thorus sanctus & immaculatus. aliud quod impotenti libidine fœdissime exercetur & turpissime agitur. Honesti enim cōiuges seipsos in ipso procreandi filios officio modeste vtuntur: vt iuxta Paulum meminerint, se sanctos Deo esse atque honorem quendam coniugali sacramento dignum sibi inuicem exhibent. At fornicarij nulla honesti ratione habita illegitimis congressibus se ipsis abutentes, mirifice semet conspurcant: & ita quod, vt ait Paulus, Turpe est dicere, quæ ab ipsis in occulto fiūt. Nonne neglecto summo bono homines voluptarij meretricibus insipientissime fruuntur? Quid enim aliud est meretrice frui quā scortatorem ea delectatum in ipsa prorsus cōquiescere? Nam, sicut, qui post habito omni corporali, atque commutabili bono adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo: ita qui cōtēpto spirituali & incōmutabili bono adhæret meretrici, vnus cum ea fit corpus. Id quod est completa in Deum iniquitas, de qua beatus Ioannes inquit: Omnis qui peccat, iniquitatem facit. Proculdubio quia pessima optimis præfert. Quamobrem accommodatissimo verbo vsa est, quæ meretricem mentita prostabat, cum dixit: Vt concubitu meo fruaris. Nemo enim cum meretrice congrederi potest, nisi ea penitus fruatur: quippe qui completa auersione à Deo optimo, maximoque bono recessit: vt scorto vilissimo toto pectore gauderet. Hinc merito fit, vt supremus rerum iudex iniuriam, quæ ab scortatoribus ei irrogatur, grauate ferens, eos à cœlesti felicitate excludat dicente Paulo: Neque fornicatores regnum Dei possidebunt.

1. p. bes. 54

1. Ioan. 3.

1. cor. 10.

Dixit

Dixit autem Iudas: Mittam tibi hædum de gregibus.

Et vnde nisi de gregibus hædum missurus erat? Ergo pleonasmus est, sicut cum alibi dicitur: Hædus caprarum & agni ouium: quasi verò possit esse hædus nisi de capris: aut agnus, nisi de ouibus. Cæterum cariori pretio vilissimi, vt putabat, scorti concubitus comparauit. Nec mirum: adeo enim vehemens est libidinis impetus: vt mortalium oculos facile perstringat: eosq; proleui, fluxaq; voluptate maxima bona perdere faciat. Notissim<sup>9</sup> est ille lasciuus adolescens, qui, vt est apud Lucam, abiit in longinquam regionem: & cum scortatoribus, & meretricibus omnem substantiam consumpsit: eoq; rerum miserimus descendit, vt siliquis, quibus porci vescantur, saturari cuperet.

Luc. 15.

Rursumque illa dicente, Patiar quod vis, si dederis mihi arrabonem, donec mittas, quod polliceris.

Arrabonem pignus est & interdum pretij pro re emptæ reddendi pars. nec Latina eget interpretatione, cum sit distinctio Hebraica Græcis & Latinis frequenter usurpata. Dein

Ait Iudas: Quid vis tibi pro arrabone dari?

Ardeat libidine, & præter decorum cuncta in prostituta arbitrio ponit. Illa autem

Respondit: Annulum, & armillam, & baculum, quem manutenes.

Annulum petit, quia in eo impressum erat sigillum, quo Iudas literas signare consueuerat. antiquissimus est enim ob signandi literas mos, vt ex historia constat Hæster. Armillæ autem sunt ornamenta in circulo circumferentia, quas viri militares ab imperatoribus eis donatas in sinistris brachijs gerere consueuerunt. Hinc illud in 2. Regli. Tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius: & attuli ad te dominum meum. Deniq; per baculum pedum pastorale signatur. In Hebræo his proxime sequitur hoc quod in Græco etiam habetur.

2. reg. 1.

Et dedit ei

Annulum, scilicet, armillam, & baculum.

Et ingressus est ad eam.

Queritur, quomodo hic dicitur, Et ingressus est ad eam, cum antea fuerit ingressus? Sed sciendum est, quod in Scripturis Ingressi, aliquid quando est simpliciter intrare: aliquando coire cum ea, ad quam intratur. Iudas igitur, qui prius prostituta tabernaculum intrauerat, nunc iterum ad eam ingressus dicitur: quia cum ipsa rem habuit.

Ad vnum igitur coitum concepit mulier.

Nec est incredibile ad primum viri congressum illam gemellos concepisse: cum vterque gignentium florente ætate vigeret, & tam in illo, quam in illa valida gignendi vis esset. Non enim frequenter coitu exhausti erant: quia multum temporis transferat, ex quo venereo coitu sese continerant. Quare & in illo semen erat purum, atque validum: & in illa matrix erat compressa, calidaque ad excipiendum virile semen, fetusq; fouendos aprissima. Est item credibile, diuina quadam ope, illam tantum geminos concepisse: quando hæc omnia superna dispensatione gerebantur. Nec tamen ideo Deus illos ad damnabilem coitum incitauit: sed omnipotens, qui ex malis elicere bona potest, ex improbo coitu probam conceptionem fecit. Namq; licet coire non coniuges peccatum sit: generare tamen coeutes peccatum nullum est. illud enim est prauæ voluntatis maleficium: hoc autem vigentis naturæ opus, imò omnipotentis Dei beneficium. Pulchre Hieronymus aduersus Rufinum. Nasci, inquit, de adulterio non est eius culpa, qui nascitur: sed illius, qui generat: quomodo in feminibus non peccat terra, quæ cofouet: non semen, quod in sulcis iacitur: non humor vel calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant: sed verbi gratia fur & latro, qui fraude, & vi eruunt femina. sic genus humanum recipit terra: id est, vulua, quod suum est recipit: & receptum cofouet, cofotum corporat, corporatum in membra distinguit: & inter illas sacri ventris angustias Dei manus semper operatur: idemq; corporis & animæ creator est. At vbi se concepisse Thamar sensit, re ex sententia eius gesta, nihil aliud expectandum censuit.

Hieron.

Et surgens abiit. Depositoq; habitu, quem assumpserat, induta est viduitatis vestibus.

Quæras: quomodo potuit illa confestim scire, se primo coitu concepisse? Nempe, vel ex perimento quodam occulto ipsis tantum concipientibus

concupientibus cognito, vel præsentanea aliqua feminei corporis commotione, aut celesti quadam inspiratione id Thamar percepit: caute Deo, ne illa cum socero suo iterum concideretur: quandoquidem iam conceptus erat vir ille, vnde Christi genus vsq; ad Deiparam virginem indeflexa beatarum generationum linea deduceretur. Iudas autem nihil horum sciens, promissionem impleuit, Et misit hædum per pastorem suum Odollamitem.

Hic est ille Hira Iudæ socius, vel opilio, vel vtrumque, qui cum illo ascendebat, quando ingressus est ad nurum, quam prostibulam putabat: scilicet, vt loci, factique conscius hædo tradito

Reciperet pignus, quod dederat mulieri. Qui cum non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius.

De hoc loco sic habes in libro De locis Hebraicis: Enaim in tribu Iuda: hodieque villa est Bethenim circa Terebinthum. Interrogauit itaque.

Vbi est mulier, quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis: Non fuit in loco isto meretrix.

Quæ meretrix Latinis à merendo dicitur: quia mercede libidini prostat: Hebræis appellatur kedessa, id est, prostituta, & ad coitum preparata, & exposita, à verbo קדש kadás, quod est illis sanctificare, stabilire, sancire & præparare. Vnde cum in Scriptura legimus, sanctificare prelium, sciamus tantum valere ac si scriptum esset, sancire, stabilire, atq; præparare.

Reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam ibi sedisse scortum.

Dent. 23.

Erant nimirum Ethnicis publica prostibula, quibus re vera sanctum nihil erat. Iudæis autem lege prohibebantur, quæ in Deuteronomio scripta reperitur, Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs. Viget & hodie hæc lex, quatenus moralis est. Hinc illud Apostoli: Fugite fornicationem. Dices. arctior tunc temporis ea lex erat, per quam meretrix puniebatur: imò nulla pœna mere-

1. cor. 6.

tricibus erat olim imposta: haud certe magis, quam nostra tepestate, sub qua, sicut ait Augustinus, in ciuitatibus permittuntur meretrices, ne omnia perturbentur libidinibus: Non enim lex Euangelica cæteris legibus eo præstat, quod cuncta peccata illata confestim exteriori deliquentibus pœna coerceat: sed quod vniuersa crimina tam occulta, quam manifesta sub æterno supplicio diuina mandata transgredientibus luendo penitus inhibeat. Hæc est enim perfecta legis Euangelicæ in arguendis, cohibendis, puniendisq; peccatis plenitudo, quod illorum nullum non vetat. & pro quolibet peccatore alicubi plestem dum decernit. Audito autem opilione,

August.

Ait Iudas, Habeat sibi: certe nos mendacij arguere non poterit. Ego misi hædum, quem promiseram: & tu non inuenisti eam.

Hinc discere o tu dilecte, quam prodiga rerum sit venerea libido. Duplo, triploq; pretiosiora pignora, quam hædus, quæ meretrici pollicitus fuerat, apud illam, scilicet, si dissimam custodem deposuit. Quin & illis amissis, nihil in furacem excandescit, sed amissis nihil pendit. Id quod ex ipsius Iudæ verbis deprehendere licet: quibus non tam illam furti arguit, quam se veracem iactat. Enimvero pro eo quod in Latino est: Habeat sibi: certe mendacij nos arguere non poterit, in Hebræo legitur פן נהיה לבוז תפקח לה, id est, sumat sibi, ne forte simus in contemptum. Noluit enim vir alioqui probus & verecundus, pignora diligentius repetere: nec de meretrice accuratius inuestigare, ne id detecto turpi facto in sui vituperium verteretur: quod etiam Septuaginta innuere videntur. ἔχει τὸ αὐτὸ ἀλλὰ μὴ ὥστε καταγελασθῶμεν, id est, habeat ea, ne forte derideamur. Non igitur Iudas erat homo adeo prauus & petulans, vt perfricta fronte palam fornicaretur, quod est in temperantis: sed temporaria quadam instantia libidinis infestæ lubrico lapsus, facti illico pœnituit. Ea propter laudabili recepti pudoris affectu retentus maluit pignora, quam libet sibi pretiosa, perdere: quam cum famæ suæ detrimento recuperare, ac subinde contemptui, atque derisioni haberi, tanquam vn<sup>9</sup> ex illis, quos Esaias merito traducit dicens: Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt: & non erubuerunt.

Esai. 3.

Ecce

Ecce autē post tres menses nuntiauerunt Iudæ dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua: & videtur uterus illius intumescere.

Igitur verissimum est illud Catonis:

*Nolo putes prauos homines peccata lucrari: Temporibus peccata latent, sed tempore patet.*

Quamobrem obstupenda est quarundā virginum, atque mulierum audacia, quæ alienis se viris constuprādas submittit: cum in earum manu nullatenus positum sit, prohibere, ne admissis maribus concipiant. Quid? quod rarissime contingit, quantūvis adhibita tegendi cōceptum cura sit, occultari, quin vel vteri tumore, vel faciei pallore, vel alijs quibusdam affectibus, quibus prægnantes tēguntur, in flagitio deprehendantur. Iamvero deprehensæ perditio pulcherrimo pretiosissimæ pudicitæ thesauro, quanto in vitæ discrimine versantur, testimonio est Thamar, cuius audita fornicatione, confestim in eam focer suus mortis sententiam tulit.

Dixitque Iudas, Producite eā, vt comburatur.

Enimvero vnde Iudæ facultas dānandi Thamar ultimo supplicio? An putabimus factū fuisse illius loci principem, qui habuit auctoritatem ferendi mortis sententiam? An quia commissum flagitium eum singulariter tangebatur, puniendi illam potestatem obtinuit? Erat enim Thamar Sela filio Iudæ desponsata per illa verba, quæ focer eius ei dixerat, Es to vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus, in quæ ipsa consenserat. Nam multis diebus expectauit, vt adultum Selam duceret, velut adstricta lege illa de fraterno semine suscitando. Ex quo liquet Thamar, haud simpliciter fornicatam, sed etiam adulteratam fuisse. Non enim minus adulteratur sponsa contracto per verba præsentis temporis matrimonio, si alterum virum admittat: quàm ea, quæ nuptiali solennitate in mariti domum traducta sit. Igitur, quoniam illa in regione, vel cōsuetudine, vel lege decretum erat, vt adulteræ comburerentur, sicut postea statutum fuit, vt lapidibus obruerentur: iure suo Iudas iussit, vt Thamar produceretur, & ignibus combureretur, seuum profecto supplicium, & sæuius multo, quod ante partum prægnans occidi iubetur. Quid merere patii, qui non sunt de vberibus nati? Sed & obstupenda rursus quarundam muliercularum te

meritas: quæ neque ignibus combustæ, neque lapidibus obrutæ; neque ferro percussæ ab inconcessa venere se continent, sibiq; cauēt: adeo cæca libidine In furias ignemq; ruunt. Enimvero in harum ordinem minime Thamar est redigenda, quæ muliebri errore licere sibi putauit, refarcire foceris concubitu iniuriam, quam negato sibi Sela patiebatur.

Quæ cum duceretur ad pœnā, misit ad focerum suum dicens, De viro cuius hæc sunt, concepti. Cognosce cuius sit anulus, armilla, & baculus.

Sane prudentissime Thamar se gessit, tria pigora mittendo, quasi tres testes, qui eā criminis innoxiam demonstrarent. Expende item dilectæ scemine modestiam. Non enim aperte dixit: De Iuda concepi: ne focerum apud populum inuerecūde proderet, sed tres illas arrabonum species publicitus ad eū dedit, vt eas ille coram populo suas esse patēter agnosceret: & re perpenſa, factiq; causa discussa, videret, quid ea in re facto opus esset. Sperabat autem non ab re virum sapientem iustam tantæ audaciæ causam cogniturum; atque admitturum: quod Sela sibi promissus opportuno tempore nō reditus fuerit. Sperabat præterea paterna viscera in fœtum iam vteri tumore proditum, esse piæ commouenda: daturumq; illum operam, ne conceptus cum prægnante simul interiret. Sperabat denique focerum ea, quæ pudēter tacebantur, & prudenter innuebantur, ita præſenti populo expositurum, vt factum vtrinque multo leuius extimaretur, quàm vt ultimo supplicio puniendum censeretur. Nec eam sua fessellit opinio. Illico enim ille sententiam reuocauit. quippe

Qui agnitis muneribus ait: Iustior me est, quia non tradidi eā Sela filio meo.

Super quo Hieronymus. Nō quod iusta fuerit, sed quod comparatione illius minus male fecerit, non vaga turpitudine, sed quærendo filios. Iudas enim libidinis impotens fornicari simpliciter voluit: Thamar autē nulla impulsā libidine, sed officio quodam, quod, aut non putauit esse illicitum, aut quātum esset illicitum minus aduertit, demortui semē suscitare molita fuit. Negato namq; dilato ve Sela sibi sponſo liberos suscipere, procurauit de cognato propinquiore, qui mortui pater erat

Hieron.

erat: idq; iuxta legē tūc tēporis latā, vel cōsuetudine approbatā, sed ab ea male intellectā, q̄ rata fuit licere sibi ad defūctorū patrē suscitādi feminis grā accedere. Id qđ nefas esse constat, eo qđ eiusmodi facinus Iudas detestatus.

Amplius eam non cognouit.

Demū si Iudā & Thamar inter se cōferas, & exacte dijudices, exploratū habebis, qđ quātū ad fornicādi incitamentū spectat, multo min⁹ qđ Iudas culpāda Thamar inuenitur, qđ tantū officioso quodā suscitāda plis affectu cū focerō suo cōcubere pcurauit. At ille Sela ex plēda libidinis causa ad alienā accessit. secundū quod ille fatetur dicens: Iustior me est, quia nō tradidi eā Sela filio meo. Si autē vtriusque crimē inter se cōpares, multo grauius peccauit Thamar, qđ Iudas: quā illa adulterio pariter & incestu polluta est: licet officiosa quadā ignorātia hæc in illa crimina minuāt. Hic autē tātūmodo simplicis fornicatōis reus est agēdus. Nullaten⁹ n. ad eā accessisset, si nurū agnouisset. Id qđ ex eo, qđ sequitur, euidenter est.

Attamē vltra non cognouit eā. Hic nobis apparet iust⁹ qđā p̄scorū pudor, quē i cōtrahēdo cū affinis suis matrimonio seruabāt. si qđ focerō erat illicitū illā sibi desposare, quā leuiter ipsi i vxorē ducere tenebāt. Deniq; euasit indēnis Thamar ignoscētib⁹ ei Iuda, atq; Sela, ad quos crimē vlciſci. l. remittere attēbat: idq; fecerūt idōea reddita populo ratioe, ob quā illi p̄ri⁹ ignoscēdū fuerit, ac subīde sublata de medio populari offēsiōe sūma eq̄tate i Thamar vti, materno ipsā officio fugi, qđ misere vita desugit, rectē et pb̄e maluerūt. Deniq; postqđ diligēter narrauit nobis Diuina scriptura dēceptionē, quā fecerat Thamar cōsequēter docet nos, qđ filij ei sint nati, dicens:

Instante autem partu apparuerunt gemini in vtero.

Nō qđ abo simul exteri⁹ fuerūt visi: sed qđ ex infātulorū de pri⁹ exēdo cōtētiōe obstetrix pitissima geminos esse indubitato cognorūt.

Atq; in ipsa effusione infantū.

i. cū p̄gnāsvtrūq; ifātē exteri⁹ sūdere niteret Vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit coccinum.

Coccinum pro coccineo filo posuit. Est em coccū rubens gramen in pretio habitū, quolanz in raborem tinguntur.

Dicens: Iste egredietur prior.

Hoc obstetrix dixit, qđ ita putauit euenturū, eūdēq; futurū esse primogenitū: qđ apud cū

etas gētes omni sub quo maximi factum est: Illo verò retrahente manus, egressus est alter.

Quippe cū protulisset manū Zara, iam iā foras exiit: cū int⁹ cōstrixit Phares, cōstritūq; retracta mā i lat⁹ cōcedere coegit: & statū Phares data sibi exēdi copia prior egress⁹ ē. Nō sic i colluctatiōe Esau & Iacob accidit: sed qđ pri⁹ exire cōat⁹ fuit, prior exiit, altero p̄cedētis plārā mā tenēte. Hic verò, qđ prim⁹ nasci nitebat: posteri⁹ nat⁹ ē. Ceterū vtrūq; diuino nutu euenit, vtrūq; chrī sacramēta cōtinebat vt ante nos sancti patres diuinit⁹ explicauerūt. Dixitque mulier: Quare diuisa est p̄pter te maceria? Et ob hæc causā vocauit nomē ei⁹ Phares.

Hierōym⁹. Pro maceria diuisionē aq̄la et Symmach⁹ trāstulerūt, qđ Hebraice d̄r̄ p̄r̄ Phares ab eo igit, qđ diuiserit mēbranulā secundinarū, diuisionis nomē accepit. Vñ & Pharisæi, qđ se q̄si iustos a populo separauerūt Diuisi appellari sūt. Ergo cū Zara primogenit⁹ esse debuerit, qđ a pri⁹ altero manū protulerat, rupta tñ oīno mēbranula Phares prior exiit, alterūq; primatu p̄uertit. Sup quo ita Diodor⁹ philosophatur. Aduertēdū est, ait, qđ natura qđ primogenitus erat Zara, qui prior manū protulerat. At vero Deus ipsi Phares tribuit principatū, ex quo genus regiū profectum est, & David, & ad postremū etiam Dominus.

Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinū: quē appellauit Zaram.

Hierōym⁹. Hoc nomē interpretat̄ oriēs. siue igit qđ prim⁹ apparuit, siue qđ plurimi iusti ex eo nati sūt, vt in lib. paralipomenon cōtinet̄

π̄r̄ Zara. i. oriēs appellat⁹ est. Enimvero, vt Chrysoſtom⁹ adnotauit, qđ nō temere, & absq; causa hæc facta sint, sed figura futurorū fuerūt, res ipse declarat. Neq; n. iuxta naturē ordinē hoc factū est. Quomō. n. erat possibile, qđ postqđ man⁹ ligata fuit coccino, iterū cōtraheret, & daret posteriori transitū, nisi diuina qđā virt⁹ hæc pri⁹ dispēsasset? & sicut vmbra qđā p̄figurasset, qđ ab initio Zara, qđ est oriēs? Sic. n. figura Ecclesie p̄spectare cœpit. Nā in eo qđ paululū p̄cedit & successit, legalis obseruatio per Phares significata subintravit, tēpore multo durās. Iterū in eo qđ successit: & prior (Zara in quā) p̄dijt, recessit oīs lōdaica cōsuetudo: sed forte fuerit necessariū idē breuius dicere: Fuerūt sicut Zara, qđ manū protulit

Hieron.

Diodor.

Hieron.

Chrysoſt.



Noe & Abraham. Immo ante illos Abel & Enoch, quibus magnum studium fuit, ut placerent Deo. Deinde, postquam in multos propagati, multa peccatorum onera collegerunt: opus autem erat, ut vel parvam aliquam consolationem haberent: data est Lex, ut umbra aliqua, non peccata tollens, sed ea demonstrans, & manifesta eis faciens, ut tanquam imperfecti filij, qui late pascuntur, adolere possent. Verum, quia neque hoc eis profuit, sed lege peccatorum magnitudinem monstrante ipsi iterum ipsi infermentati sunt, adueniens communis dominus noster spiritualem hanc & virtutibus claram vitam humano generi largitus est, cuius figuram Zara impleuit. Et

idcirco Euangelista etiam meminit Thamar & eorum qui ex illa nati sunt, & dicit: Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Denique cui non sunt satis ea, quae in hoc caput cōgessimus legat ea, quae Augustinus aduersus Faustum super eodem capite scripsit. quae, quanquam sint disertissima, propter vitandam prolixitatem huc non attulimus. Eadem quoque inuenies Apud Eucherium ex Augustino ad verbum translata. Sed iam quae ad Iudam attinent pro virili nostra pertractatis ea, quae de Ioseph consequenter traduntur, diligenter, quantum Dominus dederit, expendamus.

## Caput trigesimum nonum.

### Igitur Ioseph ductus est in Egyptum.

Superioris narrationis serie propter Iudam interrupta, praesenti repetitione historia Ioseph Scriptura redintegrat. Igitur Ioseph ductus est in Egyptum, quae quidem Aegyptus Hebraice מִצְרַיִם Mizraim dicitur quod interpretatur tenebrae. Congruit nempe mysterio, & locus, & nominis interpretatio: quia somnia, quae sub nocturno silentio Ioseph visa fuerant in Aegyptijs tenebris adimplenda erant, ac veluti luce meridiana coelitus illustranda. Iam enim Lux in tenebris lucebat, licet eam tenebrae non comprehenderent. Non quod tunc temporis Verbum caro factum esset: sed quod iam illa vera lux, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quantum volebat, & ubi volebat, & quando, & quomodo volebat, ubique gentium lucebat.

Emitque eum Phutiphar Eunuchus Pharaonis princeps exercitus sui vir Aegyptius de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat.

Qui fuerint hi Ismaelitae, quis Phutiphar, & quoties Ioseph venditus fuit superius explicatum est. Denique in seruum reuenditus est Ioseph: sed quia prudens, & sapiens erat, maior emente se fuit. Nec id mirum.

Fuit enim Dominus cum eo. Quid enim est Dominum cum aliquo esse?

nisi adesse illi, eidemque fauere? Dices. Hac ratione non erat Dominus cum Ioseph, qui exulabat: nec fauebat ei, quem barbaris seruire sinebat. Imo maxime: quonia mirabili Deus artificio exulem agebat, ut summa cum gloria aliquando regnaret seruitute Ioseph, ac paupertate premebatur: sed ut liberos ab extrema fame liberaret. Quin etiam ita ducebatur, ut patrem, fratresque suos quondam preseruaret, ne vel inedia perirent vel pro comparandis sibi alimentis in miserissimam seruitutem inciderent. Vis nosse, quam abunde huic corpore seruo, animo liberrimo Dominus aspirabat: considera quantas ei vires suggererebat, ut puer tener, & delicatus graue seruitutem magno supra aetatem pectore ferret. Comitabatur enim eum, ut Chrysostomus sentit, diuina gratia: & reddebat ei facilia omnia, quae graua erant. Haec dispensauit omnes eius res. haec mansuetiores ei reddidit negotiatores, & vendere archimagiro coegit, ita ut paulatim hac via procedens, & per rationes illas vadens ad regium thronum ascendere valuerit. Fuit itaque Dominus cum eo. Et erat vir in cunctis prospere agens.

Papae. Adolescentulum, eundemque, seruum virum appellat. At non immerito: sed quia supra aetate prudentissimus erat, quia omnia adque manum mittebat, foeliciter ei succedebant: quia seruilem conditionem maximo expectatae virtutis splendore obscurabat. Etenim quamuis

quamuis eius corpus seruitutis vinculis adstringeretur, spiritu tamen expeditissimus in vniuersis, quae aggrediebatur, prospere agebat: cuncta enim ad nutum ei succedebant. Quoniam ubique praecedebat eum diuina prouidentia: quia non erat ille ad oculum seruus, sed ut Domino placens. Si enim homini seruebat: ut in seruido illi, Deo summo maximoque vniuersorum Domino valde piacere, plurimum studeret. Non enim iniquo animo seruitutem seruebat, nec eam conditionem indigne ferens in diuinitatem obmurmurabat, tanquam iniuste permisit eum a paterna domo exulare, & alienis innocentem venire: cui tot tantaque bona per somnia non inania ostensa, promissaque fuerant. Verum Ioseph sortem quippe suam patienter tolerans, & in futurum omnem spem porrigens in omnibus caelesti numini gratias agebat. velut iam illud orationis Dominicae voto proferens: Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra. Huiusmodi denique terrenum in dominum sedulitate, & gratiosa in caelestem modestia promeruit, ita gratum esse Phutiphar: ut eum minime foris euagari: sed domi agere voluerit. ut esset sibi famulus quidam amanuentis.

Habitabatque in domo domini sui: qui optime nouerat esse dominum cum eo, & omnia quae gereret ab eo dirigi in manu illius.

Quaeras. quid illud est, quo ethnicus homo Dominum probo adolescenti praesentem esse, atque fauentem cognouerit? Responderi potest, duobus forte signis id illum percepisse. Primo quidem, quod, ut fertur, cum Phutiphar puerum eleganti forma praestantem in turpe ministerium emisset, praesto fuit ei Deo utpote castissimo, ne a flagitiosissimo tyranno autaminaretur. Percussit enim Deus Phutiphar tanta frigiditate, qua nullus in eo libidinis imperus excitaretur: id quod ubi praeter naturam sibi accessisse animaduertit, continuo omnem illum venereae voluptatis ardorem in se diuinitus extinctum fuisse crediderit, subductaque ratione coniecit, id euenisse sibi Deo pudicissimum adolescentem protegente, & a scedissima iniuria vindicante. Secundo ille seire potuit Domino praesente, valere Ioseph, quod a deo foeliciter ei succedebat, quidquid ille faciendum aggrediebatur, ut certissimum Phutiphar haberet su-

pra omnem humani consilij vim tanquam prosperos euentus illius sequi conatus: eosdemque referendos esse in superiorē quandam causam, atque diuinam vim, quam omnis rerum natura Deum esse fatetur. Et praesto hoc est, quod ipsa nos Scriptura docet cum, dicto, quod dominus eius optime nouerat, esse dominum cum Ioseph, & vestigio, velut indicas eiusmodi notiois causam, adiecit: Et omnia, quae gereret, ab eo dirigi in manu eius. Nulla enim res per Ioseph gerebatur, quae praeter opinionem quoque heri sui prosperum euentum non haberet. Id quod Deo autore cōringere Aegyptius & sapienter animaduertit, & vtiliter credidit. Quamobrem huic adolescenti virtute praestanti: & virili probitate conspicuo: & in ipsa seruitute ingenua quadam libertate gaudenti, merito accommodari potest illud Psalmistae: A Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius volent. Direxit re vera Dominus sancti Ioseph gressus, & pienuissimam mentis eius viam, affectionemque probauit: mirificamque dominus ei vim suggestit, ne in miserabilem procais heri seruitutem protrusus alieno peccato collideretur, nec aduersitate praesente fractus ab optimo recte viuendi iustituto auerteretur. Fuit enim semper praesto Dominus, supposuitque manum suam, ne probus adolescens in aliquod turpe laberetur: ut indigno statu iacentem erigeret, & cuncta stantis facta dirigeret, operaque fortunaret. Talibus demum auxilijs adolescens obseruatifissimus diuinitatis cultor fouebatur, quae illum & in aduersis & prosperis ab omni errore, atque turpitudine immunem tulerunt.

Inuenitque Ioseph gratiam coram domino suo: & ministrabat ei.

Hoc etiam muneris est diuini, talibus seruū moribus, fide scilicet, & prudentia, atque solertia esse praeditum, quibus in rebus dominicis gerendis alacriter vsus domino suo prorsus placeat. Id quod ex eo constat, quod de Tobia viro in primis bono scriptum est: Et quia memor fuit Dei in toto corde suo, dedit ei Deus gratiam in conspectu Salmanar regis: & dedit ei potestatem, ut, quocumque vellet, iret. Sic & hic adolescens, quia dedit Deus ei gratiam, ut placeret domino suo: ministrabat ei non dubium quin ut quidam ingenuus amanuentis, & a secretis minister: tantaque fide, ac veritate heri sui negotia tractabat: ut indies apud Deum meritis cresceret, & apud dominum tuum maiori gratia aueretur. Idque adeo, ut vniuersa illius

substantia ad nutum Ioseph disponenda fuerit commissa à domino suo.

A quo prepositus omnibus, gubernabat creditam sibi domū: & vniuersa quæ tradita ei fuerant.

*Chrysof.* Chrysofostomus. Vidisti, quantum sit superna manu adiuuari? Ecce enim & iuueni, & peregrino, & captiuo, & seruo à domino tota domus creditur. Dicit enim: Et omnia, quæ habebat, dedit in manus Ioseph. Quare? Quia cum superna gratia Ioseph suos obtulit mores, gratus enim ei erat. hoc est, cum magna gratia faciebat omnia. Deinde volens eum Deus misericors in maiori libertate constituere, non liberauit à seruitute, neque libertatem ei dedit. Hic enim mos est Deo, ut non liberet à periculis viros virtute claros, neque à tentationibus liberet: sed in ipsis tentationibus tantam suam declaret virtutem, ut tentationes ipsæ eis fiant occasio letitiæ magnæ. Propter hoc & beatus Dauid: In tribulatione dilatasti mihi. Nō tribulationem, inquit, abstulisti, neque ab ea liberatum in relaxatione esse voluisti: sed id quod est miraculū, & per quam rarum in medio tribulationis constitutum absque pauore esse me fecisti: illud sane & hic fecit Dominus.

Benedicit enim Dominus domui Egyptij propter Ioseph.

Tanti est bonum habere seruum, ut propter serui probitatem improbus etiam dominus benedicatur. Quæ autē fuit ea benedictio? Proculdubio rerum omnium incrementum. Sequitur enim.

Et multiplicauit tam in ædib⁹, quam in agris cunctā eius substantiam.

Quidquid enim Phutiphar tam domi, quā ruri possidebat in gratiam Ioseph Deus ei auxit. Barbarus itaque vbi didicit, quod is, qui ut seruus habebatur, Deo peculiariter gratus esset: omnia bona sua eius manui subdidit.

Nec quicquam aliud nouerat: nisi panem, quo vesceretur.

Bifariam hæc vltima clausula intelligi potest. Nā si ad Ioseph ea referatur, sensus est: Quod adeo fidelis & prudens erat in rebus domini sui dispensandis, ut nihil suum ipsius nosset, præter id, quo cotidie vesceretur: per panem

enim vniuersa designauit, quibus ad victum cotidianum mortalibus opus est. Hinc & in oratione Dominica, Panem cotidianum, pro diurno victu pleriq; accipiunt, licet ad Eucharistiæ sacramentum eadem quoque præcatio pertineat. Porro est in hac etiam parte dignis fide sua laudibus iustus hic adolescens exornandus. Rarissimum enim alienæ substantiæ dispensatorem adeo fidum inuenias, qui de rebus domini sui non hanc vel illam sibi vendicet. Quare velut de re inuentu difficili Paulus inquit: iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Sed aptius multo ad dominum, quam ad seruum eadē clausula refertur, ut intelligamus, Phutipharē, sic omnes res suas eidem Ioseph pro arbitrio suo dispensandas commisisse: sic omnem gubernandæ domus curam in illum reiecit: ut nullam rationem rerum gestarum ab eo dominus eius exigeret, contentusq; ageret, ut sibi quæ ad victum, atque vestitum necessaria sunt, opportune suppeditarentur. quo liber à domesticis negotijs, Ægyptio tyranno expeditius obsequeretur. Nonnulli argutius hunc locū enarrant. Putant enim hoc in loco coniugale negocium honesto verbo insinuari, ac si panis pro vxoris corpore positus sit: sicut & verbum Vesci pro eo quod est Coniuge ad prolem gignendā vti. Et qui hæc sentiunt, in assertionis suæ firmamentum illud afferunt, quod in Prouerbij sub eadem figura meretrix stultum adolescentem alliciens inquit: Aquæ furtiue dulciores sūt, & panis occultus suauior. Et iterum de meretrice ibidem scriptum est. Comedit & abstergit os suū, & dicit. Nihil mali operata sunt. Hinc aiunt, prædictis verbis insinuatū esse, vniuersa fuisse Ioseph à domino cōmendata præter vxorem, quæ nemini sit comedanda. Cōfirmatur & hic intellectus eo, quod idem Ioseph, ut petulcam dominam à se reijceret ei dixit: Ecce omnibus mihi traditis dominus meus ignorat, quid sit in domo sua: nec est aliquid, quod non sit in mea potestate, vel mihi non tradiderit præter te, quæ vxor eius est. Denique qualis qualis sit hæc expositio hinc saltem vnum non contemnendum contra perfidos Iudæos habemus: ut non possit eis videri, aut nouum, aut violentum, quod nos illud Hieremiæ, Mittamus lignum in panem eius, de dominica cruce, & sacratissimo Christi corpore intelligendum esse asserimus. Id quod ipsi Iudæi pessima pertinacia adhuc pernegant, sicut & filij Iacob fratris sui venditionem à se factam pernicioso mendacio dissimu-

dissimulauerunt, ne tanti criminis rei haberentur. Sed hæc hæc tenus.

Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu.

Omnis humani corporis pulchritudo debita quadam membrorum proportionē, viuidoque, ac suauis colore superinfuso constat. Pulcher igitur erat Ioseph eo, quod forma vultus illius pergrata albi rubriq; coloris temperatura nitebat, nec non & inter se singulæ & simul omnes corporis eius partes aptissima membrorum cōmensuratione sibi congruebant. Accedebat & stellantia oculorum lumina, quæ formosam faciem illustriorē reddebant. Deniq; decorus quoq; erat aspectu, quoniam speciosus totius corporis eius habitus cum pulchra facie mirifice consentiebat: totūq; iuuenem mire formosam reddebat. Accedebat & Grator pulchro veniens in corpore virtus, quæ illum longe elegantiorē, atque commendatiorē faciebat, adeo, ut hac quoque in parte Christum præfiguraret. Nā sicut Ioseph in Ægyptum descendit & eum Pharaonis eunuchus emit: ita Christus in mundum deuenit: eumq; populus ille, qui se propter regnum cœlorum castrauit, catholice fidei argento sibi comparauit. & sicut sancti Ioseph decore pulcherrim⁹ hic memoratur: sic & Dauid rex atque propheta Iesu Christi regis nostri summam pulchritudinem diuinam pariter & humanam decantat dicens: Speciosus forma præ filijs hominum diffusa est gratia in labijs tuis. Super quo Hieronymus ita differit. Quæritur autem, quomodo pulchrior sit cunctis filijs hominum dominus Iesus, de quo legitur in Esaiā, Vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem? Neque tamen Scriptura dissonare videtur. quia apud Esaiam ignobilitas corporis propter flagella, & sputa, & alapas, & clauos, & iniurias patibuli commemoratur: in psalmo autem pulchritudo virtutum sacro, ac venerando corpore. non quod diuinitas Christi hominibus comparata non formosior sit. hæc enim non habet cōparationem: sed quod absq; passionibus crucis, vniuersis pulchrior est, virgo de virgine, qui non ex voluntate viri, sed ex Deo natus est. nisi enim habuisset in vultu quiddam sydereum, nunquam eū statim secuti fuissent Apostoli: nec qui ad comprehendendum eum venerant corruissent: legentes quoque illud: Iesus crescebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum & homi-

nes. Et in alio loco: Admirabantur omnes super verbis gratiæ eius, quæ egrediebantur de ore illius. & quod in potestate habebat sermonem, intelligere possumus: quo sensu dictū sit, Effusa est gratia in labijs tuis: & quod Ioseph non solum spiritali, corporaliq; pulchritudine sed etiam morum grauitate, & liberali affabilitate, & decētissima in dictis, & factis modestia Christi figurā gesserit. Quāobrem minime damnanda est rerum natura, quæ diuino quodam artificio de pulchro pulchrum ducit: & si pulchritudine mortales in turpes voluptates abutantur, sed improba illorum libido reprobanda est atque condemnanda, quæ absque vllō rationis freno furibunda passim diuagatur, quæ neque humanos, neque diuinos oculos veretur, quæ nihil tam sanctum putat, quod flagitiosa improbitate non impetat. Nam, obsecro, quem non audeat adoriri semper pudicis moribus infesta hominum petulantiā, quæ ausa fuit aded petulanter aggredi Ioseph virum probū, modestum, grauem, pudicum, dominoque suo fidissimum, & quod omnium maximum est veræ religionis obseruāissimū: En tibi quod se proripiat in domita, nec vnquam pudicis contenta carceribus improba venus: sanctissimum iuuenem antiqui serpentis infecta veneno, & stimulis agitata domina appetiuit. Nam ut eleganter Chrysofostomus ait: Mala bestia est diabolus. ut primū enim viderit iustum Domino gratum esse, & per ea, quæ putantur aduersa, clariorem fieri, fremit dentibus, & insanit: neque videre potest iustū quotidie magis & magis clarescere: sed profundum barathrum effodit, & præcipitium parat: quod illum maximo, ut arbitratur, damno afficiat: & tempestatem excitet: & violentū naufragium faciat. sed discit non post longū tempus, quod contra stimulum calcitret, & contra suum caput operetur omnia. Interim autem iusti viri incrementis inuidens, quem aduersis non fregerat, prosperis emollire conatur: & antique fraudis memor, qua primū hominem fraude interceperat, hunc quoque constantissimæ castitatis iuuenem per mulierem decipere tentat, dominamque castissimi serui amore inflammauit.

Post multos itaque dies incit domina oculos suos in Ioseph.

Post multos, ait, dies: quia iā duodecim annis vel amplius trāserāt, ex quo Ioseph ad eunū

Luc. 4.

Psal. 44.

Chrysof.

Psal. 44.  
Hierony.

Esa 53.

Luc. 2.

1. corin. 4.

Prouer. 9.

Hiere. 11.

chi domū tractus fuerat, qñ dña illius amore capta fuit: siquidem cum primum, impudica domina à pudico famulo repulsa, fuit de adulterio falso accusatus: & suspiciōi habitus, in carcerem coniectus est, nec non multis postea diebus eductus de carcere corā Pharaone stetit, iam trigessimū ætatis suæ annum agebat. Quæ igitur tot annis prioribus serui specie capta minime fuerat, nunc Satanæ suffratorio in illius amorem incensa in eum oculos coniecit. Quid enim aliud est, dominam in seruum oculos iniecit, quàm illum adamasse? Amātibus enim in primis visa forma placet, mox oculorum aciem in illa figentes assiduo aspectu lōgum amore combibūt, simul & nutriunt: donec cupidinis ignibus incensi, adeo libidine furiant, vt nihil intentatum relinquunt, vt tandem adamata forma fruantur. Ecce Ioseph hera inecsa amoris igne adeo furit, adeo fruendæ pulchritudinis, quæ in seruo eminebat, impetu fertur: vt posthabita dominæ dignitate, abiecto viri timore, cōtemptra fama, nulloq; honesto artificio ei, quem tātōpere amabat, sese insinuarit: sed omni pudore profligato ad illegitimū & sciniquissimum concubitum ipsum petulantissime prouocarit, inquit:

**Dormi mecum.**

Quid aut apertius, aut impudentius effunde te potuit? Verum quanto domina fuit illiberalior & impudentior: tanto seruus liberalior & pudentior extitit.

**Qui nequaquam acquieuit operi nefario.**

Omne adulterium proculdubio flagitiū est nefarium: quia eo tum castitas prodigitur, tū iustitia violatur. Adulter enim non tantū in pudico concubitu polluitur, sed etiam alteri iniuriam irrogat, cuius vxore abutitur. Ad hæc si adulterium in dominum suum perpetraret, proditorium est facinus, haud simplici nece plectendum. Pudicus igitur adolescēs, non solum impudicæ dominæ nō paruit, sed etiam talibus verbis oblatam sibi turpitudinem auersatus est, quibus eam ab infania reuocare conaretur. Nam vt procacis heræ impetum retunderet,

**Dixit ad eam: Ecce dñs meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua: nec quicquam est, quod non sit in**

mea potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius. Quomodo ergo possum malum hoc

In Hebræo additur, hagedola,

**Tam grande facere, & peccare in Deum meum?**

Duobus plane validissimis rebus castissimus iuuenis intemperatissimæ sceminæ libidinē reprimere tentauit, gratitudine videlicet in herum, & timore in Deum. Ad fidem enim hero suo maxime seruandam adstringebatur maximis beneficijs, quibus ab illo fuerat affectus: quæ quidem beneficia dominæ suæ commemorauit, vt ipsa metā in aduerreret, appetitioni eius se nō posse acquiescere, si nō esset hominum ingratiſsimus pariter & nequissimus. Id quod erat alienissimum à viro studiosissimo, qualem eundem esse Ioseph illa bene nouerat. Deinde Ioseph, vt lethalem dominæ plagam daret, & recordari faceret viri beneuolentiæ, & persuaderet ei ne tam ingrata esset erga cōiugem suam, inquit: Nihil est quod non tradiderit mihi præter te. Ad Dei autem timorem spectat, quod dixit, Quomodo ergo possum malum hoc tā grāde facere, & peccare in Deum meum? Vigebat enim in sancto Ioseph naturalis legis lumen humanis mētibus diuinitus impressum qua adulteria omnino prohibentur. Nulla enim est gens adeo bruta, quæ congressus cū alienis coniugibus tanquam illegitimos non abominetur, veter, puniatq;. Dices. At Plato tanti nominis philosophus vxores censuit esse communes. Censuit ille quidem, sed perperam & insipienter: optimoq; iure ea de re Aristoteles eius discipulus validissimis argumentis illum redarguit. Sed vnde tantus ille philosophus in tā scdū incidit errorem? In de profecto, vnde alij, de quibus Apostolus ille vere diuinus inquit: Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerūt: sed euauerūt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipies cor eorū: dicētes se esse sapientes stulti facti sunt. Igitur quoniā ea, quæ in Testamento veteri sanctè tradita Plato legerat, & ineptis fabulis miscuit & impie deprauauit: vindice Deo pmisus est in pudendos errores prolabi, qualis hic est de communicādis vxoribus, nō modo philosophicis decretis, sed omniū quoq; gētū cōsensu reprobatur, & procul explosus.

Hæc

*Eusebi.* Hæc demum quæ de Platone diximus ita se habere Eusebius Cæsariensis in libro De præparatione Euangelica copiose & luculente commonstrat. Ioseph igitur sciens, si coniugij sanctitatem violasset, offensurum se illius autorem, quem nullus vnquam impune offenderit, libidinosæ sceminæ suam in dominum fidem, & mariti eius autoritatē, & Dei timorem nequissimo sceleri sapienter opposuit. Et, vt ait Chrysostomus: Quoniā enim illa solitudinem obseruabat, & tempus exoptabat, quo latere poterat virum, & omnes qui in domo erāt, dicit, Quomodo possum facere malum hoc, & peccabo coram Domino? Quid enim putas? Et si fecerimus, vt res clam sit omnibus hominibus: ab oculo tamē illo, qui dormire nequit, latere non poterimus: illum solum timere oportet, & tremere, & pauere. vt ne in conspectu eius male quippiam faciamus. At illa neq; serui gratitudine nec mariti beneuolentia, neque Dei metu respicit, aut mouetur, aut deterretur. obdura uerat enim cor suum supra petram, declinās oculos suos, ne videret cœlum, nec intelligeret iudicia iustorum verborum. Quinetiā vbi primo aggressū pudorem amiserat, & repullā dolore percita, & maiori negati concubitus desyderio incensa (nam Nitimur in veritum, cupimusque negata) acrioribus indies dictis, & in festioribus assultibus optimum ministrū pessima domina appetebat, & ducebat.

**Huiusmodi,**

Inquit,

**Verbis per singulos dies loquebatur, & mulier molesta erat adoleſcenti. Et ille recusabat stuprum.**

O mirabilem adolescentē, o insigne colēdæ pudicitie exemplū, cuius animus, neq; sceminis blanditijs allici, neq; vllis promissis moueri, neq; dominæ venustate capi, neq; autoritate, trahi, neq; quotidiana instantia deflecti potuit, vt nefario flagitio consentiret. Preclare Gregorius ille magnus. Quisquis mundi huius successibus eleuatur, lenocināte cordis lætitia tentari se luxurię stimulis sentit, Ioseph factum ad memoriam reuocet, & in arce se castitatis seruet: qui cū sibi à domina conspiceret, pudicitie dāna suaderi, ait ei: Ecce dominus meus omnibus mihi traditis. & cætera. quibus verbis ostēditur, q̄ bona quæ assecutus fuerat, repēte memoria reuoluit: &

*Gregori.*

malū, quo pulsabatur, eiecit: & quia percepit gratiæ meminit, vim culpæ imminentis fregit. Quū enim voluptas lubrica tentat in prosperis, hæc ipsa sunt prospera aculeo aduersitatis premenda: vt eo erubescamus praua cōmittere, quo nos meminim⁹ à Deo gratuita dona percepisse, & illatam gratiam exteriorum vertamus in arma virtutum, & sint ante oculos, quæ percepimus: vt, quæcunq; nos illiciunt, subigamus. Quia enim voluptas ex prosperitate nascitur, eiusdem est prosperitatis consyderatione ferienda, quatenus noster hostis vnde oritur, inde moriatur. Ca uendum quippe est, ne acceptū munus vertamus in vitium, ne per fauorem vitæ ab sorbeat vorago nequitie. Iram namq; cōtra nos superni iudicis inextinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius ex ipsa etiam sua largitate pugnemus. Deniq; quanto probus famulus in seruāda castimonia cōstantior erat, tanto illius hera improbiore fuerat amore.

**Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum: & operis quippiam absque arbitris faceret.**

Et enim introiuit Ioseph heræ suæ habitaculum haud vtiq; prauo affectu, vel inconsiderata temeritate: sed vt ex officio quod instabat, opportune perageret. Absq; arbitris, inquit. Nullus enim ibi aderat, quia cuncti domestici ad festa, ludosq;, qui eo die celebrabantur, aspiciendos domo recesserant, excepto vno Ioseph, qui solus omnium idola minime colebat. Hunc diem patrando sceleri libidinosam sceminā destinasse Iosephus tradit, vt sola solū inuaderet, quia solitudo consummandæ nequitie opportuna videbatur. Itaque cū

**illa apprehensa lacinia vestimenti eius diceret: Dormi mecum.**

Id est, virili coitu mecum concuba. Hoc em sensu verbum Dormire, cū ad maris & sceminæ concubitum refertur, in multis Scripturarum locis accipiendum est. Est enim Hebraicū idioma de violenta maris & sceminæ in eodē lectu iacentiū coitus p̄suptiōe. Id qđ clare patet ex eo, q̄ apud Exodū præcipitur, Omnis qui cū iumento dormierit morte moriatur. Nā pro eo quod in Latino est Coierit, in Hebræo est. כָּבַד cubans, vel dormiens.

*Iosephus*

*Exod. 22*

alioqui quid absurdus esset illa lege, si dormire pro coire non acciperetur? Nam obfero, quoniam lex sub capitali poena prohibet, quod sine vilo crimine fieri licet? Ceterum vides, o dilecte, quod quanto temperatissimus adulescens procacissimam mulieri sui copiam constantius pernegabat: tanto ardentius ea sibi fieri illa affectabat. Vides, quemadmodum, ubi femina contempti frena pudoris dirupit, nullum infano amori modum adhibet. Sicut haec, quae impudentissimam manus iniecit in eum, quem verbis allicere nequie rat: sed frustra: iam enim ille superna gratia adiutus per virtutem ad continentiae certamina, adeo animum obfirmauerat, ut extremam potius calamitatem libenter pateretur, quam aliquid turpiter ageret. Quippe

Qui relicto in manu illius pallio, fugit, & egressus est foras.

Ceterum bene quidem poterat robustus iuuenis de femineis manibus vestem ad se trahere: sed perurbane suae conditionis memor cum domina contendere noluit. Ad hoc valde prudenter praesentaneum periculum celeriter fuga euasit. illudque Apostoli, quo iubemur, fornicationem fugere, cum vestis dispendio, imo cum vitae discrimine, alacriter praestitit. Nouerat enim, quam saeuus sit contemptus amor: sed maluit pudicus adulescens, periculose negare, quam nequiter agere. Quid illa? Nimirum sentiens se prorsus neglectam infaniuit. Sic enim habet.

Cumque vidisset mulier vestem iu manibus suis, & se esse contemptam: vocauit homines domus suae.

Etenim haec Aegyptia non ferens confusio-nem & opprobrium, in qua seipsam iniecerat, crudelia attentauit nimio scilicet amore in odium capitale mutato. Omnis enim mulier, quae proba non est, aut maxime amat, aut summe odit: medium inter vtrumque tenere nescit. Decreuit igitur inanimis bellua, quam immeritas tam acerbas de innocente ministro poenas sumere: eumque subdola accusatione praue-niens, ne ipsa forte ab illo traduceretur, quamuis id alienum esset, a modestia Ioseph, vocauit homines domus suae.

Et ait ad eos: En introduxit virum Hebraeum, ut illuderet nobis.

En, particula exprobandis est, qua abusa paucis verbis maximam in maritum inuidiam & summum in Ioseph odium concitat. Nam primum imprudenter virum suum arguit: quod mancipium sumpsit ex Hebraea gente Aegyptiis exosa. Deinde rei indignitatem auget, quod homo alienigena & ex natione Aegyptiis ingrata oriundus, nec non extremae fortis, nepe seruus, nobilissimae feminae, du-cis exercitus vxori, suaeque dominae vim inferre tentarit.

Ingressus est, ait, ad me, ut coi-ret mecum.

Vides qualiter negatae voluptatis furore estuans, innocentem feraliter calumniatur. Et quem nefando scelere contaminare nullatenus poterat, verisimilibus coniecturis diffamare nititur, dicens:

Cumque ego succlamassem, & audisset vocem meam: reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras.

Sane pro eo quod Latinis est, Et reliquit pallium, quod tenebam, Hebraica sic habent וְיָצֵאתִי בְּפָלְטִי & reliquit pallium suum penes me. Consentiunt & Septuaginta, κατὰ τὴν ἰσχυρίαν αὐτοῦ παρέμεινεν, relin-quens vestimenta sua apud me. Ex quo videtur mulier minime fateri se pallium Ioseph manibus suis tenuisse: ne contra se ipsam in-dicium proferret: sed asserit ipsum Ioseph fugientem, vestem suam apud se reliquisse. For-te diuus Hieronymus scripsit, Tenebar: & alius quispiam pro Tenebar, tenebam suppo-suit. Sed de hoc alienum sit iudicium: nobis sit satis locum notasse.

In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum. Et ait: Ingressus est ad me seruus Hebraeus, quem adduxisti, ut illuderet mihi.

O misera & calamitosa, non ipse introductus est, ut illuderet tibi: sed diabolus te induxit, ut non solum adultera fieres, sed & ut homicidium procurares. Attende lector, quam inuidiose cum marito suo agat. Eum namque non obscure mordet, quod Hebraeum hominem, vilem, venalem, odiosum in domum re-cepit

ceperit: quodque sic eum dilexerit ac fouerit, ut nimia domini indulgentia elatus domine turpiter illudere tentauerit: se vero e contrario prudentissimam, castissimam, & maxime probam feminam iactat: scilicet, quod opportuno clamore vim iamiam sibi inferendam reiecerit. Hoc est enim quod inquit:

Cumque vidisset me clamare, reliquit pallium: & fugit foras.

Non est hoc, quod te vrit feminarum imprudentissima: sed ardebas amore: eximia adulescentis forma capta agebaris: decentissima honestissimi viri urbanitate, velut ferreis catenis constricta tenebaris: iam inde venis poculo ebria insaniebas, ex quo coniectis in formosum iuuenem oculis pudore simul & probitatem deposuisti. Nonne tu castissimum adulescentem aggressa es impudentissime: nonne tu ipsa, tanquam aspis surda, quae non audit vocem incantatoris, & venefici incantantis sapienter, quamuis obiectis tibi gratissimi serui fide, mariti tui benevolentia, & autoritate, summi iudicis timore, recte monenti obtemperare noluisti? Quin etiam indies magis ac magis caeca libidine insanior probo adulescenti infestior eras: donec abrafacia facie, quasi renitenti vim illatura vestimenti eius laciniam procaciter tenuisti. Qua igitur fronte audes innocentem seruum ad dominum traducere, fidum calumniari, pudicum incestare? Nonne satis debuit esse tibi, thori fidem, quantum in te fuit prodidisse? & coniugalem castitatem temerasse: nisi etiam impudica pudicitiam mentiaris, ut pudicum immaniter vlciscaris? Perge male sana innocenti nocere. perge fallaces nebulas alienis oculis obfundere. perge clementem dominum in seruum plurimum frugi incitare. Ca-rebis nihilominus cupitis amplexibus. Haec tibi nunc maxima poena. Dabis & postea multo maiorem. tunc proculdubio, quando pro flagitij, facinorisque tui ratione extremis cruciatibus torqueberis illic, ubi ignis, sulphur, & spiritus procellarum est pars calicis eorum, quorum tu crimina sectaris. Forte, quae tua est impietas, dices: Interim mei contemptor, vel occidetur, vel in carcerem intrudetur. Esto. sed tu quoque vtrumuis impotenter feres, & valde dolebis cum illius aspectu carueris. Non enim Euripus alternis fluctibus toties mouetur, quoties vos permutatis affectibus fluctuatis.

His auditis dominus, & nimium

credulus verbis coniugis, iratus est valde: tradiditque Ioseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur.

Quaquam Phutiphar gratis vir esset, iure tamen reprehenditur: quod nimis facile credidit vxori de seruo querenti, quem probissimum fuerat expertus. Debit enim prius, quod reum damnaret, diligentissime perscrutari: vtrum res ita haberet, nec ne: quippe qui bene sciret, muliebrem genus varium semper esse ac mutabile. Solent enim vxores, quae probae non sunt, in famulos, quamlibet probos, temere excandescere, ac insurgere: si vel eis ad votum non pareatur, quiddam illud sit, quod iubet, siue honestum siue turpe: vel si illis inuideant: quod in viros suos sunt studiosiores, eisque acceptiores. Sed illud valde mirandum est, dominum qui peccatum a seruo in se commissum esse credidit, eum extremo supplicio non damnasse (dignus enim erat capite plecti) sed tantum in carcerem coniecisse. Quare vel ibi voluit eum custodiri ut rem exactius cognosceret, vel potius occulto Dei consilio in carcerem ductus est, ubi somniorum interpretatione illustrandus erat. Considera obsecro cum Chrysofomo hic communis omnium Domini misericordiam: quia sicut a fratribus eripuit, volentibus eum interficere: & effecit primum quidem, quod iuxta consilium Ruben in cisternam immitteretur, & postea iterum iuxta consilium Iudae negotiatoribus venderetur, ut somniorum euentus compleretur, & fidem facerent iusto, quod non frustra, neque temere haec praesignata essent: ita & nunc superna manuserat, quae barbarum detinuit, & non permisit ad eadem iusti festinare. Quid enim prohibuisset eum hoc facere, cum intelligeret, illum attentasse violare suum lectum? Verum omnipotens Deus tantam fecit illi exhiberi clementiam, ut iniectus in carcerem, etiam illic suam declararet virtutem: & sic ad principatum regni veniat. Admiraberis, o lector, & merito admiraberis, tantam in hoc adulescente castitatem, rarissimam in tam egregia forma pudicitiam pene diuinam, in tam acri tentatione continentiam. Verum diligenter quoque animaduerte, si-ne admirabilius, tantum in tanta innocentia silentium. Obmutuit enim & siluit a bonis, quamuis dolor eius renouatus esset. Iam enim imitabatur superna gratia praesentis, diu-nissimum illud coram Pontifice, & Herode;



& Pilato domini nostri Iesu Christi silentiū. tacebat præterea: ne, si purgare se de obiecto crimine pergeret, seruus cū domina sua mendaciter, & illiberaliter cōtēdere videretur. At qui tacet, cōsentire videtur. Sed quid proderat ei, per strepero clamore se velle defendere qui nec audiretur? imperiosæ enim dominæ autoritate premebatur. Quare prudēter melius esse censuit, causam suam soli Deo tuendam committere, quàm cum furibunda fœmina in cassum litigare. Denique innocens carceri traditus est:

Et erat ibi clausus.

Tenebatur clausus probus vir haud minus forti animo carceris horrorem sustinēs, quā pudico castitatis honorem seruauerat. In vtroq; merito commendandus est, qui neque prosperi elatus, neq; aduersus fractus: sed summa in Deum fiducia nixus, tam hæc, quàm illa æqua mēte tolerabat. Iam enim illud Hieremiæ secū spiritu loquebatur: Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum: bonus est Dominus spectantibus in eum: animæ quærenti illum: Bonū est sperare cum silentio salutare Dei. Denique talis hic fuit, qualis ille, de quo illico subditur: Bonum est viro cum portauerit iugum ab adulescētia sua: sedebit solitarius, & tacebit: quia eleuauit se supra se. Hæc de mirabili Ioseph silentio dicta sint. Ceterum, quia Ioseph multam de se virtutem præstabat, supernā semper ei gratia aderat: nec defuit certæ fidei certus sperandarum rerum euentus. Nā sequitur.

Fuit autē Dominus cū Ioseph: & misertus est eius.

Alterum explanat alterum. Nam quid aliud est, alicui Dominum adesse, quàm eius misereri? Miserebatur autem Dominus Ioseph, quia cuncta eius opera secundabat: eundēq; intra cordis secretum mirifice consolabatur: & adeo roborabat, vt forti animo, tum carceris sordes toleraret, tū constantissima mentis fiducia somniorum euentus expectaret.

Deditq; ei gratiā in conspectu principis carceris.

Et quam gratiam? videlicet, vt Ioseph egregia virtus præfecto carceris esset gratissima, idemq; com modis, & opportunis obsequijs esset illi adeo gratiosus, vt cuncta regie carceris

negotia ipsi gerenda committeret.

Qui tradidit in manu ipsius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur.

Ergo Ioseph non erat vinctus catenis: sed libere intra carceris domum euagabatur, ceu qui haberet potestatem ligandi, atq; soluēdi: immo & procurandi omnes, qui in carcere detinebātur. Hoc enim est quod sequitur.

Et quicquid fiebat sub ipso erat nec nouerat aliquid cunctis ei creditis.

Hoc est tantam fidē carceris princeps ipsi Ioseph adhibebat: vt nullā ab eo rationē exigeret earum rerū, quæ per eū gerebantur.

Dominus enim erat cum illo, & omnia eius opera dirigebat.

Scilicet: vt rectissime dispensarentur & felicissime succederent. Denique bene ac digne ille sapiens egregius illustrium virorum prædicatōr de hoc fidissimo mancipio, casto iuvene, proboq; viro dixerit hæc: nēpe Diuina sapientia venditum iustum nō dereliquit: sed à peccatoribus liberauit eum: descēditq; cum eo in foueam. Cōsidera dilecte coeleste in hoc iusto exercendo, promouendoq; artificium. dolens & pene inuitus fratres suos de crimine pessimo, vti corriganur, apud communem patrem accusat: verum hoc tristi, sed salubri officio, misericorum de se somniorū visionē promeretur. Enimvero concepta inde exultatio proxima persecutione reprimitur: in cisternam à fratribus demittitur, vnde diuino consilio mox extractus in seruitutem reuenditur. Rursum bonitate eius Domini, qui eum emerat, abunde fouetur: sed incitata aduersus eum ab hera sua grauissima tempestate in carcerem cum flagitiosis, & facinorosis concluditur: opitulante autem ei Deo inter vinctos, tanquam liber, habetur. Et dū miseris pietatis officia præstat, verax somniorum interpret agnoscitur. Sic demum optimus rerum parens amicos suos modō tristibus exercet, ne superbiant: modō lætis fouet ne desperent. Denique quàm dextere gratia sibi collata Ioseph vsus fuerit, consequenter Scriptura declarat dicens.

Caput

Caput quadragesimum.

His itaque gestis, accidit, vt peccarent duo Eunuchi, pincerna regis Egypti, & pistor domino suo.

Quibus gestis? His profecto, quæ narrauit, post factam, videlicet, calumniam, postquam Ioseph condemnatus est in carcerem. & non hoc solum: sed & postquam significatum est nobis, quod Dominus cum eo fuerit: & q̄ præfectus carceris omnia, quæ ibi erant, ei commiserit, vt per illum administraretur. Post hæc enim omnia, accidit, vt peccarent pincerna regis Egypti & pistor domino suo regi Egypti. Sic enim habet in Hebraico. Nam eunuchorū in hoc contextu nulla mentio fit, sicut nec apud Septuaginta: duo eunuchi tacentur hoc loco: *αρχιουβουχοος, & οβουχιστις*, id est, pincernarum princeps, aut princeps vinariorum, vt habet antiqua Latinorum æditio, ac pistoribus præfectus. Ergo illud, Duo eunuchi, in hunc locum est translatum, quod paulo post declaratur, vbi dicitur: Et iratus est Pharao contra duos eunuchos. Cæterū pincerna vocatur, qui domino pocula ministrat. Hieronymus. Nec vile putatur officium: cum apud reges barbaros vsq; hodie maximæ dignitatis sit, regi poculum porrexisse. Pistor autem is est, qui frumenta in pilis pinfit. Nunc autem dicitur, qui panem coquit, & facit: quin & Atteius capito, pistorum tantum eos, qui far pinsebāt, nominatos esse tradit: eosq; coque re solitos panem tostum lautioribus. Quod autem fuerit horum ministrorum peccatum non est temere definiendum, cum ex literæ contextu minime liqueat, nisi quod verisimile est, eos deliquisse, vel in exequendis muneribus quibus operas suas accommodabant, vel in reddenda ratione sumptuum, qui per eorum manus quotidie fiebant. Nam vulgo frequēter accidit ministros parum fidos, aut negligentiores in ea arte, quam exercēt, delinquere: nam alienam, si sapiunt, minus attingunt.

Iratusq; est Pharao contra duos eunuchos.

Hic eunuchi tam in Hebræo, quàm in Græ-

co explicantur. Attende quod eunuchi dicuntur hi duo: non, quia virilibus secti essent: sed quod per abusionem quilibet ministri dicebantur eunuchi. siquidem qui hoc loco dicuntur eunuchi, regias vxores non eustodiebāt. Nā alter pincernis præerat, alter pistoribus. Iratus itaq; fuit in eos Pharao.

Et misit eos in carcerem principis militum.

Phutiphar esse creditur, qui capite præcedenti exercitus princeps dictus est, quia non modo exercitum ducebat: sed erat quoq; princeps eorum militum, quorū partes erant reos morte damnatos occidere. Idem igitur supremum inter regni præfectos locum, & supra carcerē dominium obtinebat. haud tamen tantus princeps carceraria munera per se obibat: sed illa per vicarium exequabatur. quem nempe vicarium in capitali proximi calce Scriptura principem carceris quoque vocauit. Nec illic agitur de Phutiphare, cui Ioseph iam minime gratus erat, sed de Phutipharis substituto: quem in hoc capite Scriptura custodem carceris appellat, cui Ioseph erat valde gratiosus. Missi itaque sunt duo eunuchi in eum carcerem.

In quo vinctus erat & Ioseph.

Non quod catenis constrictus esset ipse Ioseph, qui sub manu sua de principis carceris autoritate eunuchos vinctos habebat: sed dicitur ille vinctus, quia intra carceris parietes clausus tenebatur.

At custos carceris tradidit eos Ioseph: qui & ministrabat eis.

Neque enim, vt vincto vsus est illo, sed vt eurarum principe: imo, vt eo, qui ibi detentorum curas bene consolari quiret. Etenim credibile est, hunc carceris custodem, qui paulo antè eius princeps dictus est, imperio Phutipharis, qui bene Ioseph industriam nouerat, ei regios eunuchos procurandos tradidisse. Quibus ille sedulo, grateq; ministrabat: nec huiusmodi

Thren. 3.

Sapient. 10.

Hieron.

huiusmodi ministerio gratia principis carceris in ipsum Ioseph minuebatur: sed re vera plurimum augebatur. Erant enim hi duo eunuchi, utpote principes, alter pincernarum, alter pistorum, haud parui nominis in Pharaonis regia. Erat & perutile Ioseph grato famulatio eis adhibito, cum eisdem amicitiam inire, ut postea rei probavit euentus. Ad haec ministrante eis Ioseph.

Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur.

Ex Latina litera non claret, quantum temporis praecesserit, antequam duo eunuchi somnia viderint. Ex Hebraica autem litera scire possumus interim annum fere transisse *וְיָרִד מִצְרָיִם מִצְרָיִם* Et fuerunt per dies in custodia. Sic & Septuaginta, *ἔσται δὲ ἡμετέρας ἐν τῇ φυλακῇ*. Tradit enim Hebraicae linguae periti, cum in Scripturis ponuntur dies, absolute & indeterminate annum integrum significari: & in huius rei argumentum illud allegant quod Abrahæ seruo Rebecce fratres dixerunt: Maneat nobiscum puella *וְיָרִד מִצְרָיִם* dies aut decem: quod illi exponunt, Annum vel decem menses. & illud Levitici ultimo capite. Et dies erit redemptio eius, id est, intra annum redimi poterit. Ex hoc loco Abulenſis noſter argute colligit Ioseph tres integros annos in carcere detentum fuisse. Quoniam priusquam eunuchorum somnia declarasset toto anno in carcere mansit: At vero ab horum declaratione vsq; ad Pharaonis somnia duo alij anni transiere. Sūt igitur tres anni quos Ioseph in carcere permansit.

Videruntq; ambo somniū noctevna iuxta interpretationem congruam sibi.

Etenim uterque horum eunuchorū per somnium, id est, nocturnam apparitionem, eandemque imaginariā, vidit ea, quæ ad se pertinebant. Enimvero sunt tria somniorum genera: aliud in quo non utique totum, sed non nihil eorum, quæ videntur, re vera completur: alterū, quod nullus euentus sequitur, qui veraciter illi respondeat: aliud denique, de quo cuncta, quæ per illud ostensa sunt, omnino complentur. Et hoc est quod ait: Iuxta interpretationem congruam sibi. quoniam neque plura, neque pauciora per somnium utriusque suum ostensa, visaq; sunt, quam ea quæ à sapiente somniorum interprete congruenter essent eis accomodanda. Nec dubium hæc

somnia fuisse à Deo eunuchis immissa: ut ex eorum interpretatione Ioseph sapientia Pharaoni manifestaretur: & tandem ad interpretanda ipsius regis somnia de carcere educretur, summo inter Ægyptios principatu sublimandus.

Ad quos, cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes.

Hi plane principes sedebant in secretiori carceris habitaculo, utpote reliquis vincis multo nobiliores, & honoratiores. Est enim in decernendis cuique reorum vinculis iustitiæ quoq; distributoriæ ratio servanda. quæ in accommodandis tam supplicijs, quam honoribus personarum dignitates æstimat. Hinc & Romanis custodiarū aliæ liberæ, aliæ serviles habebantur. Ad hos igitur videndos exacta nocte, summoq; mane Ioseph intrauit. ipsum sane tempus, quo lux corporalis rerū corporearum faciem primo detegit, symbolum quoddam fuisse videtur spiritualis lucis, quæ matutina quadam illustratiōe humanis mētibus arcana cœlestia reuelat. iuxta illud: *Mane mane erigit aurē.* & illud psalmi: *Mane mane tibi, & videbo.* non quod prima tantū luce diei supernæ illuminationes hominum pectoribus cœlitus illabatur: sed quod totū ignorantia præteritæ tempus nocturnis tenebris deputetur: & mane dicatur quacunque vel diei vel noctis hora primitus arcana diuina nobis nescientibus manifestantur.

Ingressus autem cognouit eos esse mœstos.

Vultus enim eorum solito tristior interiorē anxij pectoris dolorem facile prodebat. perturbati enim insolitis, grauibsq; visis, eisdemq; nō intellectis animi pendebant. Nec id mirum. Omnis enim subita mutatio rerū nō sine quodam quasi conflictu, contingit animorum. Quamobrem Ioseph vir probus iuxta ac benignus scire volens tam nouæ, grauisq; mœstitudinis causam, si quo pacto eā leuare posset, sciscitatus est eos. In Hebræo ad verbum sic habet: Et interrogauit Eunuchos Pharaonis, qui erāt cum eo in custodia domus dñi sui. Hæc ex Hebraica origine nō ociose repetiuimus, sed ut ex vltimis huius clausulæ verbis in dubitato constet, hunc carcerem fuisse Phutipharis heri ipsius Ioseph, eundemq; fuisse non utiq; coquorum, aut laniorum principē, sed licetorū à quibus rerum capitaliū damnati cæduntur: huiusmodi enim officio carceris domus apte quadrat.

Sciscitatus

Sciscitatus igitur est eos dicēs. Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui responderunt: Somnium vidimus.

Nempe uterque suum.

Et non est qui interpretetur nobis.

Duabus itaque de causis &angebatur & dolerant: tum quod grauias quædam eis ipsa somnia minari videbatur: tum quod nemo erat qui declararet eis, quid illa portendebant. Quid est autem, quod aiunt, Et non est qui interpretetur nobis? nisi quod vel visorum interpretationem desperabant, vel si quæ summo mane ante Ioseph aduentum coniectorem consuluerant nihil eis responderat, quod talibus visis congruere existimaretur. Dixeris. Quid tantopere sese afflictabant? ne curarent somnia. sed priscorum mos erat magnam somnijs fidem adhibere, multumq; illa ad vitam hanc ducendam facere opinabantur, rati diuinitus illa humanis mētibus immitti: ideoque valde sollicitè illorum dijudicationes cōquirebant. Enimvero ingentes agere gratias præceptoris cœlesti genus humanum debet, cuius doctrina per terrarum orbem diffusa, quæ vana fuerat de somnijs sollicitudo, de medio sublata est. Quare tantum eis somnijs à catholicis defertur, quæ certissimis quibusdam signis diuinitus allata constant. Eiusmodi profecto erant eunuchorum somnia: quæ, quoniā ab ipso Deo eis immissa fuerant, nullatenus ab humanis, falsisq; cōiectoris eorum expositio, sed à solo Deo petenda erat. Ideoque recte respondit.

Dixitque ad eos Ioseph: Nunquid non Dei est interpretatio?

Est proculdubio solius Dei somniorum à se immissorum verax manifestatio: quia sicut solus ille ea, quæ cunctam creaturæ cognitio nem superat, mortalium animis quando, & quomodo voluerit ingerere valet: ita solus ipse obscurius suggesta declarare solus declarata suis euentis firmare potest. Denique sola in eiusmodi visis inspiratio Dei dat intelligētiam, qui reuelat obscura de tenebris. Iam vero erectis in Deum verū somniatoribus pulchro ordine narrari sibi somnia præcipit, dicens.

Referte mihi, quid videritis.

Mihi, inquit, quamuis vincō visa vestra nar-

rate: nec enim Deus minus vincō, quam solutis dona sua solet impertiri. ne seruum contemnatis: nam non est seruus neque liber apud Deum, sed omnes in illo vnū sunt. Hæc mente versabat Ioseph, quando eunuchis præcepit sua sibi somnia narrare. Nec solum hæc cogitabat, sed etiam quadatenus nouerat, penitusq; sperabat habiturum se præsentē Dei spiritum, quo prædictas illorū visiones, quāuis implicitas explicare posset. Nam qui diuina quadam intelligentia & excellenti modestia in solum Deum interpretandi somnia facultatem retulerat, nullatenus illorum dilucidationem de se promitteret, nisi se factum ad id præstandum diuini luminis participē clare cognouisset. Ea demum animi alacritate ab illis principibus somniorum: enarrationem exegit: ut eis fidem fecerit, eum esse, qui illa veraciter & congruenter exponeret. Igitur.

Narravit prior præpositus pincernarum somnium suum.

Eo videlicet, quod esset pistorum præposito honoratior, utpote Pharaoni ministerio propinquior. Eius autem fuit huiusmodi narratio.

Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemas: & post flores vvas maturefcere: calicēque Pharaonis in manu mea. Tuli ergo vvas, & expressi in calicem, quem tenebam: & tradi di poculum Pharaoni.

Tria plane ille vidit propere facta, primū tres palmites protrudere gemmas: deinde gemmas in folia explicatas, quasi florere: postremo post flores vvas confestim maturefcere. Ex his ergo tribus appropriate factis Ioseph superna luce perfusus intelligere potuit pincernarum principis somnium, non post tres annos, sed post tres dies esse adimplendum. Sed iam audiamus ipsum prophetam propositum sibi somnium interpretatē. Nāq;

Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij. Tres propagines tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaoni mi-

nisterij

nisterij tui: & restituet te in gradum pristinum. dabisq; ei calicem iuxta officium tuum, sicut facere antè consueueras.

Auguf.

x. cor. 10.

Super eo, quod dictum est: Tres propagines, tres dies sunt. Augustinus ita inquit: Non dixit Tres dies significat: & multum hæc locutio notanda est: vbi aliqua significantia, earum rerum, quas significant, nomine appellatur: Inde est quod ait Apostolus: Petra autè erat Christus: non ait: Petra significabat Christum, cum tamen hoc intelligi volebat. Iam verò declarato fideliter somnio, promissoq; post paucissimos dies illius complemento, merito à pincernarum principe parem gratiam sibi referri exigit dicens.

Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit: & facies mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere: quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum: & hic innocens in lacum missus sum.

Hoc audiens, dilecte, ne condemnes pusillanimitatem iusti, sed cum Chrysofomo, hac ratione potissimum obstupescere, quod tam foriter & grato animo tulit grauem illam inhabitationem. Nam licet magnam à custode carceris potestatem acceperit: attamen grauiabatur in tanto carceris pedore cum sordidis, & luridis agèdo. Iure itaq; suo Ioseph beneficij officium requirit dicens: Tantum memento mei, cum tibi benefuerit. Nihil enim iustiùs exigere potuit ab eo, quem à maxima animi trepidatione liberauerat, quam sui memoriam habendam. Et quod adiecit, Cum tibi bene fuerit, admonet eum, ne id, quod ingratum accidere solet, succedentibus prosperis, sui obliuiscatur. Quò autem tendebat ea memoria? Et facias, ait, mecum misericordiam. Quam misericordiam? vt suggeras Pharaoni, occulte scilicet auribus regis ingeras, ne Phutiphar herus meus id ipsum reciscat: ne forte adhuc male credulus mei libertati repugnet. Suadeas igitur Pharaoni, vt misereatur mei: & educat me de isto carcere. quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum. Recte fratres Ioseph qui eum nondum emancipatum de patris sui domo surripuerant, ipsum furtim fuisse intelliguntur, non minus

quam si thesaurum quendam ingentem inde furtim substulissent. Porro terram Hebræorum eam Chananæ regionis partem vocauit, quam Hebræi, id est Iacob, eiusq; fratres incolabant. Et hic, id est in hac terra innocens in lacum missus sum. Breuis prorsus hæc oratio, sed commiseratione plena. Precatur, cum exire possit: misericordiam petit, vt apud Pharaonem pro se agatur. erat enim ea causa propter Ioseph innocentiam iusta, & propter interpretis excellentiam, fauorabilis, & propter peregrini calamitatem miserabilis. Quid enim magis regium, quam iniuste damnatum absolueret? quid æquius quam egregium somniorum interpretem de carceris sordibus erui? quid humanius, quam eum, qui furtim sublatus, reuenditusq; fuit, in libertatem vendicari? Cæterum videtur sanctus Ioseph plus quam par erat in pincernarum principe confidisse: cum scriptum sit: Maledictus homo, qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suum. Nec non in eo defecisse, quod inter commendandum se illi Dei minime meminit. Iure itaque à Deo punitus est in Mensura videlicet contra mensuram, vt eius qui velut oblitus Dei sese homini commendauit per totum biennium pincernarum princeps obliuisceretur. Nec hoc incredibile alicui videri debet: cum nonnulla opera, & si leuiora, minusq; necessaria censeantur, attentius à iustis & perfectis, quam ab iniustis, & imperfectis Deus exigere soleat quoniam illi iuxta gratiarum, meritorumq; distantiam, vel ampliore multo rectè agentis facultatem longè vberiores verè pietatis fructus proferre debent. Hinc Moyses & Aaron, quoniam attentius populum Israel de rebellionem & incredulitate, quam in Deum exercebant corripere minime laborauerunt: nec propter misericordiam & beneficentiam, quam in eos ille exercebat, glorificare ipsum ad lapidè contradictionis attentius curauerunt, grauius sunt puniti, & ab ingressu terræ promissionis prohibiti fuere. Sic & Rex Ezechias, quoniam recuperata diuinitus salute Deo seruatori dignas gratias non egit, grauiissimas excidentem Ierusalem minas Dei ipsius nomine ei intentatas suis auribus audiuit. Sic & nunc sanctus Ioseph, quoniam Dei gratiam in se, atq; præsidium toties expertus fuerat, non nihil deliquit, tantopere homini se commendans, nulla Dei ereptoris facta mentione, aliquanto diuturniore carceris mansionem punitur. Deniq; verissimum est illud Euangelicum, Cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Nihilominus

Hiere. 17.

Num. 24. 27.

4. reg. 20.

Luc. 7.

nus

Chryso.

nus & prius quam hinc prætereamus, cum Chrysofomo consideremus, quã bonis moribus anima Ioseph fuerit prædita: quomodo inuenta opportunitate temporis, & sciens quod præfectus pincernarum in felicem statum restitutus, posset omne negotium suum regi significare. non Ægyptiam reprehendit, non dominum affert in medium, non dicit causam, propter quam condemnatus sit in carcerem, neque scelus in se commissum narrat: sed hoc vnum curat, non vt illos condemnent, sed vt pro se solo dicat. Et fratrum quidè causam adubrat dicens: Furto abductus sum ex terra Hebræorum. Quæ autem Ægyptia illa fecerat non profert in medium: neq; iniustam domini sui erga se indignationem. Sed quid dicit? Hic feci nihil, sed immiserunt me in carcerem hunc. Hæc audientes discamus, si in tanta incidimus, vt caueamus conuictis illos, qui nos iniecerunt, incessere, & ad accusationem illorum linguam acueri, sed solum demonstrare in mansuetudine, & mititate nos innoxios: & admiremur admirabilem iuuenem, quia neque in calamitate existens voluit vel verbis petulantiam & libidinem Ægyptiæ, neque domini sui temeritatem, neque fratrum suorum inhumanitatem inuulgare. Admiremur & imitemur obstupendum huius iusti silentium: & ea modestia pro nobis iniuste afflictis respondeamus: vt, quantum fieri possit, aduersariorum scelera non detegamus, Quia charitas operit multitudinem peccatorum: non solum amicorum, sed etiã inimicorum. Siquidem tam hos, quam illos Dominico præcepto diligere, & beneficijs prosequi iubemur. Porro

1. Petr. 4.

Videns pistorum magister, & prudenter somniū dissoluisset. Collatis enim somnij partibus cum interpretationis articulis, omnia sibi adæquate consentire percepit. ex quo coniectoris sagacitatem agnouit & ad narrandum ei somnium quoque suum inuitatus est. sperauit enim interpretem prospera sibi sicut & alteri coniecturatum. Ait itaque.

Et ego vidi somnium, quod habebam tria canistra farinæ super caput meum: & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me oēs cibos, qui fiunt arte pistoria: auesq; comedere ex eo

Notandum, quod pro eo quod interpretis trās tulit, Farinæ, in Hebræo legitur חֲמֵי חֲמֵי, quæ dictio candorem significat. Est igitur intelligendum, tria canistra plena fuisse panibus ex candidissima farina confectis, quales mensam regiam decebat habere: fuisse tamè supremum canistrum placetis & laganis plenum, nec non artocreis, alijsq; omnibus selectis bellarijs, quæ arte pistoria fiunt abunde referunt, quibus & Ægyptius rex vesci solebat. Hæc expositio, vt simplicior, ita & literè quadratior mihi visa fuit. Verum, si quis hæc de re plura nosse velit, & potiora, legat Hieronymum: legat & Augustinum: imo & Ambrosium nostrum, qui longo verborum ductu hunc locum diligenter euoluit.

Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij. Tria canistra tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pharaon caput tuum, & suspendet te in cruce: & lacerabunt volucres cæli carnes tuas.

Quod dixit auferet, in Hebræo est, וְהָיָה, id est tollit, & eleuabit: quod rationi consentaneum videtur, vt suspendendi in cruce caput extolleretur, id quod eodem ab humeris ablato commode fieri non poterat. Quidam Hebræorum rentur, Pharaonem die natalicio de more recensuisse ministrorum suorum capita atq; factarum per hunc pistorum præfectum expensarum summam dinumerasse, imminutamq; deprehendisse: ideoque eum suspendio perire iussisse. Pro in cruce, in Hebræo est קַיָּ לְעֵץ Super lignum. in Græco ἐπὶ ξύλων: in ligno: pro quo diuus Hieronymus diuinitus transtulit in cruce: vt hinc constet iam olim superno quodam instinctu lignum in patibulum institutum fuisse; in quo primi parentis culpa Christo patiente abolenda esset. Pulchrum & illud consideratu, quod dominus Iesus medius inter duos latrones pendens, sicut Ioseph inter duos somniatores eorum visa dijudicans alterum damnauit alterum beatificauit: sed de hoc alibi plura scripsimus.

Exinde dies tertius natalicius Pharaonis erat.

Solenne erat antiquis, die cuiusq; natali per singulos annos reuertente, cognatis, amicis, clientibus

*Hefse. 14.* clientibus, atque domesticis epulum parare. Hoc fecit Artaxerxes, ut in Hefse libro scribitur. idem fecit Herodes, sicut beatus Evangelista Matthæus memorat. Ethnici namque vana superstitione perstricti festa genio cælebrabant. quæ dæmonum fallacia delusi humanæ generationis præsidem falsò putabant. id quod Satyricus poeta docet dicens.

*Persius.* Hunc *Macrine* dæmnum numeram meliore lapillo: Qui tibi labentes apponit candidus annos. Funde merum genio.

Hunc itaque ritum imitabatur & Pharaon.

Qui faciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis.

Deus enim, qui somnia illis iniecerat, Pharaonis quoque menti ipsorum memoriâ suggestit.

Restituitque alterum in locum suum: ut porrigeret regi poculum.

Emphaticè positum est Regi pro Sibi: ut ad pristinum, maximumque honorem restitutus agnosceretur.

Alterum suspendit in patibulo, ut coniectoris veritas probaretur.

Hoc enim est quod æquissimus rerum arbiter mirabili quodam rerum, quæ gerebatur, ordine tunc temporis maxime præterebat. Nepe quod Ioseph sapientissimus, atque certissimus occultorum declarator visorum haberetur: talisque demum Ægyptio tyranno innotesceret. Enimvero priusquam hoc loco discedam, placet adscribere quædam, quæ super eo Steuchus probe tradit. Pro his, inquit, quæ in Latino habentur: Ut coniectoris veritas probaretur, eadem habentur Hebraice, sed alio modo פֶּתַר לְהֵם רוֹטֵן, id est, quemadmodum interpretatus fuerat eis Ioseph. Quod etiam Septuaginta, καταστροφήν αὐτοῖς ἰωσάφ, quemadmodum coniecit eis Ioseph. Neque id refert magnopere, cum is sit interpretum mos, ut mutant verba ac seriem orationis non mutatis sententijs. Quod si quis Iudæus id clamat, sciat se per insciam labi, ac prauitatem: aut quod illi genti peculiare est ex maledicendi libidine: quod in nostram additionem solent sæpe facere, calum-

niari. sed facile ab eruditissimis, & qui eorum animos propius olfecerunt, contemnantur. Illorum denique calumnijs eruditissimus Hieronymus, cum alijs in locis, tum præcipue in libro De optimo genere interpretandi fati superque facit. Vides autem quomodo utraque somniorum interpretatio suum eventum obtinuit.

Et tamen succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

Et, particula hoc in loco non est tam copulata, quam admirantis: sicut illud quod habetur in primo Evangelij Ioannis capite: Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. & illud: In mundo erat, & mundus eum non cognovit. & illud: In propria venit, & sui eum non receperunt. In omnibus his continuata orationis membris Evangelista illud, Et, admiranter interserit. Est enim res admiratione maxime digna lucem in tenebris lucere, & non videri: Verbum Dei in mundo esse, nec tamen agnosci: ad sua Deum venisse, & à suis non fuisse receptum. Eodem quippe modo admirabilis fuit oblitio, pincernarum principem eius non meminisse, qui gravissima cura eum leuarit. Nam si magnæ ingratitude est, gratiam non referre, cum possis: maioris utique gratias non agere, quod facile queas, maxime demum benefactoris oblitisci. Enimvero hoc est mundanæ prosperitatis malum: quod ita voluptate sua mortales iacubriat, ut non modo amicorum, sed sui quoque oblitiscantur. Verum hæc adversitas, ut superius attigimus, diuinitus huic iusto accidisse putatur, quia cum pincernarum præpositum pro se apud Pharaonem agere precaretur, per Deum verum non eum adiuravit: quod fecisse oportebat: siquidem solius Dei esse somniorum interpretationem eidem testatus fuerat. Veruntamen & intoleranda hac, siue iniuria, siue peccatitia, vel potius utraque mirabilis extitit: quia neutram ægre tulit, nec turbatus est, nec animo consternatus, neque de homine, neque de Deo questus fuit, quamvis sicut ille toto biennio siluit: ita hic ibi illum sedere permisit, donec somniorum Pharaonis tempus aduenit. Considera cum Chryostomo pietate & quomodo post restitutionem principis pincernarum duo anni præterierint. Oportebat enim expectari tempus opportunum, ut maiori cum gloria inde educeretur. Si quidem præfectus pincernarum ante somnia Pharaonis

*Ioan. 1.*

*Chryso.*

raonis recordatus fuisset Ioseph fortassis auctoritate sua eum liberasset, & non tam perspicua fuisset alijs eius virtus. nunc autem omnipotens, & sapiens Deus sciens, sicut optimus artifex, quanto tempore in igne debebat aurum teneri, & iterum inde reduci: per-

mittit ad tempus duorum annorum præfectum pincernarum illius oblitisci, ut & tempus somniorum Pharaonis veniat: & compellente necessitate ipsa iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat.

Caput quadagesimum primum.

Post duos annos vidit Pharaon somnium.

Supputantur plane hi duo anni ab exitu principis pincernarum de carcere usque ad diem, in quo Pharaon somnium vidit. Erat autem huiusmodi illius visio.

Putabat se stare super fluuium, de quo descendebat septem boves pulchræ & crassæ nimis: & pascebatur in locis palustribus. Aliæ quoque septem emergabant de flumine fœdæ, confectæque macie: & pascebantur in amnis ripa in locis virentibus: deuoraueruntque eas, quarum mira species, & habitudo corporis erat.

Signanter Sacer scriptor dixit, Putabat: quoniam quæ inter somniadum dormientibus apparent, extimantur quidem realiter gerere: autem ipsa nequaquam geruntur. Pro fluuio in Hebræo est יְעוֹר. Est autem ieor Hebræis quilibet fluuius. sicut נַחַר nahar est eis flumen, & utrunque nomen deducitur ab יָרַד, quod lucē significat: eo quod pluuia, qua implentur flumina, ab aere fluit, atque descendit: ubi generatur ex humidis vaporibus, qui lucis vi in mediam ipsius aeris regionem conuehantur. Dicitur autem Nilus יְהוֹר הַיְהוּדִי, hoc est, ieor cum proarticulo Hebraico, ha, id est, ille fluuius: ut nobilis ille fluuius intelligatur, qui sit vnus eorum, qui de paradiso effusi per omnem terram diffunduntur. Adeoque magnus & utilis, ut in septem flumina diui-

datur, quibus tota irrigatur Ægyptus. Putabat autem se stare super fluuium: non quod, sicut nauis, super fluminis alueum esset: sed iuxta fluuium in ædificio quodam loco extaret. Augustinus. Quod putabat se stare Pharaon super flumē, quemadmodum seruus Abrahamæ dixit: Ecce ego sto super fontem aque: nam & ibi Græcus, ἐπὶ τῆς ὕλης, dicit: quæ admodum hic ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ: hæc locutio, si intelligatur in Psalmo, non cogitur homines putare, sicut nauem natate terram super aquam. secundum enim hanc locutionem recte intelligitur: quod altior sit terra quàm aqua. altius quippe ab aquis sustollitur, ubi habitent terrena animalia. Pascebantur autem illæ pingues boves in locis palustribus, id est, in humecto prato, herbofoque, qualis prope paludes esse solet. Macilentæ quoque non longe à pinguibus pascebantur: erat confine ripæ in qua turpes, herbas carpebant. Pascebantur autem tenues iuxta fluminis ripam, quia latius non inuadente Nilo loca cætera remotiora per totos septem futuræ sterilitatis annos prorsus arida forent, herbisque caritura, quibus pecora vescerentur. Mirum autem est septem vacas fœdas, tenuesque, eas deuorasse, quarum mira species & habitudo corporis erat. Sed ita cælestis censura exigit, ut aduersis succedentibus prospera consumantur, cum secundis rebus mortales aburantur. Nā Deuorauerunt, dixit pro eo quod est, Prorsus consumperant, in qua quidem significatio verbum Deuoro frequētissime in sacris literis vsurpatur. Quale est illud Leuitici: Egressus ignis à Domino deuorauit holocaustum: & illud Numerorum: Ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem: & mille alia. Cæterum:

*August.*

*Leui. 9.*

*Num. 11.*



Expergefactus Pharaon rursus dormiuit: & vidit alterum somnium.

Euigilauit mox, iterum dormiturus. Quare id? Nimirum, vt somnium iam percepti recordaretur, & illud tenaci memoriae seruadum mandaret: ac subinde in secunda dormitione alterum somnium exciperet, cuius etiam continuo euigilans facile recordaretur. Inge rebantur autem Ægyptio tyranno duo somnia inuicem diuerfa, sed maxime sibi congruentia: vt ille subducta ratione intelligeret, ea non aliquo casu, nec accidente perturbatione, sed diuina quadam dispensatione euenisse. Secundi demum somnii facies erat huiusmodi.

Septem spicæ pullulabāt in culmo vno plenæ, atque formosæ. Aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vredine orientantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem.

Mire autem alterum in vacuis somnium, alterum in spicis positum fuit: quia & in pecoribus & frumentis fertilitas, sterilitasque futura portendebantur. Enimuero

Euigilans Pharaon post quietem, & facto mane, pauore perterritus.

Quietem vocauit somnum. Est enim somnus, vt definit Aristoteles, quies animalium virtutum cum naturalium intentione. In somno enim animales virtutes quiescunt, vt recreentur. Naturales vero laborant, vt corpus vegetetur. Huc pertinet illud Psalmistæ: Exhibet homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam, scilicet vt per diem laboret, per noctem quiescat & alternis vigiliæ, somni que vicibus laboriosa presentis vitæ negocia disponere atque ferre, atque exequi valeat. Igitur Pharaon varijs cogitationibus actus valde perturbabatur. Timuit enim, ne forte duo illa somnia, tam inuicem, tam graua, tam denique sibi inuicem conuenientia grâ de aliquod malum sibi, regnoque suo minarentur. Denique postquam multa per noctem ipse secum de rebus sibi ostentis cogitauit, animo districtus & pauore perterritus.

Facto mane misit ad omnes con-

iectores Ægypti, cunctosque sapientes: & accersitis narrauit somnium: nec erat, qui interpretaretur.

Mane, inquit, facto, constitit enim sibi vir fortis, & prudens, & animi trepidationi minime cessit: vt ante opportunum consultandi tempus somniorum coniectores ad se conuocandos curaret. Vocat autem coniectores, magos, qui vel incantationibus, vel dæmonum adiurationibus, vel quibusdam notis diuinant de somniorum euentis pronuntiare audent: sapientes vero sacerdotes appellat Ægyptios, qui de rerum naturis tam cælestibus, quam terrestribus summo studio philosophabatur. Et accersitis, inquit, narrauit somnium: nec erat qui interpretaretur. Nō quod illi coniectores nullas interpretationes afferrent: sed quod erant illæ adeo futiles & vanæ, adeo fictæ & falsæ, vt nihil omnino consultantis animo satisfacerent. Neque id mirum non enim poterat homines longe à Deo suis superstitionibus dissidentes ea mysteria, que solo spiritu diuino reuelante mortalibus innotescunt & percipiuntur, veraciter & congruenter interpretari. Vide cum Chryso-

Tunc demum,

Inquit,

Reminiscens magister pincernarum.

Sciicet exercitato iam satis Ioseph, & adeo diuturna carceris patientia probato & perturbato visis suis Pharaone, atque deprehensa coniectorum, sapientumque eius ignorantia.

Tunc demum pincernarum magister meminuit Ioseph.

Non quidem grati hominis officio functus, sed exigente occasione, quam ille arripuit vt domino suo inferiret. Reminiscens igitur

Ait, Confiteor peccatum meum.

Haud

Haud erat leue peccatum summa ingratitude benefactores sui carceris iniuriam patiens tanto tempore oblitum fuisse: se tamen ipse prudenter accusat, ne ab alijs acius vituperetur. Huiusmodi enim accusandi se præuentione non solum ab hominibus, sed etiam ab ipso Deo veniam promeretur: sicut David rex cum Deo agens testatur dicens: Dixi, confitebor aduersum me iniquitatem meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Quod autem sit eius peccatum sequentibus declarat.

Psalm. 31.

Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerem principum militum, vbi vna nocte vterque vidimus somnium, præsagium futurorum.

Præsagium est quædam futurorum significatio, atque præsentio. Et quoniam is, ad quem loquebatur, erat rex, haud sub secundæ, sed tertiæ personæ forma, & honoris & vrbantatis gratia locutus est. Idque recte atque probe est enim viri ciuilibus, neque rusticitate molestum, neque adulatione improbum esse: sed eum in dicendo seruare modum, quem tum dicentis, tum audientis dignitas postulat. Nec hoc est tantum philosophicum, sed etiam Apostolicum. Est enim diuini Pauli præceptum, quo de apte loquendo Colossenses instituit, Sermo vester semper in gratia sale sit conditus: vt sciatis, quomodo oporteat vos vnicuique respondere. Sed iam ad eunucham narrationem reuertamur:

Coloss. 4.

Erat,

Inquit,

Ibi puer Hebræus, eiusdem duces militum famulus, cui narrauit somnia, audiui quicquid rei probauit euentus. Ego enim redditus sum officio meo: & ille suspensus est in cruce.

Breuis fuerit hæc & dilucida narratio: quæ nec altius, quam oportuit incepit, nec longius quam opus erat, progressa fuit. Verum non satis videtur vrbana. Nam cum Ioseph iam trigessimum ætatis suæ annum ageret, vo-

cavit eum puerum, non uirum: famulum, non furto sublatum: carcere clausum non iniuste vinctum. Denique nullum verbum protulit, quod vel ad honorem Ioseph, vel ad gratiam regiam ei promerendam faceret, præter id quod dexter somniorum diiudicator fuisset. Nec id nouum. homines enim improbi, si quando probos laudare coguntur, neutiquam pro illorum dignitate, sed anguste ac maligne id faciunt.

Denique protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata obtulerunt ei.

Quamquam enim carceris custos cuncta, quæ in eo fiebant ipsi Ioseph disponenda commisit: manebat tamen adhuc sub mancipij, vinctique habitu. Idcirco capillorum comam nimis promissam habebat: & sordidis vestibus indutus erat. Quare oportuit illius casariem tonderi, eumque splendidis vestibus indui, vt regi sisteretur. Non enim apud præcos licebat, ad regem quempiam accedere, qui honestis vestimentis non asset adornatus. Idcirco Mardocheus ad Assuerum, quoque regem non ingrediebatur, quia luctuosus vestibus indutus erat. Non ergo alienum ab æquo & iusto censeretur, quod rex Euan-gelicus à nuptiali conuiuio excluderet illum, qui non habens vestem nuptialem ausus fuit aulam cælestem intrare, non vtiq; re ipsa, sed quadam animi præsumptione. Stetit demum Ioseph coram rege tonsus & splendidus. Vide statim ab initio, quantus honor ei deferatur, quæ superna gratia adiuuatur. Postquam enim purgatus per patientiam fuit: sicut aurum rutilans exiit de carcere, & ductus est ad regem.

Hebr. 2.

Matt. 22.

Cui ille ait: Vidi somnia: nec est qui edisserat: quæ audiui, te prudentissimè conijcere.

Errabat adhuc Pharaon nominans iustum virum somniorum coniectorem: non enim erat ille magus, aut maleficus, aut superstiosus quidam astronomus, quos mihi delusa genium fatuitas diuinos & coniectores appellat: sed erat fidus propheta, qui Deo sibi reuelate tallium visionum significatioes plene percipiebat: & eas ante rerum significatarum euentum veraciter prædicabat. Quare nullatenus audiendæ

sunt Ethnici scriptores, qui sacrae historiae prorsus ignari verissimum prophetam magum quempiam fuisse falso tradiderunt. Denique.

Respondit Ioseph: Absque me respondebit Deus prospera Pharaoni.

*Hierony.* Hieronymus. Iuxta Septuaginta: Sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni. In Hebraeo aliter habet: Sine me Deus respondebit pacem Pharaoni. Symmachus more suo, apertius transulit: Non ego, sed Deus respondebit pacem Pharaoni. Notandum, quod respondere hoc in loco significat reddere non solum verba, sed etiam res ipsas. Sicut superius, Respondebit mihi cras iustitia mea: id est reddetur mihi praemium iustitiae meae de bitum. Pacem autem dixit bonorum copiam quae sint salutaria & prospera. Dices. Quomodo Deus Pharaoni prospera respondit, si posterior sterilitas priorem prosperitatem erat deuoratura? Hoc sane pacto. Quoniam prosperitas, quae hic promittitur, non tantum vbertatis, sed etiam penuriae tempus respicit, eo, quod non modo somniaveraciter declaranda sunt, sed etiam diuino nutu praebendum per commodum Pharaoni consilium: quo dextere ille vtens, & prudenter, & sufficienter sibi, regnoque suo prospiciat: ne sterilitate vrgente extrema famis mala patiatur. Quare, quoniam promissa Pharaoni per Ioseph a Deo responsio non modo somniorum explicatrix erat futura, sed optandae quoque praedictaeque prosperitatis effectrix, verissime regi respondit Ioseph: Non ego: sed Deus respondebit prospera Pharaoni. Quibus verbis duo plane prudentissimus, iuxtaque pietissimus vir Pharaonem docet: nec ab homine certam somniorum interpretationem esse expectandam: nec ab alio quam a Deo prosperum praefigiorum euentum expectandum. Quibus illud quoque vir sapiens tyranno innuit, se nulatenus esse quempiam coniectorem, aut maleficum, aut magum eorum, quos plurimos superstitiosos atque mendaces Aegyptus alebat: sed esse veracem se veri Dei prophetam, cuius spiritu afflatus iamiam quid somnia portenderent esset ei declaraturus. Denique vir iustus, quod ipse dicturus erat, in Deum ipsum pietissime refert: declarans: quod non tam ipse quam Deus per os suum locuturus esset. Hoc utique probatissimum praedictandae diuinae gratiae exemplum mirifice sunt i-

mitati prophetae patriarchis posteriores, & *Ezech. 2.* posteriores prophetis Apostoli cuncta dicta, factaque sua in eodem Deum cunctorum auctorem bonorum religiosa gratitudine referentes. Hinc illud Ezechielis: Et dixit mihi spiritus, qui in me loquebatur: Et illud Pauli: An experimentum quaeritis in me eius, qui loquitur Christus. Quinetiam ipse patriarcharum, prophetarum, apostolorumque dominus aperte nos docet, omnia dicta factaque nostra, recta probaque, in Deum ipsum pia quadam illius in nos beneficentiae agnitione gratanter reducere: quando discipulis suis inquit: Non estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Id quod ipse suo firmat exemplo, quando vniuersa illa diuinissima dicta, factaque sua mirificentissima, qua homo est, in Patre obseruatione pietissima reuocat. Hac demum gratissima diuinitati suae modestia testatur apud Lucam illud Esaeae de se fuisse praedictum: Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me: ad praedicandum pauperibus misit me. & ad Iudaeos: Pater in me manens ipse facit opera. Denique vbi Pharaeo audiuit non ab hominibus, sed a Deo veram visoriam intelligentiam, prosperumque euentum quaerendum esse, dictis fidem habuit, & vtrunque somnium ei narrauit.

Narrauit,

Ait,

ergo Pharaeo, quod viderat eidem Ioseph dicens: Putabam me stare supra ripam fluminis: & septem boues de amne conscendere pulchras nimis, & obesitas carnis: quae in pastu paludis virent carpebant. Et ecce has sequebantur aliae septem boues intantum deformes, & macilentae, vt nunquam tales in terra Aegypti viderim. Quae deuoratis & consumptis prioribus.

Hoc autem non dicit, quasi vaccae vaccae comederint, id enim rerum natura minime patitur: sed intelligendum est, quod sterilitas fertilitatem omnino excluderet, atque consumpserit.

Quae

Quae deuoratis,

Ait,

Et consumptis prioribus: nullum saturitatis dedere vestigiū, sed simili macie & scallore torpebant.

Hoc loco insinuatur, magnae famis tempore non debere homines ad nimiam usque saturitatem comedere: vt inde vel distendantur, vel pinguescant, sed ad mediocrem alituram, vt ex modice, vel potius intra modum comestis cibarijs non nihil superfit, quo valeant indigentiores sustentari, ne extrema inedia pereant.

Euigilās rursus sopore depressus.

Hoc est, post primum somnium euigilauit: & rursus graui sono depressus. talis est sopor, qui a Deo solet immiti.

Vidi somnium: Septem spicae pullulabant in culmo vno plenae atque pulcherrimae: aliae quoque septem tenues, & percussae vredine oriebatur e stipula, quae priorum pulchritudinem deuorauerunt.

Notandum est, Pharaonem somnia sua bis enarrasse, semel quidem suis coniectoris, & diuinis, iterum ipsi Ioseph. Sed ea non prorsus eisdem verbis prius & posterius enarrauit: nec tamen arguitur mendacij: quoniam narrandi varietas eodem sensu manente, nequaquam narrationis veritate tollit. Quamobrem nihil contra nos habent Christianae fidei hostes, etsi quibusdam in verbis Evangelistae varietatem, cum in sensibus summa sit inter eos concordia: vel certe, si ad vnguem expectantur, nulla sententiarum discordia.

Narraui,

Inquit,

Coniectoris somnium: & nemo est, qui edisserat.

Hoc verissime dictum: quis enim nouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? vt mysteria quae solus ipse tradit, nosse nisi

eodem reuelante, possit? Certè nullus. Propterea prophético spiritu plenus commo-

dum.

Respondit Ioseph.

Imò Deus per iusti os:

Somnium regis vnum est.

Idest. licet somnia duo fuerint vtriusque tamen est vnum significatum.

Quae facturus est Deus ostendit Pharaoni.

Quis enim alius facturus erat illa, nisi solus ille: de quo scriptum est: Ego Deus faciens pacem, & creans malum. Quae facturus igitur est Deus ostendit Pharaoni, vbertatem, vide licet, sterilitatemque futuras. Copia ergo frugum pariter & inopia ab ipso summo rerum pariter mortalibus, aut infertur, aut aufertur. Esto quoddam praerunquam caelorum vis, fiderique vario aspectu, atque in fluxu ad eas vel admoendas vel remouendas, velut quibusdam instrumentis, a se dispositis vtatur. Quapropter ab illo in primis non a planetis rerum nobis vtilium ac necessariorum vbertas expectanda est. iuxta illud: Apud Deum oratio mea, & ipse exaudiet. Audiente autem Deo precationem nostram caetera cuncta in vota nostra facile conspirant. Sicut ipse Dominus plebi suae quondam Israeliticae, nunc Christianae apud Oseam prophetam testatur dicens: Et sponsabo te in fide: & scies, quia ego Dominus. Et erit in die illa exaudiam te, dicit Dominus. & exaudiam caelos: & illi exaudient terram: & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum. & haec exaudient Israel. Super quod diuus Hieronymus inquit. Secundum literam potest intelligi, quod in aduentu Christi bona temporalia promittuntur credentibus, vt propter ipsum, qui semen Dei est, omnia suo ordine currant, sicut ab initio sunt condita, & vilitati hominum deferuiant. Quod autem peruerso naturali ordine prosperitas mortalibus ad votum animae succedat, & pro rerum abundantia illarum defectu laborent, ipsi sunt in culpa sibi, quos, vt puniret Deus iustissimus iudex, vocauit famem super terram, & omne firmamentum panis cotriuit, vt Psalmographus testatur, Quae facturus, inquit, est Deus ostendit Pharaoni. Attamen non ideo Pharaeo habendus est propheta: siquidem nullatenus intellexit, quid sibi somnia vellent. At iuxta Danielē: Intelligentia opus est ad prophetiam. Enimvero haec Pharaoni potius, quam alij

I 3 sunt

sunt ostensa: quia rex erat, poteratque ex annis fertilibus in steriles frumenta alendo populo necessaria seruire. Ex quo item fiebat, ut non modo è congruentissima somniorum interpretatione, sed etiã ex prudētissimo seruandi in futurum frumenta consilio Ioseph sapiens, & prudens, clarus & charus, tum regi, tum omnibus Ægyptijs haberetur: & ad summam dignitatem promotus in toto regno à rege secundus esset. Quæritur demum, quomodo scriptum sit, ostendisse Deū Pharaoni futura, cū ille minime perceperit, quid visa præsignaret: Verùm hoc recte Ioseph aseruit, apud quem certa iam erat interpretatio, quam per eum Deus Pharaoni mox manifestaturus erat. Porro, sicut somnium regis interpretari nemo potuit, nisi solus Ioseph: ita Dei Patris consilium de genere humano reparando in Sacris libris sub literæ velamento reconditum nemo præter dominum Iesum Christū reuelare potuit: quippe qui Solus inuentus est agnus dignus aperire librū, & soluere septem signacula eius, ut habes Apocalypses capite quinto. Iam sequitur interpretatio.

Apoca. 5.

Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem vbertatis anni sunt: eandemq; vim somnij comprehendunt.

Namq; in vaccis gregum fecunditas, in spicis segetum fertilitas commode significatur. Vtrunque igitur ad septenariam vbertatem pertinet.

Septem quoq; boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas: septem spicæ tenues & vento vrente percussæ septem anni sunt vêturæ famis, qui hoc ordine complebuntur. Ecce septem anni veniēt fertilitatis magnæ in vniuersa terra Ægypti: quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, ut obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. Consumptura est enim famis omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura

est inopiæ magnitudo.

Sane hæc tam aperta sunt exposita, ut velle amplius ea declarare, sit inferre lucernam micanti soli.

Quod autem,

Ait,

Vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis iudiciū est: eo quod fiat sermo Dei & velocius impleatur.

Nam ex iteratiōe secūdi prius omnino somnium confirmatur: ex eo autem quod eadem nocte alterum alteri proxime replicatum est, velox eiusdem insinuaturs impletio. Non qd sermo Dei, qui suapte natura firmissimus est, quamlibet absolute prolatus iteratiōe firmetur: sed quod Deus eadem repetendo humanis affectibus sese dignanter accomodat. Homines enim certiora multo esse replicata putant: & ut agatur velociora. Porro quoniam eloquium Domini inflāmarat Ioseph: postquam assidentem sibi patientiam diuinam congruentissima, certissimaque præfagiorum declaratione sufficienter ostendit: continuo commonstrat, se quoque diuina quadam prudentia præditum esse. proposito ex tempore consilio commodissimo, quo rex vsus instantis famis malum, aut vitare, aut tēperare valeat.

Nunc ergo,

Ait,

Prouideat rex virum sapientē, & industrium: & præficiat eū terræ Ægypti: qui constituat præpositos per singulas regiones: & quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur: serueturque in vrbibus: & paretur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum: & non consumetur terra inopia.

Nunc

Nunc ergo, ait, scilicet dum tēpus adest, dū oppōrtunitas arridet, dum ipsa rerum futurarum series inuitat, dum denique Deus ipse monet: prouideat rex virum sapientem, & industrium. Sapientem eum vocat, qui summa quadam rerum gerendarum sciētia polleat, ut in tāto rerum discrimine, quid factū opus sit, longe antè mente prouideat, consilio decernat, autoritate præcipiat. Industrium autem eum intelligit, qui sit solers atque diligēs in bene consultis exequendis. Huc tendit qd sequitur: Et præficiat eum cunctæ terræ Ægypti, qui constituat præpositos per singulas regiones. Recte admonuit vnum constituendum esse principem, qui & tanto negotio gerendo primas obtineret, & sibi præfectos quosdam auxiliares regionatim sufficeret: ut congruo, & imperturbato ordine cuncta gererentur. Nam si vni cuipiã, qui summa prudentia, exactaq; industria præstet consulte imperanti reliqui in mandatis obeundis parēt: nihil relinquitur, vnde vlla rerum exequendarum perturbatio timeatur. Et quintam, ait partem fructuum per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt cōgreget in horrea. Quæras, cum totidem sint anni sterilitatis futuri, cur non præcipitur, amplius quinta fructuum parte? Quoniam sterilitatis quoque tempore, vel ad Nilī certe ripas non nihil frumenti colligendum sperabatur: vel potius, quod non solus Pharao frumenta reconditurus esset, sed & plurimi diuites sibi consulentes, ne futura egestate perirent. Seruari autem incorrupta tam longo tempore frumenta potuerūt: quia sic vetera nouis superuenientibus cōmutabatur, ut cūcta fereque vltimo fertilitatis anno reposita fuerūt, recētia eodemq; anno collecta fuerint. Et addidit. Et omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur.

Videlicet tam illud, quod quinta fructuum pars complectebatur: quàm totum aliud, qd in tanta frugum copiã regionum præpositis passim, viliq; pretio venditabatur. Adde, quod credibile est, omnem extra Ægyptum frumentorum exportationem cunctis Ægyptijs prohibitam fuisse.

Et seruetur, inquit, in vrbibus, & paretur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum: & non consumetur terra inopia.

Duobus igitur constat Ioseph consilium fuisse sapientis & industrii viri: tum eo, qd tantā frumentorum vim fertilitatis tempore reponendam suasit, quanta sterilitatis tempore terram Ægyptum alere sufficeret, si modo cuiuslibet Ægyptio pro sua ipsius indigentia frumentum impartiretur: tum eo, quod prospexit, ne toto famis tempore regis horrea penitus exhaurirentur: sed cūcta in regis commoda conuerterentur.

Placuit igitur Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius.

Ecce qui somniator fuerat à fratribus suis per contemptū appellatus, & cui nihil apud suos somnia profuerant, illustris alienorum interpretis somniorum factus est: quo tandem inuidentes ei videant, quantum sibi somnia sua sint profutura: qui fuit in causa: ut tantū alijs aliēna prodesse. Et, ut Chrysofostomus inquit: Iam nūc seruit Pharao impletioni somniorum Ioseph, quæ viderat, quādo apud patrem agebat. Et ipse quidem somnia Pharaonis dijudicabat: Pharao autem ad finē somniorum euentum ducebat ignorās. Nam ut hæc audiuit,

Chry. sol.

Locutus est ad ministros suos: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit?

Vidisti, quomodo cognouit & ipse Pharao, quod ex superna reuelatione hæc ei manifestata fuerunt: quippe qui tātam consecutus sit gratiam, ut spiritum Dei in se habeat. Quis est hic spiritus Dei. Nempe Spiritus sanctus: Inquit enim Augustinus. Ecce iam, ni fallor, tertio insinuaturs nobis in hoc libro Spiritus sanctus, id est, spiritus Dei. Primo enim dictum est: Spiritus Dei ferebatur super aquam. Secundo, vbi dicit Dens, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, propter quod caro sunt. Et tertio nunc quod Pharao inquit de Ioseph, esse in illo spiritum Dei: non dum tamen legimus Spiritum sanctum. Diuinius igitur atque sublimius hoc loco spiritū Dei Spiritum sanctum accipiendū esse diuus Augustinus sensit, quamuis qui de sola quadam spiritali interpretandi somnia vi dictum accepit. Nam ea spiritalis intelligendi, dijudicandique somnia, quæ à Deo immittuntur, facultas, nunquam absque ipso Spiritu sancto hominibus communicatur: qui se ipsum cum suis muneribus illis quadante-

August.

**Roma. 5.** nus donat. Quadantenus,inquam,quia omnino illis se tantum impartitur, quibus Apostolus inquit: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nam, licet cuncta bona, quae diuinitus mortalibus tribuuntur, beata Trinitas eis illa impartiat: dona tamen intelligentiae propheticae, aliaque id genus, Sacris in literis Dei spiritui, id est, Spiritui sancto peculiariter quadam ratione attribuuntur. Cur autem negemus, Pharaonem, vel diuini splendoribus mente illustratum Spiritum sanctum quadantenus cognouisse, vel coelesti quodam instinctu morum de eodem fuisse locutum? Siquidem is apertissime fatetur, sanctum Ioseph congruentissimam, atque verissimam somniorum interpretationem, imo & summam ad propulsandam instantem calamitatem, sapientiam a solo Deo accepisse.

Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quae locutus es. nunquid sapienterem & similem tui inuenire poteris? Ac si dixerit: Nullatenus inuenietur alius intelligens, & sapiens, sicut tu ipse: qui vel abscondita acutius penetrat, vel agenda consiliis prospiciat. Nec id mirum. Extat enim in te spiritus Dei, quo fultus, afflatusque, cunctis coniecturis, atque sapientibus longe praeraras. Idcirco

Tu eris super domum meam: & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te praecedam:

Hoc est, sola regia dignitate praestabo tibi: cetera omnia tecum habere volo communia. Vides ne admirabile diuinae dispensationis in exaltandis famulis suis artificium? Tres pueri, Ananias, Azarias, & Azael a fornace Babylonio: Daniel abhorrendo leonum lacu: Mardocheus a sacco, & cinere ad summos honores promoti sunt. Denique sanctus Ioseph, de quo nunc agitur, de tetra victorum domo diuinitus eductus, ad moderanda regni potentissimi gubernacula repente prouehitur. Huc merito respexisse putatur Ecclesiastes, cum vere, grauerque dixit: Melior est puer pauper & sapiens, quam rex senex & stultus, qui nescit prouidere in posterum: quoniam de domo victorum egreditur, ut regnet. Manifestatur & hoc amplius ex his, quae

**Ecclesi. 4.**

sequuntur: Dixitque rursus Pharaon ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulitque anulum de manu sua: & dedit in manu eius: vestiuitque eum stola byssina: & collo torquem auream circumposuit: fecitque eum ascendere super currum suum secundum.

Haec omnia proculdubio eius principis sunt insignia, qui sit a rege secundus. Nam cui datur tanta potestas, datur & anulus regius, quo literae signatae firmarentur: eumque fuisse byssina veste indutum, & aurea torque donatum, manifeste declarat, ea ornamenta magnatum dumtaxat & magistratum fuisse. Quod denique secundo curru, eodemque regali inueheretur, manifestarium erat indicium, ipsum esse secundum a rege in expediendis totius regni negotiis constitutum. Id vero reputa dilecte, quam apte varijs iusti viri afflictionibus varia honorum insignia redantur. Nam pro compedibus, quibus eius pedes constrikti, humiliati que fuerant, torquem auream collo suscipit: pro pallio, quod in adulterae manu relinquens, nudus effugit, stola byssina Deo iudice indoitur: pro seruili nomine regium anulum gestat: & pro tolerata patienter carceris humilitate, super altum imperij currum conspicuus sedet. Et Phutiphar ille, qui dominus eius fuerat, repente videt eum, quem, ut adulterum in carcerem misit, totius Aegypti suscepisse imperium. Vidisti, quantum sit ferre cum gratiarum actione tentationes? Propterea & Paulus dicebat: **Roma. 5.** Afflictio patientiam operatur: patientia probationem: probatio spes: spes non pudescit. Vide igitur haec omnia in hoc iusto perfecta: quippe qui afflictiones patienter tulit: patientia probatum eum fecit: probatus factus in magna spe agebat. spes eum non pudescit: quia per eam conceptam olim de prosperis somnijs felicitatem obtinuit ad summam potestatem, atque gloriam euectus.

Clamante pracone, ut omnes coram eo genu flecterent, & praepositum esse scirent vniuersae terrae Aegypti.

Hierony

**Hierony.** Hieronymus. Septuaginta sic sunt interpretari. Et clamauit ante eum praeco: & constituit eum super omnem terram Aegypti. Pro quo Aquila transtulit, Et clamauit in conspectu eius ad geniculacionem. Symmachus ipsum Hebraicum sermonem interpretatus est: & clamauit ante eum אבֿרֿקֿ אֶבְרֶקֶת. Vnde mihi videtur non ram praeco, siue ad geniculacionem, quae in salutando, vel adorando Ioseph accipi potest intelligenda: quam id quod Hebraei tradunt dicentes, patrem teneri ex hoc sermone transferri. אֶבְרֶקֶת ab, quippe dicitur pater: רֶקֶת rech: delicatus siue tenerimus, significante Scriptura quod iuxta prudentiam qui de pater omnium fuit: sed iuxta aetatem tenerimus adolecens & puer. Haec Hieronymus.

Dixit quoque rex ad Ioseph: Ego sum Pharaon. Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti.

Ego inquit sum Pharaon. Etenim Pharaon non est proprium alicuius hominis, sed regis apud Aegyptios potestatis nomen. Estque is loquendi principibus mos, auctoritatem simul & firmitatem dicendis praestans. Quod autem dixit, Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti, hyperbole proverbialis est: qua significatur nemini futurum integrum, tutumve, moliri, aliquid, quod vel ad rationes regias, vel ad Aegyptiacam rem publicam pertineat praeter Ioseph iussionem, nutumque: ut iam nullus sine illius arbitratu, aut manum moueat, ut arma sumat: aut pedem porrigat, ut creatus eques equum insiliat, nisi eiusdem nutu atque renutu.

Vertitque nomen eius: & vocauit eum lingua Aegyptiaca saluatorem mundi.

**Hierony.** Hieronymus. Licet hoc nomen Zaphanath phadnecha, Hebraice absconditorum reperiatur sonet: tamen, quia ab Aegypto ponitur, ipsius linguae debet habere rationem. interpretatur ergo sermone Aegypto Zaphanath phaganeah, אֶבְרֶקֶת אֶבְרֶקֶת siue, ut Septuaginta transferre voluerunt, σωθωμ φανηχ saluator mundi: eo quod orbem terrarum ab imminente famis excidio liberarit. Haec ille. Putarim & ego nutu quodam diuino, praeter id

quod expectatissimum Domini nostri Iesu Christi verissimi totius mundi seruatoris mysterium praefigurabatur, mutatum fuisse Ioseph nomen: ne per illud aliquando a fratribus agnosceretur, donec ipse se manifestans eis dixerit, Ego sum Ioseph frater vester. At vero historicus propheta nequaquam Aegyptio nomine eum nuncupat, sed Hebraico. Hebraeis enim, quibus ille sub Ioseph appellatione notus erat, historiam texuit ac tradidit

Deditque illi vxorem Assenes filiam Phutipharis sacerdotis Eliopoleos.

Hieronymus. Notandum autem, quod do- **Hierony.** mini quondam, & emptoris sui filiam vxorem acceperit, qui ad id locorum pontifex Eliopoleos erat. Neque enim phas absque eunuchis idoli illius esse antistes: ut vera illa Hebraeorum super eo, quod ante diximus, suspitio comprobetur. Nonnulli autem Hebraeorum tradunt, hunc Phutiphar non vti que fuisse Deorum sacerdotem, sed principem ciuitatis solis. sic enim Eliopolis interpretatur, quae olim dicta sit On: qui in sua sententiae argumentum afferunt dictionem קֹהֵן kohen, licet praerunque sacerdotem, interdum tamen principem significare. Quod ita probant. Pro eo enim quod in secundo Regum libro scriptum est: Filij Dauid sacerdotes erant: in Paralipomenis habetur: Filij autem Dauid principes, seu primi ad manum regis. Diuus item Augustinus, postquam multis vtraque opinionem tractauit, ita disputationem sua conclusit: Credat quisque quod placet, siue vnus Phutiphar idem dominus, & locus Ioseph, siue duo, alter princeps militum, alter sacerdos Eliopoleos: quodlibet horum quilibet existimet, non est fidei periculosum, nec contrarium veritati Scripturarum Dei. Sicut enim accepit Ioseph ex gentibus vxorem: ita & Christus Ecclesiam: ex qua genuit duos filios, id est, duos populos ex Iudaeis, & Gentibus congregatos.

Egressus itaque est Ioseph ad terram Aegypti.

Exiit nempe non aliunde, quam a Memphi vrbe regia, ut vniuersas Aegypti regiones visitaret.

Triginta autem annorum erat, quando stetit in conspectu Pharaonis.

i s Quod



Quod si venditus fuit annum ætatis suæ decimum septimum incipiens, constat eum tredecim annos seruitute & carcere pressum patienter exegisse. Mirabilis prorsus huius viri constantia: qui nec longa seruitute, nec carceris sordibus, sic fuit affectus, ut suæ sortis eum raderet: quique nec improbæ dominæ blanditijs tractus est, ut pudorem violaret: nec impiorum consortio corruptus est, ut pietatem proderet: sed in vniuersi Dei cultu permansit, in credibili ferelongoanimitate dominum sustinens: ut tam graues calamitates patientem, quando placeret ei iuxta somniorum fidem inde liberaret, & ad summos honores extolleret. Pulchrè Chrysostomus. Ne temere putemus, assignatum esse numerum annorum, sed discamus, quod negligenti virtutem nulla sit excusatio: neque enim licet alicui obijcere iuuentutem, ubi virtus exercenda est. Ecce ille non solum iuuenis erat, sed etiam pulcher specie, & formosus facie. Contingit enim iuuenem esse, & nulla corporis pulchritudine præditum: hic autem cum iuuentute, & pulcher erat facie, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factus est. Decem enim & septem habebat annos, quæ do deductus est in Ægyptum. deinde in ipsa fornace iuuentutis calumniata est eum perulans Ægyptia domina eius: & neque sic superatur fortitudo iusti. Denique in carcere tanto tempore erumnosus fuit, & mansit, quasi adamas, non solum non factus infirmior, sed & plus roboris assumpsit. Habuit enim solidantem se supernam gratiam. Quoniã prius quod suum erat totum attulerat, & propterea è carcere ad principatum totius Ægypti accersitus est. Hæc audientes, in afflictionibus animam nunquam despondeamus, neque proprias rationes sequentes morosi simus & difficiles: sed magna patientia clari, spe bona foueamur, scientes, omnipotentiam Domini: & quod sinens non experiri aspera, nõ relinquunt: sed vult, ut certantes clariori corona cingamur. Quod si quæras, cur Ioseph, aut venditus, aut in carcere positus non admonuit patrem suum, ut eum redimeret? Multifariam responderi potest. Primo quidem, illum tacuisse, ne patrem certiore faceret à fratribus suis se fuisse crudeliter distractum: quod rescitum, iustum senem maximo dolore afficeret. Nam homo pius grauius fert danna morum, quam rerum. Secundo, ut exitum somniorum expectaret: quorum complemētū agenti apud extraneos potius, quam apud suos erat expectandum. Tertio, quod nuntius

Chrysol.

Dei cuncta Ioseph negotia dirigebantur, ut fraternali prodicione, seruitute, calumnia, carcere: mysteriorum reuelatione, sapientia, prudentia, & insperata fratribus suis gloria: & exultatione, Iudeorum de Christo tragediam atque magnificentissimam dominicæ resurrectionis gloriam, supremamque futuram ipsius exaltationem tot retro sæculis adamussim præformaret. Sicut ea omnia beatus Stephanus protomartyr in Actibus Apostolicis excusus ceruicosis Iudeis exprobrat. Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti.

Act. 7.

Et circuiuit omnes regiones Ægypti.

Iam inde diligentis & strenui præpositi officioungebatur. Studuit enim prudentissimè tam ab vniuersis Ægyptis agnoscere, quibus ius dicturus erat: quam præpositos commendis, cogendisque frumentis constituere: atque in singulis Ægypti regionibus commodiora loca ad seruanda reposita frumenta deligere.

Venitque fertilitas septem annorum.

Præcessit enim vaticinium Ioseph, aliquanto tempore futuram frugum vbertatem, ne humanæ coniecturæ, sed diuinæ illustrationi interpretis prædictio adscriberetur.

Et in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in Horrea Ægypti.

Reor equidem, hæc horrea, cum alia per singulas vrbes structa, tum eorum præcipua, regiaque, illas esse pyramides, quæ inter septem mirabilia mundi computantur, quarum vestigia adhuc persistere feruntur. In manipulos autem segetes redactæ fuere: quia grana inspicere, velut in proprijs, naturalibusque locis contenta, diutius asseruantur: & ut palearum copia simul cum frumentis in iumentorum pabulum haberetur.

Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbebibus condita est.

Hæc enim erat quinta fructuum pars, quæ ab vno quoque agricola reddebatur, cum alijs frumentis, quæ præpositis vltro venditabantur, quæ omnia in destinatis horreis passim reponerentur.

Tantaque fuit multitudo tritici:

ci: ut arenæ maris coæquaretur.

Manifestaria hyperbole.

Et copia mensuram excederet.

Augusti.

Augustinus. Quod nõ erat tritici numerus, pro eo dictum est, quod numeri omnis vilitati nomē excederet illa copia: & quomodo appellaretur, non inueniebatur. Nam vnde fieri potest, ut quantumlibet magnæ, finitæ tamen, multitudinis numerus non sit? Quamuis hoc potuerit etiam secundum hyperbolen dici. reuera duæ sunt hoc loco prouerbales hyperbole, quibus non tam, vel finita, vel infinita tritici multitudo, quam maxima denotatur. Profecto tantus frugum prouentus, eorumque, per horrea diligentissima custodia, quibus futuræ penuriæ succuri posset, plurimum sancti Ioseph autoritatē augebat, atque illustrabat.

Natiq; sunt Ioseph filij duo, antequam veniret fames: quos ei peperit Assenez filia Phutipharris sacerdotis Heliopolis.

Dices. Quomodo vir pius impiam vxorem, utpote idolorum cultu à teneris imbuta duxit? Ne mireris dilecte: quia, licet Assenez Ethnica superstitione esset imbuta: erat tamen puella liberaliter educata, & honestis moribus prædita: quam Ioseph ad veram religionem facile transtulit. atque ut diuinus Paulus inquit: Sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem, ut iam filij ex eis geniti sint fidei candidati, ac subinde fiat proles munda & sancta.

1 corin. 7.

Vocauitque nomen primogeniti Manasse dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domum patris mei.

Etenim Manasse deducitur à verbo מנשה nasha, quod Latinis est obliuisci, addito, m, in principio dictionis, ut Manasse sit obliuio. Quod autem dicit omnium laborum suorum, domusque patris sui, se Dei beneficio oblitum fuisse: non est sic accipiendum, quasi eorum nõ recordaretur, quorum mentionem faciebat: sed quod ad tantam peruenerit prosperitatē, ut bonorum præsentium gaudium, malorum præteritorum tristitiam penitus aboleret: talemque, sibi domum apud Ægyptum constituisset, ut paterna minime indigeret. Talis

proculdubio est quoque vox eorum, qui de tenebroso mundi huius carcere educti in celestem Christi regiam feliciter inuehantur: Quibus non erit amplius labor, neque luctus, neque dolor ullus. quæ enim priora transierunt. singuli enim eorum lætabundi replicant: Obliuisci me fecit Dominus omnium laborum meorum, & domus patris mei. cui maledictum fuerat: In labore vultus tui vesceris pane tuo. Non quod beati præteritorum laborum, atque dolorum nõ meminissent, pro quibus euasis ingentes perpetuasque, optimo ac maximo Deo gratias agunt: sed quod illorum memoria, neque dolent, neque affliguntur, neque erubescunt: tanto cælestis voluptatis torrente fruuntur, satiantur, & inebriantur: Lætitia, inquit, sempiterna super capita eorum gaudium: & exultationem obtinebunt.

Apoc. 21.

Supra. 3.

Esai. 51.

Nomen quoque secundi appellauit Ephraim dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

Ephraim enim deriuatur à verbo פרח parah, quod crescere, & fructificare, & multiplicare Hebræis significat: ut sit Ephraim, crescens & fructificans. Terram verò paupertatis suæ vocat Ægyptum, in qua exulabat, & in carcere seruierat. Tantum autem amplissimæ prosperitatis incrementum in dominum tantorum bonorum autorem gratissima mente refert: qui dedit ei gratiam & interpretandi vere somnia, & regi bene consulendi: quique Pharaonem mouit, ut eundem summis honoribus exornaret, & ad imperij maximi fastigiū extolleret. Possunt & iure suo dicere, Crescere nos fecit Deus in terra paupertatis nostræ, quicumque angustia huius terreni habitaculi constricti, sic spiritu Dei aguntur, sic in ipsa tribulatione diuinitus dilatantur, ut quasi liberi plurimos bonorum operum fructus germinent, & maximis ad Deum meritis crescant, & supra modum multiplicentur. De quibus Propheta canit, A fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt. Quid ni tandem insonabunt? cum potiti fuerint ea vera beatitudine, quæ est status felicissimus omnium bonorum aggregatione perfectus? Denique Hieronymus. Obserua, inquit, propter quæstionem, quæ post paululum de Ioseph filijs proponenda est: quod ante famis tempus, quocumque intrauit in Ægyptum, duos tantum filios Ioseph habuerit, Manassen, & Ephraim: Manassen

Psal. 42.

nasen vocans ab eo quod sit, oblitus laboru suorum: ita enim Hebraice vocatur oblitio. Ephraim eo, quod auxerit eum Deus. Ex hoc enim vocabulo in linguam nostram transfertur augmentum.

Igitur transactis septem annis ubertatis, qui fuerant in Egypto, ceperunt venire septem anni inopiae, quos praedixerat Ioseph.

Verus igitur propheta Ioseph apparuit de septem annis famis veteris, sicut fuerat de trigesimo saturitatis septennio. Rerum enim euentus omnibus concessam viro sapientiam detegebat: faciebatque, ut omnes eius videndi desiderio tenerentur. Quod autem sequitur.

Et in vniuerso orbe fames praeualuit.

Non est accipiendus vniuersus orbis simpliciter, sed pro Aegypto tantum orbe, atque regionibus ei affinis, quibus seruata frumenta sufficere tantummodo poterant. Quod etiam sequitur.

In cuncta autem terra Egypti erat fames.

In Hebraeo aliter habetur. Nam loco Fames est Panis. Septuaginta quoque sic extulerunt. *ἔστι δὲ πᾶσι καὶ ἡ ἀγρία τοῦ Ἰσραὴλ ἄρτοι.* In omni autem terra Aegypti erant panes. Intelligimus ergo in primo atque secundo sterilitatis anno in Aegypto panes vulgo fuisse. hucusque enim durare potuerunt frumenta, quae quilibet ad futurae calamitatis remedium sibi reposituerat: quibus consumptis, iam inde in omni Aegypti terra fames esse coepit.

Qua esuriente, clamauit populus ad Pharaonem alimenta petes.

Nouerant enim Aegyptij illum immensam tritici copiam in horreis condidisse. Idcirco cum molestia famis inrueretur, magna praesens indigentia ad regem cucurrit, petens, ut inedia pereuntibus opem ferret.

Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph: & quidquid vobis ille dixerit, facite.

Ad Ioseph congrueremissit eos, cui cuncta regni gubernandi negotia comissa fuerant, praesertim ea, quae ad frumentationem pertinebant,

Crescebat autem quotidie fames in vniuersa terra. Aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptijs. Nam & illos opprefferat fames.

Hoc adiecit, quia multo posterius ceteris imparatis fames inuaserat Aegyptios aduersus eam paratissimos: & tamen inuasit eos tandem & oppreffit.

Omnesque prouinciae veniebant in Aegyptum, ut emerent escas: & malum inopiae temperarent.

Signanter dixit Temperarent: non autem Saturarentur: quia in magna frumentorum inopia, satis est, si vel tenui victu vitam proferas. Non est autem intelligendum, vniuersas prouincias ex cunctis terrarum orbis cardinibus in Aegyptum frumentandi gratia conuenisse, id enim fieri nequiret, & frustra fieret, si quidem vniuersis alendis Pharaonis horrea, quae libet amplissima, nullatenus sufficerent. Ex propinquis igitur prouincijs illuc concurrebatur. Vide, obsecro, qualem euentum accipiant somnia Ioseph. Nam ubi fames inualuit, venit etiam in terram Chanaan, in qua habitabat Iacob huius iusti pater. Hic mihi consideranda pie lector, quomodo, ut Rupertus inquit, in hoc mirabili victore, & glorioso triumphatore cum honoris altitudine, summaque gloria, & animi modestia, & mentis humilitas perseverent. Quid enim? Nunquid non poterat iam exaltatus venturos ad se fratrum suorum siue asinos, siue camelos regijs antice curribus? Idque grandi tuba ante se canente, quae & aemulis suis fratribus insultaret, & sanctum patrem diurno luctu defarigatum ad laetitiae suae festiuitatem inuitaret? Poterat plane. Enimvero piatissimus vir nihil sibi arrogans, totusque a diuino arbitrio pendens, reliqua tempora sua manibus eius committebat, quem sui curam praesentissimam habere peropportunos praesidijs coelitus sibi collatis luce clarius compererat.

Collatio Christi et Ioseph.

Postremo iuxta mysticos intellectus, Ioseph a penuria frumenti saluat Aegyptum, & Christus a fame verbi mundum liberat. Aperuit horrea Ioseph, & distribuit frumētis, veditisque; cuncta Aegyptum Pharaoni subiecit. Aperuit horrea sua Christus diffuso Spiritu

tu sancto in orbem terrarum: & frumenti spiritali erogatione omnia patri subiugauit. Nisi fratres Ioseph vendidissent, defecerat Aegyptus. Nisi Iudaei Christum crucifixissent, perierat mundus. Ioseph interpretatur augmentatio, siue ampliatio, quae maxime Christo, qui omnia auget, & complet, conueniuit. Et quidem in illo Ioseph ampliationem non habuit, nisi sola Aegyptus. In nostro vero vniuersus mundus. Ille erogauit triticum: noster Dei verbum. Ille distribuit panem iumentorum: hic noster panem angelorum. Ille cibum qui perit: hic cibum vere vitalem, qui permanet in vitam aeternam. Hunc cibum sibi comparare Iudaei Christus suadebat dicens: Operamini, non cibum, qui perit: sed

Ioan. 6.

qui permanet in vitam aeternam. Denique, licet panis, quem Ioseph populis tribuit, malum quidem inopiae ad tempus temperauit: sed a morte non liberauit. At panis, quem Christus cunctis mortalibus largitur, est ille panis verus, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo: sic, ut, si quis ex eo manducet non moriatur: sed viuat in aeternum: sicut dominus Iesus in Euangelio Ioannis multis testatus est. Sed haec haec haec & consequenter videamus quomodo iusti senis imperio Ioseph fratres, urgente eos fame, in Aegyptum descendunt: ibidem pro somniorum fide illum adoraturi. sic enim historiae series superioribus connectitur.

Caput quadagesimum secundum.

Audiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Egypto.

In Hebraeo *וַיֵּיבֹשֶׁת* vaiar, & vidit: Sic & Septuaginta *ἰδὼν*. Vtrunque equidem arbitror euenisse: & quod Iacob illud audiuit ab ijs, qui de Aegypto frumenta exportabant: & quod oculis suis viderit illinc allata frumenta. Denique manifestissime cognouit, & pro certissimo habuit in Aegypto triticum ventum dari. Sed notandum verbum Hebraicum *וַיֵּיבֹשֶׁת* seber, modo frumentum, modo spem, modo contritionem, vel interitum significare. Quae omnia non ab re eodem vocabulo significantur. Sic enim rerum natura fert, ut mortales magna huius vitae propagandae expectatione, concepta frumenta, quibus alantur, habere nitantur. Ea colligendi fiducia & terra colitur, & subactae semina creduntur. etenim spes alit agricolae. Enimvero in eo mortaliu vicem merito quis doleat, quod praerunquam accidit, ut illi nimia huic temporarie vitae prospiciendi cura districti, labores, sudoresque suis viribus impares subeant: imo saepe fit, ut vel in manifestaria vitae, propter quam sagragitur, discrimina sese conijciant vel in miseram seruitutem incidant. Sic enim accidit filijs Israel qui cum prius in Aegyptum descenderint, ut ibi per Ioseph manus sub Aegypto tamen rege alerentur, postea ab Aegyp-

rio quoque rege, qui non nouerat Ioseph, miserrima seruitute depressi fuerunt, atque contriti, in quod malum ne incidamus reprimenda est superfluarum opum appetitio: moderandaque; acquirenda huic vitae degenda necessaria, cui per pauca sufficiunt: nimia illa sollicitudo, nec habendi studium in longum tempus proferendum. Stultissimum namque est, accumulandis, reponendisque opibus studere, ad id praesertim temporis, in quo iam vita defunctus coaceruatis vti nequeas. Quamobrem praepceptor caelestis docili mente audiendus est: qui huiusmodi noxias curas, & incōmodos conatus, humanis de pectoribus adimere volens summa quadam, & diuina auctoritate ita praecipit, Nolite solliciti esse de crastino: sufficit diei malicia sua: hoc est: nolite de futuro tempore nimis anxios esse. Satis enim est praesenti afflictio, quam ipsum

Matth. 6

Dixit filijs suis: Quare negligitis?

Hebraice: *למה תהיו חסרי דאגה* Quare aspicitis, id est, ad videndum tantum intenti estis. Estque inter

inter homines frequens hic sermo, quum torpentes videmus aliquos, dumtaxat aspicere, nihil agere. Id quod recte Septuaginta quoque extulerunt, *ὡς τὸ ἀβυμῆτι*; vt quid pigri estis. Cum ergo cognouisset Iacob Ismaelitas, & Idumæos ex Ægypto triticum afferre, filios suos increpat, quod ipsi soli in comparandis alimentis torpeant, & tanquam idē præ ceteris rebus victui necessarijs abundēt, Ægyptum adire negligāt. Porro inopiæ magnitudo quāta fuerit, primæ patris voces que rimonia plenæ patenter inlinuāt. Quare negligitis? Deinde confestim narrat quid perceperit.

**Audiui, quod triticum venūdetur in Ægypto.**

Tertio perdonat, quid velit.

**Descendite, & emite vobis necessaria, vt possimus viuere.**

Breuiusque tandem sermonem terribiliter ita concludit:

**Vt non consumamur inopia.**

Obtemperauerunt denique filij paterno præcepto. Iamque illud Apostolicum exequabantur: Filij obedite parentibus vestris per omnia: hoc enim placitum est domino.

**Descenderunt igitur fratres Ioseph, vt emerēt frumenta in Ægypto.**

Tradūt Hebræi, filios Iacob hoc loco dictos fratres Ioseph, quod eo animo in Ægyptum irent, vt fratrem quærerent, inuentumque redimerent, redemptumque patri suo restituerent. Vel potius ideo nunc dicti sunt fratres Ioseph, quando urgente fame in Ægyptum descendere compulsi sunt, vt eis labor maximus & acerbissima afflictio obueniret, à quibus adorari oportebat fratrem incognitum, quem in seruum olim per inhumaniter vendiderant.

**Decem.**

Itaque fratres Ioseph tantum profecti sunt. Nempe

**Beniamin domi retēto à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne forte in itinere quicquam patiatur mali.**

Profecto Beniamin potius, quàm alium quem filiorum bonus senex retinere voluit:

non vtique quod tolerādo itineris labore inferior esset. agebat enim iam ætatis suæ annū vigesimum quintum: sed quoniam Ioseph quōdam amisso, solus hic ex dilectissima sibi Rachele supererat, eodemque alterius orbitatem quādātenus solabatur. Verum ne ob sinistram aliquam de fratribus eius conceptam suspicionem, quasi eodem hunc, quo altero, odio persequerentur apud seipsum Beniamin retinere videretur: commune itineris periculum prætexit dicens: Ne forte in itinere quicquam patiatur mali. Nunquid non etiam domi Beniamin, vel morbo, vel morte vel alio quodam malo affici poterat? Poterat quidem: sed multo plura facientibus iter, quod domi sedentibus occurrere pericula solitant: quæ frequenter, aut nullatenus, aut certe valde difficulter euadere valeas. Nec id de corporalibus tantum, sed etiam de spiritualibus quoque periculis oportet intelligi: vt diligentissime caueamus, ne vnquam tentatori occasionem demus supplantandi nos. Hinc saluberrime diuinus Paulus Christo credentes monet dicens: Nolite locum dare diabolo. Cui assonat egregius Domini vicarius dicens: Fratres sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Denique fratres Ioseph.

**Ingressi sunt terram Ægypti cum alijs, qui pergebant ad emendum.**

Nō enim solum Chananæi, sed etiam Ismaelitæ, Idumei, Moabitæ, Amonitæ, & Arabes in Ægyptum coemendi frumenta gratia confluēbant. Nec id mirum.

**Erat enim fames in terra Chanaan. Et erat Ioseph princeps Ægypti, atque ad illius nutum frumenta populis vendebantur.**

Necessum enim erat, vniuersos frumentorum emptores in primis ad ipsum Ioseph accedere, à quo vno illa emebantur, cuique soli pecuniæ pro emptis soluebantur. At ille literis datis emptores remittebat ad inferiores per reliquas vrbes præpositos, vt illi iuxta literarum modum eis frumenta metirentur.

**Cumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos**

alienos durius loquebatur.

Iam iuxta vetus somnium fratres venerantur: sed nondum tanquam fratrem: sed eum, velut Ægypti principem adorant. Cognouit autem eos Ioseph, quia eadem facie, eodemque totius corporis habitu, nempe pastoralis adornati venerant, in quibus eos puer amiserat. Ipse autem non est cognitus ab eis. Nimirum, quia ex imberbi puero in virum barbaram creuerat, penesque toto vultu immutatus fuerat: nec non è seruo princeps euaserat. Quis enim vnquam suspicaretur puerum in mancipium barbaris diuentum, in splendidissimum summæ potestatis fastigiū sublimatum fuisse? Et compositæ, quasi ad alienos, eis durius loquebatur. quod ideo fecit: quia non videns Beniamin cum alijs fratribus suis timuit, ne simili odio, modoque, quibus se, illum quoque perdidissent. Commotus igitur vterini fratris absentia durius cum eis, quàm cum cæteris emptoribus agebat.

**Interrogans eos: Vnde venistis?**

Non dubium, quin minaci vultu & terribili sono hanc interrogationem pronūtiarit. At fratres trepidi, humique deiecti, miserabilique vultu illum suspiciebant.

**Qui responderūt, De terra Chanaan, vt emamus victui necessaria.**

Famis, inquit, necessitas in causa est, quare id itineris confecimus: & propterea relictis proprijs sedibus, huc venimus. Vide quod tanquam mirabile quoddam infert:

**Et tamē fratres ipse cognoscēs, non est agnitus ab eis.**

Chryostomus. Quia multum temporis intercesserat, faciem fratris non agnouerūt. Verisimile enim est, iuuenem olim, nūc immutatam faciei suæ effigie. Idque totum opinor diuinæ dispensationis fuisse ita vt nō poterint, vel ex sermone, vel ex aspectu fratrem agnoscere. Nam ita rerum merita requirebant, vt Ioseph, qui elementissimus erat, & valde misericors, aspectu primo fratres suos agnosceret. Illius autem fratres, qui, tanquam inclementissimi, & non solum immisericordes, sed etiam supra omnem opinionem crudeles, fratrem suum innocentissimum vendiderant, eundem maxima gloria fulgentem, summoque principatu fungentem nullatenus agnoscerent.

**Recordatusque est somniorum, quæ aliquando viderat.**

Quid ni recordaretur? Siquidem, vt circumspicte Rupertus adnotauit, Et præsens adoratio, & alimentorum expetitiō congruentissime respondet illi nocturnæ rerum futurarum imaginationi, quæ hæc præsentia præstabantur, quando ille narrans fratribus suis dicebat, Putabam ligare nos manipulos in agro: & quasi consergere manipulum meum, uestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Ecce enim re vera iā quodammodo manipuli eorum manipulum eius adorant, dum non ob aliud ignotum sibi Ægypti principem adorant, nisi quia eorum manipuli defecerant: ille autem de manipulis plenum habebat horreum: & iuxta Pharaonis quoque somnium dictum sit: Idcirco adorant, quia spicæ illorum tenues & percussæ vredine superiorum copiam annorum deuorauerunt: Ille autem per sapientiā spicas plenas, atque formosas partim ab illarum edacitate liberauerat, & in horreis recondiderat. Stabat autem & sublimis erat manipulus Ioseph: circumstantes autem humiles manipuli fratrum, manipulum eius adorabant. Volens itaque diligenter omnia discere, quæ circa patrem & fratrem erant, magna cum austeritate eis respondet.

**Et ait ad eos, Exploratores estis vos: vt videatis infirmiora terræ venistis.**

Mendacio quidem officioso, à quo non est opus sanctum virum penitus vindicare; Ioseph fratres suos in primis tentat: vt tanto crimine illis obiecto, ab afflictis veritatem extorqueat: quam scire pertendit. Nimirum, scire volebat, in quo statu Beniamin esset: quæque voluntatem decem sibi præsentibus in absentem gererent. Diligebat enim Ioseph præ cæteris Benjaminum eo, quod frater germanus eius esset ex vtroque parente, neque in sui proditionem cum alijs conspirauerat.

**Qui dixerunt.**

Nempe anxij & afflicti tam graui telo percussis, & ea quæ discere studebat Ioseph à semet ipsis docent: & dicunt:

**Non est ita domine, sed seruitui venerunt, vt emerent cibos.**

**Omnes filij vnus viri sumus. pacifici venimus: nec quicquam**

famuli

famuli tui machinantur mali.

Non vtrique fuit inurbanum eos intentos sibi crimini contradixisse, quod certissime noverant ea in re illum falli, qui bene sciebat se ipsos ab imposito sibi facinore alienissimos esse. Quare integrum fuit eis absque vlla irreuerentiæ nota, crimen illud inficiari: quod non nisi leuissima aliqua suspitione, vel potius data opera falso eis imponebatur. iureq; suo asseruerunt, se non intrasse Ægyptū, tanquam exploratores, sed alimentorum comparatores. Horum denique constantia docemur, nulla inquirentis autoritate, nulla tormentorum grauitate licere nobis crimen aliquod falso nobis impositum de nobis confiteri: præsertim si illud in vitæ, aut corporalis, aut spiritualis detrimentum vergat. Id quod sane præter culpæ mortalis incursum in re graui fieri nequit. Hoc enim loco verissimū est illud: Os quod mentitur, occidit animam suam. Cæterum, quantum ad vrbaneitatem cum principe seruandam attinet, perurbane quidem non dixerunt: Serui tui venimus: sed Venerunt. honorificentiæ enim gratia sub teritiæ personæ forma de se cum illo locuti sunt. Postremo, quia nonnulla in eos suspicio nasci poterat, quod non ab re simul omnes per urbem euagarentur, eam diluere pergunt dicentes: Omnes filij vnius viri sumus. Ac si dixerint: Hinc est, quod simul conuenimus, mirum fratres, simulque per urbem discurremus. alioqui, pacifici venimus: nec quicquid serui tui machinantur mali.

Quibus Ioseph.

Nō admittam satisfactionem, quamuis veram esse eam norat, vt eos acrius vrgeret, totumque paternæ domus negotium aperire compelleret.

Quibus,

Inquam,

Respondit.

Mendacio continenter vtens officioso:

Aliter est: immunita terræ huius considerare venistis.

Superuacue, inquit, hæc mihi dicitis, & eum hoc habitus aduentus vestri declarat, quod malicia quadam exciti huc venistis. Scio enim vos, non solum in vnum cōgregatos incedere, sed etiam passim discurrere per totam regionem & vrbes, vt exploretis quæ loca sint muris nudata: quæ propugnaculis vacua, & per quæ ab hostibus omnes vrbes ex-

pugnari, totaque Ægyptus debellari possit? Illi autem necessitate coacti, bonaque conscientia freti, perstantes in priori satisfactione, eadem, quæ superius, paucis additis reddiderunt, volentes eum ad misericordiā flectere,

Duodecim,

Inquiunt,

Serui tui fratres sumus filij vnius viri in terra Chanaan: minimus cū patre nostro est: alius non est super.

Augustinus. Cū posterius dicant, quod vnius eorum non sit ipsum scilicet Ioseph, non esse existimantes, id est, perisse. hac locutione dictum est etiam illud, Hi filij Iacob, qui facti sunt ei Mesopotamia: cum ibi non fuerit natus Benjamin. Quod autem dixerunt: Sumus in terra Chanaan cū eo tempore, quo loquebantur, in Ægypto essent, Sumus dictum est, pro Habitamus. Inde enim venerant, illico redituri, ibi commorantes. Patris quoque sui mentionem fecerunt, tanquam viri cuiusdam priuati, à quo bellum nullatenus timendum esset. Addiderunt quoque habitare se terrā Chanaan Ægypto proximā: vnde rei veritatem facile sciri posset. Et quia duodecim fratres esse, ipsi prodiderant, cū præsentibus essent tantum decem, ne mendaces haberentur, aliorum duorum rationem reddentes addiderunt: Minimus cum patre nostro est: alius non est super. Minimus, id est, Benjamin confessi sunt apud patrem esse vt eius solacio grandæuus senex frueretur. Aliterum vero dixerunt non superesse, neque cū patre, neque secum, neque alibi gentium, putantes eum perisse: quod forte ab eis quæsitum non inuenissent. Tunc Ioseph arrepta occasione exigendi ab eis fratrem suum vterinum.

Hoc est,

Ait,

Quod locutus sum. exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam.

Scilicet, sitis ne veraces. Nam si in hoc mendacio nunc fueritis deprehensi: nihil dubitū quin omnia vestra verba conficta fuerint, vt hostilem, quam exercetis de hac terra explorationem, subdole contegeretis. Quare

Per

Per salutem Pharaonis nō egredimini hinc, donec veniat frater vester minimus. mittite è vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur, quæ dixistis, vtrum falsa, an vera sint. alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis.

August.

Consultis non paucis huius loci tractatoribus, nihil, aut eruditius, aut consonatius reperi, quam id quod Augustinus diligentissimus rerum difficultum explicator tradidit. Qui dicit, inquit, quod Ioseph vir tam sapiens, atque ita, non solum hominum, inter quos vivebat testimonio, sed etiam ipsa Scriptura testelaudatus, ita iurat Per salutem Pharaonis, non exituros de Ægypto fratres suos, nisi frater eorum minor venerit? An etiā bono, & fideli viro vilis fuerat salus Pharaonis, cui fidē, sicut primum domino suo, seruabat in omnibus? quanto enim magis ipsi, qui eum in tanto honore locauerat, si illi seruauit fidem, qui eum seruum empticiū possidebat? Quod si non curabat Pharaonis salutem: nunquid & periurium pro cuiuslibet hominis salute vitare non debuit? An nō est periurium? Tenuit enim vnū eorū, donec veniret Benjamin: & verum factum est, quod dixerat: Non exhibitus hinc, nisi venerit frater vester. Ad omnes enim non potuit pertinere, quod dictum est. Nam quomodo esset ille venturus, nisi ad eum ducendum aliqui redissent? Sed quod sequitur magis vrget quæstionem, vbi iterum iurauit dicens: Mittite ex vobis vnum, & adducite fratrem vestrum: vos autem non educemini. quoad vtrique manifesta sint verba vestra, si vera dicitis an nō: sin autem per salutem Pharaonis exploratores estis. id est, si non vera dicitis, exploratores estis. Huic sententiæ interpoluit iurationem: quia si vera non dixissent, exploratores essent. id est, exploratorum pœna puniendi, quos tamen vera dicere sciebat. Neque enim periurus est qui: que si ei, quem castissimum nonit, dicat: Si hoc adulterium de quo argue ris commisisti, damnabit te Deus: & his verbis adhibeat iuramentum, verum omnino iurat. Ibi enim est conditio, qua dixit, Si fecisti: quem tamen non fecisse certum habet. Ait

aliquis: Verum est quia si fecerit adulterium, damnabit illum Deus: hoc autem quomodo verum est? Si non verum dicitis, exploratores estis: cū etiam, si mentiantur, nō sint exploratores? Sed hoc est quod dixi: ita dictum esse. Exploratores estis, tanquam si dictum esset: exploratorū pœna digni estis: hoc est: exploratores deputabimini merito mendacij vestri. Estis, autem potuisse dici pro Habebimini, & deputabimini, innumere similes locutiones docent. Vnde est illa Helia: Quicumque exaudierit in igne: ipse erit Deus: non enim tunc erit, sed tunc habebitur. Hæc ille. Illis autem tacentibus institutum suum persequitur.

3. reg. 18.

Tradidit ergo eos custodiae tribus diebus.

Aptissimo trium dierum numero, & iustissimo omnes in carcere detenti fuere: quoniam tribus in fratrem suum peccauerant, mortis videlicet in tentatione, deiectione in cisternam, atque impia venditione. At Ruben saluum voluit puerum, perditumque valde lamentatus fuit. Cur ergo cum alijs in carcerē protruditur? Nempe propter commendandum mutuæ fraternitatis consortium. Sic & Deus solet cum peccatoribus iustos affligere, vt charitatis eorum, qui eiusdem generis sunt, vinculum commendet. Ad hoc id faciebat, ne Ruben singulariter dimisso mentes aliorum opinio subiret, ne forte venditus frater esset iuxta pristinorum fidem somniorum, qui talia faciens illum tanquam sui fautorem clementius multo cæteris tractaret. Quæras. qua autoritate vir iustus in fratres suos animaduertebat? Ea proculdubio, quæ sibi in eos datam cœlestia somnia notificauerant: quamque in Ægypto Pharaone ea in re diuinitati internente, magnifice iam exquebatur. Verum quo zelo vlciſcebatur? Sane non propriæ vindictæ. erat enim clementissimus, sed iustitiæ voto: vt pro iniuria, dolore, atque damno ab eis patri illatis salubriter punirentur. Vide pellucens in mitissima pœna fraternam beneuolentiam: qui enim pro tot, tantisque criminibus vltimo supplicio dignissimi erant: triduo dumtaxat carcere affliguntur.

Die autem tertio eductis de carcere ait: Facite quod dixi, & viuetis: Deum enim timeo.

k

Quam



Quam clementer inarum rigorem spe vitæ eis proposita mitigat, & ne simulâter eam afflictis polliceri videretur, memorato Dei timore promissa confirmat dicens: Deum enim timeo. Iam tunc humanis pectoribus illud sapientis insitum erat: Per timorem Dei declinat omnis homo à malo. Quicumque enim à peccando abstinet: aut metuit Deum, tanquam iudicem, à quo, si eum offendat, sit merito puniendus: ideoque ab inconcessis diligenter abstinet, ne quando plectatur: aut veretur illum, veluti patrem, & diligentissime cauet, ne ei displiceat: & obnixe satagit, ut eidem placeat. Qui timet, ait, Deum, faciet bona. Iam verò ubi se Deum timere professus est, atque colere: multo mitius quam antea cum eis agit. Nō enim omnes carcere retineri requirit: sed vnum quempiam quouisque expetitus afferatur. Ait enim.

*Prou. 15*

*Eccle. 15*

Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere: vos autē abite, & ferre frumenta, quæ emistis in domos vestras: & fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt possim vestros probare sermones, & non moriamini.

Forfitā & hoc loco Ioseph alicui videatur aliquanto in fratres seuerior: sed & in ipsa seueritate elucet egregie quædam non vulgaris ipsius mititas: siquidem post triduum eos de carcere educit, sese eadem religione cum eis teneri insinuat: & ne ipsorum familiæ fame pereant frumenta quæ coemerant eis exportare permittit, ac in futurum mitiora eidem successura subindicat. Vnum tamen ex omnibus iussa complendi obfidem vincitum apud se relinqui vult. Et, quamuis non ignoraret, rem fore eis factu perdifficilem, id tamen ipsum instantius exigebat, vt tantæ rei difficultate laborantes priora merita memoria repeterent, propter quæ vindice Deo in tam graue discrimen se incidisse cognoscerent. Denique instanti necessitate compulsi. Fecerunt, vt dixerat.

Præstita igitur illi fide de adducendo Beniamino, & tradito Symeone. hūc enim in vinculis relinqui Ioseph optauerat: tandem respicentes ob antiquum scelus præsentibus calamitatibus sese torqueri & agnoscunt, & dolent, & fatentur.

Et locuti sunt ad inuicem: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum.

Considera nunc, quomodo conscientia eorum incorruptus ille iudex aduersus eos infurget: & nullo arguente, & in medium afferente, ipsi sui accusatores sunt: iuxta illud Domini per Hieremiam dicentis: Arguet te malicia tua, & auersio tua increpabit te. Porro augent peccati sui gravitatem eo, quod fuerit implacabiles, & immisericordes, & adeo inhumani, vt nullis fraternis precibus, nullis lachrymis, nullis gemitibus, nullis vlulatibus ad pietatem flecti potuerint. Hoc enim est quod aiunt.

*Hiere. 2.*

Videntes angustiam animæ illius, cum deprecaretur nos, & non audiuius.

Sed liuidis animis fratrem, feralibus odijs innocentem, incredibili barbarie scitum & elegantem puerum patri dilectissimum supra impietate primū iugulare aggressi, deinde in cisternam deicientes tandem Ismaelitis, & Madianitis, quocumque barbaris liberet, in miseram seruitutem deportandum vēdidimus.

Idcirco venit super nos ista tribulatio.

Iure quidem optimo huic peccato præsentem tribulationem accomodant. Nam qui non meminerat ad aliquod aliud scelus perpetrandum præter hoc vnum simul omnes coniurasse: pro eo ipso, quod cuncti pariter peccauerant, se cunctos eodem in cruciatu æque puniri fatentur. Et quia in minorem fratrem crudeliter sauerant, minimū quoque immensis laboribus, & acerbissimis doloribus à sinu patris auellere coguntur, ambigui, quem finem res esset habitura. Sic demum Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Merito inquit hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, cum deprecaretur nos: & non audiuius. Idcirco venit super nos ista tribulatio. Præclare Chrysostomus. Ita enim se habet peccatum: quando consumatum est, & opere perfectum: tunc suæ absurditatis ostendit excellentiam. Et sicut ebrius, quando multum vini ingurgitat, nullum sentit à vino damnum: postea autem sentit, quantum sit damnum: ita &

*Sap. 11.*

*Chrysol.*

& peccatum donec cōsumetur, obtenebrat mentem, & quasi densa nubes, ita mentem corrumpit: deinde conscientia infurget, & quouis accusatore mentem grauius arrodit, monstrans absurditatem facti. Enimvero & hic videre licet, quod illa nunc in mentē veniunt, quæ fecerunt: & cum de summa salutis periculum immineret, tunc tandem confitentur, quæ fecerant. Denique Vexatio dat intellectum: idque tam probis, quam improbis. Verum multum interest inter homines extremæ malitiæ, & eos qui, aut ignorantia, aut cita quadam perturbatione peccarint. Nam illi durissimis quoque flagellis percussis, & si sentiant diuina manu sese premi, minime tamen à sua improbitate recedunt: id quod facere maxime deberent, si nō obaltud vel certe, vt calamitates euaderent. Tales erant illi, de quibus Esaias inquit: Et non est conuersus populus ad percutientem se: sed adhuc manus eius extenta. hij autem cum nouis aduersitatibus affliguntur, illico respiciunt, seque ipsos damnant, & errata conantur emendare, atque ab irato iudice veniam aut promereri aut impetrare nituntur. Promereri quidem si cætera Deo charitate grati sint: impetrare autem, si non illi per inhabitantem gratiam reconciliati sunt. De quibus ipse dominus per Oseam loquitur: In tribulatione sua mane consurgunt ad me: & dicent, Venite & reuertamur ad Dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Abunde sit explicatū, quomodo fratres Ioseph, conscientia teste se se condemnabant.

*Esa. 28.*

*Esa. 9.*

*Osea. 6.*

Ex quibus vnus Ruben ait: Nunquid nō dixi vobis: Nolite peccare in puerum: & non audistis me?

Quanta est innocentiae fiducia. Ecce Ruben liberrime fratres suos proditiōis arguit: quoniam sceleris exors fuerat. Verumque est illud Sapientis: Qui ambulat simpliciter, ambulat cōfidenter. Et vt constat quicquid peccatur, in ipsum quoque Deum peccari: dixerat Nō peccetis in puerum: ac si dixisset: Caute, ne puero nocendo, peccetis in Deum. non enim peccatur in proximum, nisi quia peccatur in Deum, cuius possessio proximus est. Deus enim rerum omnium conditor, & humani generis redemptor est, qui lege naturali, atque scripta: atque Evangelica hominē homini nocere prohibet. Cuius legē infringere

*Prou. 10.*

gere piaculum est. Idcirco ille peccata in homines, tanquam in se commissa, acerbe punit. Id quod nunc Ruben testatur dicens:

En sanguis eius exquiritur.

Sanguinem pro morte posuit: quoniam effuso sanguine anima de corpore fugit, continuoque homo moritur. Opinabatur enim Ruben puerum tenerrimum, & liberaliter educatum, grauiissima seruitute tot annis diuexatum, iam pridem animā egisse: ac perinde debitas poenas ab eis pro illius morte deposci. Forte fratres exprobranti eos responderint, se quidem vendidisse Ioseph, non tamen ei mortem intulisse. Quid Ruben? Acrius vrsit eos dicens: Quantum ad propositum vestrum fratrem occidistis: licet enim non per eius gulam gladium trans miseritis, barbaris tamen viris eum vendidistis, & difficiliorem ei ad moriem viam excogitastis.

Nesciebant autem quod intelligeret eos Ioseph: eo quod per interpretem loqueretur ad eos.

Nempe quasi eorum linguam non intelligeret, ipsos audire dissimulabat. Augustinus. Quid est quod cum inter se poenitentes filij Israel loquebatur de fratre suo Ioseph, quod cum illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quod se periclitari videbant, adiungit Scriptura & dicit iuxta Septuaginta, Ipsi ignorabant, quod audiebat Ioseph: interpretis enim inter illos erat. Hoc scilicet intelligendum est: ideo eos putasse: quia ille nō audierit, quod videbant interpretem, qui inter illos erat, nihil ei dicere eorū quæ loquebantur: nec ob aliud adhibitum putabāt interpretem, nisi quod eorum linguam nesciret, nec cura erat interpretis ea dicere illi, à quo positus fuerat, quæ non ad illum sed inter se loquebantur. Enimvero sanctus Ioseph afflictis fratribus & dolentibus, fraterna pietate tactus iam iam plorantibus adploratus.

*Aug. 11.*

Auertit se parumper, & fleuit.

Abstuit enim donec erumpentes pro affectus teneritudine lachrymæ reprimerentur. Nondum enim agnosci volebat, sed in posterū salubri quodā cōsilio agnitionē sui differrebat. O virum pientissimū, qui tam facile respicientibus ignoscit: o misericordissimum qui iuste afflictis tā ex animo miserefecit. o benignissimum, qui cum flentibus tam amabile

biliter flet. Hunc ego mitem illum Euangelicum dixerim, qui non tantum in Ægyptia terra regnet, sed hæreditario quoque iure uentium terram possideat. Deterfis demum lachrymis, &

Reuersus locutus est ad eos.

Quid ipsis hoc loco dixerit scriptum nõ est. Enimuero putarim equidem eis dixisse, omnino necessum esse vnum quempiam ipsorum manere vinctum, donec minimus adduceretur: addidisse quoque ne eis nimis durus videretur, voti sui esse illi minimo benefacere. hoc enim inferius Iudas refert, ipsiq; Ioseph in memoriam reuocat, eundem de Beniamino dixisse: Adducite eum ad me, vt ponam oculos meos super illum: interim tamen donec diuinæ iustitię satis factum sit, & vt mentem eorum erga Beniaminum penitus agnoscat genuinę pietati relictas, adhuc illos affligere pergit.

Tollens Simeon & ligans illis presentibus

Ipsæ namq; Ioseph, quem voluit, ligauit: nec optionem fratribus dedit ligandi, quem vellet. Alienum erat à germana charitate inter se discernere, quis eorum vincendus esset: id enim iudicis officium est, non reorum precipue fratrum. quanquam in Hispania tyrannus quidam compulit duos fratres pugna captos inter se discernere, vter eorum interficiendus esset: & post acrem eorum contentione (vterque enim pro altero mortem oppetere exoptabat) vicit maritum cœlebs, asserens, oportere illum, qui vxorem, liberosque haberet esse superstitem: quo neque vxor marito, neque filij patre præpropere orbarentur. Fecit itaq; ille Simeonem vinciri: quoniam is, vt Hebræi tradunt, hostilius in ipsum egerat, dicendo: Ecce somniator venit: & deponendo eundem in cisterna veteri. Dixeris. Quare reliqui fratres tollenti minime restiterunt? Proculdubio, quia homines paucissimi & inermes Ægypti principi nullatenus repugnare valebant. Permiserunt igitur Simeonem tolli, atque vinciri forsitan pro liberandis fratribus suis talia pati minime detrectantem: quem inuitum tradere vinculis eis minime licuisset. Vincto itaque Simeone.

Iussit ministris, vt impleret eorum saccos tritico.

Iam pecunias pro frumentis Ioseph ab eis acceperat, sed nondum fuerant eis illa dimen-

sa. Iussit ergo ministris, vt abq; mensura eorum sacci refarcirentur, ac subinde

Poneret pecunias singulorum in saccis suis.

Hæc omnia absentibus illius fratribus gererantur.

Datis supra cibarijs in viam.

Hæc quoq; omnia fraterna quadã pietate Ioseph exquebatur: sed adhuc ignotus fratribus. Nam & minister, qui cibaria illis porrexit, simulabat se illud facere, ne ipsi in comparandis cibis detardati seriùs pro apportando minimo illo proficiscerentur. Cuncta enim in eos, & vrgenter, & celeriter fiebant: quo amplius animis districti citius imperata facerent.

Qui fecerunt ita.

Ministri videlicet, sicut eis Ioseph iusserat. Id quod faciebant nescientes, quid ipse rerum Ægyptiarum princeps eiusmodi factis moliretur. Nihil enim aut tutius, aut vilius principibus, aut potentatibus: quàm pertinaci silentio tegere quicquid illud sit, quod facere machinantur. Nec mirum cum ille rex regum & dominus dominantium, cuius conatibus nulla vis resistere potest, assumptis discipulis suis secreto stupenda illa instantis passionis suæ mysteria detexerit.

At illi portantes frumeta in asinis profecti sunt.

Non dubium, quin mœsti, dolentesque pro fratre Simeone in vinculis relicto. Cæterum sperauerim equidem de propensissima Ioseph cum in alienos, tum in suos pietate, a alijs profectis fratribus, iussisse Simeonem carnis exonerari, & perhumaniter tractari: ita tamen, vt carceris claustris retineretur, ne forte aliqua elapsus fugeret, priusquã alij fratres cum expetito Beniamino reuerterentur: Magno enim cum temperamento ipsius conditoris exemplo vir sapiens reos punit.

Apertoque vnus sacco, vt daret iumento pabulum in diuersorio, contemplatus pecuniam in ore sacci, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia. en habetur in sacco.

Hoc

Luc. 2.

Hoc in loco Vnus, vt reor, pro Quidam ponitur quisquis fuerit ille: quamuis Hebræi leuicula tradant, eum fuisse Leui, cuius relicto in vinculis fratre Simeone compare suo solus gradiebatur. bini enim iter faciebant. sed sanius est, vt agnoscamus Scripturarum morem: quo quædam in eis indefinite traduntur, quæ tamen alioqui definite tradi poterant. sicut superius in determinate dictum est, Et inuenit eum vir errantem in agro: cuius nomen & gentem & locum Sacer historicus spiritu Dei afflatus notificare poterat. Sic & beatus Lucas Euangelista sub disiunctione memorauit, oblatum fuisse pro Domino partururum, aut duos pullos columbarum. Sed hæc sua mysteria continent. alibi commodius explicanda. Dixit itaque ille vnus fratribus suis: Reddita est mihi pecunia mea. en habetur in sacco. Benignus erat hic, & simplex: qui nec maligne nec subdole bonum inuentum silentio suppressit: sed fratribus suis confestim & alacriter illud aperuit. Quasi diceret. Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quam perdideram. Quo audito reliqui fratres, vt est humanum ingenium, euestigio saccos suos aperuerunt, & in eis pecuniam quique suam inuenit. Quod quidem ita factum esse consequens erat, & ipsi inferius fatentur dicentes: Cum venissemus in diuersorium aperuimus sacculos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum. Confirmatur & hoc eo, quod sequitur.

Et obstupesciti, turbatiq; mutuo dixerunt: Quid nam est hoc, quod fecit nobis Deus?

His verbis confitentur omnes in saccis suis pecunias, quemq; suas inuenisse: earumque inuentionem, velut nouam, & inopinam vehementer admirati sunt: ac perinde rei nouitate turbati obstupuerunt. & quoniam vnus Dei cultores erant, atque de diuina prouidentia re & sentiebant, nullatenus, aut in casum, aut fortunam: quæ si ad Deum referantur nomina vana sunt. Nihil enim illi fortuito euenit, sed in Deum ipsum insperatam illam pecuniarum inuentionem retulerunt, mutuo dicentes: Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus. At poterant suspicari principis Ægypti qui cum eis duriter egerat vasamentum fuisse? Poterant quidem inde turbari: sed non id eis venit in mentem, qui statim illud Deo tribuerant, neque facile crederent frumentorum venditorem Pharaonis pecu-

niam emptoribus restituisse. Quin ambigendum minime videtur, occulto quodam creatoris instinctu motum Ioseph pecunias fratribus suis in saccis frumentarijs reposuisse: vt ea consolatione recrearentur, interim dum vinctum fratrem reciperent. Denique hæc vniuersa opera, quamuis superciliosis philosophis exilia, abiecta que videantur: attamen, vt vera religio docet, à diuina prouidentia proficiscuntur, & dispensantur: quæ Attingit à fine vsque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter. Quis enim actiones hominum regit, quis euentus dirigit, nisi solus conditor, qui eos creauit, & ad veram felicitatem promouet? Itaque filij Israël numero nouem triticum, & pecunias reportantes exacto itinere,

Sapient. 8.

Venerunt ad Iacob patrem suum in terram Chanaan.

Aiunt Ægyptum abesse à Chanana regione septuaginta paulo amplius leucis recta hinc illuc gradientibus.

Et narrauerunt ei cuncta, quæ accidissent sibi dicentes: Locutus est nobis Dominus terrę dure: & putauit nos exploratores prouinciæ.

Falluntur & in hoc. Nouerat enim Ioseph eos haud exploratores esse, sed cum ipsis disceptans artificiose colligebat, si deprehenderentur in mendacio exploratores habendos esse.

Cui respondimus: Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus: vnus non est super: minimus cum patre versatur in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo, quod pacifici estis: fratrem vestrum vnū dimittite apud me: & cibaria domibus vestris sumite: fratremque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quod non sitis exploratores: & istum, qui

tenetur in vinculis recipere possitis: & deinceps, quæ vultis, emendi habeatis licentiam.

*August.* Augustinus in hac narrationis repetitiōe: Eorum, quæ illis acciderāt in Ægypto illud notandum est, quod maxime necessarium videtur propter Euangelistarū narrationes: quomodo cum ea quæ dicta sunt, dicta esse narrantur: non omnino eodem modo repetuntur. cum tamen in diuersitate verborum, nihil sententiæ deperat veritatis. Nam quod dixerunt dictum sibi esse à Ioseph: Et in terram mercamini, non inuenitur ab illo dictum. sine mendacio autem dixerunt: quod ex verbis, quæ dixerat in eius voluntate cognouerant. Neque enim verba sunt necessaria, nisi ad exprimendam, & in audientium notitiam perferendam, quantum possumus, voluntatem.

His dictis, cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias.

*Tostadus* Sed iam in diuersorio repererant eas. Igitur ut sapientissimus Tostadus asserit, hæc per recapitulationem hoc loco repetita sunt.

Exterritisque simul omnibus.

Stuporem siue terrorem adauxit subita pecuniarum repertio. Timuerunt forsitan contra se subtiliter ab Ægypti principe nouis artibus agi, atque deuoluendæ in eos calumniæ occasiones paratis offendiculis inquiri. Vnde & postmodum ad dispensatorem in Ægypto ita locuti sunt: Oramus domine ut audias. Iam ante descendimus, ut emeremus eas: quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium aperuimus sacculos nostros, & inuenimus in ore saccorum pecuniam, quam nunc eodem pondere reportamus. Non est in nostra conscientia, quis eam postierit in marsupijs nostris. Vide, quomodo, qui prius inuentas pecunias Deo tribuerant, non sibi

*Chrysol.* constantes, ut ait Chrysolomus, iterum magis anxij facti sunt, suspicantes, ne & hoc augmentum eis esset criminum: & conscientia accusati omnia tribuebant peccato, quod in Ioseph admiserant. Pulchre Seneca, atque grauius inquit: Tuta esse scelera non possunt: quia prima illa & maxima peccantium pe-

*Seneca.*

na est peccasse. secundæ poenæ sunt, timere semper, & expauescere, & securitati diffidere. Omnibus itaque exterritis ad eorum mentis cruciatum additur luctuosa & miserabilis patris querela dicentis:

Abique liberis me fecistis.

Dolentis more Iacob omnibus filijs se priuatum lamentatur, cum solum de tribus ei timendum esset, sicut idem continuo explicat dicens:

Ioseph non est super: Simeon tenetur in vinculis: Benjamin auferetis: in me hæc omnia mala ceciderunt.

Quanto enim parentes plus filios suos amant: tanto magis aduersam eorum vicem dolent: adeoque filiorum calamitatibus mouentur, ut suas ipsorum eas esse existiment. Et quem admodum in amore mutuo reddendo filios patres superant: sic & in dolendo plerumque eos excedunt. Etenim, cum singuli quique filij priuatis infortunijs, doloribusque afficiantur, paternum pectus cuncta illa in se concipit, vniuersisque liberorum miserijs discruciat. Porro patrius amor ad omnes filios effusus, quibuslibet eorum patientibus comparatur. Quam dolenter ille pater spiritualis loquebatur? Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Nonne agnoscis in Apostolo paterna viscera? extant quippe. cunctos enim, quos Christo genuerat, tanquam filios habebat. Hinc illud: Filioli mei quos ego iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Sed ad Iacob: qui talibus rerum aduersarum cumulis degrauatus miserabiliter afflictabatur.

Cui respondit Ruben: Duos filios meos interfice: si non reduxero eum tibi. Trade eum in manu mea, & ego eum tibi restituum.

Et enim Ruben tanquam fratrum natu maximus, cum patre, quamuis luctuoso de portando in Ægyptum Beniamino primus agere coepit: simul & alijs multo confidentior. Erat enim fretus bona conscientia: quod venditionis Ioseph autor non fuerat: ideoque promittebat sibi Deo adiutore, hunc sibi ab Ægypto principem restituendum esse. Cōditionem autem proposuit

proposuit de duobus filijs suis occidendis, si fratrem non reduceret: non quod sic faciendum esset (id enim, neque rerum natura, neque pietas, neque lex vlla patiebatur) sed Ruben urgente alimentorum penuria commotus: si mul & verbis Ioseph confisus: qui multo feliciora illis pollicitus fuerat, si modo puerum ad eum deferreret, per hyperbolen locutus est: ut vel sic puerum esse reducendum patri suo persuaderet.

At ille.

Nec Ruben confidentia, nec oblata conditione persuasus:

Non descendet,

Inquit,

Filius meus vobiscum.

Etenim bonus senex Beniamin filium suum singulariter appellat: non quod alios non agnosceret, sed quod eum peculiari affectu diligeret: quia ex duobus, quos dilectissima sua Rachel ipsi pepererat, hic solus, quantum putabat, erat ei superstes. Vnde pro depulsæ pe-

tionis causa dixit:

Frater eius mortuus est: ipse solus remansit.

Quia enim credebatur sine dubio Ioseph mortuum fuisse addidit:

Si quid aduersi ei acciderit in terra, ad quam pergitis: deducetis canos meos cum mæroread inferos.

Pergere, dixit, pro Pergere vultis. nondum enim pergebant. Frequenter enim Sacris in literis vnum verbum pro duobus usurpatur, ut paulo ante: Non descendet filius meus, pro Nolo descendere filium meum. Et Dominus apud Lucam: Cui plus dimittitur, plus diligit: pro Debet diligere. & alia multa, quæ licet prima fronte falsa videantur: si ita explicentur, exploratissimam continent veritatē. Quid tandem hoc in loco inferorum nomine sit intelligendum, superius multis expositum fuit. Sed iam ad vltiora.

*Luc. 7.*

Caput quadragesimum tertium.

Interim fames omnem terram vehementer premebat: consumptisque cibis, quos ex Ægypto attulerat, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite paxillum escarum.



Interea, inquit, dum Iacob reluctatur filium Beniamin efflagitantibus concedere, fame magis magisque inualescente, Chanaanæ regio durius premebatur: Iamque in domo Iacob nihil fere ciborum supererat, præter id, quod vix satis esset alendæ tenuiter familiæ inter portandum alia ex Ægypto frumenta. ideoque Iacob præcepit, filios suos Ægyptum repetere: & inde cibaria referre. Reuertimini, ait, emite paxillum escarum: non ait Multum: sed Parum ciborum: tum quia carissimo distrahebantur, tum quia tempore magnæ famis non est cuique plurimum inurgitandum, sed temperate alimentis uti

oportet: quo paucis alimentis multi utantur: que ali possint, ac viuere.

Respondit Iudas.

Quia Ruben oratio fuerat repulsa, subsequitur Iudas, qui cæteris fratribus honoratior, fortior, dignior, atque facundior habebatur: quique sic orationem suam dicendo temperat, ut seruata in patre debita reuerentia, proposita summa, qua urgebantur ciborum penuria, additaque grauissimi reatus obligatione, eum ad dandum illis Beniaminum itineris socium adigat. Respondit itaque Iudas.

Denuntiavit nobis vir ille sub attestatione iurifurandi dicēs: Nō videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimū adduxeritis vobiscum. Si ergo vis mittere eum nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria. sin autem non vis: non ibimus. Vir enim, vt sæpe diximus, annuntiavit nobis: Nō videbitis faciem meam absq; fratre vestro minimo.

Minimum vocat Benjaminum aliorum fratrum comparatione, cum ad minus iam esset viginti quatuor annorum. Id quod ex temporum supputatione constiterit. Namq; sedecim annorum erat Ioseph, quando Benjamin natus fuit: at quando stetit ille corā Pharaone fere trigessimū annum agebat. si triginta annis addas alios septem fertilitatis, duosq; sterilitatis, fiunt omnes anni Ioseph, quo tempore hæc gerebatur, aut triginta novem aut quadraginta, è quibus, si demas sedecim ante natum Benjamin. restant viginti quatuor, quos natus erat Benjamin quādo super demittendo eo in Ægyptum acerrima inter Iacob, filiosq; suos contentio vertebatur. Tandem angustijs vtrinque districtus.

Dixit eis Israel: In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem. Nequaquam hoc dicto filiorum, aut factum, aut intentum damnat: sed dolet præter sententiam euenisse, quod minime timebatur. At filij Israel responderunt

Ei, illud omnino præter eorum spem accidisse dicentes. Interrogavit nos homo per ordinem nostram progeniem: Si pater viueret: Si haberemus fratrem. Et nos respondimus ei cōsequenter iuxta id, quod fuerat sciscitatus. Nūquid scire poteramus quod dictur<sup>o</sup> erat: Ad-

ducite vobiscum fratrem vestrum?

Extant hic proculdubio & magna rei difficultas, & minime parua paterni nominis anxietas, nec non grandis fraternæ conscientie cruciatus. Sed quid diutius, quasi somno confopitus pater gaudio foris præstolante in profundo tristitiæ premitur? Quoniā, vt ait Rupertus, oportet impleri alterum somnium, cum iam alterum impletum sit. Oportet, inquam, quoniam manipuli fratrum iam manipulum Ioseph adorauerant: vt sol & luna, & vndecim stellæ Ioseph adorarent. Iam enim tempus ad id maxime opportunum, diuinitus datum aderat. Tradendus igitur est à patre tandem Benjamin, vt in Ægyptum adducatur, vt oracula impleantur.

Iudas enim quoque dixit patri suo: Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere: ne moriamur nos, & paruuli nostri. Ego suscipio puerū: de manu mea require illum: nisi reduxero, & tradidero eum tibi, ero peccati reus omni tempore: si non intercessisset dilatio, iam vice altera venissemus.

Hanc denique Iudæ sponsonem sapientissimus senex libentius admisit. Nam quod ante hunc dixerat Ruben. Duos filios meos interfice si non reduxero eum tibi: neque suscipit pater, neque suscipere, aut probare debuit.

Igitur Israel pater eorum dixit ad eos: Si sic necesse est: facite, quod vultis.

Recte tandem, & probe Israel omnipotentis præsidio fretus Benjaminum in Ægyptum descendere permittit. Est enim sapientis viri necessitati cōcedere: nec pertinaci renisu id, quod per se premit, grauius, & toleratu durius reddere: sed quæ calamitates premunt, eas æquabili quadam animi tolerantia perferre: vt sibi vndique constet: In patientia, inquit, vestra possidebitis animas vestras.

Sumite, Inquit,

De

De optimis terræ frugibus in vas vestris: & deferte viro munera, modicum resinæ, & mellis, & storacis, & stactes, & terebinthi, & amygdalarum.

Cōmodissime iubet Ægypti præposito munera deferri. Nouerat enim prudentissimus vir oblati muneribus, nō tantum amicos firmari, & alienos conciliari: sed etiam inimicos reconciliari. Nullus enim est tam locuples, qui agrum sibi fertilem non diligit. Præcipit autem ferri dona ex bonis optima, quoniam, quæ optimatibus offeruntur, oportet esse, aut inuentu rara, aut ex cōmunibus probatissima. Talia quoq; debent esse, quæ Deo offeruntur ex cunctis selectissima, siue corporalia sint illa, siue spiritalia. vtrisque enim piæ oblati Dominus facile placatur: ac perinde, vel auersus reuocatur, vel cōuersus nobis magis adstringitur. Horum autem munerū primum locum fides, spes, atque charitas obtinent: quibus Deo maxime coniungimur. Secundū hoc accedere debent corporalia: quæ si pia mente offerantur, nullatenus ea Dominus aspernatur: sicut diuinus Paulus sentit, cum nos ad eleemosynam proximis præstādam exhortatur dicens: Beneficentiæ nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus. Iubet autem deferri modicum resinæ.

Hebr. 14

Burgess. Hierony.

Hiere. 8.

li. 12. c. 12

cap. 25. lib. 12.

pro resina in Hebræo est. חֲמֵץ חֹרִי, quod Hebræi nonnulli balsamum, alij theriacam esse putant: quos sequitur Burgensis. Hieronymus communiter vertit resinam: & merito: quia ab Hebræo zori deriuatū videtur Latinum resina, literis permutatis atque transpositis. facit & ad hoc illud Hieremiæ: Nūquid non est resina in Galaad? aut medicus ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix populi mei? Profecto resina, non autem theriaca, vim coagmentandi vulnera nec non obducēdi cicatrices habet. Est autem resina lauitissima, quæ fluit è ferula, cuius liquorem priuato nomine galbanum vocant. De quo Plinius. Dat & galbanum Syria in Amano monte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagonirin appellant. Et parum mellis. est enim Chanaanum mel Ægyptiaco laudat. Conficitur enim mel ex illo mirabili florum succo: qui quidem flores multo suauiores, & salubriores propter aeris temperiem in terra Chanaan, quam in Ægypto nascuntur. Et storacis. Plinius: Proxima Syria Iudæa su-

pra Fœnicem stiracem gignit circa Gabala, & Maruntha & Cassium Seleuciæ montem. Arbor est eodem nomine, cotone malo similis lachrymæ ex austero iocundiores: intus si militudo arundinis. Sane pro styrace in Hebræo est נֶחֱוֹתָ, necoth: quod superius Hieronymus vertērat aromata: ideoque & Septuaginta hoc loco interpretantur thymiamia. Dicunt autem Hebræi, eo nomine omnia aromatum genera significari. Sed audiamus Hieronymum dicentem: In nostris codicibus habetur thymiamia, in Hebræo est נֶחֱוֹתָ, necothā, quod Aquila storacē translulit: ex quo domus nechothā, quæ in Esaia legitur, manifestissime Cella thymiamatis, siue storacis intelligitur: quod in illa aromata diuersa sint condita. Terebinthi. Terebinthus arbor est in folijs fructu & cortice nigri lignum cum splendore præferens: habensq; soliditatem in buxi speciem. Ex hoc arbore fluit terebinthina resina, quam nos tumentinam appellamus: de qua Plinius libro tredecimo capite sexto. Cæterum אֲבֹרֶתִים, abornim pineas Hebræis significat. Amygdalarū. Noces pineæ, & amygdalæ in Iudæa laudatissimæ habentur. De pecunijs item portandis talia dat præcepta.

Pecuniam quoque duplicē ferete vobiscum: & illam, quam inuenistis in sacculis reportate: ne forte errore factum sit.

Triplicem igitur pecuniā cautissimus senex deportari iussit: duplicem quidem, vt si forte in crescente fame, frumenta carius venderentur, haberent vnde coemerent. tertiam autē quæ in sacculis fuerat reperta, vt ea reddita innocentiam suam apud Ægyptum dynasten comprobarent: ac subinde meliorem de eis opinionem conciperet. Non enim est exploratorum, pecunias his reddere, quibus moriuntur insidias. Porro vbitam ambiguo, grauique negotio satis prouisum est, quantū humana ratio distabat, adiecit:

Sed & fratrem vestrum tollite: & ite ad virum.

Hic prorsus ad diuinam opem exorandā per opportune confugit dicens.

Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: remittat vobiscum fratrem vestrum

k 5 strum



strum, quem tenet in vinculis, & hunc Benjamin.

In hac autem oratione illud primo notandum est, quod Deum suum vocat: vel quod eum sibi maxime propitium experiebatur: vel quod eum vera religione præ cæteris gentibus coleret. Deinde aduertendum & illud, inuocasse eundem rerum dominum sub appellationibus duabus *אל שדי* el sadai, id est, fortis & omnipotens: fortitudine enim nunc opus erat atque facultate: fortitudine quidem, aduersus principis Ægypti potentiam, ne filios Iacob vi opprimeret: facultate autem, ut qui erat omnipotens, faceret, ut rerum necessarium opulentia referti ad domos suas reuertentur. Et quomodo hæc perficienda postulat? Neutrquam prodigiosis portentis editis: sed interiori quodam instinctu mentem illius, quem tyrannum putabat emolliendo, & in filios Israel bene afficiendo. Iam enim illud Sapientis Spiritu sancto eum docente nouerat: Cor regis in manu Domini: & quocumque uoluerit, uertet illud. Nullus præter Deum ipsum fortissimum, atque omnipotentem libero potest animo sic imperare, ut quod uelit eum inclinet. Quare congruentissime precatus est dicens: Deus autem meus omnipotens faciat uobis eum placabilem: scilicet, ut sit ita in uos benignus: ut non modo uos frumentis onustos mittat: sed etiam remittat uobiscum fratrem uestrum, quem tenet in vinculis, & hunc Benjamin, quem ad se ducendum tantopere expetiuit.

Prone. 21

Ego autem, quasi orbatu liberis, ero.

Ingenti animi dolore tactus hæc ultima uerba effudit, tum quod interim nullius filij solacio homo ualde senex fruiturus esset: tum quia nihil erat, quod filijs suis præcipue Benjamin non timeret ab Ægypti domino, qui & durissime eos tractauerat: & adeo obnixè minimum ad se deduci exegerat. Hic tandem siste gradum pie lector: considera quantis aduersitatibus hic sanctus Patriarcha, ac perinde Deo charus fuit diuexatus. nam & nos illas summatim recensere minime pigebit. Igitur priusquam natus esset, iam tunc sentiebat aduersantem sibi fratrem Esau: quem ubi adoleuit necem sibi minitatem fugere compellus fuit. Confugit ergo in Mesopotamiam ad Laban auunculum suum: sed & ibi die ac nocte æstu uerbatur & gelu. Cogitur totum seruire septennium pro Rachele sibi prædi-

lecta: sed in sperata fraude supponitur ei Lia, quam non amabat: ut altero septennio pro illa, quæ sibi minime placebat socero miserè famularetur. Deinde iusta mercede sepe fraudatur, & eidem pacta decies peruertuntur. Nec hoc satis terribilibus filiorum Laban minis occulte discederemò socerum fugere compellitur. Patitur insequentis se hostili animo persecutionem. Quid referam, quanta iterum formidine fratrem Esau infesta quadringentorum militum manu ad ipsum properantem expectant? Videt item oculis suis dilectissimam sibi Rachel in ipso pariendi nixu moribundam, animamque simul cum prole fundentem. Quid fœdus? constupratur Dina unica eius filia. Quid grauius? eo inuito in stupri ultionem Sichem exciditur. Quid terribilius? cogitur inde fugere gentium circumfendentium ira uique perterritus. Accedunt superioribus multo amarulentiora: inuita, in sperata, miserandaque Ioseph perditio: uolenta, acerbaque Simeonis uincula: inuita, ingrataque Benjamin deportatio. Vidēsne, quot & quantis calamitatibus hic uir probus, iustus, & pius afflicto fuit? Vides, quomodo semper ille de fornace tribulationum euaferit purior auro, quod per ignem probatur? Vides, quomodo Deus, quos amat & diligit, eos corrigit & castigat? Nempe, ut correctos augeat, probatos coronet? Exemplo denique huius patientissimi Patriarchæ ad æquanimem afflictionum tolerantiam eos, qui hæc lecturi sunt beati Iacobi Apostoli uerbis mecum ipse inuito & hortor: Omne gaudium, inquit, existimate fratres mei cum intentiones varias incideritis, scientes, quod probatio fidei uestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Postremo, cur omnipotens & misericors Deus hunc amicum suum inter primos uera pietate insignem tam varijs tribulationibus exerceri, tam graui, atque diuturno dolore contabescere permisit: nisi ut egregium ualde, ac spectatissimum longanimitatis exemplum nobis erigeret, quos per multas & varias, & magnas tribulationes oportet intrare in regna cælorum?

Iac. 1

Tulerunt ergo uiri munera & pecuniam duplicem & Benjamin: descenderuntque in Egyptum: & steterunt coram Ioseph. Adstiterunt filij Israel fratri Ioseph: sed eminens, multa hominum turba prohibente, ne propius

pius accederent, unde illum commodius adorare & alloqui possent. Properabat autem ille de domo sua egressus, uel ad regiam, uel ad ardua quadam, & uergentia negotia expedienda.

Quos, cum ille uidisset, & Benjamin simul, præcepit dispensatori domus suæ dicens: Introduc viros domum, & occide uictimas, & instrue conuiuium: quoniam mecum sunt comesturi meridie.

Vidit Benjamin tam optatum, quo conspecto, maxime contentus fuit: uidentem enim sententia sua expetitum ad se fratrem adductum esse. ideoque per benignam in fratres mentem concepit, certior nempe factus, eos nihil mali Benjaminino molitos fuisse. Ad hoc & honorifico nomine uiros eos uocat, & eis epulum parari iubet, & ad mensam suam admittit, suam erga illos benignitatem declarans. Notandum, quod occidere uictimas dicebatur, non tantum, qui hostias mactabant: sed etiam, qui solenni, magnoque apparatu animantia lautis dapibus concinnandis apta necabant. Quin eousque hæc metaphora processit, ut exercitus quoque internecioni destinatus, uictima dicatur. Si cur apud Esaiam: Victimam enim Domini in Bosra: & interfectio magna in terra Edon. & Ezechi: Gladius exacutus est, & limatus, ut cædat uictimam. & iterum: Concurrite undique ad uictimam, quam ego immolo. Addiditque eos secum comesturos meridie. Vide pulchram œconomiam: Nam principum est utique ad meridiem utique prandium differre: ut eo tempore corpora curent, quando satis religioni fecerint: & quæ instent negotia explicauerint atque de alijs atque alijs rebus pronuntiarint. Id quod à contrario manifestius sit. Nam sapientissimus ille rex Salomon merito eam gentem laudatur, in qua summo mane gulæ indulgetur. Inquit enim: Væ tibi terra, cuius rex puer est. & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis est: & cuius principes uescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.

Isa. 34.

Ezec. 21.

Ezec. 39.

Eccle. 10

Fecit ille.

Nempe præfectus domus Ioseph.

Sicut & fuerat imperatum, & introduxit viros domum.

Prudentia ministrorum ea est, ut cuncta ex imperantis sententia peragant: nisi forte aliquid interagendum euenerit, quod præter præscriptum sit faciendum: nec moram dominum consultandi præbeat, pariaturque. Sicut enim imperantis est, optatum sibi, optimumque finem præstituerit: & eiusdem interest media ad illum obtinendum, uel commoda, uel necessaria ministris præscribere: quod per ea ad illum finem perueniatur. Denique parentium est, nec transuersum uinguè ab imperatis discedere: nisi uel tempus, aut locus, aut res ipsa gerenda euidenter aliud multo melius suadeat.

Ibique exterriti dixerunt mutuo: Propter pecuniã, quam retulimus prius in saccis nostris introducti sumus: ut deuoluat in nos calamitas: & uolenter subijciat seruituti, & nos, & asinos nostros.

Re uera hoc habet omnis perturbati animi furor, ut in quo aliquis furit, in eo alios quoque furere putet. Etenim insanierant olim filij Iacob adeo in fratrem suum: ut & eum, tanquam uanum, ac mendacem somniorum calumniati fuerint: & iniquis, siue barbaris uendiderunt. Insaniunt & nunc opinati Ægypti principem eodem, quo quondam ipsi, morbo laborare: eisque calumnia struere: ut falso crimine imposito, ipsos misera seruitute opprimat. Sed falluntur sæpe mortales, ex seipsis alios metientes. Nec enim erat Ioseph illis male sanis & inhumanis, qui eum immaniter uenundederat, similis: sed multo alius. Quippe qui suapte natura benignus erat, placidus, atque placabilis: nec non beneuolus, & beneficus. Quid? Quod superna gratia præditus, tum diuinæ, tum humanæ pietatis diligentissimus cultor erat, & publicæ tam honestatis, quam iustitiæ obseruantissimus. Denique, quamquam talis esset Ioseph, à quo nemo sibi iniuriã inferendam timere deberet: illi tamen nimio timore perterriti falsa de illo suspicabantur: & anxij mutuo loquebantur, suspicantes ne pecuniarum gratia poenas luerent. Neque enim solū dolent, seipsos in perpetuam seruitutem redigendos esse: sed asinos quoque suos in tyranni uinum auferendos. Hominum enim qui ratione pollent, & libero funguntur arbitrio est, aut liberos aut seruos esse: brutorum autem, quæ rationis sunt expertia, non est seruitus: sed usus. Denique asinos sibi adiunxerunt, tanquam calamitati calamitas adderetur. Et quanta calamitas erat homini-

hominibus extrema seruitute oppressis, vilissima iumenta auferri? Magna proculdubio. Quoniam futurum erat eis, quamnis in seruitute redactis, magno solatio, si forte possent aliqua via asinos suos frumētis oneratos in patriam suam remittere: vt inde eorum liberi alerentur: quibus ablati nulla vltra viuedi spes absentibus filiis, extremaque fame laborātibus relinquebatur. Id quod supra seruitutem propriā parentes ipsos angebat. Parentes enim adeo impotenti amore in filios saepe feruntur: vt pro seruandis eis libentissime periclitentur & pereant.

Quamobrē in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem locuti sunt.

In ipsis foribus trepidi constitere, domū intrare metuentes, ne forte in vincula cum fratre Simeone conijcerentur. Ibi ergo summa animorū deiectione locuti sunt deprecationi suae audientiam captantes.

Oramus te domine, vt audias nos.

Brevissima sane pro loco & tempore vtūtur oratione: sed validissima. Nam firmissimo iuxta, ac euidentissimo argumento sese a furto prorsus alienos fuisse declarant, & probāt, dicentes.

Iam ante descendimus, vt emeremus escas. quibus emptis cū veniremus ad diuersorium, aperuimus sacculos nostros: & inuenimus pecuniā in ore saccorum: quam nunc eodem pōdere reportamus. sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quae necessaria sunt. Non est in nostra consciētia, quis eam possuerit in marsupijs nostris.

Quis non miretur. probetq; sapientissimi senis consilium saluberrimum? qui diuina quadam prouidentia pecuniam in saccis repertā in Aegyptum reportare filiis suis praecipit. Si quidem hoc vno manifestissimo innocentiae suo argumento, quamcunque super pecunijs calumniam, quamlibet subdolam, penitus euadere valebant.

At ille respondit.

Nempe dispensator eiusmodi negotij conscius omnem ex eorum animis formidinem depulsurus.

Pax vobiscum: Nolite timere.

His duobus articulis, & bonum afflictiis optauit, & timentibus obrulit, & à formidato malo securos esse iussit, quae cōpleta est protectio. Et quidem dominus Iesus post resurrectionem discipulis suis apparet, vt eorū formidinem sedaret, dixit eis: Pax vobis: ego sum: nolite timere. Sed ille, vt homo deprecativae extulit, Pax vobiscum: hic imperativae dixit, Pax vobis, velut Deus eam inferens. Vnde illud quod Deo maxime conuenit absolute addidit: Ego sum: nolite timere. vt discipulos admoneret illius, quo iam olim eorū patriarchā Abrahamā confortauerat dicēs: Noli timere Abraham: ego protector tuus sum. Viden? quā benigne barbarus ille trepidis pacem obtulit: metuentes securos esse iussit.

Vides, quā antiquum sit pacis nomen, quā iocundum, gratumque cunctis mortalibus, quā religiose à barbaris etiam obseruatum & vbiq; gentium caelebratum. Quare, vt verbis Cyrilli utar: Pudeat nos pacis munus deserere, quam nobis angeli annuntiauerunt: quam nobis Christus hic agens sepe obtulit: hinc discedens reliquit. Pax & res & nomen dulce, quam & Dei esse accepimus iuxta illud, Pax Dei: & eius esse Deum iuxta illud, Deus pacis: & ipsam esse Deum iuxta illud, Ipse est pax nostra. Pax quidem bonum est commēdatum ab omnibus, obseruatum autem à paucis. Quae autem est causa? fortassis ambitio domini, aut facultatum, aut liuor aut odium, aut contemptus, aut aliquid huiusmodi ex his quae Dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe praecipue pax est, qui cōfœderat omnia: cuius nihil est adeo propriū, sicut vnitas naturae, & pacificus status. Transumitur verò ab angelis & diuinis potestatibus, quae ad Deum & ad inuicem pacifice se habent. Diffunditur verò per totam creaturam, cuius est decor tranquillitas. in nobis manet, & manet secundum animam quidē per investigationem virtutum & communicationem: secundum corpus verò in membrorum & elementorū commensuratione, quorum alterum pulchritudo, alterum sanitas appellatur. sed ad dispensatorem redeamus: qui, vt anxios securos redderet, & ab omni calūniæ suspitione alienos: ad Deum ipsum illam pecuniarū suppositionē refert dicens:

Deus

Deus noster, & Deus patris vestri dedit vobis thesauros in sacculis vestris.

Cū idem esset Deus eorum, & patris sui, distinxit vtrumq; haud ab re. Nam Deus vester idcirco dixit: si forte talia merita eorum erant, propter quae thesauri diuinitus donarentur. quod si ipsorum merita non essent eiusmodi beneficij digna: addidit Et Deus patris vestri. videlicet, vt merita patris eorum, qui multo iustior erat eorundem meritis iungerentur: quo tantum beneficium caelitus eis praestaretur. Sic enim nonnunquam fit, vt quod propter vnum minime donatur, propter alium donetur: sicut & plerūque, quod vnus à Deo non impetrat, à pluribus impetratur. Iuxta illam domini Iesu magnificam, ad discipulos suos promissionem: Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quancunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui est in caelis. Quod autem dispensator adiecit:

Nam pecuniam, quam dedistis mihi probatam, ego habeo.

Mendacij significationem habet. Super quo Augustinus. Quod à praeposito domus audiunt: Deus noster & caetera: mendacium videtur: sed aliquid significare credendum est. Argentum enim, quod & datur, & non minuitur, quia & probatum appellatum est, nimirum illud intelligitur, de quo alibi legitur. Eloquia domini eloquia casta, argentū igne examinatum, probatum terrae, purgatū septuplum: id est perfecte. Possumus & hunc locum iuxta simplicem litteram consolari, quod dispensator ille illarum pecuniarum in saccos immisionem in Deum retulit: quoniam eius instinctu motus Ioseph ipsas in fratrum suorum saccos reponi fecit. Quin omnia bona, quae insperato hominibus contingunt, in ipsum Deum eorum autorem, quamuis occultum, probè referri solent.

Eduxitque ad eos Simeon.

Vt videntes extra vincula fratrem eodē plurimum gauderent. Adduntur & alia perurbanae hospitalitatis officia. Nam

Et introductis domum attulit aquam, & lauerunt pedes suos. De more lauandi pedes priscis seruato supra dictum est.

Deditq; pabula asinis eorum.

Scilicet quibus timuerant, ne vi ab eis auferrentur. Vides quomodo tam magna, quam parua ad ipsorum consolationem Deus disponebat.

Illi verò parabant munera: donec ingrederetur Ioseph meridie. audierat enim quod ibi comesturi essent panem.

Vide, quomodo pces patris omnia eis prospera faciunt, & sicut ille eis apprecatus est, cū dixit: Deus patris mei gratiam vobis det: ita omnia facta sunt.

Igitur ingressus est Ioseph domum suam: obtuleruntque ei munera tenentes in manibus suis: & adorauerunt proni in terram.

Ecce quae profectae fuerant in Aegyptum stellae, vndecim, id est, fratres Ioseph vniuersi adorant Ioseph.

Munera tenentes in manibus suis.

Refinam, & mel, & storacem, & stactem, & terebinthum, & amygdalas. Sol autem, id est, pater, & in eo maternus lunae, id est, Rachelis affectus, Sol inquam remanēs, & corpore absens, adorat tamen cū dicit pro Benjamin: Deus autem omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiscum fratrem vestrum, quem tenet in vinculis & hunc Benjamin.

At ille clemēter resalutatis eis. Neutiquam iam dure & velut hostiliter, vt prius cum eis agit, sed blande & amanter cōspecto Benjaminino suo gauisus eosdem alloquitur.

Et interrogauit dicens: Sanusne est pater vester senex, de quo dixi vobis?

Sedata cura pro Benjaminino, cui valde, vt pote fratrum saeuiciam expertus, quae ad patrē pertinere putauit, vt filius pientissimus scrutatur: quærītque, an in senectute, quae plurimum in commodis, tum morbis, atq; langoribus mortales circunuenire solet ac premere, eorum pater bene valeat. Imò veluti miratus illū lōgæua senectute cōfētū humanis rebus nō concessisse, quærēdo addidit.

Adhuc

Adhuc viuit: illi responderunt, Sospes est seruus tuus pater noster: adhuc viuit.

Et in hoc certe somnium quoque adimpletur: quod sol, id est, Iacob pater Ioseph filium suum adorat suorum voce filiorum, qui illum eius seruum esse fatentur, & veluti patris nomine eundem Ioseph, rursum incuruati adorauerunt. Quo quidem ambitiose nimis adorationis officio illum supplicasse videtur: vt patris eorum respectu, cuius mentionem ipse facere dignaretur, presentibus ipsius filijs propitius, atque beneficus esset. Norandum & illud, quod vt Rupertus, cuius verbis pro loco & tempore non raro vtimur: quanta fuerit in Ioseph honoris altitudo, quanta grauitas, quanta dignitas cum quodam benignae mansuetudinis spiritu coniuncta inde constat apertissime, quod illum pro vno dignationis suae verbo: quo ab eis quaesitum, esse in sanus eorum pater, iterum omnes incuruati & ad terram vsque accliuos adorauerunt. En vobis fratres re ipsa didicistis, vestris oculis vidistis, quamuis nondum arcanum resciaueritis, quid illi somnia sua profuerit. Denique fratrem adoratis, fratrem non agnoscentes.

Attollens autem Ioseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum vterinum.

Erant nempe alij fratres Ioseph, sed non vterini, quia soli Ioseph & Benjamin ex vno eodemque Rachelis vtero nati fuerant. Alij ergo fratres illius erant, sed ex parte: quoniam ab eodem patre generati. Benjamin autem totus & integer erat frater eius germanus ex vtroque parente. ideoque multo maiori amore Benjamin, quam alios amplectebatur. Ceterum iam antea cum domo Ioseph egressus est, viderat fratrem suum Benjamin. Quid ergo est quod nunc, quasi prius nondum vidisset illum, dicitur, Attollens oculos suos vidit Benjamin fratrem suum vterinum: nisi, quia primum ita vidit, vt tamen se videre dissimularit? Nunc autem ita vidit, vt eius visione denuntiationis suae meminerit, qua dixerat: Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minore. Necdum enim scire adoratores illi merebantur, cur Aegypti principis inter summa tanti regni negotia talium hominum memoriam haberet. Nam propterea cum primum vidit charissimum sibi fratrem haud statim in illius procurrit am-

plexus: sed affectum cohibuit, donec peccatis omnibus, quibus fratres exercere decreuerat, opportunitate tempore semet illis manifestaret. Et ideo quasi ignoret, quem iam antea inter fratres cognouerat, de illo seiscitatur.

Et ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi?

Et illis seiscitanti annuentibus, Rursum: Deus, inquit, misereatur tui fili mi.

Filium Ioseph Benjaminum vocat, non solum quia sedecim fere annis erat eo natus maior, sed etiam vt maximum in eum amorem ostenderet. Nullum enim nomen est commodius ad exprimendam amoris copiam, quam filius: quod parentes multo plus amant filios, quam ab illis amantur. Vnde & Graecis a verbo ἀγαπᾶν, quod est diligere, filius dicitur agapitos, id est, vnice dilectus & vnigenitus.

Hinc in transfiguratione Domini: pater filium indicans dixit: Hic est filius meus ἀγαπῶμαι, id est, vnigenitus, ac perinde vnice dilectus. Hinc & Abraham ad diuitem illum purpuratum, qui apud inferos in tolerando igni cruciabatur eodem vsus est verbo, ne damnantis malevolentia, sed impenitentis merito tam graui illum pari innueret. Dixit enim ei: Fili recordare, quod recepisti bona in vita tua. Super quo Chrysostomus. Aspice patriarchae bonitatem: vocat illum filium, quod mansuetudinem eius potest exprimere: nullum tamen ei praebet auxilium, qui se remedio priuauerat. Ioseph autem bona quoque fratri suo apprecatur: Deus, inquit, misereatur tui. Et sapientissime quidem non iustitiam supremi iudicis (quis enim mortalium iustificabitur coram Deo) sed misericordiam potius, quae super exultat iudicio, illi apprecatus est. Sane cui diuina misericordia praesto est, consequens est eum bonis omnibus, vel commodis, vel necessarijs esse plenum. Etenim in illo, vt David canit: Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax oscularae sunt. Namque misericordia veritatem aduocat, trahitque: veritas iustitiam amplectitur, tenetque: iustitia pacem conciliat, fouetque: pax demum cuncta laeta reddit, & prospera perpetuo charitatis vinculo necit, & seruat, atque suauibus iucundae pietatis osculis edulcat, & auget. Haec vbi sunt, profecto maxima bona sunt: haec vbi desunt, aut nulla, aut minima bona sunt. imo grauissima mala mortalium cerui

Matt. 17.

Luc. 16.

Chrysostomus.

Psal. 83.

res premunt: Quanta se contractae malicia grauitate depressum sentiebat ille, qui lametabili quadam elegia cecinit: Iniquitates meae supergressae sunt caput meum: & sicut onus graue grauatae sunt super me. Ita denique Ioseph vera bona precatus est.

Festinauitque, quia commota fuerant viscera eius super fratre suo: & erumpebant lachrymae: & introiens cubiculum fleuit.

Dum Ioseph affectata quadam austeritate in fratres suos, quasi in alienos intenderet: fortique animo necire se eos, quorum affectus explorabat, constantiter simularet: erupit pietas inuisa: nimiumque vltronea, violentaque validissima praeparati pectoris fortitudine superauit, & naturalissimo affectu victa virtus ad tempus cessit. fraterna itaque affectio ille perturbatus, velut relictis signis, ac e pugna elapsus fugam inijt: & in cubiculum festinauit: vt affectui flendo satisfaceret. Denique commotis in fratrem visceribus suis, victus erumpentibus lachrymis locum dedit: easque pro affectus impetu, quantum voluerit affluere, permisit. Nec mirum. Tener est enim charitatis affectus simul & fortis. Quippe qui, & pectora etiam ferrea vi sua domat: & tenera reddat: atque sic emollit, vt penitus ei pareatur: & ita pareatur vt praemoris teneritudine victis animos addat. Ea enim affectione capti fortissimi fiunt: Fortis, inquit, est vt mors dilectio. imo morte fortior, quae amates compellit, vt mortem ipsam pro rebus amatis libenter subeat. Agnosce in sponsa spiritualis amoris teneritudinem: Stipate me, inquit, malis & sulcite me floribus: quia amore langueo. Agnoscebat in sponsa diuinus Paulus eiusdem amoris vim: cum de illo dicebat: Dilexit me, & tradidit seipsum pro me. Agnoscebat & in se inuictum eiusdem affectionis robur domini Iesu dilector maximus, cum illud de seipso verissime profitebatur: Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura aliqua poterit me separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. At Ioseph vbi amoris teneritudini largiter effusus lachrymis pariter & exhaustis, abunde satis fecit.

Rursumque, lota facie egressus continuit se. Et ait: Ponite panes.

Cant. 8.

Cant. 2.

Galat. 2.

Roma. 8.

Re etenim vera, vt Augustinus ait: Affectus boni animi semper procliuus est ad pietatem. Vnde in Ioseph virtutum possumus considerare copiam. Castus erat, cum spreuit impudicitiam domine: sapiens, cum diligenti inuestigatione fratrum animos explorabat, qualiter sentirent de fratre suo vterino: iustus erat in adhibitione disciplinae delinquentibus: pius in conuersione poenitentium: largus in suppletionem indigentium: dapilis in esurientium saturitate: & misericors in alternis erga notos ignotus tristitum laetorumque; adhibendis officijs. Denique hic est, si quis alius, cui illud appime cohaerebit: Temporibus sapiens mores sine crimine mutat.

Admissis demum ad prandium charissimis hospitibus, iussit apponi panes.

Quibus appositis seorsum Ioseph, & seorsum fratribus: Aegyptijs quoque, qui vescebantur, simul seorsum.

Ergo tres mentes dispositae fuerunt, in quarum prima cibi seorsum sunt apposti Ioseph, tanquam aduenae: in secunda seorsum fratribus eius tanquam natione extraneis: in tertia demum Aegyptijs quoque seorsum, quasi indigenis. qui quidem putabant prophanum esse eis cum peregrinis conuiuium.

Illicitum est enim Aegyptijs comedere cum Hebraeis.

Hebraeos hic vocat Scriptura non tantum eos, qui erant ex Abraham genere, sed & cunctos qui erant ex terra Chanaan. Nam sicut filij Israel dicebantur Hebraei, vel a transitu fluminis Euphratis in terram Chanaan, vel potius ab Heber, in cuius familia prima lingua. i. Hebraica remansit, sic & omnes Chanaanici Aegyptis dicebantur Hebraei a transitu fluminis Sycor, quae latine Rinocorura dicitur. Hic. n. Chanaanicos ab Aegyptijs determinat.

Et prophanum, Ait, Putat huiusmodi conuiuium.

Erat. n. exosum Aegyptijs cum Hebraeis edere quoniam Aegypti, non solum abstinebant ab edendis pecudum carnibus, quibus Hebraei passim vescuntur: sed etiam quaedam illarum pecudum, tanquam Deos stultissima superstitione colebant. Hinc illud, quod Pharaoni Moses in Exodo respondit: Nunquid abominationes Aegyptiorum sacrificabimus Domino Deo nostro? quod si mactauerimus animalia, quae Aegyptij colunt coram eis, lapidibus nos obruent.

Augustinus.

Exod. 8.

Sederunt

Sederunt ergo coram eo: primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta aetatem suam.

Scilicet ut rerum natura fert. Primogenitus in primo sedulo loco: ultimo vero genitus in ultimo reliqui fratres iuxta aetatem suarum ratione in intermedij contedere: ordine longo adinuitantis praecipuum seruato.

Et mirabantur nimis sumptis partibus, quas ab eo acceperant.

Duabus plane de causis merito mirabantur: altera, quod homo ignotus fecerit eos, quo quisque natus prior erat, superiori loco sedere: altera quod iuxta aetatem locorumque gradus portiones his maiores, illis minores distribuerit. Enimvero mirum, quod non inde suspicari fuerint illum esse fratrem tuum. tradunt Hebraei fuisse illos perstrictos, atque delulos, quod ille finxerit tinnita cyphi eius in quo augurari solebat, ipsorum aetatem discernere.

Maiorque pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet.

Quod appositis videlicet quinque ciborum generibus, aliisque fratribus cuiuslibet cibi simplici parte appolita, Beniamino duplex apponebatur, ex quo factum est, ut tota huius portio aliorum cuiusque portioni collata quintuplo maior esset. Denique minime potuit se continere Ioseph quin fratri suo germano, si-bique dilectissimo caeteris amplius indulgeret. Et neque sic sentiunt, quae fiebant: sed pu-

tabant fortuito quodam euentu ab eo fieri: quod & adolescentiori, & inferiorem mentis partem tenenti plus reliquis daret. Sed & Deus forsitan oculos eorum tenebat, ne illum agnoscerent: ut ille plenissimo experimento posset habere mentem eorum, qualem postea sint habituri, & quomodo sint affecti erga Benjamin. Postremo

Biberunt & inebriati sunt cum eo.

Enimvero non sic inebriati sunt ut mente caperentur: nec sic vino ingurgitati, ut rationis vni carerent. Nequaquam sane id credendum videtur de hominibus temperatis: & coram tanto principe prandentibus: sed inebriati dicuntur quia abunde potuerunt. Namque ut ait Hieronymus Idioma linguae Hebraicae est, ut ebrietas pro facietate ponat: sicut ibi, in stillicidijs eius inebriabitur germinas.

Haud dubium quin terra pluuijs irrigata. Augustinus quoque Hieronymi vestigia secutus. Solent autem hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium, non propter illos filios Israel, sed propter Ioseph qui valde sapiens commendatur. Sed hoc verbum pro facietate solere poni in Scripturis qui diligenter aduertit, multis in locis inueniet. Vnde est illud:

Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti diuare eam, eo quod in laude benedictionis hoc positum est, & donum Dei commemoratur, apparet hanc ebrietatem saturitatem significare. Nam ita inebriari, ut inebriantur ebriosi, nec ipsi terrae vtile est: quoniam maiori, quam facietati sufficit. humore corrumpitur: sicut vita ebriosorum, qui non facietate se replent, sed mergunt diluuiis. Sed iam videamus in sequenti capite quam arte Ioseph excogitet, ut ad vnguem mentem fratrum exploret.

Hieron.

Psal. 64. August.

Psal. 64.

**H**ic namque dispensator conscius erat rerum omnium, quas Ioseph in fratres suos moliebatur: alioqui nequaquam ex praecipientis sententia adeo exacte domini mandata executus fuisset. Huic ergo, quem fidum & industrium expertus fuerat, praecipit dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum capere possunt. Nequaquam igitur ad mensuram fratribus frumentum dabatur, à quibus nec pecuniam acceptam reteturus erat. Et pone, ait, pecuniam singulorum in ore sacci. Ex hoc constat vnumquemque illorum sibi frumentum comparasse: vel quantum volebat, vel quantum poterat. Nec erat, quod quererentur: quia ipsis absentibus eorum facis frumenta immitterentur: cum cererent aperte, ampliori multo frumento saccos suos esse refertos, quam pecunia pro illo tributa postulare. Gerebantur haec omnia illis nihil videntibus, ut locus esset experimento, quod de ipsis Ioseph capere pertendebat. Ad quod attinet quod adiecit: Cyphum autem meum argenteum: & pretium, quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. Hoc iussit, quia volebat Ioseph manifestissimo penitus experimento discere, utrum fratres sui constantissimam dilectionem in Beniaminum seruiarent. Nam cum iam expertus esset eos maxime dolere, quod fratrem alterum: id est ipsum Ioseph vendidissent: & bene affectos in Benjamin adeo, ut nulla liuoris signa ostenderint, quod iunior, natus maioribus numerosiore distributarum dapum portione prelatum fuerit: habuit in votis experiri utrum adeo sinceram in eundem charitatem haberent, ut pro depreheso in furto, licet ficticio, liberando usque ad mortis vel certe seruitutis periculum contenderent. Propterea iussit Ioseph cyphum suum in iunioris sacco latenter inferri: ut is velut in manifesto furto deprehensus ad Aegypti principem puniendus retraheretur, factumque est ita, ut Ioseph imperauerat.

Et orto mane dimissi sunt cum asinis suis. Iamque urbem exierant, & processerant paululum. Tunc Ioseph accersito dispensatore domus suae: Surge, inquit, & prosequere viros. & apprehensis dicit.

Ex eo quod apprehendendi erant, constat, huc dispensatorem insecutum illos fuisse mi-

litari manu instructum, ut apprehensos uellent nolent in urbem reuocaret. Ait itaque: Apprehensis dicit:

Quare reddidistis malum pro bono?

Amarulenta interrogatio. Nam supremum ingratitude gradum superat malum pro bono reddidisse: nec non ad extremam genus impietatis, atque feritatis vergit eiusmodi facinus.

Cyphus, quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus: & in quo augurari solet. Pessimam rem fecistis.

Quaerit merito quispiam, quomodo licuit iusto viro fratribus suis, praecipue innocentissimo Beniamino, falsum crimen intendere? cum longe sit à viro bono lycophantam agere. Responderi potest: iustum virum non struxisse calumniam, ut falsum crimen sic alicui imponeret, ut illi noceret: sed mendacium vsum fuisse officioso, ut fratrum charitas in Benjamin, vel in vita, vel in seruitutis discrimine collatum omnino proderetur. fuit igitur ea calumnia, ut sophistarum verbis utar, non utique formalis: quia non impactum est alicui fictum facinus, ut ei officeretur: sed ut ea techna affligerentur propter fratrem hunc innocentem: qui vero scelere alterum vendiderant. Sed dices: Esto, excrucientur alij. Quare autem Benjamin innocentissimus? Nempe ut in eo fratres sui probarentur: id quod eidem futurum erat per commodum & gloriosum: maxime cum trepidatio, quavis infestissima, ex falso crimine protecta ad breuissimum tempus esset duratura: nec non insperata & inextimabili laetitia paulo post esset refartenda, magnisque honoribus compensanda. Denique licet in mendacio leuicula culpa fuerit, in proposito tamen nullum fuit graue peccatum. At Non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Non utique mala sunt committenda, ut bona inde contingant: sed interdum leuia quaedam mala fieri permittuntur, ut maxima inde bona sequantur. Denique non defendimus mendacium: sed nec improbamus experientis votum eius, qui in omnibus à domino dirigebatur. Ad haec non videtur ob hoc machinamentum magis argendus Ioseph, quam Aegyptiae obsterices: quae minime laudantur, quod Pharaoni mentitae fuerint

1 fuerint

Caput quadragesimum quartum.

Præcepit autem Ioseph dispensatori domus suae dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere: & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Cyphum autem meum argenteum: & pretium, quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. & factum est ita.

Hic



fuerint: sed quod timentes Deum Hebræorum infantes seruarint: Et merito hinc commendatur. siquidem adeo placuit Domino illum illarum officium, ut ipsis domus edificaret, Porro dispensator.

Ille fecit, ut Ioseph ei iusserat: & apprehensus per ordinem locutus est:

Ea nepe, quæ paulo ante eis dicenda Ioseph illi dicitauerat.

**Quare reddidistis malum pro bono? Cyphus, quæ furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus: & in quo augurari solet: pessimam rem fecistis.**

Ac si, ut Chrysoström<sup>o</sup> explicat, dixerit. **Quare benefactori mala rependitis? Quare maliciam vestram eo usque extenditis, ut ad eum quoque pertingeret, qui erga vos tantam declarauit benignitatem? Quare non reueriti estis viri erga vos beneuolentiam? Quæ tanta malicia? Quæ infania? Nescitis, quod hoc sit vas in quo auguratur? Malum est hoc opus vestrum perniciosum propositum, incondonabilis conatus, magna audacia, & omnem transcendens maliciam.** Hæc ex Chrysostrómo ideo libentius attulimus, ut vel hinc studiosus lector discat, quomodo sancti viri ea, quæ in Sacris literis paucis verbis comprehensa sunt, absque vlla aut impietatis aut erroris nota, sed cum summa diuinæ sapientiæ laude pluribus exprimant. Denique talibus filios Israel dispensator increpauit.

**Qui responderunt: Quare sic loquitur dominus noster? ut serui tui tantum flagitij commiserint?**

Ignorantes fraudem sibi factam, & innocentia suæ conscij primum conuestione quadam iustæ admirationis plena impositum sibi furtum detestantur: deinde manifesto argumento illud depellunt dicentes:

Pecuniam, quam inuenimus in summitate saccorum reportauimus ad te de terra Chanaan: & quomodo consequens est, ut furati simus de domo domini

tui aurum, vel argentum?

Firmissima est hæc confutatio, quia innocentiam suam à minori ad maius arguunt, probantque. Nam si furaces homines essent, longe facilius tutiusque erat eis pecuniam in terra sua inuentam sibi retinere, quam in aliena non modo potentissimi principis Cyphum sed etiam vel aurum vel argentum furripere. Quod si illud minime fecere, nullatenus hoc eos commisisse credendum est. Dein bona conscientia freti maximis subeundis calamitatibus se met fidenter offerunt, si in eiusmodi facinore deprehendantur, dicentes.

Apud quemcunque fuerit inuentum seruorum tuorum, quod quæris moriatur: & nos serui erimus domini nostri,

Postquam furem morte plectendum pronuntiarunt: ex abundanti seruitutem suam adiecerunt, amplioris pœnæ oblatione asseuerantes, se nullatenus esse tanti sceleris confcios. Ioseph administrare eis assensit.

**Qui dicit: Fiat iuxta sententiam vestram.**

Acceptauit itaque dispensator illorum sententiam: sed quia nimia erat, utpote quæ innocios cum noxio pariter inuoluebat, ipse temperauit eam adiungens.

Apud quem fuerit inuentum, ipse sit seruus meus: vos autem eritis innoxij.

Hoc est, inculpati habebimini, ac abibitis imuniti.

Itaque festinato deponetes in terram saccos, aperuerunt singuli.

Vides quomodo innocentia confidentiâ pariatur, confidentia alacritatem, alacritas diligentiam, diligentia festinationem. Quare partim obiecto sibi crimine commoti, partim manuum suarum synceritate confisi, cuncta celeriter expediunt. Singuli itaque saccos suos spectant e Ioseph ministro, ne quis dolus subesset, festinato aperuerunt.

Quos scrutatus à maiore usque ad minimum, inuenit cyphum in sacco Benjamin.

Iam enim prepositus domus Ioseph, etatum discrimina, nascendique gradus inter fratres nouerat

nouerat ex quo dominus eius seruata cuiusque ætatis serie discumbere eos fecit: & quanquam bene sciebat ille cyphum in iunioris sacco positum à se fuisse: à maiori tamen scrutari coepit, ut longa expectatione eos suspenderet, & in hoc etiam rei euentum expectantes affligeret. **Quem animum putas eos habuisse, quando præter omnem opinionem in furto se deprehensos viderunt? Quantum hoc insperatum malum eorum mentem confudit? Quanto rubore suffusi? Quanta de expectatione deiectionis profuente commoti? Subibat præterea mentem eorum miserabilis parentis calamitas: qui sæpe fuerat eos contestatus, ne puerum in Ægyptum deducerent. Stimulabat denique eorundem conscientiam antiqua alteri fratris eius impia venditio. Quid tandem tot, tantisque angoribus districti facerent? Nimirum nimio dolore dirumpi? iuxta id quod se quitur.**

**At illi scissis vestibus, oneratisque rursus asinis reuersi sunt in oppidum.**

Si qua forte possent fratrem à tanto discrimine liberare. Dices: cur in Benjaminum in tanto scelere deprehensum fratres eius non insurrexerunt? Quare vel verbis eum non corripiunt? Quoniam inopinato infortunio adeo obstupuerunt, adeoque vehementi eruendi fratrem cura occupati sunt, ut velut elingues facti nihil in eum loquerentur. Nec mirum. Nam, ut quidam veraciter inquit: Paruæ curæ loquuntur, ingentes silent. Cæterum iam proculdubio certissima charitatis in fratrem argumenta prodibant: iam verissima pietatis in patrem signa manifestabantur. iam misericordiam & dolentium pro fratre viscera effundebantur. Quilibet enim illorum, vel in seruitutem redigi, vel vita priuari mallet: quam ad patrem sine filio ei dilectissimo reuerti.

**Primusque Iudas cum fratribus, ingressus est ad Ioseph.**

Primas decentissime partes Iudas agebat. Quoniam erat cæteris multo constantior: corporis habitu elegantior, atque dicendi vi, cum vrbaniorem vehementior. Patuitque eis facilis ad Ægypti principem aditus.

**Necdum enim de loco abierat Ioseph.**

Data enim opera ibidem fratrum reditâ spe

stabat. Nimirum cupidus iam iam eis sese manifestandi.

**Omnisque ante eum pariter in terram corruerunt.**

Videlicet, ut humillima sui deiectione supplices ad clementiam, in sensum sibi, ut ipsi putabant, Ægypti principem, taliumque scelerum vindicem, tandem inclinaret. Quibus ille ait:

**Cur sic agere voluistis? An ignoratis, quod non sit similis mei in augurandi scientia?**

Verba pro verberibus dumtaxat fratribus irrogat: ne impium antiquæ vditionis scelus impunitum remaneat. Et nunc eos supra omnem ingratitude peccatissimum facinus commisisse expostulat: stultissimos item illos arguit, qui quod cunctis erat exploratissimum, esse se certissimum coniectorem prorsus, aut ignorent, aut si scirent, extremæ fuisse temeritatis ab eo furari rem sibi pretiosissimam, quem furtum latere non posset: & animaduertendi in fures summa potestate potiretur. Ambigat quispiam, & quidem merito: quomodo vir iustus augurem sese prodcat? Cum iam ab studiosis veræ pietatis cultoribus id vitandum esse nouerat. Id quod postea lege cautum est: Non erit augurium in Israel. Huic ambiguitati Theodorus autor Græcus respondet inquit: Hæc dicebat Ioseph, non quod vaticinio atque augurijs uteretur: sed quæ ad propositam controuersiam faceret, loquebatur. Videtur & Augustinus assentire Theodoro dicens: Quæri solet, an qui a non serio, sed ioco dictum est, ut exitus docuit: non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem tem quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia. Tostadius noster

Abulensis episcopus mendacium in sancto Ioseph admittit, sed officiosum: Caietan<sup>o</sup> autem nescit, an Ioseph à mortali peccato possit excusari, si gentilium more, sensuque augur se mentitus fuerit, impingendo sibi met facinus, quod suo pte genere criminofum sit. Ideoque recurrit ad quandam, quam ipse putat naturalè diuinationem fieri solitam per cyphum certis quibusdam modis fabricatum, sicut per quosdam astronomicas figuras. Enimvero quoniam eiusmodi diuinandi rationem ab antesignanis Christianæ religionis exclusam potius, quam admissam legimus, hæc in parte dominum Caietanum cum suo

August<sup>o</sup>

Tostadius

Caietan<sup>o</sup>

inuento magis curioso, quam pio, relinqua-  
mus. Ceterum putarim equidem, hanc au-  
gurandi fictionem in Ioseph penitus excu-  
sandam, aut quoad fieri possit, eleuandam: si  
cut in beato Petro nobilem illam seruandi le-  
galia simulationem, quam in eo Paulus Apo-  
stolus reprehensibilem inuit. Alij Ecclesias-  
tici tractatores omnino inculpatam, alij pa-  
rum culpandam arbitrantur. Postremo il-  
lud nobis plerumque mente versandum, quod  
ait Gratianus: In Veteri testamento multa  
permittebantur, quorum exemplis uti nō li-  
cet.

Gratian.

Cui Iudas: Quid respondebi-  
mus, inquit, domino meo? vel  
quid loquemur? aut iuste pote-  
rimus obtendere?

Agnosce in Iuda mirabilem dicendi copia  
tribus, varijsque enūtiationibus eundem fe-  
re sentum replicuit: ut eiusmodi asseueratio-  
ne in fensu principis animum ad miserationē  
inflecteret. Ob idque artificiosissima conces-  
sione fatetur, se nullam satis idoneam obiec-  
ti criminis, satisfactionem, aut probabilem  
rationem obtendere posse: quibus se fratres-  
que suos legitime iuri valeat. Quare, ut qua-  
dantenus eleuet crimen, quod in hominem  
perpetratum esse patebat, non solū in præ-  
sentem culpam, sed etiam in causam superio-  
rem præteritæ vindicem, in sceleratissimam ca-  
lamitatem, qua distinebantur, sapientissime  
retulit dicens:

Deus inuenit iniquitatem ser-  
uorum tuorum.

His enim verbis latenter insinuat delicti præ-  
sentis occasione, pro antiquo scelere se quo-  
que nunc reddere poenas. Sic & superius, cū  
tanquam exploratores durius tractarētur, sta-  
tim in veterem culpam aduersitatem, quam  
patiebantur, reuocauerunt, dicentes: Merito  
hæc patimur: quia peccauimus in fratrem no-  
strum. Et enim instorum est, & modestorū,  
& eorum, qui ab erratis respiscunt, nec ve-  
lut refractarij Spiritui sancto repugnāt: quo-  
ties alijs atque alijs calamitatibus, quantū-  
uis magnis, & molestis exagitantur, & pre-  
muntur: in seipos grauissimarum merita pœ-  
narum referre, & in ipsa tribulationum mo-  
le absolutissimam supremi iudicis æquitate  
agnoscere, probare: eamque profitentes, at-  
que laudantes illud Psalmistæ frequenter de-  
cantare: Iustus es domine, & rectum iudiciū

Psalm. 118.

tuum. Iam verò noster hic orator, ut vnum  
eripiat, omnes in seruitutem offert dicens.

En omnes serui sumus domini  
mei: & nos, & apud quem inue-  
tus est cyphus.

Verum non hoc dicit, quod velit omnes ser-  
uitute constringi, sed ut oblatis tam nume-  
rosis miseris seruitijs, ille cunctorum mi-  
sereatur: & illum vnum pro quo eripiendo  
adeo misere affliguntur & fatagunt, liberum  
abire permittat. Ad quem

Respondit Ioseph: Absit à me,  
ut sic agam.

Scilicet ut viro delinquente in omnes vlcif-  
car. Nullatenus est hoc meum, cui est in vo-  
tis, sic iustitiam colere, ut clementiæ non ob-  
liuiscat. Deum enim timeo. Et quidem secū-  
dum leges Ægyptiorumque mores omnis  
fur morte plectendus est: sed ut æquitas mea  
in exigendis pro sceleribus pœnis vobis in-  
notescat, nolo cyphi mei furem occidere, sed  
tantummodo seruitute premere. Quare

Qui furatus est cyphum me-  
um, ipse sit seruus meus: vos au-  
tem abite liberi ad patrem ves-  
trum.

Vide lector, quod timebat pater, hoc eis con-  
tigit: & in tam magnam deuenerunt pertur-  
bationem, ut quid facerent nescirent. Augus-  
tinus acutè: Maxime, inquit, monet, quid si-  
bi vult ista actio Ioseph, qua fratres suos, do-  
nec eis aperiret quis esset, iudificauit, & tan-  
ta expectatione suspendit: quod licet rāto sit  
suauius cū legitur, quanto illis sit inopinā-  
tius, cum quibus agitur: tamen sapientiæ il-  
lius grauitate, nisi magnum aliquid isto, qua-  
si ludo, significaretur: nec ab illo fieret, nec  
ea Scriptura contineretur, in qua est tāta san-  
ctitatis autoritas, & prophetandorum tanta  
intentio futurorum: quam modo exequi ex-  
ponendo non suscepimus: sed admonere tā-  
tum volumus, quid hic oporteat inquiri. Nō  
enim negligenter considerandum puto, tan-  
tam miseriam in hac perturbatione fratrum  
suorum, quos Ioseph quandiu voluit, tenuit:  
& quanta voluit mora protraxit. Non eos v-  
tique faciens calamitosos, quando tantæ etiā  
ipsorum futuræ lætitiæ exitum cogitabat: &  
totum hoc quod agebat, ut eorum gaudium  
differretur, ob hoc agebat, ut eadem dilatio-  
ne

August.

nē cumlaretur, tanquam non essent condi-  
gnæ passionibus eorum in toto illo tempore,  
quo turbabantur ad futuram gloriam exul-  
tationis, quæ in eis fuerat reuelanda fratre co-  
gnito, quem à se perditum arbitrabatur. In-  
terim territis durissimo Ioseph responso cū-  
ctis fratribus, & præingenti mœstitia silen-  
tibus, is qui in fidem suam puerum ducendū  
atque reducendum susceperat, vehementius  
& amplius cum principe terræ agendum co-  
gitauit. Hinc enim sequitur.

Accedens autem propius Iu-  
das confidenter ait.

Artificiosissima vitur oratione ad captandā  
commiserationem. Nam cum manifestissi-  
mi furti turpitudinem causa, quam agebat,  
contineat: & à preceatione, ut audiatur, exor-  
ditur: & in totius orationis serie inducit ea,  
quæ pectora quoque; ferrea emollire, & ad mi-  
sericordiam eis præstandam inflectere pos-  
sint. Prolocutus est autem in hunc mo-  
dum.

Oro domine mi, loquatur ser-  
uus tuus verbum in auribus tu-  
is: & ne irascaris famulo tuo.

Supplicat enim, cū dicit, Oro. Summitit  
sele eum dominum appellans: tenerum ostē-  
dit affectum addendo, Mi, quæ est adblan-  
dientis vocula. Perurbane autem de se lo-  
quens tertia est vsus persona, innuens, se me-  
ritis longe distare ab illius præstantia cum  
quo loquebatur: se quoque afflicto admodū  
animo eiusdem seruum esse confitetur. Tan-  
tū precatur, ut audiatur. Et quoniam ob rei  
fœditatem in primo dictionis aditu ab infen-  
so repelli poterat: id præuenit obsecrans, ne  
inter audiendum dicenti sibi irascatur. De-  
nique eo præfationem conclusit, quod e-  
rat validissimum ad promerendam princi-  
pis vehementius irati beneuolentiam di-  
cens.

Tu es enim post Pharaonē do-  
minus meus.

Nemo enim est tam modestus, qui excellen-  
tiæ suæ prædicatione non delectetur, atque  
capiatur. Delectatio autem beneuolentiam  
maxime conciliat. Hæc præfatus narrationē  
adeo miserabilem atque luctuosam texuit, ut  
singulis pene verbis lachrymas ab auditori-  
bus elicere posset.

Interrogasti,

Inquit,

Seruos tuos, Habetis patrē aut  
fratrem? Et nos respondimus ti-  
bi domino meo: Est nobis pa-  
ter senex, & puer paruulus, qui  
in senectute illius natus est.

Centum enim & sex annorum erat Iacob, cū  
natus est ei Benjamin:

Cuius vterinus frater mortuus  
est: & ipsum solum habet ma-  
ter sua: pater autem tenetè dili-  
git eum.

Chryostomus. Cogita hic, quomodo se ha-  
buerit Ioseph hæc audiens. Quare autem &  
hic mentitur? sic dicens, Frater eius mortuus  
est: quamuis eum negotiatoribus vendide-  
rant? Verum hoc dicit: quia sic patri persua-  
serunt, quasi occisus esset, & à bestijs deuora-  
tus. Aliter etiam: Quia non putauerunt eum  
potuisse ferre barbarorum seruitutem, etiam  
esse mortuū: præsertim, quia nihil de eo post  
quam distractus fuerat, vnquam audierant,  
tanquam de iam deplorato dicit: Frater eius  
mortuus est. cur item dixerit, Et ipsum solū  
habet mater sua. cū ipsa multo antè in ip-  
sius partu defecerit? nisi quia solus hic Ben-  
iamin de duobus liberis, quos illa pepererat,  
superstes remanserat. vel potius, quia, quæ cū  
spe futuræ resurrectionis hac vita defuncta  
fuit: non tam defecisse, quam migrasse existi-  
manda est. Quippe quæ in multo beatiore  
vitam, quando dormientes in Christo euigi-  
lauerint, remigratura est. Adiecit autem, Et  
pater tenere diligit eum, ut affectus moue-  
ret ostendens, quam difficile futurum erat  
Beniamin, velut vnicum filium habitum à  
patris sinu diuellere, quem bonus senex tan-  
topere diligeret.

Dixisti que seruis tuis: Adduci-  
te eum ad me: & ponam ocu-  
los meos super illum.

Sane ponere oculos super aliquem est, in  
eum visum amanter intendere: & ei esse be-  
neuolum, nec non sic illo sibi complacere,  
ut ipsi plurimum prodesse velit. In hunc  
sensum Nabuchodonosor Nabuzardano mi-  
litiæ suæ principi super Hieremia propheta

ta præcepit dicens: Pone oculos tuos super eum, ut non facias ei quicquam mali. Et dominus apud eundem Hieremiam: Ponam oculos meos super eum in bonum.

Suggestimus tibi dominus meo: Non potest puer linquere patrem suum. si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam.

Vides, quam mirifico artificio Iudas præsentis calamitatis occasionem latenter, & modeste in ipsum Ioseph derorquet? quod is eos Beniaminum ad se deducere compulerit.

Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum narrauimus ei omnia, quæ locutus est dominus meus.

Prudentissimè per totam enarrationem urbanitatem seruat, ut captatâ à principio benevolentiam minime perdat. Nam & hic prius illum dominum vocat, quam patrem nominet: & perpetuo tenore ad audientis honorem terra abutitur persona. Hinc quoque habes dilectè, fas esse viris studiosis & pietate præstantibus, comoda ciuilibus cuiusdam urbanitatis elegantiâ apud magnates uti quando cum eis agunt aliqua de re graui ab ipsis obtinenda, nec non expediendâ. Neque verò, quia blandis iucundisque verbis eloquentur, adulariores sunt habendi. Nam homines urbani seruato decoro veras laudes, prout res ipsa tert, pro loco & tempore proferunt: palpones autem & falsas ingerunt, & veras impudenter & temere audientis tantum gratiam captantes passim effundunt.

Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus: Ire non possumus,

Subaudiendum est, Soli.

Si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo ab-

sente, non audemus videre faciem viri. Ad quæ illi respondit.

Jacob enim timori, quem filij sui prætendebant videndi Ægypti principem sine fratre suo, timorem amittendi filium sibi dilectissimum illo multò grauiorem consultissime opposuit.

Dicens: Vos scitis, quòd duos filios genuerit mihi vxor mea.

Vxorem pro Rachele posuit: quoniam sola Rachel ei fuit è sententia vxor. Nam Liam loceri fraude deceptus pene inuitus duxit: Duxit inquam, ne quam per ignorantiam attingerat, corruptam desereret. Ancillas autem ad vxorum votum suscepit. Denique hæc, velut vnicam absolute vxorem nuncupat, quia præ cæteris eam adamabat: nec tamen ideo alijs iniurius erat, quoniam cuiuslibet illarum pro sua cuiusq; dignitate maritalem impartiebatur affectum.

Egressus est vnus, & dixistis, Bestia deuorauit eum.

Sic & i Græco λέγειται, & dixistis: sed i Hebræo באמר, & dixi. Reuera Iacob superius, dixerat: Fera pessima deuorauit filium meum. sed facile conuenient, quæ secum pugnare videtur: si animaduertimus, filios Iacob ostendentes ei vestem Ioseph sanguinolentam, vel verbo, vel signo tradidisse Ioseph à bestia fuisse deuoratum. Id quod non utique adeo firmiter Iacob credidit, quin nonnullam de contrario suspicionem retineret. Nonne aliud quiddam etiam nunc suspicari videtur prædictis subiungens.

Et hucusque non comparet.

Hæc enim verba sunt eius, qui non nihil ambigeret filium suum vita fuisse defunctum. Quòd si hæc ita sese habet haud prorsus hoc loco Iudas repugnat his, quæ filij Israel dixerant, se non explorasse ciuitatem, sed perditum quærisse fratrem.

Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

Hoc est facietis me canum ac perinde miserum præ dolore mœrenti animâ emittente:

re:

re: mortuum quæ ad sepulchrum quidem corpore, animo autem ad inferos. Hoc est Abraham sinum descendere. Iam sequitur è superiori narratione collectio miserandis affectibus plena.

Igitur si intrauero ad seruū tuū patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima illius ex huius anima pendeat: videritq; cum non esse nobiscum, morietur. Et deducet famuli tui canos eius cum mœrore ad inferos.

Hoc loco animam pro vita emphaticè posuit. sicut Christus cum dixit, Qui amat animam suam, perdet eam. Totâ hæc tandem ratiocinatio eo peruenit, ut ostenderet prorsus indignum esse grandævum senem & innocentissimum tanto dolore discrucari, quo præ mœrore dulcissima cunctis mortalibus vita ante diem suum destitueretur. Ad hoc pergit Iudas alia ratione indignandū præfidem ad clementiam inclinare. Nempe, quod ipse solus inter fratres peculiari quodam officio ac iure teneatur puerum ad patrem suū reducere: quoniam illi ea de re fidem suam adstrinxerat.

Ego,

Ait,

Proprie seruus tuus sum, qui in meam hunc recepi fidē, & spondi, dicens: Nisi reduxero eū peccati reus ero in patrem meū omni tempore.

Et vide hominis prudentiam. Postquā enim fuit argumentatus à fide patri inuolante seruanda: nunc iam tertio ab utilitate pueri dimissionem, suiq; retentionem suadere conatur, declarans multò commodius ipsi domino fore, viri quàm pueri ministerio uti.

Manebo itaque,

Inquit,

Seruus tuus pro puero in ministerium domini mei: & puer ascendat cum fratribus suis.

Etenim Iudas nimia perturbatione districtus hæc effundit, non considerans, quòd si pro alieno furto seruituti additus ipse fuisset, tras-

lato nocentis amore, in innocentem non minus pro eo, quàm pro alio, dolore atque mœrore bonus senex contabesceret. Sed ignoscenda est homini a deo perturbato istius modi inconsiderantia: & quæ ad rem maxime faciebat. Tandem necessitate quadam compulsum se miseram seruitutem subire fateretur quòd nullatenus patri suo extremis cruciatibus afflicto adesse valiturus sit, inquit enim: Non enim possum redire ad patrem absente puero: ne calamitatis, quæ oppressura est patrē meum, testis assistam.

Clarent hoc in loco duæ in Iuda eximia virtutes, & excellens quædam animi fortitudo, & egregia mentis eius pietas. Namque summa in patrem pietate affectus filium ei charissimum reducere satagebat. quod si nõ obtineret, constantissimo animi robore seruitutem libertati præferebat. timebat enim, ne violatæ fidei reus præsentia sua calamitose patri dolorem auerget. Postremo intellige hic cum Eucherio studiose lector, qualiter cognatas alijs atque alijs peccatis pœnas exactissimus iudex accommodat: seruans illud quod postea scriptum est. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Nam quid obsecro hoc iustitiæ ordine pulchrius? Nempe hic Iudas, qui semet nunc seruitio addicit, est ille ipse, cuius consilio in seruum vendidatus est Ioseph. Sic enim supra habemus, quod dixerit fratribus suis: Ecce Hamaelitæ transeunt: venite & venundetur. Igitur & in hac similitudine doli, quam Ioseph agit, laus est viri gloriosi: quia per occasionem argenti sui, consultorem venditionis sui in hanc necessitatem compulit: ut optaret seruus fieri: & sic ille argenteos, quos Iudas accepit vendito fratre, & per fratrum marcupia diuisit, insectatus est: ut aliud quidem pro alio argentum conscientijs eorum excuteret. Attamen tali pœna non nihil macula illa reos liberaret. Sic enim illos affligebat, ut interim quoque recrearet: sic eos fouebat, ut nihilominus exereret. quod clarius luce patebit, si totius huius negotij seriè paucis repetam. Ioseph igitur fratres in Ægyptū peregrini venerūt, famis periculum fugiebant: trumenta quærebant: nõ acceperat & insuper ferri se criminis obiectione videbant. inter hæc ductus ad carcerem, & post triduum eduçti adhuc in eadem asperitate tenentur. Iam reditur ad cor: iam culpæ memoria pulsat animum:

Eucherio.

Sap. 11.

atque inter se, inuicē loquuntur: Merito hæc patimur, quia peccauim⁹ in fratrem nostrū, videntes angustiam illius, cum deprecāretur nos, & non audiuius eum. In his autē verbis cor Ioseph secessum petit, soluit flendo, quod pietati debuit: seuerus ad fratres reuertitur: vt cruciatus eorum animus à culpa liberaretur. Post hæc vnus religatur in vinculis: dimittuntur cæteri cum frumento pecunijs in eorum sacco occulte repositis: vt vnus frater veniat, quem minimum se habere dixerant. Veniente autem postmodum fratre vincebat Ioseph mentem pietas, quum frater innocēs videretur, sed permanebat in ostensione asperitas, vt fratres noxij purgarentur. Deinde ad conuiuium vocantur, inebriātur, eis frumenta dantur, pecuniæ iterum reponuntur in sacco. Denique cyphus in sacco iunioris absconditur: fortis postea aduersus eos quæstio mouetur: mittitur, vt reducātur. Addici eum in seruitutem decernitur, apud quem cyphus fuisse inuentus. Quæsitus in sacco tandem vltimi fratris inuenitur. O crudele iaculum fraternis cordibus infi-

xum. O plena misericordiæ tormenta. En iustus cruciatur, & amat. Reuersi igitur ad Ioseph in terram cum lachrymis prostrati veniam postulant. Memores enim quid de illo Beniamino patri promiserant, intolerabili dolore contabescabant. Tūc se vltra cohibere nõ valens pietas antea iusti visceribus clausa prorupit in mediū, & excussit charitatis lachrymas de vultu serenitatis. De terrore enim erat asperitas quæ apparebat, & non erat: quia misericordia erat, sed non apparebat. Sic demum vir sanctus facinus fratrum partim dimisit, partim vendicauit. Sic ore iudiciū exercuit, & corde clementiā retinuit, vt in delinquentes, nec sine vlione pius existeret, nec sine pietate districtus. Considera tandem cū Chryostomo: quomodo per excusationem Iudæ, Ioseph omnia diligenter didicit, quæ post suam venditionē egerint domi: & qualia patri de se narrauerint: & satis demonstrunt, quod & patrem digne colerent, & fratrem multum amarent. quibus omnibus optime Ioseph affecerunt.

Chrjstos.

## Caput quadragesimum quintum.

Non se poterat vltra cohibere Ioseph.

**E**tenim Ioseph audita lachrymabili, miserabiliq; Iudæ fratris oratione adeo fraterna pietate affectus est, adeoq; impotēter cōmōtus, vt vltim⁹ neq; vocē, neq; lachrymas, quantumuis reluctaretur, continere valeret. Præsertim impos agebatur, accedente ad effectum vehemēti ratione, per quā, exploratis ad vnguem fratrum præcordijs, & in se emendatis, & in Benjamin integris, tēpus esse censebat: quo tandem miserime afflictos tam magno, quàm insperato gaudio repleret. Veruntamen, quoniam hæc gerebantur

Multis coram adstantibus.

Quos muræ suæ ipsorum agnitioni interesse minime decebat, vi quadam violentis illis permotionibus illata, tantisper sibi constitit, dum adstantes foras excluderentur.

Vnde præcepit, vt excluderen-

tur cūcti foras: vt nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.

Id quod proculdubio Ioseph prudentissime disposuit, quoniam in ipso mutuæ agnitionis articulo venditionis suæ mentionem facturum necessario erat. Eiusmodi autem facinoris palam Ægyptijs meminisse nullatenus oportebat. tum ne pius vir inopinabili & intolerando probro fratres suos iam sibi reconciliatos coram alienis confunderet, quod vti que remous etiam cūctis arbitris illi ferre nõ potuere. tum ne extraneis domestici sceleris notitia communicaretur: ne illo diuulgato eius autores auersarentur Ægypti tanquam execrandi criminis reos. Quin & sapiēter cauit Ioseph, ne detecto fratrum facinore autoritas sua nonnihil inde minueretur, gloriaq; obscuraretur, haud enim satis bene audiret, scire eum proditorio de genere natum esse: imo

imo in periculo inde versaretur, ne concepta de eo nonnulla cognati criminis suspitione, ipse quoque de tanto depositus honore extra Ægyptum protruderetur. Ergo alienis exclusis:

Eleuauit vocem cum fletu.

Nec id mirandum est. Nam qui hætenus vt cunque sese continuerat, gemitus intercedēs & introrsum retundens, violentaque lachrymarum fluenta intus absorbens, qua horatū silentij retinacula soluit, osq; suum aperuit dicturus, Ego sum Ioseph, quidam turbo affectus germani in dextera violentissimus in condito clamore citius & properantius erupit.

Eleuauitq; vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptij, omnisque domus Pharaonis.

Non quod vniuersi qui Pharaonis in domo tñcerant, eandem vocem suis auribus perceperint: sed quod alijs atque alijs narrantibus, illum cum fletu vocem extulisse acceperrint. Et tandem

Dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Adhuc pater meus viuit?

Illud fuit asserentis. hoc admirantis: & veluti præ gaudio non potentis credere, quod auditum ei maxime placuerat. Nihil enim Ioseph vehemētius affectabat, quàm etiam nū patrem suum viuere. Cui tam longo tempore pro se afflictio, lugenti que gloriam luam, atque potestatem declararet: eidem que ea tēpestare, si vnquam alia, maxime opportuna, & honoribus, & opibus inferiret. id quod bonam, imo maximam suæ felicitatis partē pientissimus in patrem filius esse merito extimabat. Quid enim, vel optatius, vel felici⁹, vel honestius liberis cōtingere potest, quàm rerum potiti, quam valeant, eis gratiam referre, quibus parē reddere nequeāt? Quid fratres vbi rem adeo insperatam, & mirabilem perceperunt? Profecto eo audito, veluti grandi, terribili que fulmine percussi & attoniti, & quasi amentes facti sunt. Hoc enī est quod sequitur.

Nec poterant respondere fratres nimio terrore perterriti.

Multis enim de causis distinebantur. Primū pudore pro scelere in fratrem olim commissio. deinde timore eius, quē in eos vlcitici posse sciebant. vltimo vehemēti admiratione, quod is qui in seruum fuerat distraus ad tā

tum potestatis, & gloriæ culmen promotus esset. Pudore igitur suffusi eum aspicere verebantur, timore silebant, stupore immoti manebant.

Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me.

En tibi Ioseph vir clementissimus, vbi vidit fratres suos pudore vultum in terram deiecit se, terrore tacitos, & stupore immotos, illico sereno vultu, aridenti, ac miti, blandaq; oratione eos ad se accedere iussit. Sanctus igitur Ioseph, tam benigna priorem austeritatem dulcedine, atque lenitate emolliuit, ac superauit: vt merito in hac quoq; parte similis habeatur illi Samaritano, qui reuera generis humani custos lethali⁹ vulneribus, id est, mortalium peccatis disciplinæ vinum, & pietatis oleum, vt penitus curentur, opportune ac salubriter infundit. Iam verò viris ea per humana & gratissima inuitatione recreatis, eidem que propinquis dictum illud amabile reperit, cursum que orationis continuat dicens:

Ego sum Ioseph frater vester.

Hoc altius potuit efferre, illud multo summissius,

Quem vendidistis in Ægyptum.

Ne Ægyptijs fratrum scelus innotesceret: Quem vendidistis, ait, in Ægyptum, in regionem videlicet à paterna domo longe remotam deportandum, vnde venditi fratris fama paternas ad aures nunquam esset peruētura. Verum quia hoc dicto fratrum corda penitus & acriter diuerberauerat, confestim inflato vulnere medetur, & vt omnem ab eis metum adimat, inquit.

Nolite pauere, neque vobis durum videatur, quod vendidistis me in his regionibus.

Pauebant utique fratres Ioseph, quorum corda repētinus timor pulsauerat: ita vt toto corpore concuterentur. Hunc tātum timorem deponere eis iubet, quod nullas esset vltius de ipsis poenas sumpturus. Et vt confusionē, qua pro scelere antiquo pu defecti distinebantur, imminueret, adiecit: Nec vobis durum videatur, quod vendidistis me in his regionibus. Hoc enim crimen, vt eleuet, non tam in eorum maliciam, quàm in Dei voluntatem venditionis sui causam refert dicens:







pauore conterriti, & præ gaudio obstupētes ferme non poterant credere, suum Iesum esse, quem tamen sibi præsentem suis oculis videbant. Iterum vrget fratres, vt properanter mandata peragant.

Nuntiate, ait, patri meo vniuersam gloriam meam: & cuncta, quæ vidistis in Ægypto: festinate & adducite eum ad me.

Quæritur. Quomodo pius Ioseph, qui tanto, tamque iusto videndi patris desiderio agitur, tantas ante hac accerendi eum moras perpeti potuit? Respondit Rupertus, id factum sapientissime fuisse. nam, si prius ad se patrem accedere inuississet, quæ omnes fratres suos apud se congregatos agnitione sui lætificasset, atque solidissima mutua, fraternaque, gratiæ beneuolentia composuisset: grandem minis in domo patris sui turbam concitasset. Cum autem iam cōsolatis omnibus, postquam osculatus est omnes, & super colla singulorum fleuit: & sic pro vera remissione, vt certi esset de pace sua in eos, & gratia satisfecit: postquam osculo lachrymoso confirmati ausi sunt loqui ei: postquam binas singulis stolas protulit: adhuc tamen sollicitus hortatur, ne rixetur in via alter in alterum venditi fratris culpam reiicientes. Quæ, cum ita se habeant, quas rixas, quas pugnas futuras fuisse putas, si relictis fratribus solum patrem ad se vocasset. Dices. poterat multo antea fratres cum patre suo conuocasse. Sed non oportebat eum impœnitentibus, & impunitis reconciliari. Dices iam olim patrati sceleris eos pœnituerat: sed id iusto viro minime constabat: nec pro diluendo eo vllas pœnas dederant. Nec id in homine piētissimo mireris: siquidem nec Deus ipse cuius infinita est misericordia, vnquam impœnitentibus recōciliatur. esto, quod varijs modis peccatores ad pœnitentiam incitet, vt sint quibus recōciliari possit & quibus sibi reconciliatis ineffabilia bona impendere velit.

Cumque amplexatus recidisset in collum Beniamin fratris sui fleuit, illo quoque flente super collum eius.

Hinc constat tenerius multo sese diligere fratres vterinos, quam eos qui sunt ex eodem patre, matribus autem diuersis. Nec id mirandum. his enim illi sunt sibi cognatiores, cer-

riusque esse se fratres norunt. vnde & sponsa vt intimum quendam amorē & vere germanum in sponso affectare significaret, in Cantico dixit: Quis mihi det te fratrem meum suggestentem vbera matris meæ? Ex quo fit arduiorem esse charitatem inter Christianos, qui ex aqua & Spiritu sancto intra eiusdem matris Ecclesiæ sinum regeniti sunt & renati: quam erat olim inter duos fideles alterum ex lege naturali, alterum ex lege scripta, velut ex duabus matribus natos, vetum Deū suū patrem agnoscetes, eumque vera pietate colentes. At ne reliqui fratres suspicarentur, ab illo se tepide diligi, certissima eis amoris fraterni signa commonstrauit. Sequitur enim.

Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit per singulos.

Fuerunt proculdubio huiusmodi lachrymæ germanæ pietatis plenæ: fuerunt & osculum officio, tum charitate probatissima.

Post quæ ausi sunt loqui ad eum.

Acceptis enim certissimis eius clementiæ & fraternæ beneuolentiæ signis, deposita tandem formidine: quem paulo ante suspicere verebantur, confidenter allocuti fuere. Quæ autem ei verba dixerint Scriptura tacet, melius iudicans, plurima lectori cogitanda relinquere, quam pauca pro rei dignitate referre.

Auditumque est, & celebri sermone vulgatum est in aula regis: Venerunt fratres Ioseph. & gauisus est Pharao, atque omnis familia eius.

Gratulabatur nimirum Pharao, totaque Ægyptus viro eis maxime salutari, omnibusque pergrato super fratrum eius agnitione, quod incolomes, & ipse incolumis, tantaque præstans dignitate recepisset. Fuit & eorum gaudium adauctum scita ipsius nobilitate, quod ex illustri Abraham clarissimi viri genere originem duceret: qui quondam quatuor reges potentissimos vno prelio superasset, prædamque ex eorum manibus excussisset. Comparabat & res hæc magnam viro gratiam apud regem Ægyptiumque populum: quæ non

Cantic. 8

parent alicui vili mancipio, sed à viro nobilissimo regerentur. Nobilitas enim apud omnes gentes in honore est. Tacet autem hoc loco Scriptura id quod subaudiri necessariū est: Agnitis videlicet fratribus domique relictis Ioseph regem adijisse, aduentumque illorum ei denuntiasse. quo audito continuo rex decreuit præfecto suo rem gratissimam facere.

Dixitque ad Ioseph: vt imperaret fratribus suis dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan: & tollite inde patrem vestrum, & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ. Præcipite etiam, vt tollant plaustra de terra Ægypti ad subuectionem parvulorum suorum, & coniugū. Ac dicite: Tollite patrem vestrum, & properate quantocius venientes. nec dimittatis quicquam de suppellectili vestra: quia omnes opes Ægypti vestre erunt.

Norandum, quod pro eo quod in Latino est: Et nō dimittatis quicquā de suppellectili vestra, in Hebræo est וְעֵינֵיכֶם אֵל תְּהוּם עַל קְלִיכֶם, id est, Et oculus vester non parcat suppellectilibus vestris. Sic & Septuaginta: καὶ μὴ φέρεσθε τὰ εἶδη τῶν ἀποσκευῶν ὑμῶν. & est præcepti sensus: Ne intus oculis in suppellectilia, quamuis pretiosa, in eis auctionandis immorentur. quin potius, vt citius vendantur, non eos pœniteat illa æquæ, vel minori preio distrahere. quin & abiecta relinquere, quorum futura sint omnes Ægypti opes. Reuera regali magnificentia Pharao in patriarcham vsus est: qui sic eum ad se venire incitauit, vt & ei magnas opes præmitteret, & maiores multo polliceretur, quo præsentibus confortatus, de futuris nihil dubitaret, seseque ad iter capebundū confestim accingeret. Enimvero hæc Pharaonis verba, quæ præfecto suo super Iacob, & filijs eius locutus est, maxima gentilis populi de

Iudæorum ad fidem catholicam conuersione gaudia significant. Magna est enim Ecclesiæ, quæ ex gentibus deuotio, atque lætitia, vt Israeliticus populus ad fidei catholicæ consortium veniat. Quippe quæ Iudæis, si ab errore ad veritatem conuertantur, Christianæque pietatis participes fiant: promittit spirituales opes: id est: pretiosa cūctarum virtutum, gratiarumque Spiritus sancti munera: quæ qui accipiunt nullius indigentia boni laborant: & pro quibus obtinendis, vt pote maximis, & æternis cuncta terrena & temporalia bona & merito pessundantur, & prouidentissime despiciuntur. Omnis, inquit, præceptor cœlestis, qui reliquerit domū, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter nomen meum centuplum accipiet: & vitam æternā possidebit.

Fecerunt filij Israel, vt eis mandatum fuerat.

Qui enim antea dicebantur filij Iacob, quia reatu propriæ culpæ obligati aduersus varias calumnias, & explorationis, & furti vehementer obluetabantur, iam pœnitentia præteriti sceleris in pristinam restituti virtutem, nec non fratris agnitione atque benignitate roborati filij nominantur Israel, tanquam imitatores eius, qui cum Deo fortis fuerit. Denique ad regis amicitiam propter fratris gratiā admissi fecerunt, vt eis mandatum fuerat. In quo & nos præsignauerunt, quibus per Filium patet aditus ad Patrem: qui quidem Dei filius, sicut Ioseph ad tanti regni gubernacula, quæ homo, promotus fratres suos agnosceret minime dedignatur: ita post gloriosam resurrectionem suam nō veretur nos sub apostolorum appellatiōe vocare fratres: Vade, inquit & dic fratribus meis: Nam & pœnitentes recipit & amplectitur: vt ad Patris amicitiam admittamur, & ad regnum cœlorum per eum inducamur. Ita tamen, vt quemadmodū fratres Ioseph faciamus nō ex tristitia & adhuc obluetates cōtra carnē, sed spiritu gaudentes & cum Deo præualescentes. Id quod profecto nos beatos facit dicente domino, ac fratre nostro Christo Iesu: Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. At filij Israel rebus omnibus instructi mandata executi fuere.

Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperiū: & cibaria in itinere.

Hieronymus

Matt. 19.

Ioan. 20.

Ioan. 13.

Commentariorum

**Hieron.** Hieronymus. Verbum Zeda, quod hic omnes consono ore, *זעדה* id est, cibaria vel sistorcia interpretati sunt: in Psalterio quoque habetur. vbi enim nostri legunt: Vidua eius benedicens benedicam: licet in plerisque codicibus pro Vidua, id est, pro *Ληρα*, nonnulli legunt *θρα*: in Hebræo habet *זעדה* Zeda, id est, cibaria eius benedicens benedicat. Porro *θρα* venationem magis potest sonare, quam fruges: tamen si mos sit Ægyptiorum *θρα* etiam Far vocare, quod nunc corrupte Antheran vocant.

Singulisque proferri iussit stolas binas.

Stola enim apud veteres dicebatur, quicquid tegebat: & apud Græcos *στολή* indumentum significat. vnde stola deducitur. Stola igitur hoc loco vestem oblongam significat, quæ totum tegat corpus. Rupertus. Ab hoc primo perfectæ charitatis exemplo profectum esse arbitremur illud Sapientis dictum: quo & apostolus Paulus vitatur: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit potum da illi: hoc enim faciens carbonis ignis congeres super caput eius. noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Hic namque iustus inimicis suis, qui inter comedendum vendiderant eum, cibum dedit & potum. Etenim cum eo inebriati sunt: in super eis, à quibus tunica calari & polymita nudatus est, binas singulis stolas dedit. Et Christus dominus, qui etiam inter tormenta pro persecutoribus oravit, & verbo & exemplo aduersariis nostris benefacere docuit: cuius figuram Ioseph præfert, binas gloriæ stolas fratribus suis impartitur, alteram qua fruuntur nunc animæ beatæ: alteram, cum eorum corpora mirifice immutata gloriosa immortalitate induentur. At verò patrem, ac fratrem multo maioribus bonis affecit. Ait enim Scriptura.

Beniamin verò dedit trecentos argenteos, cum quinque stolis optimis: tantumdem pecuniæ & vestium mittens patri suo: addens ei asinos decem: qui subueherent ex omnibus diuitijs Ægypti: & totidem asinas, triticum in itinere, panesque portantes.

Sicut enim Beniaminum, & argenteis, & vestium numero ac bonitate alijs præposuit: sic etiam præ Beniamino, vt rerum natura exigebat, patrem muneribus longe locupletioribus auxit. Quod fecit ille decentissime. Nam & si ius est cuiuslibet in his quæ donat, quæ voluerit, alijs, vel muneribus, vel honoribus præferre: si tamen ea, quæ donantur pro dignitate eorum quibus tribuuntur, congruenter distribuantur: pulchriora multo habentur, & gratiora: quia non tantum in eis donantis liberalitas, sed etiam dispensantis æquitas elucet. Misit autem munera pretiosissima patri suo mox ad se venturo: non quod eis ille priusquam ad eum veniret, aliquatenus indigeret: sed ad honorem & in argumentum maximi amoris, quo filius patrem complectebatur. Probatio enim dilectionis est exhibitio operis. Iuxta mysticam autem intelligentiam, trecenti argentei Beniamino dantur, quos à Christo accipit, quicumque prædicat Trinitatem, Christique crucem, qui triginta argenteis à proditore venundatus fuit. Ideoque Paulus ait: Neque enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Quinque stolas etiam accepit, id est, quinque charitatis vulnera & sapientiæ crucis stigmata, omniumque sensuum multiplicem intelligentiam. Præcellit igitur doctrinarum diuinarum copia Beniaminites Paulus: & meritum eius portio: qui pro omnibus laborauit cæterisque mirabili spiritus vberitate antestat. Nilominus habet & fratres eius, id est, alij prædicatores gratiam suam, id est, binas stolas, id est, vt confiteantur Christum Deum & hominem esse, iuxta quod in Proverbis legitur, Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, id est, mystica, atque moralis intelligentia. Mittuntur & Patri munera: Filius honorat patrem suum, & Christus populum suum promissis muneribus ad se accedere inuitat. portantes & hæc munera asini: nimirum gentiles, & inutiles antea & laboriosi. Nunc autem viles portant in typo Christi munera, & in Euangelio munerum largitorem.

Dimisit ergo fratres suos, & proficiscentibus ait: Ne irascamini in via.

Vide mentem moribus optimis præditam: non solum ipse dimisit iram & à criminibus liberauit: sed ipsos prudentissime admonet ne inter eundem rixentur, neque inter se fac-

tis contendant. In promptu enim erat, vt conspecta tanta fratris gloria, summa potestata, & admirabili in eos beneficentia disceptaret, quis eorum in foedissima illius, atque scelerrissima venditione culpator fuisset. Iam enim Ruben exprobrauerat eis dicens: Nonne dixi vobis, ne peccaretis in puerum? Hunc igitur rixarum fomitem extinguere volens oportune dissidium præuenit: & admonet eos neque inuicem irasci, neque mutuo rixari, ne forte dum alius alio innocenter videri vellet & iustus: & à se in alium alius crimen iam summa fratris clementia eis dimissum, depellere contenderet, inuicem prouocati seipso acerrime morderent: ac perinde à seipsis dirupto fraternæ charitatis vinculo diuisi, inuicem contumererent. Pulchre & grauius Ambrosius. Quam bene docet ab iracundia præcauendum, quod ea possit amantes sui separare germanos: & maxime in via fugiendam esse discordiam: vbi ipse viandi comitatus debet esse inuolabilis, & gratiæ habere consortium. Quid autem aliud, ait dominus Iesus ex hoc corpore recessurus, cum discipulos dimitteret suos, nisi ne irascantur in via dicens: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Vbi enim pax est, iracundia locum non habet: ablegatur discordia fugatur dissensio. Probe itaque dicit Ioseph fratribus suis: Ne irascamini in via: sed cogitate, quod ego non habuerim pro crimine, quæ in me admisistis: ipsi etiam vos beneuolentia vicissim profequamini.

Qui ascendentes ex Ægypto venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob.

Origenes. Si diligentius consideremus, inuenimus, quod nunquam fere in sanctum quis locum dicitur descendisse, vel vituperabilem contendisse memoratur. Quæ obseruationes, ostendunt Diuinam scripturam, non vt plurimis videtur, in erudito atque agresti sermone compositam: sed secundum disciplinam diuinæ eruditionis aptatam: neque tantum historicis narrationibus, quantum rebus & sensibus mysticis seruientem. Vnde cum detentus fuisset Simeon in Ægypto: & nouem fratres eius dimissi reuerterentur ad patrem, non est scriptum, quod ascenderunt ex Ægypto: sed imponentes inquit, frumentum super asinos suos abierunt. Quum autem recepto fratre & cognito Ioseph, sed & Beniamin in oculis eius oblato cum lætitia reuer-

rentur: tunc dicitur, quod ascenderunt ex Ægypto, & venerunt in terram Chanaan ad patrem suum.

Et nuntiauerunt ei dicentes: Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni terra Ægypti.

Mira breuitate totam rem maxime lætificam seni proposuerunt: vt integra lætitia, consummaroque gaudio totus expleretur. Et vt ait Chrysostomus: Quis enim sermone complecti posset voluptatem in qua tunc fuerit, cum disceret Ioseph viuere & in tanta dignitate constitutum? Inexpectata enim bona maiorem voluptatem asserere solent. Quem enim putabat ante tot annos fuisse à bestijs deuoratum, vt intellexit tenere imperium totius Ægypti, quomodo non præ magnitudine gaudiorum mente excessit? Idem enim facere solet immodicum gaudium, quod excellens irascititia. Et videre licet multos effundere lacrymas præ gaudio immenso, alios etiam sæpe obstupescere quando fieri vident, quæ non expectauerant: & quos mortuos esse putabant, repente viuos vident. Notandum, quod Ioseph vivebat, & regnabat, quia non peccarat. Si enim, inquit Origenes, potuisset vinci à libidine & peccasset cum vxore domini sui: non puto quod hoc à patriarchis nuntiatum de eo fuisset patri eius Iacob, quod filius eius viueret. Hoc enim si fecisset, sine dubio non vivebat: Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Qui & recte regnare nuntiatum in omni terra Ægypti. & hoc est quod apud Israel magnum ducitur, & in admiratione habetur. Si quis vero est qui aliqua corporis vitia subiiciat: alijs verò cedat, & subiaceat, de isto non integre dicitur, quod principatum agit totius terræ Ægypti, sed vnus forte aut duarum aut trium ciuitatum videbitur gerere principatum. Quomodo autem tantæ & tam insperatæ rei nuntium parer acceperit Scriptura ita pulchro quodam verborum compendio expressit, vt nullo longioris sermonis circuitu commodius explicari potuerit dicens. Quo audito, Iacob, quasi de graui somno euigilans, non credebatur eis.

Qualis ne sit, qui graui de somno excitatur repente euigilat? Attonitus utique, & stupidus, & ad intelligendum ineptus & ad credendum tardus, & ad respondendum hebes. quoniam nondum spiritibus illis vaporibus omnino excussis,

**Psal. 31.**

**Rupert.**

**Prou. 25.**

**Rom. 13.**

**Ambros.**

**Ioan. 14.**

**1. corin. 2.**

**Prou. 13.**

**Chrysos.**

**Origen.**

**Exech. 13.**

tis

excussis, qui interiora sentiendi organa occu-  
parant, & opprefferant: neque enim sensus of-  
ficiū suū expedire facere: quibus rationi  
comode non inferuētibz, nequit homo  
ea, quæ audit, plene percipere & diiudicare,  
exactamque de ipsis sententiam ferre. Talis  
erat Iacob percepto nuntio a deo inopinabi-  
li, velut sui impos & obstupens, & non ple-  
ne percipiens qualia erant, quæ nuntiabatur  
credenda nec ne. Id quod multo apertius li-  
quet ex eo quod pro his quæ diuus Hierony-  
mus explicandi gratia paraphrasticis posuit,  
Hebraica ad verbum interpretata sonāt, Et  
vacillauit, vel debilitatum est, remissumque  
est cor eius: sic & Septuaginta, *καὶ ἐγένετο τῆ  
ἀναστασία αὐτοῦ*. & obstupescit est mente Ia-  
cob. Passus est igitur grauem stuporem, &  
quandam præsentaneam virium sensitiuarū  
syncopem, qua paulisper corde quieuit, &  
mente excessit. Neque id mirum aut incredi-  
bile alicui videri debet. Nam homine nimio  
gaudio perfuso, fit ex præcordijs nimia tam  
vitalium, quàm animalium spirituum effu-  
sio: quibus exhaustis vires interiores debili-  
tantur, & continuo cor linqvitur. Tali deni-  
que extali correptus Iacob corde nutabat,  
menteque vacillabat a deo, vt quamuis opran-  
dum maxime sibi nuntium accepisset, haud  
tamen asserētibz crederet. Homo enim ma-  
gno, diuturnoque luctu affectus, & veluti ca-  
lamitatis addictus, vix potest animo con-  
cipere maxima bona repente sibi denuntia-  
ta, dictisque fidem adhibere. Talia quoque  
sunt quæ per Euangelū Christi mundo nun-  
tiata, promissaque fuerunt, hominū vota præ-  
ueniunt, mortalium intelligentiam longè lu-  
perant. Quorum obstupenda magnitudine  
diuus Paulus suspensus viuo, ac viuifico do-  
mino Deo nostro gratias agit dicens: Et au-  
tē qui potest omnia facere superabundanter,  
quàm petimus, aut intelligimus, secundum  
virtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria  
in Ecclesia & in Christo Iesu in omnes gene-  
rationes sæculorum. Amen. Huc per-  
tinet illud quod Abacuc propheta cum ingē-  
tia Christi mysteria spiritu prouidisset admi-  
rabundus exclamauit: Domine audiui audi-  
tū tuū & timui: cōsideraui opera tua & ex-  
pau: in medio duorum animalium cognosce-  
ris, & cætera. Hinc denique domino Iesu cœ-  
lestem doctrinam prædicante, mirabiliaque  
opera adente, totus mundus permotus fuit.

Hieron.

Ephes. 3.

Abac. 3.

Luc. 4.

Math. 7.

testate imperat in mundis spiritibus. alios eō  
vilo timor inuasit: alij visis miraculis stupore  
& pauore replebantur. quidam & dicebant:  
Quis est hic, quia venti & mare obediūt ei?  
Quid? quod cum dominus Iesus apostolis  
suis apertissimis verbis mortis suæ mysteriū  
& resurrectionis gloriam secreto prædixisset,  
ipsi nihil horum intellexerunt: Eratenim ver-  
bum istud absconditum ab oculis eorū. Mi-  
raris hoc dilecte, vide aliud mirabilis. Iam  
dominus resurrexerat, iam sanctis mulieribz  
se ostenderat: & asserentibus eis semet oca-  
lis tuis vidisse dominum, visa sunt apostolis  
earum verba quasi deliramenta: adeo subli-  
mia, adeo obstupenda, adeo præter omnem  
humanam opinionem Christi mysteria sunt  
vt nullus ea possit sensu comprehendere, ra-  
tione inuestigare, mēte percipere, votis pro-  
sequi, nisi solus ille, qui sensum Christi habue-  
rit, cuius rationem ipse Dominus illustrarit,  
cui intellectum ad intelligendum aperuerit,  
quem Spiritus sancti igne calicus inflamma-  
rit. Sed ad Iacob reuertamur, cui incredibile  
uitum est, quod de Ioseph nuntiabatur. Et,  
vt ait Chryostomus, merito. Qui enim tunc  
attulerant vestem sanguine hædi inquinatā,  
& patri persuaserant, quod à bestiis esset de-  
uoratus: nunc dicit, quod viuat & domine-  
tur in tota Ægypto. Et turbata mente cogita-  
bat apud te, quomodo rationi esset conten-  
taneum. Nam si verum hoc, quod prius dic-  
tum, quomodo hoc poterat credi? Si autem  
hoc credendum, & verum: illud necessario  
fuerit mendacium. Turbavit autem eū ma-  
xime, quod à filiis antea audierat: & alia nūc  
ab eisdem disceret. Nonne videntur simili  
perturbatione præstrikti illi, qui non perci-  
pientes crucis arcanum Christo prædicanti  
de media turba contradixerunt: Non audiui  
mus ex Lege, quod Christus manet in æter-  
num: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari  
filium hominis? Cōtraria enim vidētur Mo-  
ri, & In æternū viuere. Quis est iste filius ho-  
minis, qui mortuus viuat in æternum? Vides,  
quomodo, sicut Iacob turbabatur audiēs Io-  
seph viuere, quem mortuum acceperat, quia  
mendacium nesciebat: sic & Iudæi turbabā-  
tur audiētes Christum moriturum, quia nec  
eum Deum esse credebant, neque proximæ  
resurrectionis sacramentum intelligebāt. Vi-  
dentes itaque filij Israel patris perturbationē,  
& quod non credebat eis.

Luc. 5.

Luc. 8.

Chryost.

Ioan. 12.

Illi contra referebant omnē or-  
dinem rei.

Enarraue-

Enarrauerunt enim ei cuncta, quæ cum eis  
egerat Ioseph, postquam fratrem Benjamin  
ad se deductum vidit. Nam quæ priori pro-  
fectione gesta fuerant iam eorundem relatu  
patri constiterant. In dubio est autem, sciue-  
rit ne vnquam Iacob filij venditionem à fra-  
tribz eius perpetrata. Nam forsitan meri-  
tò aliquis sic existimabit, quod tam vendito-  
res, quàm venditus pessimum facinus sum-  
mo silentio suppresserint pietissime cauē-  
tes, ne acerbissimus inde bono seni dolor, ve-  
luti refricato vulnere, iam obdueto crudelē  
ceret. Nā quod capite quinquagesimo mor-  
tui iam patris nomine à fratre veniam præcā-  
tur: ab eisdem confictum fuisse putatur. Per-  
tinet & hoc exemplum ad honorem parenti-  
bus debitum exhibendum: vt filij summo pe-  
re caueant, ne vnquam grauiā & amarulenta  
eorum auribus inferant, ni summa necessi-  
tas eos id facere cogat, vt peioribus, ne acci-  
dant, consulari & occurratur.

Cumque vidisset plaustra, & mu-  
nera quæ miserat.

Subaudiendum hic prius est: Credidit rebus  
ipsis, qui verbis non crediderat, vt postea se-  
quatur.

Et reuixit spiritus eius.

Potest hoc simpliciter intelligi, quod qui iā-  
iam præ merore moriturus esset, lætissimo  
nuntio accepto animatus, veluti reexcita-  
tus reuixerit. Pulchrè Chryostomus. Quid  
est re excitatus est? Sicut ignis in ampulla  
quando deficit olei alimonia, & iam extin-  
guitur: si parum quis olei infuderit, repente  
quod extingui putabatur, reuiuiscit & clario-  
rem emittit lucem: ita & senex ille præ tristi-  
tia iam extingui videbatur. Noluit, inquit,  
consolationem accipere dicens: Descendam  
lugens in infernum. Vbi autem cognouit, quod  
viueret, & quod dominaretur, in tota Ægyp-  
to, & vidit plaustra, reaccessus est: & quasi iu-  
uenis ex sene factus, deposuit meroris nebu-  
lam, dispulit cogitationum tempestatē, tran-  
quillus postea fuit. Potest & subtilius hic lo-  
cus explicari, vt intelligatur spiritus ille pro-  
pheticus in Iacob reuixisse, qui ex quo ille lu-  
ctu fuit oppressus, in eo fuit pene extinctus.  
Nullam enim hucusque reuelationem ha-  
buit. At paulò post iam læto & animo tran-  
quillo, vt solebat, oblato sacrificio, eidē Deus  
apparuit. Super quo Origines diuinitus in-  
quit. Sed nec hoc quidem ociose relinquen-

Chryost.

Origenes

dum est, quod non animum, sed spiritū tan-  
quam meliorem sui partem resuscitatum esse  
dicit. Splendor enim lucis, qui erat in eo,  
etiam si extinctus penitus non est, tunc quū  
obtulerunt filij eius tunicā Ioseph hædi san-  
guine maculatam, & mendacio eorum deci-  
pi potuit, ita vt scinderet vestimenta sua, &  
poneret sacco super lumbum suum, & lu-  
geret filium suum, nec veller omnino conso-  
lari, sed diceret, Descendam ad filium meū  
lugens in infernum: tunc etiam, si, sicut dixi-  
mus, non erat penitus extinctum in eolumē,  
maxima tamen ex parte fuerat obscuratum,  
quod decipi potuit, quod vestimenta scinde-  
re, quod falso lugere, quod implorare mortē  
quod in infernum cupit lugendo descende-  
re. Propter hæc quoque nunc resuscitatur, &  
reuiuiscit spiritus eius: quia consequens erat,  
vt lumen, quod in eo obscurauerat, fraus mē-  
dacij reaccenderet, & refoueret veritatis au-  
ditus.

Et ait Israel, Sufficit mihi, si ad-  
huc Ioseph filius meus viuat.

Ac si dixerit. Satis est mihi etiam num meū  
filium viuere: tantumque est, vt eo contētus  
agam. Neque enim tanti facio gloriam illius &  
potestatem & opes, quæ ad me quoque perue-  
nire possunt, quanti vitam eius pro quo su-  
perstite equidē animam libenter agerem: a-  
deo eum bene valere exopto. Quare  
Vadam, & videbo eum tanquā  
moriar.

Enimvero certissimum erat patriarchæ, tan-  
quam prophetæ, imò & tanquam fidelis tūc  
temporis piorum animas in sinu Abrahæ cō-  
gregari: ibique, sese mentis intuitu vicissim vi-  
dere, mutuaque agnitione gaudere, Expectan-  
tes beatam spem, & aduentum magni Dei:  
Sicut idiplum testatus David rex de filio suo  
defuncto dixerit, Prius ego vadam ad illum,  
quàm ipse veniat ad me. Sed & voluit decē-  
ti voluptate bonus senex frui, dū adhuc hæc  
vitam ageret, perfectam ratus pro tempore  
lætitiā, si filium sibi charissimum tam diu  
sibi deploratum, antequam diem suum clau-  
deret, facie ad faciem videret. Hęc autē om-  
nia, vt Chryostomus annotauit, Deus dispō-  
sabat, vt iustus tantorum laborum consolati-  
onem inueniret, & particeps fieret felici-  
tatis pueri: & præterea, vt somnium implere-  
tur, id, quod ipse interpretatus fuerat dicens,  
Nunquid veniemus ego & mater tua, & fra-  
tres tui, vt adoremus te?

2. reg. 12.



De vario usu nominum Iacob,  
& Israel.

**Origen.** Nimuero priusquam quadragesimū sextum caput exponendum aggrediar, illud pertractare placet, quod lectorē vigilem mouere possit: & quod Origenes solertissimus harū rerum indagator diligentissimè disquirendū hęc legētibz cōmendauit. Cur postquā dictū est huic patriarchę: Non ultra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum: quoquidem dicto, vt supra declarauimus, non tā prius nomen ei penitus ablatum est, quā posteriū additum: cur, inquam, in hac Sacra scriptura, in qua nihil adiectione superfluum, nihil varietate ociosum esse putatur, dicente Domino, Neque vnus apex neque vnū iota peribit de lege: hic iustus non semper Iacob, aut semper Israel, sed modō Iacob, modō Israel nominatur. Siquidem nequaquam aliquo casu id euenisse, sed diuina quadam ratione ita dispositum esse credendū est. Quod, vt nobis manifestius fiat, hoc est in primis animaduertendū, nomē Iacob à corpore fuisse huic patriarchę impositum, quod fratris Esau prius se nascentis plātā pedis manu tenuerit. At nomen Israel ab animi virtute fuit eidem diuinitus additum, quod cum Deo præualuerit. Et licet vocabulū Iacob tempore appellationem Israel præcesserit, quia iuxta Apostolum, Non est prius quod est spirituale, sed quod animale: pro rerū tamen dignitate oportet id, quod ad animum spiritumque pertinet, ijs præferri, quę ad corpus, sensilemque appetitum pertinent. Ita tamen, vt corporis cura profus nō abijciatur, quoniam si corpus minus commode reficiatur, perditur ea corporalis habitudo, qua illud spiritui obsequendo idoneum constituitur. Quare prouidendum est corporalibus vsibus, sic tamen, vt caueatur, ne ab indigentia transeat ad eam indulgentiam, quę neruos omnes & mentis & corporis frangit: terueturque illud Apostoli, Et carnis curā in desiderijs non feceritis. Denique quia tam corporis, quā animi ratio habenda est, Sacer historicus haud sustulit de medio nomē Iacob sed nomē Israel principalius esse voluit: quod doceremur ea, quę ad spiritum pertinent, accuratius, quā ea, quę ad corpus, nobis esse colenda. Sic enim vera illa hominis vita, per quam beatus efficitur, recto cursu comparatur. At verō quisquis ea, quę carnis sunt spiritui præponit: absque vlla ambiguitate dum vitam

persequitur, vitam amittit. Id quod dominus Iesus in Evangelio Ioannis sic haberi testatur dicens: Qui amat animam suā, perdet eā. Qui ergo carnis curā in desiderijs facit corporis delicias, mentis virtutibus præferens, is nec Iacob, nec Israel appellari meretur. Attamen, qui sic corporalibus rebus vititur, vt spiritualibus per illas Deoque seruiat: recte cum corporalibus procurandis, atque moderandis incumbit, Iacob appellatur: & cum æternis inspicendis, atque consulendis intendit, Israel nuncupatur: quoniam illic rerum agendarum executioni, hic rerum contemplandarum meditationi studet. Ad quod & illud Esaię prophetę non parum facit: Hęc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel. Propterea enim alteri, id est, Iacob creationem apposuit: alteri, id est, Israel formationem adiunxit: quia si hęc inter se distinguantur, percommode ad naturam creatio, ad gratiam verō formatio refertur: quoniam prius naturalibus perfectionibus homo constituitur, postea spiritualibus donis formatur. Iam verō tempus est, vt Origenis verba subnectam: Potes & tu, inquit, qui hęc audis & legis, incipiens ab eo loco vbi scriptum est, quod dixit ei: Iam non Iacob vocabitur nomen tuum, sed Israel: quia inualuisti ad Deum: & cum hominibus potens factus es: omnem Scripturam decurrens inuenire huius vocabuli differentiam. verbi causa, vt cum dicit: Annuntia mihi nomē tuum: hic is, qui ignorat nomen, non Israel esse dicitur, sed Iacob. vbi verō non edunt neruum, qui obstupuit in latitudine femoris patriarchę nō filij Iacob, sed filij Israel esse dicuntur. Ille verō qui vidit Esau venientem, & cum eo quadringentos viros, & adorauit septies fornicatorem & profanum, & eum, qui pro vna escavendit primogenitā suā, non Israel sed Iacob dicitur. sed cū ei offert dona & dicit, Si inueni gratiam coram te, suscipe hęc munera de manibus meis, propter quod vidi faciem tuam, sicut qui videt faciem Dei: hic non erat Israel, sed Iacob. Et vbi audiuit, quod contaminata est Dina filia eius: & tacuit Iacob, vsque quo conuenirent, non dicitur Israel. Sed & in præsentī lectione Iacob est, qui reaccendit spiritum suum: Israel verō est, qui dicit: Magnum mihi est, si adhuc filius meus Ioseph viuit. sed & cum venit ad puteum iuramenti, & offert hostias Deo patris sui Isaac, non Iacob dicitur sed Israel. Verū, si requiras, cur in ipsa nocte

noctē loquens ad eum Deus non dicit Israel, sed Iacob? forte propter hoc: quia nox erat, & adhuc per visum, & non palam vocē Dei audire merebatur. Et cum intrat in Ægyptū non Israel, sed Iacob dicitur, & filij eius cum ipso: & cum stat ante Pharaonem, vt benediceret eum, nō Israel, sed Iacob nominatur. Neque enim capiebat Pharaon Israelis benedictionem: & Iacob non Israel est, qui dicit ad Pharaonem: Quia paruū & pessimi sunt vitę suę dies, quod vtique nunquam diceret Israel. Post hęc verō non de Iacob, sed de Israel dicitur: Quia vocauit filium suū Ioseph, & dicit ei: Si inueni gratiam in cōspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo: & facies super me misericordiā & veritatem. Et qui adorauit super fastigium virgę Ioseph, non erat Iacob, sed Israel: tum deinde cum benedicit filios Ioseph Israel dicitur, & cum conuocat filios suos dicit: Conuenite, vt annuntiem vobis, quę euenient vobis in nouissimis diebus. Congregamini filij Iacob, & audite Israel patrem vestrum. Sed fortasse requires, Quare filij Iacob dicuntur, qui cōueniunt, Israel verō dicitur, qui benedicit eos? Vide ne forte hoc indicetur, quod illi nondū eo vsque profecerant: vt Israel meritis æquarentur: & ideo illi filij Iacob dicuntur: tanquam inferiores: ille verō, qui iam perfectus erat & benedictiones futurorum cōscius dabat, Israel appellabatur. Sane quod dicitur, Quia sepelierunt sepulchros Ægyptij nō Iacob, sed Israel, grandis videtur quęstio: sed

ego arbitror quod illorum in hoc vitū exponatur: quibus pro eo quod exosus est omnis intellectus bonorū & omnis perspicacia intelligentiæ cœlestis, Israel ab eis sepeliri dicitur: quia apud impios sancti mortui sunt & sepulti. Hęc ille. Et re vera in cunctis Sacrarum literarum voluminibus; quoties huius patriarchę posteri, modō filij Iacob, modō filij Israel appellantur eadem nominum, mysteriorumque differentia propē semper est obseruanda. Propterea in Evangelio κατὰ Λουκάν, agens paronymphus cœlestis cūm beatissima Virgine super corporali filij Dei cōceptiōe inter alia dixit: Et regnabit in domo Iacob in æternum. at vero cū sanctus Zacharias Ioannis Baptistę pater Deo gratias ageret pro spiritali per verbum incarnatum præstito nobis redemptionis fructu: Benedictus, ait, dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suę: Mathæus item Euangelista carnalem Christi generationem his verbis texens, Abraham autē, genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam: Iacob, ait, non, Israel. At verō dominus Iesus cū eminus vidisset illum Nathanaelem, in quo dolus non erat: non dixit de eo: Ecce Iacobita: Sed quid? Ecce verē Israelita. Iam enim ille tantum spiritu profecerat, vt cū ipso Israel videre posset angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis. Sed hęc hæc hęc. Iam enim cœptam iuuat ire viam.

Caput quadragesimum sextum.

Profectusque Israel cum omnibus, quę habebat, venit ad puteum iuramenti.

Nihil enim moratus senex itineri se accinxit. Quid ni? Urgebat fames, inuitabat rex, Ioseph accersebat, alij filij vehementer instabant. Eumque super omnia impellebat amor videndi filiam sibi dilectissimum, tanquam mortuū, & à bestiis deuoratum tot annis antea defletū: sed viuente, probitate insignē, gloria illustrē, potestate præstantissimum, regemque Ægypti factum. Idcirco & ipse festinans & alios vrgens profectus est, secum ferens omnia, quę ad se pertinebant. Omnia secū ferebat, sed omnibus spi-

ritu longe superior ibat, non iam velut Iacob apud Laban pro illis obtinendis seruicis: sed tanquam verus Israel pro Deo cuncta despiciens, eisdemque impietatis officia liberaliter vtens. Nam ea propter venit ad puteum iuramenti: ad locum nempe sacrum, in quo iureiurando intercedente prius Abraham cum Abimelech datis ei septem agnis pactum inerat: in quo etiam Isaac cum iuniore Abimelech foedus percusserat: in quo & idē Isaac edificato altari Deo victimas immolabat. Venit igitur ad id loci, nō modō, quia

Ægyptum petens illac esset transiturus: sed etiam, quia locus Deo sacratus erat antiqua patris sui religione: ut ibidem paternis meritis fretus omnium rerum conditori, acceptabiles, pacificasque hostias offerret. Id quod faciebat Iacob more suo: ut compositis rebus omnibus ad profectiōem necessarijs, & cōmodis, quantum humana prudentia consequi poterat, cætera Deo committeret in re tam ardua, quàm erat omnino mutare sedes atque migrare à terra suis patribus, sibi que promissa. Venit demum, ut oblato sacrificio, cœleste præsidium, & imploraret, & impetraret. Quanquam enim in Ægypto Ioseph regnaret, non omnino absque timore illuc pergebat. Timebat enim, ne forte in Ægypto posteri sui grauiissima illa seruitute opprimerentur, quam auo suo Deus futuram in hæc verba prædixerat: Scito prænosces, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subijcient eos seruituti: & affliget quadringentis annis. Quare & eo loci hostias mactauit, easque Deo super altare à patre suo quondam ibi constructo in holocaustum obtulit: atque ibidem in oratione pernoctauit. Nimirum precibus agens, ut exaudiretur: & diuinum responsum promereretur, & acciperet. Nec fuere preces eius inanēs. Etenim. **Mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocatē se & dicentem sibi.**

Vestigia enim patris secutus hunc solum, tantamquam verum Deum, summumque rerum omnium conditorem, gubernatorem, & iudicem, auita, paternaque religione pietissime colebat. Hunc itaque Deum, circa quæ de uotionem suam patriarcha declarauerat, audiuit per visionem nocte. Irreperat enim Iacob precatibus intento profundus quidam somnus, & inter dormiendum apparuit ei Deus, sicut & dormienti Abraham olim apparuerat. Isaac item sopito Deus apparuit, quando paranti in Ægyptum descendere præcepit ei Geraris manere. Quin & eidem Iacob in Bethel soporato idem Dominus apparuerat. In somnis enim illis præcis temporibus amicis suis multo frequentius, quàm in vigilia responsa dabat: sed certissima, atque manifestissima. At ubi lux venit in mundum, & regni cœlestis mysteria cunctis mortalibus luculente exposuit, ab eiusmodi somnarijs visionibus cessauit. Rarissime enim à prædica-

tione Euangelica dormientibus mysteria reuelata sunt: idque adeo, ut istius modi somnatoribus aliena quædam narrantis meritis Ecclesiastica sanctio penitus refragetur. Est autem hæc visio septima earum, quæ Iacob diuinitus factæ sunt: in qua audiuit Deum vocantem se, & dicentem sibi.

**Iacob, Iacob.**

Hebræorum enim est nomina, verbaque per epithesim duplicare ad denotandum, vel affectus magnitudinem, vel indubitam sequentis effectus celeritatem. Quærat aliquis. Cur hoc in loco iuxta regulam suppositam Deus huic iusto benigne apparens, & amice alloquens, non eum nomine excellentiori Israel, sed humilitate Iacob compellat? forte quoniam Iacob nomen est præualentis cum Deo & aduersus homines. Nunc autem quamuis deuenienti in Ægyptum prima latissima futura essent: iuxta oraculum tamen Abraham dictum, postrema laboribus & calamitatibus posteris illius erant replenda. Namque domus eius ibat in Ægyptum, non tam, ut ibi perpetuo permaneret, quàm ut tandem miserabili seruituti succumberet. A Bethel enim Patriarcha descendebat in Mizraim. (sic enim Hebraice vocatur Ægyptus) id est, à domo Dei, in angustiam tribulationum deferabatur. Esto, quod demum ex illo calamitatum fornace manu forti, & brachio extento ab ipso rerum domino eripiendus esset.

**Cui respondit: Ecce adsum.**

Hæc respondendi ratio eius est, qui promptissimum habet animum ad imperata sibi, sedulo, & alacriter obeunda.

**Ait illi Deus.**

Quamuis angelus erat, qui loquebatur iuxta illum inuolatum ordinē, quo Deus infima per media gubernat, & ad se reuocat. Deus tamen appellatur: quia loquendo Dei personam agebat. idcirco ad eum, pro quo nuntius cœlestis loquebatur, eius verba referenda sunt: ut firma, veraque constent. Ait itaque illi Deus:

**Ego sum fortissimus Deus patris tui.**

Duobus nominibus sese notificauit nomine videlicet El, quo Deus omnipotēs & fortis designatur: & nomine Elohim, quo iustus & æquissimus intelligitur, ut agnosceret Iacob eum ipsum esse Deum patris sui Isaac, sub cuius tutela in Ægyptum descenderet: & ut certum haberet,

haberet, se tali protectore defendi, qui posset eos punire, qui posteros eius grauiissimo miserabilis seruitutis iugo premeret, oppressos facile eripere, nec non opulentos & Ægypti diuitijs refertos in terram maioribus suis promissam reducere: sicut Abraham ipsorum patriarchæ pollicitus fuerat dicens: Veritatem gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo: & post hæc egredientur cum multa substantia, proinde ut senem benefidētem faciat, iubet eum cunctum timorem deponere dicens.

**Noli timere: & descende in Ægyptum: faciāq; te ibi in gentē magnā. Ego descendā tecū illuc: & ego inde adducam te reuertentem. Ioseph quoque ponet manū suam super oculos tuos.**

Tria metuere poterat Iacob. Primum, ne genus suum calamitatibus exhaustum, aut aboleretur, aut diminueretur. Secundum, ne perpetua seruitute detineretur. Tertium, ne ipse mer prius quàm videret Ioseph in via moreretur. Adde quartum, ne in Ægypto defunctus paterno sepulchro priuaretur. His quatuor difficultatibus est vestigio Deus occurrit ac medetur. Primo dicens, Faciamque te ibi in gentem magnam, sicut proculdubio mirabilis filiorum Israel in Ægypto multiplicatio siquidē septuaginta tantum animarum quæ cum Iacob in Ægyptum ingressæ sunt, intra ducetos & quadraginta annos creuerit in sexcēta milia virorum, qui militiam obire valerēt præter senes, mulieres atque pueros, quæ maxima turba, & pene innumerabilis erat. Agnosce lector in illorum incremento diuinam bonitatem atque manum. Si enim ad libratam temporum rationem eorum multiplicata expendatur: amplius multo sub Ægyptiaca seruitute, quàm in eremi libertate filij Israel multiplicati fuere. Miraris hoc? Audi aliud mirabilius. Ecclesia Christi pressuris expolita, calamitatibus vexata, persecutiōibus agitata, cœlesti eximie sanctitatis nitore fulgebat: numerosa admodum Spiritus sancti fœtura crecebat: diuinis virtutibus exercebat. at ubi parata tranquillitate creuit opibus: meritis decreuit: externa potentia aucta, interna est immunita: neque iam, ut olim, suum per totum orbem odorem emittit, tam inerti ignauia torpemus, tam desidia negligentia cessamus. Nihilominus non sunt meliora nobis despe-

randa: Potēs est enim ille, qui Ecclesiam suam proprio sanguine redemit, vitæ lauacro mundauit, Spiritu sancto cœlitus misso sanctificauit, cuncta ipsius membra in pristinam faciem reformare. Adest enim imo & præest dominus Iesus Ecclesie proximus salutis autor: cui magnifice promisit, secum illam permanfurum usque ad sæculi consummationem: sicut & nunc, ut secundo patriarchæ timori medeatur, inquit: Ego descendam tecum illuc: & ego inde adducam te reuertentem. Etenim qui veraciter de seipso prædicat, Ego Deus, & non mutor: descendere dicitur, & ascendere: haud utique corporali modo de loco ad locum transeundo: sed quia descenditibus, & ascenditibus autoritate sua comes in diuiduus adest, eisque semper opitulatur. Descendit igitur Deus cum Iacob intrate in Ægyptum cum septuaginta animabus. Ascendit autem cum eo non utique per se Chanaanem regionem reperente, sed in filiis suis eodem quadantenus reuertente. Idque in exitu Israel de Ægypto domus Iacob de populo barbaro. Sed nunquid misericos dominus, qui cum familia Iacob descendere & ascendere dignatus fuit, in medio tempore, quæ in Ægypto morata est, eam deseruit? Minime: Cum ipso inquit sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Attamen tribulationis tempus congrue tacetur, in quo Deum abesse putatur: quia laborantibus & afflictis minus opitulabatur. Cæterum iuxta regulam in huius libri principio traditam, positis extremis, media sunt complectenda: ut qui in descensu & ascensu minime peregrinantibus desuit, in peregrinationis procursum eis adfuisse credatur. Jam tertio, quod patriarcham male habere poterat, omnipotēs occurrit dicens: Ioseph quoque ponet manū suam super oculos tuos. Mos erat antiquis morientibus gratissimus, ut qui esset præ cæteris agentibus animam dilectus, eis assisteret: extremumque Vale dicens, mortuorum oculos clauderet. Morientibus enim oculi latius expanduntur. Hinc Ouidiana Penelope exoptans Thelemachum filium patri, sibi que superstitem, Deos imo demones suos in hæc verba precabatur.

*Non precor hoc iubeant, ut euntibus ordine factis*

*Ille meos oculos comprimat, ille tuos.*

Denique patriarchæ prægradi consolationi fuit oraculo cœlesti certissimum habere, semet oculis suis visurum esse filium Ioseph sibi que superstitem

Supra. 15

Supra. 15

Matt. 28.

Malac. 3.

Psal. 90.

fitē relinquit. Id quod plurimi faciēs, morti quē proximus ipse pater filio suo testatur dicens: iam laetus moriar: quia vidi faciem tuā & superstitem te relinquo. Augebat & hanc ipsius lētitiam, quōd sepulchri iacturam minime formidabat: quōd exploratissimum haberet Ioseph opera corpus suum in terram Chanaan esse reportandum: vt in sepulchro patrum suorum sepeliretur: quod veteres illi iusti maximi faciebant expectationem communis resurrectionis in futurum porrigētes.

*Chrysof.* Tandem hęc nos audientes cum Chryso-  
tomo discamus: quando quid facturi vel negotium aliquod cœpturi, vel peregrinationem suscipiendi sumus, vt offeramus Domino sacrificium precum, & eius adiutorium inuocemus, & sic institutum aggrediamur, imitantes iustorum pietatem: Sacrificauit enim iter obiturus Israel sacrificium Deo patris sui Isaac. Et quia suam gratitudinem prius per gratiarum actionem ostendit, statim subsequuta sunt ea, quę supernę gratiæ fuerunt. Quōd si migraturo in Ægyptum opus fuit sacrificio, vt tutus peregrinaretur: quanto magis Christo credentes ē corpore migraturi sanctissimo corporis & sanguinis eius sacrificio munien di sunt: vt tali viatico roborati ac instructi inter cateruas dæmonum transeuntes tutissimi in cœleste regnum confestim euolēt. Ego sic existimo, piaculum esse Christiano iam iam morituro nolle, si facultas adsit, pane vitę frui, quo vitę consequatur æternam. Hoc enim eius videtur esse, qui aut Eucharistiam cōtemnat, aut salutis suę tunc tēporis sit negligentissimus. in quo maximam de illa curam habere tenetur. Quia vocaui, inquit, & renuistis: ego quoque in interitu vestro ridebo. & illud: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Denique quāquam Iacob posteris suis ab Ægyptijs timuerit, à Deo tamen confortatus, existimauit potius & optabilius esse quā in Chanaanā manere, illuc ire, quō multa quidem autore ac præfide Deo cunctipotentē eum peropportune vocabant.

*Prouer. 1  
Ioan. 6.* Surrexit itaq; Iacob à puteo iuramenti. Locus erat proximus puteo, cui nomen Bersabee: in quo domus Iacob hospitata fuit. Et inde Iacob recta in Ægyptum mouit. Tuleruntq; eum filij cum paruulis, & vxoribus suis in plau-

tris, quę miserat Pharaō ad portandum senem: & omnia quę possederat in terra Chanaan.

*Act. 20.* Explicatius multo est in Hebræo, & Græco: Et tulerunt filij Israel ipsum Iacob patrem suum. In quo illud consideres oportet: quōd, quia robusti filij patri seni & imbecillo pietatis officia præstabant: & illi ab insigniori nomine filij Israel: & hic ab ignobiliore propter corporis imbecillitatem Iacob appellatus est: Beatius est dare, quā accipere, vt dominus Iesus dicere solebat. Pro eo quoque quod ponitur: Cū paruulis, & vxoribus suis: illic multo expressius: Et paruulos suos ipsorum, & vxores suas ipsorum. Nam hoc in loco de filiorum vxoribus fit sermo: non autem de ipsius Iacob vxoribus, quas tunc tēporis adhuc viuere ambiguum est. Imō verisimilius est, eas omnes præter vnā Liam fuisse vita defunctas. Tuleruntq; eos in plaustris, quę miserat Pharaō ad portandum senem: Nempe ætatis tam viri senio confecti, quā paruulorum, quāque sexus muliebris ratio in decernenda vœtura conueniē-  
*Ioan. 6.* tissime habita est. Multo enim facilius & leuius plaustris recumbentes, quā iumentis insidentes omnes illi vehebantur. Tulerunt & omnia, quę possederant in terra Chanaan. Et in hac quoque parte Iacob boni patris familias officio functus est: quippe qui ad possidendas cunctas Ægypti opes inuitatus, ne tiquam grauatus est secū illuc deferre, quicquid illud erat, quod in Chanaanā terra possidebat. Prudentis enim viri est, ita ad magna conari, vt tamen ab eo parua minime negligantur, quę sine magnorum detrimento seruari possunt: vt vel ad illa confugiat, si aduersa conditio reslauerit: vel, si prospera arripserit, habeat plura, quibus indigentibus subueniat. Hanc sane œconomiam docuit nos Dominus cum turbis semel atq; iterum mirificē saturatis, iussit ciborum reliquias adseruari, ne perirent. Præclare maximus Orator: Habenda quoque, ait, est cura rei familiaris, quam dilabi sinere flagitiosum est.

Venitq; in Ægyptum cum omni semine suo: Filij eius, & nepotes, & cuncta simul progenies.

*Mar. 8.  
Tullius.* Pro quo tā in Hebræo, quā in Græco habetur: Et filij eius, & filij filiorū eius cū eo, & filię eius & filię filiarum eius. Super quo merito

rito quæritur, cū Iacob vnā tantum filiā Dinam habuerit, & vnā tantum neptē Zaram filiam Aser; quomodo Scriptura filias hic, quasi multas pluraliter nominat? Respon-  
*Augst.* deri potest, id factum communi quodā tropo, quō Scriptura non raro numero plurali pro singulari vitur: sicut paulō post in hoc eodem capite, sic habet: filij Dan: Vñ. qui fuit illi vnicus. Et in Numeris: Filij Salu: He-  
liab. qui etiam fuit dūtaxat vnus. Super quō Augustinus ita differit. Superius filias eius dixeramus accipi posse neptem eius: sicut filij Israel omnes dicuntur etiam vniuersus populus ab eo propagatus. Sed, nunc, cū dicit filias filiarum propter vnā Dinam pluralis numerus pro singulari positus est. Sicut etiā singularis pro plurali poni solet. Iam verō recensentur, qui fuerint cum hoc patriarcha Ægyptū ingressi: vt hinc constet eos, ex paucissimis in plurimos diuina virtute auctos fuisse. Ait itaque

Hęc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum. Ipse cum liberis suis.

Hoc loco Sacer historicus non solum filios à Iacob genitos, sed nepotes quoque filiorum nomine describit, quos quidem tam parentes, quā filios pro natiuitatis eorum ordine recenset.

Primogenitus Ruben.

Hic primus filiorum Iacob fuit ex Lia progenitus: post quem filios eius enumerat dicens.

Filij Ruben: Enoch & Phallu, & Efron, & Charmi. filij Simeō: Iemullel,

*Nume. 6* Iste vocatur in Numeris Manuel.

Et Iamin, & Ahod.

Hic Ahod nullos traditur habuisse liberos. Et Iachin, & Saber, & Saul filij Chananitidis.

Quę fuerit hęc Chananitis, ex qua Simeon Saulem genuit, controuersia est inter Hebræos, alijs asserentibus, eam fuisse Dinam, quam stuprauerat Sichem. Sed quia absurdissimum videtur, fratrem sororem duxisse, eādemque ab alio pollutam, alij tradūt Simeonem plures vxores duxisse vel Idumæas, vel Moabitidas, vel Ammonitidas, & hęc Chananitidem, de qua hunc filium genuerit.

Filij Leui: Gerson, & Caath, & Merari.

Ab his ortę sunt tres insignes Leuitarum familia: Gersonitę, Caathitę, & Meraritę.

Filij Iuda, Her, & Onan, & Sella, Phares, & Zara. Mortui sunt autē Her & Onan in terra Chanaan.

Igitur quāuis hi duo hoc in loco cum alijs numerentur, constat tamen eos non esse annuerandos ijs, qui in Ægyptū descēderūt. Nati quoque sunt filij Phares: Esrom, & Amul.

Notandum, quōd quemadmodum episcopus Abulensis ex temporum dinumeratione probat, Phares nullos filios genuit, antequā ingrederetur Ægyptum: sed per anticipationem hic supputantur propter tribus regię dignitatem. per hos enim ventum est ad reges ex quibus & Iesus Christus dominus noster secundum carnem originem duxit.

Filij Isachar: Thola, & Phua, & Iohab, & Samiron.

Porrō iste Iobah vocatur Iasub in libro Numerorum. *Num. 26*

Filij Zabulon: Sared, & Chelō, & Nahehel. Hi sunt filij Lię.

Sex tantum numero, qui fuerunt aliorum cū eis computatorum patres:

Quos genuit in Mesopotamia Syrię.

Scilicet Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar, & Zabulon.

Cum Dina filia sua. Omnes animę filiorum & filiarū eius triginta tres.

Sed oritur difficultas. Nam si computes sigillatim Lię filios, inuenies triginta quatuor. Quōd si velis hanc difficultatem dissoluere secludendo ab eo numero Her, & Onan, qui mortui sunt in terra Chanaan, remanebunt tantum triginta duo. Quare aliter huic quęstioni satisfaciendum est. Quōd cū Moyses Lię filios sigillatim computauit, non annuerauit eis Iocabeth, quę post ingressum in Ægyptum nata est, vt in Numeris memoratur. Amram, inquit, duxit vxorem *Num. 26*

Iocabeth filiã Leui, quæ nata est ei in Ægypto. Hanc igitur Iocabeth, cuius Moses nõ fecit mentionem in supputatione singulorum filiorum Liæ, in generali collectione comprehendit, dicendo, Omnes animæ filiorum eius, & filiarum triginta tres. Cõfirmatur & hæc responsio eo, quod dixit, non Filiæ sed Filiarum, quod de sola Dina pluraliter dici non debuit. De Dina autem & Iocabeth id recte dictum est. Iam verò Zelphæ filij digeruntur ante Rachelis filios, haud vtiq; propter dignitatem, sed propter adoptionem, perquam Zelphæ filij dominæ suæ Liæ tribuuntur. cœpit enim supputare non secundum honoris prærogatiuam, sed secundum multitudinis copiam filios vxorum Iacob. Inchoauit itaque ab ea, quæ plures filios pepererat: & desijt in ea quæ pauciores genuerat. Hoc exemplo non leuem habet consolationem vir Dei, qui sit simplex & rectus, & timens Deum, & recedens à malo: quoniam & si pauper, & ignotus degat: quo plures tamen spirituales filios Christo generat, eo pluribus insulatis anteponetur: quando iustorum numerus in ordine redigetur. Aut ergo,

Filij Gad: Sefon, & Aggi, & Efebon, & Sum, & Beri, & Aro di, & Areli.

Notandum, quod in Numeris Aro di vocatur Arod: & Arieli, Ariel.

Filij Afer: Lemna, & Iefua, & Iefui, & Beria: Sara quoque soror eorum.

Hæc fœmina inter viros memoratur propter insignem illius virtutem, qua Saram illã illustrem Abrahæ coniugem sicut & nomine referebat.

Filij Beria: Heber, & Melchiel. Hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. Et hos genuit Iacob sedecim animas.

Hos omnes dicitur Zelpha genuisse Iacob, quia nepotum parentes peperit. Augustinus Quod dicit Scriptura tot animas peperisse Liam, vel tot, aut tot animas exisse de femoribus Iacob: videndum est, quid hinc respondeatur eis, qui hoc testimonio confirmare nituntur à parentibus simul animas cum corporibus propagari. Animas enim dictas pro hominibus à parte totum significante, nul-

lus ambigit. Sed quomodo ipsam partem ex qua totum commemoratum est, hoc est, animam, cuius nomine totus homo significatur alienemus ab eo quod dictum est, Exierunt de femoribus eius, vt carnes tantum ex illo natas, (quamuis solæ animæ nominentur) accipiamus, quærendi sunt locutionum modi secundum Scripturas. Porro quem modum ad hunc nodum explicandum Augustinus inquirendum esse monet eum esse puto, quem Caietanus acute reperit: cuius sententiã paucis subnectam. Quum audis olector, animas de Jacob femore egressas, in mentem reuoca Hebraica cõsuetudine animæ appellatio ne vitam intelligi, quæ quidem vita constat eo, quod anima corpus afficitur, ac perinde tantundem valet animã corpori inesse, quantum vitam eidem adesse. Hæc enim ita natura coniuncta sunt, vt quãdiu corpus animatur: & viuat. quoniam quãdiu humani corporis animatio est, & vita hominis est. & ex aduerso, quãdiu vita hominis est, & animatio est. Quare quo tempore anima corpus viuificat, animæ appellatio ei proprie conuenit: cum primum autem illud animare cessarit, iam non anima, sed spiritus potius est appellanda: Denique ab anima vita est: ac perinde eo tropo, quo à causa effectus intelligitur, in Sacris literis anima pro vita frequenter vsurpatur. Nam effectus animæ vita. Quod si anima proprie nominatur, quatenus corpus animat atq; viuificat, non modò secundum diuinam, sed etiam naturalem philosophiam recte dicitur, atq; vere tot animas de femore Iacob egressas fuisse. siquidem hominis vita à gignente efficitur. vitam autem pro viuente vsurpari eius tropi est, quem nomencloniam vocant. Et quidem viuens homo ex corpore, animaq; compositus, à patre producit: siquidem non ad partem, sed ad totum hominis generatio tendit, vt totus homo gignendo ædatur & perficiatur: ac subinde homo hominem generet, vñdecunq; veniat res illa quæ anima rationalis dicitur. venit autem extrinsecus: nempe per creationem. Anima enim rationalis, vt Augustinus asserit, creando infunditur corpori, & infundendo creatur. Quare cum legimus animas de femore Iacob egressas, gradatim ad id, quod ostenditur pergendum est. Sic vt per animas accipiamus vitas, per vitas viuentes, per viuētes homines: vt cum dictum sit Tot animas ex fœmore Iacob egressas, omnino homines per metalepsim intelligantur egressi. Continuo Rachelis filij recensentur.

Filij

Filij autem Rachelis vxoris Iacob, Ioseph, & Benjamin.

Vides quomodo iterum vocat Rachelẽ singulariter vxorem Iacob, tum, quia hanc ille à proposito duxerat: tum quia ipsam reliquis amore prætulera.

Natiq; sunt Ioseph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Afe nez filia Phutipharis sacerdotis Eliopóleos, Manasses & Ephraim. Filij Benjamin: Bela, & Bechor, & Arbel, & Gera, & Naamã, & Echi, & Ros, & Mophim & Ophiim, & Ared. Hi filij Rachel, quos genuit Iacob.

Per filios dicitur genuisse nepotes.

Omnes animæ quatuordecim.

Notandum, quod quoties in hoc capite ponitur Omnes animæ in Hebræo est כָּל נַפְשׁוֹתָיִם. kol nephes, idest, omnis anima, quamuis è vestigio nomen numerale pluralis numeri tequatur. Quid igitur est, quod cū suprã filios multò pauciores numero, quàm filij Iacob computasset, pluraliter subiūxit כָּל נַפְשׁוֹתָיִם. Col nephasoth, idest, omnes animæ. At in colligendis Iacob liberis iterum atq; iterum singulariter repetit, Omnis anima. Responderi possit, hæc varietatem inde ortam, quoniam diuersa est impiorum multitudo, ac sibi dissentiens, & in varias sectas semper discinditur. Iuxta illud: Non est pax impijs. Piorum autem multitudo concors est & sibi cõsentiens, & in vnũ illud, quod Christus Marthe necessarium esse dixit, communi voto tẽdens: iuxta illud: Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Denique nemini in Sacris literis versato dubium esse debet, Esau quidem impios, Iacob vero pios adfigurare. Consequenter supputantur filij Rachelis adoptiui ex ancilla eius Bala.

Filij Dan: Vfan.

Vnus erat & pluraliter denominatur, vt idẽ narrandi tenor in omnibus teneretur. Nam siue vnum siue plures inerat, continenter à plurali incipit dicens: Filij, & filij. Potuit & id fecisse, quia ab eo deriuata est Subamitarum familia. Nam qui vocatur hic Vfan siue Vfan in Numeris Subam appellatur.

Filij Neptalim: Iasul & Guni, & Ieser & Salem. Hi filij Bale quam dedit Laban Racheli filiæ suæ. Et hos genuit Iacob.

Omnes animæ Septem.

Iam verò sequitur cunctorum liberorum Iacob summa.

Cunctorum,

Ait,

Animæ, quæ ingressæ sunt cū Iacob in Ægyptum: & egressæ sunt de femore illius absq; vxoribus filiorum eius sexaginta sex.

Iste numerus manifeste constat ex eo, quod in summam tantummodo rediguntur illi, qui cum ipso Iacob illuc sunt ingressi, & ex femore quoque eius sunt egressi. Quamobrem ab eodem numero excluduntur Her & Onam in Chanaanæa terra vita defuncti. Excluduntur deniq; Ioseph cum duobus filijs suis. De quibus sequitur.

Filij Ioseph qui nati sunt ei in terra Ægypti animæ duæ.

His igitur exclusis remanent tantum sexaginta sex. Nam summa omnium filiorum Iacob remotis illis duobus olim mortuis est septuaginta. Quod hac ratione patet: Ex Lia namque nati sunt triginta tres, inter quos, vt numerus sibi constet, Iocabeth computanda videtur, vt paulò superius declaratum est, quibus si addantur sexdecim filij Zelphæ, atque ex quatuordecim Rachelis vñdecim, et septem Bale, faciunt sexaginta septem: quibus si demum apponatur Ioseph cum duobus filijs suis, fiunt septuaginta secundum id quod sequitur.

Omnes animæ Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum fuere septuaginta.

Hic iam quispiam quæstionem moueat: Si omnes animæ domus Iacob, quæ intrauerunt Ægyptum sunt septuaginta, quomodo paulò superius dictum est fuisse tantummodo sexaginta sex? Cui respondeatur. Hoc posterius priori nullatenus repugnare, eo, quod Sacer historicus hoc in loco vitur recapitulatione & comprehendit hic eos, qui erant in Ægypto vna cum eis, qui de nouo illuc venisse di-

m 5 cumur

August

Caietani.

Esau. 57.

Luc. 8.

Act. 4.

August.



cuntur, vt hoc modo totam familiam Iacob complectatur. Sed adhuc poterit aduersarius respondentem amplius vrgere dicens: Si tantum tres ex septuaginta prius erant in Aegypto: sexaginta septem eodem cum Iacob peruenerunt. Soluitur hoc obiectum eo, quod vt staret numerus triginta trium filiorum Lia, locabeth, quae multo post hunc ingressum nata fuit, cum illis computata est: sed cum postea describitur numerus ingredientium cum Iacob in Aegyptum: ab eo numero seclusa est: vt pote quae nondum nata fuerat, vt computetur cum illis tribus, qui priusquam Iacob Aegyptum ingrederetur ibidem erant. hac potissimum ratione videntur omnia inter se conuenire: modo non fiat exactior disceptatio super ingrediendi verbo. Siquidem omnes predicti septuaginta siue pedibus suis siue lumbis paternis in Aegyptum adducti fuerunt: vel iam nati vel ex ingredientibus nascituri. Postremo cui haec non satisfecerint, Hieronymum legat & Abulentem, & quantum sit operis in hoc nodo soluendo facile cognoscet. Tandem vidistine cum Chrysofomo, quomodo non frustra, neque temere numerum eorum qui in Aegyptum descenderunt, Scriptura nos docuit: sed vt scire possimus, quam multi ex tam paucis facti sint, & diuinis promissionibus credamus. Nam cum cogitas, quod post mortem Iacob & Ioseph tanta machinatiōe vsus Aegyptiorum rex, vt numerum eorum minueret, & paruum faceret, ne in tantam propagaretur multitudinem: nihil potuerit, sed magis & magis creuerit populus: admirare & obstupescere misericordiam Dei: & quod non sit possibile cassare, quae ipse arbitratus fuerit, etiam si infinita machinentur alij. Nam, vt ait Paulus, Voluntati eius quis resistet? Cui & Psaltes accinit: Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo & in terra. Caeterum, quum primum Iacob ad primos Aegypti fines accessit, hoc est, quum iam ingressurus esset terram Gessen: quae proxima est terrae Chanaan, filium suum aduentus sui certiore facere decreuit.

Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Gessen.

Iudas missus est, quia caeteris fratribus longe praestantior erat, nec non ipsi Ioseph gratissimus ex ea praesertim die quo pro Beniamino liberando egregie admodum apud illum egerat. Missus itaque est Iudas, vt nuntiaret ipsi

Ioseph patris sui aduentum. Hoc enim ita decreuerat Ioseph, vt priusquam illi Pharaonem videret, pater filium videret, agnosceret, amplecteretur, omnesque simul confabularentur, nec non tam pater, quam fratres ab eo instituerentur, qua vrbantate regem colere & alloqui deberent. Et ille nempe Ioseph occurreret patri suo in Gessen. Ciuile est enim filium patri obuiam solenniter procedere, eumque honorifice recipere: & quia honor patris honor est filij: faciebat & id ad ipsius Ioseph auctoritatem, vt filius viri tum grauissimi, tum honestissimi, haberetur.

Quo cum peruenisset, Iacob videlicet

Ad terram Gessen.

Iuncto Ioseph curru suo ascendit obuiam Israel patri suo.

Ad eundem locum scilicet Gessen, pro quo Septuaginta transtulerunt: Ad urbem Heroon in terram Ramasse. Aduersus quos Hieronymus inquit, In Hebraeo nec urbem habet Heroon, nec terram Ramasse: sed tantummodo Gessen. Nonnulli Iudaeorum asserunt Gessen nunc Thebaidem vocari: & id quod postea sequitur, Dedit eis vt possiderent Aegypti optimam terram in Ramasse, pagum Arsenoitem sic olim vocatum, autumat. Quod autem sequitur,

Vidensque cum irruit super collum eius: & inter amplexus fleuit.

Alij ad filium fletum, alij ad patrem referunt. Chrysofomus ita sentit, quod mox, vt Ioseph ad patrem accessit, ea in mentem sibi venerunt, quae interim patri propter se acciderant, & cogitans tam prolixum tempus intercessisse & quod praeter omnem expectationem & ipse patrem, & pater se videret, fontes emisit lachrymarum: simul & magnam declarans laetitiam, & gratias agens pro bene factis. Alius quidam: quia in Hebraeo habet & inter amplexus fleuit adhuc, sentit Iacob irruisse super collum filij sui Ioseph ad geniculati coram patre, qui cum illum quasi perditum multum antea defleuisset, nunc amplius adhuc eum fleuerit, commotis nempe visceribus eius, & praenimio amore, in speratoque gaudio in abundantissimas lachrymas effusis, charissimum ingenti voluptate amplectebatur. Ego autem minime dubitarim, vt utque eidem

eisdem pietatis affectibus fuisse tactum, mutuosque amplexus, fletusque miscuisse. Et forte idcirco Scriptura aliquod verbi suppositum non expressit, vt ad vtrumque amplexus & lachrymae referri possent.

Dixitque pater ad Ioseph: Iam laetus moriar: quia vidi faciem tuam & superstitem te relinquo.

Paterna vox & plena dilectione, satisque affectionem animae eius declarans. Quis explicet, quanta affectus fuerit laetitia charissimo filio conspecto? Tanto enim ob illius videntis aspectum maiori gaudio elatus est, quanto grauiori dolore perditum defleuerat. Adde, quod sicut naturalissimum est parentibus, optare sibi filios superstitem, sic & relinquere, est eidem iucundissimum. Ex hoc deum loco constat, quantam dictis diuinis fidei patriarcha adhibebat: nondum moriebatur, & quod oraculo diuino acceperat, se filium Ioseph superstitem relinquitur, constanter asseruit.

At ille locutus est ad fratres, & ad omnem domum patris sui: Ascendam & nuntiabo Pharaoni: dicamque ei, Fratres mei & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan venerunt ad me: & sunt viri pastores ouium, curaque habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta, & omnia quae habere potuerunt, adduxerunt secum. Cumque vocauerit vos, & dixerit, Quod est opus vestrum: Respondebitis, Viri pastores sumus serui tui ab infantia nostra vsque in praesens, nos & patres nostri.

Pastoriam namque vitam sancti viri libentius olim agebat, quia est ea multo frugalior, & vberior: quaeque quanto ab otio magis aliena, tanto laboriosior est. & quo longius a negotiatione distat, eo est mortalibus naturalior. Quid? Nonne, quia popularem turbam

procul fugit, accommodatissima est etiam rerum, cum naturalium tum diuinarum meditationibus obeundis? Quia vero super animam rationis expertia dominium suapte natura obunet, & exercet, est vndique iustissima. Pulchre Augustinus. Commendatur, inquit, in patriarchis, quod pecorum nutritores erant a pueritia sua, & a parentibus suis. Et merito. Nam haec est sine vlla dubitatione iusta seruitus, & iusta dominatio: cum pecora homini seruiunt, & homo pecoribus dominatur. Sic enim dictum est, cum crearetur Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: vt habeat potestatem piscium maris, & volatilium caeli, & omnium pecorum, quae sunt super terram. Vbi insinuat rationem debere dominari irrationali vitae. seruum autem hominem homini, vel iniquitas, vel aduersitas dominari fecit. Iniquitas quidem, sicut dictum est: Maledictus Chanaan, erit seruus fratribus suis. Aduersitas vero, sicut accidit ipsi Ioseph, vt venditus a fratribus seruus alienigenae fieret. Itaque primos seruos quibus hoc nomen in Latina lingua inditum est, bella fecerunt. Qui enim homo ab homine superatus iure belli posset occidi, quia seruatus est, seruus est appellatus. Vnde & mancipia dicta, quia manu capta sunt. Est enim ordo naturalis in hominibus, vt seruiant feminae viris, & filij parentibus: quia & illic iustitia est. haec, vt infirmior ratio seruiat fortiore. Haec igitur in dominationibus, & seruitutibus clara iustitia est: vt qui excellunt ratione, excellant dominatione: Quod cum in hoc saeculo per iniquitatem hominum perturbatur, vel per naturam carnalium diuersitatem: serunt iusti temporalem peruersitatem, in finem habituri ordinatissimam, & sempiternam felicitatem. Cur autem haec praeccepta Ioseph dederit fratribus suis ostendit subiungens.

Haec autem dicetis, vt habitare possitis in terra Gessen.

Iacet enim Gessen ad Septentrionem Aegypti versus terram Chanaan. Ea erat Hebraeis conueniens habitaculum: quia secreta est a tota Aegypto: in qua filij Israel possent delevitiam ab Aegyptijs longe semoti: quibus Israelitarum conuersatio, neque concors erat futura, nec amica.

Quia detestantur Egyptij omnes pastores ouium.

Ouium nomine a parte totum significat. Per oues

Hieron. Abulen. Chrysof.

Rom. 9. Psal. 113.

Hieron.

Chrysof.

August.

Supra. 2.

Gene. 9.

oues

Oues enim & capras, & vaccas, & earum ma-  
res intelligi voluit. Has enim pecudes in esum  
Hebraei feriebant, Ægyptij autem prisca re-  
ligione colebāt. Ex quo in promptu erat in-  
testinum inter eos & pernitosum vtriusq; to-  
re dissidium. Adde quod Ægyptij equis cur-  
ribusq; potentes pastorale genus, velut hu-  
mile ac imbecillum, seq; ipsis indignum des-  
piciebant, & detestabantur. Et profecto au-

tores Augustino, merito Ægyptijs, in quibus  
figura est præsens sæculi, in quo abudat ini-  
quitas, abominatio est omnis pastor peco-  
rū. Abominatio est enim iniquo vir iustus.  
Propterea Ioseph vir sapientissimus valde  
prudēter admonet fratres suos, studiū suum  
prexere: vt sic ratiōabili, & honesta occasiōe  
optima terrę portio eis segregetur, quo in sū-  
ma trāquillitate, & abūdantia viuere possit.

Caput quadragesimum septimū.

Ingressus ergo Ioseph nuntiauit Pharaoni dicens: Pater meus,  
& fratres, oues eorum, & armenta, & cuncta, quæ pos-  
sident, venerūt de terra Chanaan: & ecce con-  
sistunt in terra Gessen.

Enim recte, probeq; per se locutus est  
ad regem: tum, quia non decebat eum,  
qui secundus erat à Pharaone per inter-  
nuntium cum illo agere: tum, quia cognatus  
affectus exigebat, vt per seipsum sollicite &  
strenue gereret ea, quæ ad patrē suum & fra-  
tres attinebant. Nam si aliter fecisset non sa-  
tis a maner, ac sedulo videretur expleuisse p-  
ceptum illud, quo parentes honorare iube-  
mur.

Extremos quoq; fratrum suo-  
rum quinque viros statuit corā  
rege.

Extremos ait, non vtique defectu, sed profe-  
ctu. Elegit enim ille ex omnibus fratribus suis  
eos, qui essent ætate consumari, virtute præ-  
stantes, ipso corporis habitu insignes, & elo-  
quentia facundi: quiq; honesti facie, modeste-  
toq; totius corporis gestu, & generis nobili-  
tatem, & paternę domus amplitudinem præ-  
se ferrent. Denique tales fuere à quibus Ægy-  
pti præposito plus honoris, quàm despectio-  
nis accederet.

Quos ille interrogauit: Quid  
habetis operis?

Hoc videtur Pharaō eos interrogasse suam  
erga Ioseph beneuolentiam declarans, vt sci-  
ret quibus illi artibus præstaret, vt eos in gra-  
tiam eiudem Ioseph promoueret ad obeun-  
da illa munera in domo, regnoq; suo, quorū  
exercendorum essent illi periti. Sic & pater  
cœlestis Christi fratres pro eorum captu ad

alia, atq; alia spiritus munia præstanda intra  
domum suam, regnūq; spirituale exequen-  
da quotidie promouet. Et ipse, inquit, diui-  
nus Paulus dedit quosdam quidem aposto-  
los, quosdam autem prophetas, alios vero E-  
uangelistas, alios autem pastores, & doctores  
ad consummationem in opus ministerij, in  
edificationem corporis Christi. Sed ad rem.  
Cui fratres Ioseph, sicut edocti erant.

Responderūt: Pastores ouium su-  
mus serui tui: & nos, & patres  
nostri ad peregrinādum in ter-  
ram tuam venimus: quoniam  
non est herba gregibus seruorum  
tuorum ingrauescente fame in  
regione Chanaā: petimusque,  
vt esse nos iubeas seruos tuos in  
terra Gessen.

Quæri potest. Cum Ioseph frumenta colli-  
geret, vnde homines viuerent: pecora vnde  
viuebant? dū tantā fames inualesceret, maxi-  
me quia fratres Ioseph Pharaoni dixerūt, Nō  
sunt enim pascua gregibus seruorum tuorū  
in terra Chanaan? Cur in Ægypto non defe-  
cerant, eadem tunc fame inualescente: quo  
& propter inopiam pascuorum se venisse  
commemorauerunt? Porro si ea fame de-  
fecerunt in terra Chanaan: cur in Ægy-  
pto non defecerant, eadem tunc fame inua-  
lescente? Quoniam, sicut perhibetur ab eis  
qui

qui loca illa sciunt in multis Ægypti paludi-  
bus poterant pascua non deesse: etiam cum  
fames esset frumentorum: quæ solēt Nili in-  
undatione prouenire, magis enim dicuntur  
paludes illę & feracius pascua gignere, quan-  
do aqua Nili fluminis minus excrecit. Acce-  
dit ad hoc, quod terra Gessen est humilior &  
nonnullis fluminibus alijs à Nilo irrigatur:  
quod fit, vt sit cæteris Ægypti regionibus her-  
bosior, ac subinde ingrauescente alibi herba-  
rum penuria esset ibidem pascuorum co-  
pia.

Dixit itaque rex ad Ioseph: Pa-  
ter tuus, & fratres tui venerunt  
ad te. Terra Ægypti in conspec-  
tu tuo est, in optimo loco fac ha-  
bitare eos: & trade eis terram  
Gessen.

Nihil breuius, neque commodius, neque vr-  
banus, neque magnificentius, neque bene-  
uolentius responderi potuit. Tantum enim  
Ioseph apud regem valebat, vt rex ipse non  
modò postulata concederet: sed etiam repe-  
titis cognatissime pietatis nominibus, ipsi Io-  
seph persuaserit, patri fratribusq; suis ex sua  
ipsorum sententia terram Gessen habitandā  
tradere. Hoc est enim quod Sapiens ait: Fi-  
lius sapiens lætificat patrem. Auget & bene-  
ficientiam Pharaō dicens.

Quod si nosti in eis esse viros  
industrios, constitue eos magi-  
stros pecorum meorum.

Non erat parue excellentiæ homines pere-  
grinos repente fieri gregum Pharaonis ma-  
gistros, & regionum curam armentorum ge-  
rere, quæ plurima erant, speciosa, atque pre-  
tiosa. Nam Ægyptius tyrannus copiosissimā  
in camelis, & equis, cæterisq; id genus peco-  
ribus opulentiam possidebant. Quod si pe-  
cora tyranni curasse haud parue fuit excellē-  
tiæ: quanti faciendum est eum gradū in Ec-  
clesia Christi Deo autore promeritis obtine-  
re, in quo regis regum oues pascas, agnos nu-  
trias lasciuientes hædos cohibeas, ferociētes  
equos retrenes, ingentes tauros domes. im-  
mo & a fellos doceas. Denique omnes Chri-  
sti greges in cœlestes caulas agas: vniuersaq;  
pecora sub illo Christi suauis iugo mittere, eis  
que persuadere satagas, vt libenter Euange-  
licum onus, vt pro se leue, ferant: vt exhaustis

terrenis laboribus, excussisq; mundanis one-  
ribus pane cœlesti reficiantur, & optatissi-  
mam suis animabus requiē inueniant. Quid  
prestantius? Quid augustius? Quid magis ex-  
petendum, quàm tali ministerio fieri Dei  
cooperatorem?

Post hæc introduxit patrē suum  
ad regem: & statuit eum coram  
eo.

Honoris gratia Ioseph patrem suum ad regē  
adduxit: simulque, vt ex admodum obseruā-  
da tanti patriarchæ senectute, honestissima-  
que prophetæ grauitate filio, totiq; generi  
suo dignitas, & auctoritas accresceret. Honor  
enim patris, honor est filij.

Qui benedixit illi.

Proculdubio Iacob Pharaoni. Hæc benedi-  
ctio, vel secretior quædam, & spiritalis, tan-  
toque patriarcha digna intelligenda est: vel  
potius ea salutatio est accipienda, quæ frequē-  
tissima est apud Hebræos, qua pacem preca-  
ri solitabant ijs, ad quos accedebant dicen-  
tes: Pax tibi, vel tecum: Pax vobis, vel vobis-  
cum. Hunc porro salutandi modum frequē-  
ter vrsupasse dominum Iesum ex Euangeli-  
cisliteris manifestissime constat: quo & disci-  
pulos suos, vt voluit eis præcipiens, In quan-  
cūque domum intraueritis, primum dicite:  
Pax huic domui.

Et interrogatus ab eo.

Iacob videlicet à rege.

Quot sunt dies annorum vitæ  
tuæ?

Obuium est mortalibus à senibus præsertim  
decrepitis annorum, quos vixerint, numerū  
quærere. Agitur enim de humana vita, quā  
cuncti mortales seniorum exemplo in longū  
producere, vel produxisse vehementer cu-  
piunt. Imò si possent seipsos æternare, no-  
lentes expoliari, sed superuestiri. Sicut diui-  
nus Paulus sentit. Id quod maximo est argu-  
mento, animas humanas cum corpore nul-  
latenus emori. Nequaquā enim aut ficta aut  
vana habenda est hæc vehemētissima per-  
petuo viuendi totius humanæ naturæ inten-  
tio. Multa verò alia putandum est, patriar-  
cham à rege interrogatum fuisse: sed huius  
tantum historicus meminit propter insigne,  
ac memorabile senis responsum. Nam

Respondit, Dies peregrinatio-  
nis vitæ meæ centum triginta  
annorum

annorum sunt pauci, & mali: & non peruenerunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.

Multa quidem sunt in hac sapientissima responsione notanda. Alius forte plura nos autem pauca quaedam ex illis differemus. Primum igitur animaduertendum est; hunc iustum vitam suam priuata quadam ratione peregrinationem appellasse. Idque merito. fuit etenim pluribus in locis peregrinatus. In primis peregrinatus est cum patre Isaac. deinde peregre in Mesopotamia, postea in coccoth, deinde in Sichem, subinde in Chebro. Nunc demum descendit in Aegyptum, nulli locorum perpetuam sibi sedem collocans. Quid? quod mortuus quoque peregrinatus est donec corpus eius reportetur in terram Chanaan, ut in sepulchro patrum eius condatur? Alterum quod consideratu dignum mihi visum fuit, est, quod ait esse sexcentum & triginta annorum. Huius enim etatis erat, quando in Aegyptum deuenit, in qua superuixit alios septendecim annos, qui omnes in unum collecti reddunt annos centum quadraginta septem. Hos asserit paruos fuisse ac malos. Plane paruos pro paucis positos esse docet Augustinus. Neque enim vitam alicuius, quam ceterorum dies possunt esse horarum spacio breuiore. Hoc autem Iacob ex comparatione dixit vitam maiorum suorum. Nam utique centum triginta annos, quos ille iam agebat, nemo nunc uiuit. Est item tertio aduertendum, dies illum malos dixisse: non quod dies aliqui suapte natura mali sint: sed tribulationibus plenos uoluit intelligi: sicut & apud Mattheum Dominus dixisse fertur. Sufficit diei malicia sua sua: pro eo quod est, afflictio sua: quem sensum ex eo constat esse germanum, quod in Graeco non legitur ibi κενία, quod est, malicia: sed κενωσις, quod est, afflictio: sicut Hieronymus in epistola ad Amandum annotauit. In hunc quoque sensum apostolus Paulus admonet Ephesios redimere tempus, quoniam dies mali sunt. Ac si dicat, ut Hieronymi uerbis utar: O uos Ephesij, quibus de somno saeculi istius exurgētibus sol iustitiae ortus est Christus: caute ambulat, atque prudenter: & abiecta in sapientia tenete sapientiam: per quam possitis non cum uarietate temporum commutari, sed diuersitatem temporum uobis unum tempus efficere. sit uobis exemplum Ioseph. quippe

August.

Matth. 6

Hieron.

Eph. 5.

Hieron.

qui unum habebat propositum placere Deo. Hoc nulla uarietate temporis immutatum est: nec fratrum inuidia, nec conditione seruitutis, nec aetatis illecebris, nec dominae promissis, nec aequalitate carceris, nec postea tumore regiae potestatis, sed semper unum fuit: & uarietatem temporum sibi redimens, malos dies conuertit in bonos. Hoc idem sane de Iacob sentiendum. Non enim minus pater, quam filius tempus redimere nouit. Quippe qui paruos dies uirtutum excellentia magnos fecit: & paucos meritorum multitudine plurimos. Nam in breui tempore consumauit tempora multa. Nonne malos dies conuertit in bonos, qui semper eundem patris vitam tenore seruauit? Nec enim ille odio Esau, nec eius timore, nec exilio, nec diuturno apud Laban ministerio, nec eius fraudibus, nec filiorum eiusdem minis, nec infesta illorum persecutione, nec iterum Esau terrore, nec filiae constupratione, nec iniquo Sychem urbis excidio, nec contracta inde apud Chanaanos inuidia, nec Ioseph perditione, nec Simeonis uinculis, nec Benjamin deportatione, nec uirgentis famis necessitate immutatus est: sed temporum uarietatem summa sapientia, admirabili patientia, increbili constantia in unum perpetuae probitatis tempus conuertit. Dixerit ergo merito Iacob, paucos & malos fuisse dies peregrinationis suae: sed pietatis studio in bonos conuersos, & uirtutum copia multiplicatos. Verum quare pauci? Quia non inquit, peruenerunt ad dies patrum meorum. Vixerat enim Abraham centum septuaginta quinque annis. Isaac uero centum & octoginta. Iacob autem quando haec loquebatur centum & triginta vitam suam annos exegerat. Non igitur peruenerat ad dies patrum suorum. Hic obijcies, potuisse illum maiorum suorum tempora diutius uiuendo, vel exaequare vel superare. sed tum laboribus & moribus, senioque, confectus: tum quia propheta erat, bene nouerat se, nequaquam ad pariterum suorum aetatem peruenturum. Decimo enim & septimo anno a die, quo haec gererentur huic vitam concessit. Postremo expendamus & illud, quod quarto loco addidit, dicens: Quibus peregrinati sunt. Parum enim visum fuit Iacob semet peregrinum fateri: nisi etiam patres quoque suos peregrinos fuisse testaretur. Et quid mirum eum de maioribus suis praedicasse id, quod illi de seipsis testati sunt, contentes, sicut, ait Paulus, quod peregrini & hospites essent, super terram. Enimvero, sicut contextus Apostolicus docet, non solum

Hebr. II.

solum consistebantur, esse se peregrinos & hospites terrae promissae, quam nondum possederant: sed terrarum hospites & incolas se proficiebantur, quia a caelesti patria peregrinabantur. Namque Dauid rex terrae promissionis dominabatur, eamque habitabat: quia tamen a terra uiuentium, in qua uisurum bona Domini sperabat, procul aberat, sese peregrinum lamentabatur dicens: Incola ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Et iterum: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitauit cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea. Apostolus quoque pro cunctis iustis loquitur: Quando in hoc mundo sumus, peregrinamur a Domino. Denique iusti peregrinantur a caelesti ciuitate, tanquam ciues ad illam habitandam in libro vitae conscripti: iniusti autem extorres ab illa degunt, quam nunquam sunt intraturi. Illi peregrinationem sentiunt, exiliūque suū prologari dolent. Spes enim quae differtur, affligit animam. Hi nec illa aegre ferunt, nec sentiunt nimirum corporalis uoluptatis uino, somnoque, sepulti. Haec ubi dicta dedit Iacob.

Psal. 38.

Psal. 119.

2. corin. 5

Proph. 13

Psal. 121.

Benedicto rege egressus est foras.

Haec autem posterior benedictio, quae alia putanda est, quae talis qualis ea quae in Psalmo praecipitur, Rogate quae ad pacem sunt Hierusalem, & abundantia diligentibus te: fiat pax in uirtute tua, & abundantia in turribus tuis?

Ioseph uero patri & fratribus suis dedit possessionem in Aegypto in optimo terrae loco Ramesses, ut praeeperat ei Pharaon: & alebat eos, omnemque domum patris sui praebens cibaria singulis.

Enim uero Ramesses urbs fuit insignis in terra Gessen aedificata longo post tempore ab ingressu filiorum Israel in Aegyptum: quo tempore filij Israel grauissima seruitute premebantur ab eo rege, qui non cognoscebat Ioseph: ut habes Exodi cap. 1. Sed per prolepsin, id est, anticipationem hic locus nunc dicitur est Ramesses ab eo, qui post conditam urbem historiam texuit. Fecit & hoc Ioseph haud utique per insolentiam, aut plus sibi, quam decebat arrogans in domo paterna selectissima in regione collocanda. Sed ita haec suis praestitit, quemadmodum ei Pharaon praeeperat. Quod autem patri, domuique, eius alimenta praestabat,

gratissimi uiri munere fungebatur. Hoc est enim quod aiunt Reciconiare: hoc est: ciconiarum more pariter filios alimenta reddere. Nec est aliud hominis ad hominem officium, aut naturalius, aut plus debitum aut magis pius, aut denique congruentius, quam illis uictum praebere, a quibus vitam acceperit. Ad illud enim praestandum natura inclinatur, ius obligat, pietas inuitatur, ratio compellit. Denique, quantum commissa aduersus eos, qui te genuerunt, & nutrierunt impietas apud omnes gentes & apud omnes mores uitio datur: tantum adhibendum eis pietatis & subuentionis officium non modo a cunctis hominibus, & caelestibus spiritibus, sed etiam ab ipso summo rerum patre comprobatur: & maximis praemijs remuneratur. Denique, ut ait Apostolus, hoc est primum in re promissionis mandatum: Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut bene sit tibi: & longaeuus sis super terram, non tam super haec quae ab impijs pariter, & pijs uario uitae decursu incolitur, quam super eam, quae mansuetis est praeparata. Beati quippe mites, quoniam ipsi possidebant terram, quae uere est terra uiuentium, Psalmista quoque dicente, Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. huius uitae longitudinem, & sapientiam habet in manu dextra: in sinistra tenens diuitias & gloriam. Lege Hieronymum hunc apostoli locum acutissime differentem. Quid demum dicam: quam opportuno tempore hic optimus filius optimo patri cibum, id est, praesentissimum honorem praebuerit.

Eph. 6.

Matth. 5.

Psal. 26.

In toto enim orbe panis deerat: & opprefferat fames terram maxime Aegypti & Chanaan.

Orbemi cum dicit, non insinuat uniuersum terrarum spatium, sed Aegyptum, uel certe Aegypti proximum. Quod autem Aegyptum atque Chanaanum solum praeter ceteras fames vexabat: inde prouenit, quod maxima aquarum, pluiarumque penuria in regionibus illis acciderat. Denique, tota quidem Aegyptus, & Chanaanorum regio fame laborabat: pater autem, fratresque Ioseph prospere agebant, habentes quasi ex fontibus profluentia frumenta. Hoc erat quod dicebat fratribus: Misit me Deus ante uos, ut uiuere possitis. Hebraeis itaque frumento, quantum cuique opus erat, fructibus Aegyptij & Chanaanum grauissima ciborum penuria premebantur.

Ex quibus omnem pecuniam congregauit pro uenditione frumentum

ti: &

ti:&intulit eam in ærarium regis.

Etenim frumentorum pretium inter omnia venalia maxime, vel eorum abundantia minuitur, vel augetur penuria. Quoniam in primis illa pro hac vita fulcienda sunt necessaria. Non igitur contra æquitatem fit: si, quæ fertilitatis tempore vilis empta sint, accedente sterilitate carius veneant. Quare nequam est contra iusti viri opinionem: in tanto frumentorum defectu vèdudis cibarijs, sic pretium auxisse, vt omnem illarum regionum pecuniam pro comparandis alimentis sibi traditam congregarit, & in regis ærarium intulerit. Nam, vt ait Augustinus: Pertinuit ad Scripturam in hac etiam recommendare fidem famuli Dei: vt qui fuerat prudēs in cōsulendo futuræ fami, esset fidus in reponendis nummis in Pharaonis gazo phylacio. Iā

August.

tunc erat Euāgelicus ille seruus fidelis, & prudens: quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore suo criticam mensuram.

Matt. 24

Cumq; defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph dicens: Da nobis panes: quare morimur coram te deficiente pecunia? Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra: et dabovobis pro eis cibos, si pretium non habetis.

Pretium hic vocat numisma, quo cuncta venalia expendantur, & commutantur: quo deficiente res pro rebus collato earum inuicē pretio transiguntur.

Quæ cum attulissent, dedit alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

Enimvero quæras? Vnde oues erant Ægyptijs cum haberent odio pastores ouium? Forsitan: quoniam illas oblectationis gratia nutriebant: & quia non nihil numinis eas habere credebant inueterato eius gentis errore. Vnde Satyricus:

Inuenal. Quis nescit voluisti Bithynice, qualia demens

*Ægyptus portenta colat? Erocodilon adorat*  
*Pars hæc: illa pauet saturam serpentibus ibim.*  
Cæterum, si pro pecoribus frumenta dabantur, subsidij quid restabat ijs, qui pecoribus carebant? Putarim equidem regia bonitate commissum fuisse Ioseph, ita tenuibus, & pauperibus prospicere: ne extrema fame perirēt. Venerunt quoque anno secundo.

Certe neququam à principio sterilitatis hic secundus annus est supputandus. Nam in illo Ioseph adhuc alienigenis frumenta vendebat: sed accipiendus ex quo tempore pecunia defuit Ægyptijs: vt primus annus fuerit in quo pecora distracta fuerunt: secundus vero in quo pecora iam eis non erant, quæ pro comparandis cibarijs traderentur: vt iam hic annus à pecuniæ defectu secundus videatur fuisse, vel quintus, vel sextus ab sterilitate. Igitur venerunt quoque secundo anno.

Et dixerunt ei: Nō celamus dominum nostrum, quod deficiente pecunia: & pecora simul defecerunt simul hoc loco.

Pro quoque, positum est. Nam prius eis pecunia defuit: postea pecora quoque defecerunt,

Nec clam te est, quod absq; corporibus, & terra nihil habeamus.

Sane hic corpora pro personis ponuntur. Mos enim est Scripturæ aliquādo ab anima totum hominem nominare: aliquādo à corpore. ab anima quidem, sicut superius dicebat: Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta. à corpore, vt hic vñs est vocabulo Corporibus pro Singulis hominibus. Sic & in illo Esaiæ: Et videbit omnis caro salutare Dei. Omnis caro intelligitur omnis homo. & Ioannis primo capite: Et Verbum caro factum est, id est, Deus homo factus est. Inquiunt autem.

Supr. 46

Esai. 40.

Ioan. 1.

Cur ergo moriemur te vidēte? Et nos & terra nostra tui erim⁹. Eme nos in seruitutem regiam. & præbe femina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem.

Artificiose

Artificiose profecto locuti sunt, vt distribuendis, vendendisq; frumentis præfectū ad commiserationē inclinarent. Nam & dominum suum eum vocauerunt: & extremam indigentiam ei mōstrauerunt: & quo ordine suæ opes absumptæ fuerint, ei retulere: in nuerunt quoq; alienum esse ab eius humanitate Ægyptios ante oculos ipsius fame interire. Deniq; vrgent eum arguentes à regia utilitate, si in Pharaonis seruos emerentur: & à vitando damno maximo, si terra ob seminum penuriam cultoribus deserta in solitudinem redigeretur. Vides, quomodo vita charior est omnibus rebus? Verumq; est illud quod pater mendacij veritatis auctori dixit: Pelle pro pelle: & cuncta, quæ habet homo, dabit pro anima sua. Nam & diabolus interdum vera loquitur, non q̄ veritatem colat: sed vt veris falsa misceat: quod facilius incautos fallat. At quanto altius sonuit, & quanto diuinius magister cœlestis extulit, Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ autē suæ detrimentum patiatur? Aut quam commutationē dabit homo pro anima sua? O execrandam ignauiam: Ægyptij pecunias, opes pecora, demum libertatem pro hac perfuntoria vita tantillū misere proroganda libentissime prodegerūt. & nos, quibus regia cœlestis patet, cessamus adhuc comparare nobis amicos de māmōna iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula? Quæ malū socordia? nolle, vel intelligere, vel animadvertere, quod dum huic temporariæ, fluxæque vitæ addidit sumus: stabilis, & æterna de manibus nostris elabitur?

Iob. 1.

Matt. 16.

Luc. 16.

Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis.

Psal. 104

Hæc est illa fames, quam Psalmista testatur Dominum super terram vocasse: vt ea, tāquā strenuus quidam imperātis licitor, duos reos vno, eodemq; carcere coarctaret: alterum populum Israel, qui fratrem suum vendiderat, vt duris laboribus flagellatus, & ærumnosus calamitatibus emendatus, quarta tandē generatione solueretur ad gloriam: alterum populum Ægyptium diuitijs opibusq; superbū: curribus, equisq; ferocientem: vt qui pro animi elatione dicebat, Nescio dominum, & Israel non dimittam: & nunc vrgētissima fame premeretur: & postea ita maris rubri

Exod. 5.

fluctibus interciperetur, vt dicere compelleretur. Fugiamus Israel: Dominus em pugnat pro eis contra nos. Vide, quā disparsit vtriusq; populi exitus. Alter transuadato mari in libertatem asseritur: alter maris fluctibus obruitur. Et merito, quia alter ex accidenti fame in seruitutem incidit: alter p̄ritæ malitiæ pœna constrictus seruitutem seruibat. Respice vt quidam ait, ad originem Ægyptij generis, & inuenies, quod pater eorū Cham, qui nuditatem riserat patris, huiusmodi sententiam meruit, vt filius eius Chanaan seruus esset: fratribus suis: vt in eo nequitiam morum argueret condicio seruitutis. Non ergo immerito ignobilitatem generis, decolor posteritas imitatur, quæ & superstitiosa idolorum cultura, & pudenda multorum scelerum copia reliquas gentes longe superat. Hæc autem, si spiritualiter intelligamus, sciemus, quæ sit Ægyptiorum seruitus, & ea qua ipsi perpetuo premuntur, & ea qua ad tempus Israelitas sibi seruire compellunt. Agnosceamus deniq; q̄ seruire Ægyptijs nō est aliud, quā obnoxium esse carnalibus vitijs, & dæmonibus esse subiectum: in quod vtiq; vnumquemq; non extrinsecus illata necessitas cogit, sed segnitia animi, & libido, ac voluptas corporis subigit, cui se animus per socordiam subdit: & vt execratus Chanaanus, & tenebrosus Ægyptius, spontaneam dæmōibus seruitutem miserrimè seruit. Qui verò libertatis memor asserendæ animæ suæ curam gerit: & dignitatem mentis agnoscit & creatoris imaginem in se cœlesti quadam cogitatione nobilitat: hic re vera ex filijs Israel spiritualis est, qui etiam si, vel errore, vel perturbatione in peccati vincula lapsus, velut violenter ad tempus opprimatur: non tamen libertatem suam in perpetuum perdit, sed laboribus admonitus, & calumniaribus excitatus ad Dominum inenarrabilibus gemitibus continuo clamat: donec exauditus à miserrima seruitute eripiat: & transferatur in libertatem filiorum Dei. Sed ad textum.

Exod. 14.

Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti: subiecitq; eā Pharaoni: & cunctos populos à nouissimis terminis Ægypti vsque ad extremos fines eius.

In Hebræo sic habet: Et transtulit populum eius ad ciuitates de vna extremitate termini Ægypti vsque ad finē eius. Quorū hic intellectus

n

rellectus



rellectus: quod Ioseph in signum, tum seruitutis Ægyptiorum, tū proprietatis totius terræ acquisitæ Pharaoni, cōpulit populos anti quas mutare sedes: & ab vnius vrbis territorio in aliud cōmigrare, vt Ægyptijs distractis à seipsis locis cedētibus, eademq; loca rege ad eūte. manuq; capiēte, alia alijs pro Pharaonis arbitrio locarentur. Sicutandē extremæ tamis occasione Ægyptiaca respublica à regia gubernatione in tyrannicā, atq; mercenariam conditionem delecta fuit. Nec tamen est, quod inde querantur de Ioseph: qui summa prouidentia Ægyptijs consuluit, ne fame interirent: & iustissima ratione pro tempore vsus, tanquam prudens, & fidelis seruus omnem illorum terram emit.

Præter terram sacerdotū, quæ à rege tradita fuerat eis: quib⁹ & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. & idcirco nō sunt compulsi vendere possessiones suas.

Hoc in loco terræ sacerdotalis appellatione significantur, & fundi, & prædia, quæ dono regio, sparsi per Ægypti vrbes sacerdotes possidebāt. Hoc quippe exemplo principes terræ docentur Ecclesiasticas possessiones nullatenus inuadere: quamuis à regibus, eorūq; maioribus Ecclesijs donata fuerint. Neq; licet eis vnquam vestigalia, redditusq; Ecclesiasticos occupare, nisi grauissima vrgēte necessitate. Qua deficiente, si illa à summo Ecclesiæ præside, vel metu, vel amore, vel improbitate exigant: haud equidem idcirco eisdem iuste abuti possunt: sed restituere tenentur quæcunq; tali via à personis Ecclesiasticis extorserint: Deniq; magno in pretio sacerdotes suos barbarus habebat, quib⁹ & statuta cibaria ex horreis publicis præbebātur. Etenim natura rerum hoc exigit, & gentiū consuetudo probat, & diuina sanctio præscribit: vt ijs qui diuino cultui vacant, veræq; sapientiae vestigandæ student, ab alijs, & victui, & vestitui necessaria satis superq; porrigantur. Sic enim Dominus ordinauit: vt qui altario seruiunt, de altario participant. Quā obrem constat impio sacrilegio eos implicari: qui decreta sacerdotibus quotidianæ sustentationis stipendia, vel dolo, vel fraude, vel vi aut supprimunt, aut auferunt. Non q̄ Christiani sacerdotes terrenis diuitijs cogen-

dis inhiare debeant: quibus præ ceteris Christo credentibus cœlestis ipse magister illud testatur, Nisi quis renūciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: sed quod non sunt stipendijs suis fraudandi: ne aut mendicare, aut negotiari ad victum sibi comparandum egestate cogatur: id quod eorum statu est indignissimum. Nam & pro eis stat illud sacro Domini ore pronunciatum. *LUC. 10.* Dignus est operarius mercede sua.

Dixit ergo Ioseph ad populos: En, vt cernitis, & vos, & terram vestram Pharaon possidet.

Non tantum, ait, vobis imperat Pharaon, tanquam rex: sed etiam dominus est vestri, omniumq; quæ habebatis. Enimvero quia benignus est ille & magnificentissimus, nequaquam vult habere vos seruos, sed colonos. Quia verò præsens annus est vltimus sterilitatis, opusq; est hoc anno in sequentem serere, qui fertilis est futurus.

Accipite semina: & serite agros vt fruges habere possitis.

Vides, qualiter adhuc Ioseph prophetiæ spiritus adera? Quare hoc? Quoniam non minus in prosperis, quàm in aduersis iustitiam colebat. Prophetico itaque spiritu etiam nū afflatus sterilitatem mox cessaturam auerterat, & proximam rursus fertilitatem aduentare, temporum item profectus, annuosque prouentus ordine suo decursuros. Hęc enim diuina tantum reuelatione sciebantur: quia superna dispositione gerebantur. Nam neq; septem anni fertilitatis astrorum bonitati: neque septem sterilitatis eorum malitiæ, sed diuinæ dispensationi vtriq; sunt attribuēdi. Id quod & ipse rerum ordine, euentorūq; successu, diuinoq; reuelatu manifeste liquet. De⁹ enim quædā mirabilia sic operatur, vt aperte ostendat, eorum se autorem esse. Talis fuit conceptio Isaac Abrahæ per angelum reuelata. talis & Christi conceptio ab Esaia prædicta, & ab archangelo Gabriele beatæ Virgini denuntiata. Alia verò sic ille facit, vt non manifeste se illorum factorem prodatur. talis fuit vis gignendi Abrahæ post Isaac genitum diuinitus data. Mors item illa foedissima Arrij hæresiarchæ effusis in latrina visceribus exanimati. Sic denique Deus, tum pluias, tum serenitates, modò se earum autorem prodens, modò

*LUC. 14.*

*LUC. 10.*

*Supr. 19.*

*Esa. 7.*

*LUC. 1.*

tacens

tacens pro alijs, atq; alijs mortalium meritis inducit. Sed iā videamus quotam frugū partem regi reddendā à colonis exigat.

Quintam, inquit, partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibos familijs, & liberis vestris.

Magna libertas, ingens prouidentia, ineffabilis sollicitudo. Ait enim Ioseph: Quamuis vos, vestraq; regiæ seruituti distraxeritis: non tamen vobis aliud pondus imponam, quàm æquum sit, & tolerabile: colonum legibus obstricti sub Pharaonis imperio agite: agros quisque certos, veluti suos, colat: æquissima conditione vestigal redditurus. & quæ admodum quinta fructuum pars pro salute vestra per septem fertilitatis annos de cunctis regionibus maxima cura in custodia reposita est: ita quintam deinceps partem regi dabit, cui vos in seruitutem vēdidistis. Quid illi? Nempe cogente fame oblatam conditionem læti susceperunt. quippe

Qui responderūt: Salus nostra in manu tua.

Hebraice expressius *החיתנו* heheithānu, id est, viuificasti nos. atque hinc est, q̄ Septuaginta ad Hebraicam scripturam loquuntur, *σέσωκας ημᾶς*, id est, seruasti nos. Et notandum, quod à verbo *sozo*, quod alij interpretantur saluare, alij Latinius putāt seruare, deducitur nomen *σωτήρ*, de quo Cicero quarta in Verrem actione sic ait: Etiam Sotera in scriptum vidi Syracusis: hoc quantum est? ita magnum, vt Latino vno verbo exprimi non possit. Is est nimirum foter, qui salutem dedit. Igitur Ægyptij oppressi fame adeo beneficium à iusto viro eis exhibitum agnoscunt, vt in illum vitam suam, & salutem, & foelicitatem ore pleno referant: eiusdemque benevolentiam perpetuam sibi fore implo-rant dicentes:

Respiciat nos tātum dominus noster: & læti seruiemus regi.

Vides quomodo nunc, vexatione dante eis intellectum, beneficia agnoscunt: benefactorisque benevolentiam sibi constanter exoptant: omnia pollicentur. Verum vbi expetita saturitas famem depulit, facietas superbiam retulit, superbia ingratitude, ingratitude impudentiam impudentia denique, quæ

ad omne facinus patrandum audaciam parit, Ægyptijs permisit generi seruatoris sui extremum excidium moliri. Fortassis, vt opinatur Rupertus, Ægyptij filijs Israel inimici facti sunt: versumq; est cor eorū, vt odio haberent populum Domini: & dolos in seruos eius facerent: quia, qui, quos tempore famis sponte se subijcientes regiæ seruituti suscipiens, & pascens dictus est saluator mundi, tēpore saturitatis à posteris eorum, qui seiplos vendiderant, illius memoria odio haberi cepit, tanquam eius qui communis libertatis proditor fuerit. Sed hęc impudentissima ingratiſsimorum hominum calumnia existimanda est.

Deniq; ex eo tempore vsque in præsentem diē in vniuersā terrā Ægypti regibus quinta pars soluitur. & factum est quasi in legem.

Hęc certe quinquaria lex ad Moſis vsque tempora peruenit. qui hunc librum scripsit: & vt fertur, hodie quoque apud eosdem Ægyptios seruatur. Cur tam diu durat? Nimirum, quia utilis est regibus magis, quàm moribus. Esto, quod ea lex iniqua non fuerit. nō enim est iniustum sed satis modestum pretium locasse colendum agrum pro quinta frugum portione, in Ægypti præsertim terra, cuius prædia Nili fluminis lentore redduntur fertilissima. Vtinam hac tempestate simili portione ac donis exigenda magnates nostri, ceteriq; agrorum domini cōtenti agerent. Sed Sæuior ignibus Æthiæ in dies crescens furit amor habendi. Nonne fundos, prædiaq; sua sic agricolis colendos elocant, vt humanitatis, pietatisq; obliti vix vnā aut alteram collegendarum frugum portionem agrorū suorum cultoribus relinquant? Ex quo fit vt aratorum labor indigentia, atq; miseria, pariat eis odium, opes, & quam putant, foelicitatem. Iam verò quale habendum illud est, quod se se magnificos ostentant: si quidquid à pauperibus hac ratione, vel inique, vel violente, vel certe inhumaniter corraferint, in vanos, superfluos, noxios, iniquos & luxuriosos abusus impudenter, & imprudenter effundant. Hos nempe gladio spiritus, quod est verbum Dei sanctus Iob ferit, & iugulat dicens: Alij terminos transtulerunt, diripiuerunt greges, & pauerūt: asinum pupillorum abegerunt: & abstulerunt pro pignore bonum

*Rupertus*

*Iob. 24.*

*1. corin 9*





Esse autem legendum, ut vertit Hieronymus ex eo quoque manifestum est: quod Symachus hunc locum sic interpretatus est: και προσεκύνησεν Ισραηλ επι της κεφαλής της κλινης: id est: Adoravit Israel ad caput lecti. Regum quoque secundo bene, & ut est legendum consimilem locum reddiderunt Septuaginta: ubi scribitur adorasse David ad caput lecti, aut in lecto suo: quod Septuaginta interpretati sunt, και προσεκύνησεν Δαβιδ

δ βασιλεως επι της κοιτης αυτου. Et adoravit David rex super lectum suum. Augustinus autem interpretationem Septuaginta acute satis exponit: cui & Erasmus ad stipulatur his, quæ adnotavit super caput vndecimum epistolæ ad Hebræos, quasi non potuerit eodem lubrico quo Septuaginta labi interpretis epistolæ Pauli. Sed de his aliorum est iudicium. Nosq; sermonis seriem tenentes caput quadragesimum octavum interim elucidemus.

Caput quadragesimum octavum.

His itaque transactis, nuntiatum est Ioseph, quod ægrotaret pater eius.

Postquam enim Ioseph expetitum patri suo iuramentum præstitit, ad expedienda regni negotia, inferuendumque ex more regi cõcessit: paucis deinde diebus cõcepit senex peius habere, seniliq; valetudine ingravescente, morti proximus erat. morbo enim tanguntur & iusti. Hæc est enim lex filiorum Adam, ut ægrotent & moriantur, vel ætate confecti dissoluantur. Nam, ut pulchre Gregorius dixit: Et si languor desit senibus, ipsa salus ægritudo est. Ac perinde scite & illud: Licet iuuenis cito mori possit, senex tamen diu vivere non potest. Quis autem id filio nuntiaverit, prorsus taceretur. Est enim Hebraici sermonis idioma, nonnunquam verbi suppositum in oratione suppressi, præsertim si sit illud ignobile. Quale est illud, Si arabit in bobus. Quo audito Ioseph accinxit se itinere. Quippe

Qui assumptis duobus filiis Manasse & Ephraim ire perrexit.

Hos enim duos tantum filios Ioseph tunc temporis habebat: eosque secum tulit, ut paternæ benedictionis participes fierent. Etenim solenne est parentes morti propinquos filijs superstitionibus bona precari. Id quod neque superstitiosum est, neque inane. Quoniam id ipsum & sancti viri factitarunt: & in decessu summo affectu eius modi in Deum preces funduntur.

Dictum est seni: Ecce filius tuus

veni ad te: qui confortatus sedit in lecto.

Vides quomodo amore erga filios senem firmabat: & alacritas vincebat infirmitatem. Audita enim filij præsentia, sedit ille super lectum. Rupertus. Quamvis intelligi recte valeat, quod ob aduentum filij, quem diligebat, magno gaudio confortatus sit: sicut dudum dixerat: iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam: & superstitem te relinquo. tamen & hoc sciendum, quia sancto prophetiæ spiritu super eum irruente, confortatus est. Vnde enim vel fiduciam vel auctoritatem habere poterat, ut prophetando diceret: Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur: sed frater eius iunior maior erit: & his similia: nisi quia virtute prophetiæ spiritus inualuerat? Confortatus igitur mente est, qui corpore ægrotabat, ita ut corpus quoque defessum allevaretur mentis alacritate: & cuius oculi corpori præ nimia senectute caligauerant, nec clare videre poterat: adeo interioris eius hominis acies clarificata fuit, ut ventura nuntiare, & possidendam hæreditate benedictionem daret.

Et ingresso ad se Ioseph ait.

Et vide quomodo incipit: primum narrat benevolentiam, quæ sibi à Deo facta erat: & tunc benedictiones in filios facit, & dicit.

Deus omnipotens apparuit mihi

August.

Rupert. Supr. 46

2. Reg. 7 Grego.

Amos. 6.

hi in Luza, quæ est in terra Chanaan.

Cur hæc duo Dei nomina cõiungat, iterum iterumque supra expositum est. Quoniam videlicet, ut promissa compleatur & filij Israel in terra Chanaan collocentur: divina fortitudine, supernaque victoria maxime sit opus. At quanto magis summa opus est vi, ut filij hominum in cœlestes mansiones invehantur: unde draco ille pestifer & antiquus serpens venenata cauda secum traxit tertiam partem stellarum, easque non modo in aërias tenebras, sed in profundam quoque abyssum præcipites egit. Sane Luza ipsa est Bethel, vno miliario distans ab vrbe Sychem de qua pluribus superius tractatum est.

Benedixitq; mihi.

Non dixit, Benedixit mihi pater meus Isaac: quævis & hoc factum sit: Sed Deus omnipotens, inquit, benedixit mihi. quia benedictio non hominis, sed Dei efficax per se est. Nam hominis benedictio tum demum valet ac prodest, quando diuino quodam instinctu agitur, & omnipotentis testimonio confirmatur.

Et ait. Ego te augebo & multiplicabo, & faciam in turbas populorum: daboque tibi terram hæc, & femini tuo post te in possessionem sempiternam.

Ego te, inquit, augebo, scilicet diuitijs, fundis, prædijs, agris, pecoribus, vectigalibus. Et multiplicabo numero liberorum maximo. & faciam te in turbas populorum. Duodecim enim tribus in plures populos distributæ ex vno Iacob consistere. ex quibus omnibus vniuersus populus Israel constitutus fuit. Nec enim ex filijs Abraham Ismael & Isaac: neque ex filijs Isaac Esau, & Iacob vnus populus cõgregatus fuit: sed ex duodecim filijs Iacob vnus, idemque populus Dei constitit. Omnes enim duodecim filij Israel in vnus Dei cultu perstitere, eisque tantum per Mosem dominus veterem legem dedit. Jam tunc enim significabat Spiritus sanctus eos solos Christianam Ecclesiam constituturos, qui ab apostolis duodecim, apostolicisque viris Christo geniti apostolicam euangelicamque sapientiam integra, constantique fide suscipere, atque tenerent: cõfidentes, quod sicut per Mosem Lex data est: ita per Iesum Christum gratia, & ve-

Ioan. 1.

ritas facta est. Daboque, ait, tibi, & femini tuo terram hæc in possessionem sempiternam: ut & regali titulo decoreris & sacerdotali dignitate fulgeas. Hæc omnia ad verbum complera fuisse ex Libris sacris manifeste constat. Possessio autem horum promittitur sempiterna: sed sub conditione. primum si legem à Deo eis traditam religionis officijs seruauerint: deinde, si Christum toto pectore recepissent. Præclare Chrysostomus Zachariæ prophete personam agens Iudæis inquit: Nolite dicere: Non habemus regem: sed tantummodo Cæsarem: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedes super asinam. Si intellexeris, venit tibi: si non intellexeris, venit contra te: id est: Si intellexeris, venit, ut saluet te, & sub pedibus tuis subiuguet gentes: ut gaudens per prophetam dicas: Quoniam dominus excelsus, terribilis, & rex magnus super omnem terram, subiecit populos nobis & gentes sub pedibus nostris, elegit nos hæreditatem sibi speciem Iacob, quem dilexit. Si autem non intellexeris, venit ut perdat te: & de templo sanctitatis, expellat: & aliam sponsam de gentibus castiorem ducat in cubiculum sanctitatis, ut tu proiecta & in tenebris constituta dicas per Salomonem: Non aspexeris me, quoniam ego sum denigrata: quoniam despexit me sol. Et cur despexit te sol: nisi quia tu illum prius despexisti, & abiecisti. Ergo si Iudæi Christum recepissent, in perpetuum steterit eorum regnum, & maneret eorum templum, mutato tamen statu à Lege in gratiam: ita ut templum Salomonis forsitan esset præcipua toto terrarum orbe Christianorum Ecclesia, sicut nunc est Romæ. Sed quia populus Israeliticus regem suum, neque recepit, neque agnouit: iure optimo, & regnum amisit, & sacerdotium, tum excisa vrbe regia, tum Salomonia euerso templo: dicente Domino per Prophetam, Quia vos abiecistis me, & ego abieci vos. Ceterum, quorsum tanta Dei promissa filio suo Patriarcha retulit? Ut persuaderet illi ex diuina benedictione sibi quondam illata euenisse, ut ipse Ioseph è carcere eductus ad tantum principatum promoueretur: atque duobus filijs Ephraim & Manasse aueretur: certissimumque haberet, filios Israel in terram Chanaan diuinitus esse reuocandos. Ac perinde firmissimam sciret futuram hæreditatem, quæ ob ipsius gratiam duobus eius filijs, sibi adoptandis inter ceteros filios suos tribuere molebatur. Ideoque continuo Iacob duos filios Ioseph sibi adoptat, & cohæredes terræ promissionis constituit, dicens.

n s Duo

Chryso.

Zach. 9.

Psalm. 45.

Cant. 1.

Osea. 4.



Duo igitur filij tui, qui nati sūt tibi in terra Egypti, antequam huc venire: sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autē, quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.

*Hieron.* Super quo pulchrè admodum Hieronymus. Si quis ambigat, quòd Septuaginta animæ introissent Egyptum filiorum Israel, & quod Ioseph eo tempore, quo ingressus est Iacob, non nouem, sed duos tantum filios habuerit: præsentis capitulo confirmatur. Siquidem ipse Iacob loquitur duos filios habuisse, non nouem. Quòd autem dicit, Ephraim & Manasse, sicut Ruben & Simeon erūt mihi: illud significat: Sicut Ruben & Simeon duæ tribus erūt: duosq; populos procreabunt: & sic hæreditabūt promissionis terram, sicut & filij mei. Reliquos autem ait filios, quos post mortem meam genueris, tui erunt. In nomine fratrum suorum: vocabūt in hæreditatibus suis non inquit, accipient separatim terram: nec funiculos proprios habebūt, sicut reliquæ tribus: sed in tribubus Ephraim & Manasse; quasi appendices populi commiscebuntur. Porro sunt, qui putent, post mortem Iacob genuisse Ioseph alios quinque filios, eosdemq; additos esse illis septuaginta cum Iacob Egyptum ingressis. nam & Septuaginta interpretes, si modò codices menda careant, septuaginta quinque scripsisse videntur, quos & protomartyr Stephanus in Actis apostolicis imitatus esse censetur, quando dixit: Mittens autē Ioseph, accersit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque. Iam quæritur: cur non fuerit aliqua tribus ab ipso Ioseph denominata? Id quod alijs fratribus honori maximo fuit. An quia tunc temporis principem agebat ille, non utique Terræ sanctæ, sed Egyptiæ, non fuit populi Dei princeps instituendus. An quia gloriosus multo fuit Ioseph in duobus filiis suis duas sibi tribus deputari? Qui enim honorificat filium, honorificat patrem, qui genuit illum. An demum, quia Ioseph dominum Iesum præfigurabat: qui non alicui vni tribui, sed toti Ecclesiæ ex varijs tam Iudæorum, quàm gentium aliarum tribubus in vnum congregatæ principaturus erat? Quin

etiam videtur rationem reddere, quare duos Ioseph filios adoptare sibi voluerit. Ea est, ut eis suppleret filiorum numerum: quo fraudatus esse putatur, cum in partu Benjamin Rachel immatura morte intercepta fuit.

Mihi enim, ait, quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaā in ipso itinere. Eratq; verum tempus, & ingrediebar Ephratam: & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethleem.

Mihi dixit, pro eo quod est, In meum detrimentum. Venire autem se dixit de Mesopotamia: quia, licet iam ingressus fuerat Chanaā regionem, nondum tamen ad patrem suum Isaac, quem visebat, peruenerat. Cætera huius loci verba superius explicata fuere. Postremò consentaneum rationi fuit, ut Iacob exacto à Ioseph iuramento de sepeliendo se in maiorum suorum monumento, filio satisfaceret tacite quærenti, quare matrem eius ibidem sepeliendam minime curauerit. Præterit igitur nonnullas eiusmodi omissionis causas haud ineptas. Primum, quòd erat verum tempus, quo non facile cadauera remotius transferuntur, quin si in sepulcra maneat, breui corrumpuntur, putridaque grauem & pestilentem longe lateque fetorem emittunt. Deinde, quòd eo tempore parientibus ouibus plurima foetura impeditus erat: adeo, ut longius ei recedere minime liceret, si greges suos saluos esse vellet. Postremò, quod speciosum dilectæ suæ tumulum struxit, in quo corpus eius cõderet: idq; in loco, apud quem Christus nasciturus erat: qui sicut Ioseph eius filius corruptibili pane Egypti, sic totum terrarum orbem plane vitæ repleturus esset. Cæterum diuino prorsus consilio dispositum fuisse videtur, ut Rachel ibi non sepeliretur, vbi Lia condenda erat. tū ne tantus patriarcha cum duabus vxoribus sepeliretur, in morte digamiam probasse crederetur: quam quidem digamiam viuens neuitquam expetiuit, sed loceri fraude decipitur pene inuitus admisit. tum quoniam è Lia Iudas natus fuerat è cuius stirpe Christus nasciturus erat: qui vnus tantum vxoris, non dubium quin catholice Ecclesiæ, vir futurus esset. Denique decenter procul à iusto viro ter

ra fuit in fodienda ea, quæ propter corporis speciem fecundiori, humano quodam affectu prælata fuerat. Siquidem in morte omnino interit illa formæ pulchritudo, quantumuis egregia, quæ plurimis & pudorem & pudicitiam deserendi esse solet occasio: solaque bonorum operum fecunditas ab æterna morte perstat immunis. eis nempe, quibus iam

*Apo. 14*

Dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. opera enim eorum sequuntur illos. His porro dictis decreuit patriarcha speciali quadam benedictione ipsum Ioseph in duobus eius filiis Ephraim & Manasse singulariter augere, dicente Scriptura.

Videns autem filios eius.

Nempe Ioseph,

Dixit ad eum: Qui sunt isti?

Querit: si Iacob videbat filios Ioseph: quare, quali ignoret, quos presentes habebat, de eis interrogat, qui sint? Quoniam, & si videbat eos, non tamen ipsos satis agnoscebat. Nam & senis oculi præ nimia ætate caligauerant. Sic ut non nisi tantum subobscurè videre posset: & pueri tantum patriarcham reueriti, ut pote urbane educati, paulò remotius ab auro constiterāt. Est enim reuerentia virtus perurbana, cūctisq; mortalibus acceptissima: qua summam præstantium virorum autoritatē, sic suspicimus, ut velut propinquiori ad illos accessu nos ipsos indignos existimantes ab ipsis semotius abistimus. Hinc diuinus Paulus, ut maximam à nobis exhibendam supremo rerum principi reuerentiam doceat, inquit: Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerentiamur eos. non multò magis obtemperabimus patri spirituum, & viuemus? Et in Paralipomenis vitio datur Amoni regi, quòd non est veritus faciē Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius. Commendat & Ecclesiasticus Phinees summum illum sacerdotem, quòd magna in Domino reuerentia sacerdotale munus obierit. eaque bonitate & animi alacritate, quæcunque ad diuinum honorem spectarent, sit executus, ut inde Deo Israel maxime placuerit. Apostolus item Paulus post multa, quibus Hebræos ad hanc virtutem præstadam hortatur, ita demum concludit: Iraque regnum immobile suscipiētes habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. Iam verò interroganti patri Ioseph.

Respondit: Filij mei sunt, quos

dedit mihi Deus in hoc loco.

Igitur sublimi multò philosophatur Ioseph quam Aristoteles. Hic enim, quasi grande aliquid illud extulit: Sol & homo generat hominem. Sed proculdubio abiecte satis insignis creaturæ generationem in solem naturalem quandam vim retulit. Ille vero ad Deum ipsum hominis opificium sublimiter valde reduxit: à quo, ut ait Apostolus, omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Quamobrem merito sæpe accidit, ut occulta quadam Dei dispensatione, aut potentes generare nō gignant, aut minime valētes, opitulante Deo, generent: ut vel sic mortales nouerint ab ipso vno patre spirituum optatam, beatamque prolem expetendam esse. At Iacob

*Aristot.*

*Eph. 3.*

Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis. Oculi enim Israel caligauerant præ nimia senectute, & clare videre non poterat.

Procul igitur abstiterant nepotes quos ad se accedere iuber: ut quos oculorum caligine præpeditus aperte cernere non poterat, auito affectu tangeret: eisque maxima bona prophético spiritu sibi visa precaretur. Vides ne dilecte, quòd quanto in hoc viro iusto corporei oculi ad hæc corporalia cernenda hæbetiores erant: tanto magis in eo intellectuales oculi ad spiritualia mysteria percipienda perspicaciores erant? Quippe qui tam multos, tam magnos, tam varios futurarum rerum successus posteris suis euenturos illustrata diuinitus mente præuidere, & viua voce prædicere valuit: poterat nimirum, qui tanta fide nitebatur, taliq; futuræ generis sui felicitatis præcognitione præditus erat, spiritui exultans illud Pauli dixisse: Et si exterior noster homo corrumpitur, interior tamen innouatur de die in diē. Potuisset & huic egregio propheta, qui tam claro mentis intuitu mysteria prouidebat admirabilis illa cõsolatio accommodari, qua Didymum maximum illi theologum, & cæcum oculatissimum Magnus Antonius cõsolatus est. Hunc enim, ut Eusebius tradit, beatus Antonius cum fidei Athanasij testimonium facturus aduersus Arrianos de Thebaide Alexandriam descēdisset, magnificis cõsolatus est verbis. Nihil te, inquit, offendat o Didyme, quòd carnalibus oculis videris orbatus. Desunt enim tibi illi oculi, quos mures & muscæ & lacertæ habent

*2. corin. 4.*

*Antoni.*

bent: sed lætare quia habet oculos, quos angeli habent, & quibus Deus videtur, & per quos magnum tibi scientiæ lumen accenditur. Porro Ioseph apposuit patri duos filios suos.

Applicatosq; ad se Iacob osculatus & circumplexus est.

Apertissima sunt hæc auitæ charitatis erga nepotes signa.

Et dixit ad filium.

Quippe qui dicendorum inter omnes eius filios maxime capax erat.

Nō sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum.

Filij iure optimo parentum semen dicuntur, non vtiq; solum quia paterno semine procreati sunt, sed etiam quoniam, veluti quoddam semen procreandorum sunt nepotum, ut vltim<sup>o</sup> semper eat noua progenies & Aui numerentur a uorum. Sic & semen quod est Verbum Dei cum in bonam terram ceciderit affert fructuum aliud trigessimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, prout doctores ecclesiastici Euangelicæ culturæ dant operam: ut multiplicato mirifice verbi semine per alias atq; alias mundi ætates plurimus spiritalis seminis prouentus sibi luceat. Denique & optatissimo gaudio de videndo filium concepto additum est & aliud inopinatum ex videndo liberis eius, qui interceptus morte putabatur. Hinc & Paulus gentiū doctor: tanquam diligentissimus & copiosissimus diuini seminis propagator, noua semper & succrescente spiritali foetura exultabat & quotquot credētes Christo, velut filios aggenerauerat, modò filios sibi charissimos, & desideratissimos, modò fratres in Christo Iesu sibi cognatissimos lætabūdus appellabat. Imò & gaudium & coronam suam eisdem ingēne p̄dicat. Id quod de Salomone sumptum videri potest, qui in Prouerbijs inquit, Corona senum filij eorum: & gloria filiorū patres eorum. Hoc enim in prouerbio senes congruenter intelliguntur patriarchæ atque propheta, qui à filijs filiorum, id est, successoribus apostolorum digna laude celebrantur, & gloria est prædicatorum Noui testamenti, quod veterum patrum filij esse meruerunt.

Matth. 13

Philip. 4

Prou. 17

Cumque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terrā: & posuit Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israel: Manassen verò in sinistra sua, ad dexteram, scilicet, patris: applicuitque ambos ad eum.

Igitur ad patriarchæ genua in lecto sedentis pueri accesserant: & inde paululum eos Ioseph subduxit. Et adorauit pronus in terram. Ioseph enim in humum demissus coram patre suo semet incuruauit illum honorans pro benedictionis munere filiolis suis impēdendo. Nec id mirum. Maximi enim esse momēti benedictionem à natu maioribus in minores præsertim à parentibus in filios delata è Sanctarum scripturarum serie luce clarius cōstat. Quod autem Manassem ad patris dexteram, Ephraim autem ad eius sinistram collocauit, applicuitque ambos ita constitutos ad senem. seruato natiuitatis ordine, vtrunque benedicendum disposuit: primogenitum à dextris, alterum à sinistris benedicentis, ratus potiora benedictionum munera primogenito fore tribuenda. Enimvero transmutata ratione eis benedixit Israel. Quippe

Qui extendens manum dextrā posuit super caput Ephraim iunioris fratris: sinistram autē super caput Manasse, qui maior natu erat, commutans manus.

Hic duo sunt præcipue obseruanda. Prius quidem olim benedictionem inferri consuetū addita manuum impositioni verborū precatione. Et id quidem congrue admodum fiebat. Nam & potestatem manus significat, & precatione mentis votum exprimitur. Hæc quoque benedicendi ratio autore Deo legalibus sacerdotibus instituta fuit: quod est videre in calce sexti capitis libri Numerorum, super quo nos aspirante Deo iustum tractatum ædidimus. Hunc etiam antiquitatis morem Ecclesia Christi secuta cunctas fere benedictiones manus impositione celebrat: addito tamen salutaris crucis signaculo, quo vniuersa sacramenta Ecclesiastica per-

perficiuntur. Præsignauit & patriarcha hūc sanctissimum Ecclesiæ catholicæ ritum, nūc cum manibus in modum crucis cancellatis nepotibus benedixit. Et hoc est quod hic posterius notandum præmonuimus. Igitur pro eo quod in Latino est: Commutans manus, in Hebræo legimus ita *וְשָׁלַח יָדָיו*, si kel eth Iadāu, quod ad verbum translatus sonat. Erudiuit, vel intelligere fecit, vel si Latinitas patiatur, sapientificauit manus suas: ac si velut eruditæ facerent illæ & cum quadam intelligentia, sapientiaque præditæ, id ipsum, quod per eas fiebat. Illa namq; mirabili manuum transpositione grande quoddam mysterium gerēbatur: hoc nempē diuina videlicet benedictione anteponi Ephraim natu posteriorem Manasse primogenito. Cæterū quis non agnoscat maximum omnium Dominicæ crucis archanum in eo, q̄ patriarchæ manibus altera super alteram in illius formā dispositis minor maiori benedicendo præfertur? Præfigurabatur enim ea benedicendi ratione per Dominum crucifixum esse futurum, ut populus posterior prior: id est, Iudæi Christiani immensa cœlestium bonorū vbertate anteponeretur. Quod quidem vel ex eo maxime constare potest, q̄ iuxta mysteria Scripturarum non primogeniti accipiūt hæreditatem: sed secundi. Primogenitus fuit Kain, sed Abel munera placuerunt Deo: primogenitus Ismael, sed Isaac accepit hæreditatem: primogenitus Esau, sed benedictionē patris Iacob supplantator præripuit: primogenitus Ruben, sed benedictio seminis Christi transfertur in Iudam: Zaran nasciturus manus prius protulit: sed Phares nascēdo præcessit: primogenitus fuit Aaron, sed Mopopuli Dei ducatum suscepit: primus: Prim<sup>o</sup> Israelitarum ductor fuit Moses, sed Iosue filius Naue illos in terram promissionis inducit: primus itē rex Israel Saul vngitur, sed firmatur solium Dauid. Sic deniq; posterior populus anteuerit priorem per ineffabile vitalis crucis sacramentum in capessenda regni cœlestis hæreditate. Deniq; Indi, qui Christo militant ab eodem verbo *יְהוָה שִׁלְמֵהוּ* ipsam crucem Mascāl nūcupant, quod nomē sapientiam sonat. Quare constat non otiose, sed mystice Iacob filio benedicturus ad crucis formam manus commutasse.

Benedixitq; Ioseph.

Quærat merito aliquis. Cur Abraham non eo modo Isaac filium suum, quo & Isaac, Iacob: & Iacob, Ioseph, benedixit? Nimirum,

quoniam Isaac, ex quo in holocaustum Deo oblatum fuit, benedictionem tum temporalem, tum æternam hæreditate suscepit, & ipse possedit: neq; opus fuit, illum sermone cōsecrari, qui re ipsa in egregium saluatoris typum sanctum sacrificium, & hostia viua esse meruit. Rursum quispiam ambigat, quare Ioseph benedicti traditur: & tamen in duos eius filios benedictis verba diriguntur? Nempe, quia propter patrem puerorum à Deo benedictū: benedicuntur ab auo nepotes: quorum benedictio ad eundem quoque Ioseph pertinet: qui iam non vtiq; per se inter filios Israel computandus erat: sed in duobus filijs pro eo subrogatis: ex quibus duæ tribus erant constituendæ. Quid si alios quinque filios Ioseph generauit? Nec illi auita benedictione fraudati sunt. Nam intra tribus Ephraim & Manasse repositi atque computati per quandam diuinæ beneficentiæ effusionem vna, eademque fratrum suorum benedictione benedicti censentur. Et Israel quidem benedicendo ita inquit.

Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abrahā & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia meā vsque in presentem diē, Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, & nomē patrum meorum Abraham & Isaac: & crescant in multitudinē super terram.

Iam verò lector attende in his dictis mirabilem sapientiam Iacob, & egregiam modestiam, & animi gratitudinem, & summam intelligentiam. Nam sapientissime ab ipso summo rerum parente benedictionem exorditur. Inuocabunt, inquit, nomen meum super filios Israel: & ego benedicam eis. Opportūne quoque & sapienter parentes suos commendat, quod corā Deo ambulauerint: quia illorum meritis benedicendo maxime nititur, qui Deo plurimum placuerunt. Nam, ut superius exposuimus, coram Deo ambulare est, ea quæ sint pietate, & probitate, ac honestate plena diligenter exequi. Talia plane sunt lucis opera: quibus æquissimus rerum arbiter, & aspirat, & arridet. Eademq; à summo patriar-

Num. 6.

*Supra. 17* patriarcha Deus exigit, quando dixit illi: Ambula coram me, & esto perfectus. Vide insignem modestiam. Meminit patrum suorum Abraham praecipue, & Isaac: quoniam his duobus Deus frequentius apparuerat: & cum eis familiariter egerat: & eis promissiones aperte dixerat: ex quibus Dei populus consignari, & adolere, congregarique, coeperat. Meminit itaque patrum, qui vera pietate praestiterat, & amici Dei facti fuerant: ut eorum meritis fulta benedictio nepotibus ad mouenda apud ipsum, cui illi valde placuerant, rata prorsus haberetur. Etenim fuit hoc vere humilitatis opus: ut hic vir, quantumuis iustus, Deoque gratus, non tantum suis, quam alienis meritis bona precando nitetur. Id enim proprium est mitium & humilium, corde: ut velut profectuum suorum obliuio proprios defectus ad mentis oculos reuocent: quod fit, ut animis non esterantur, & pietissima summissione ab ipso rerum domino toti pendente. Horum etiam est de propitiatorum peccatorum temere securus non esse cum Paulo dicentes: Nihil mihi concius sum: sed neque in hoc iustificatus sum. Hi cum psalmista laethrymabili cantu diuinas aures pulsant dicentes: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. Hi demum cum plurimis pietatis officijs diuinis praecceptis obtulerant, haud multum sibi fidunt, scientes non tantum operum suorum natura & dignitate, quam acceptantis Dei bonitate, atque gratia eidem placere. Norunt etiam bene hanc animi moderationem mundi domino probatissimam esse, eamque Christum discipulis suis summo pereseruandam vehementer praecipisse: qui proposita apud Lucam ea de re parabolam ita conclusit: Sic & vos, cum feceritis omnia, quae praeccepta sunt vobis, dicite: Serui inutilis sumus: quod debuimus facere fecimus. Quis verbis explicet, quantum valeat huiusmodi modestia apud dominum omnipotentem ad obtinendum quaecumque, pie, atque perseueranter ab eo petuntur? Est proculdubio, est ea animorum summissio summo, maximoque Deo in tantum accepta: ut plerumque quanto is ipse, qui vere sit humilis se putat ab illo remotiore: tanto sit ei conuictior: ac perinde quod plus aliorum meritis nititur, eodem magis, quod expetit, suis assequatur. Sic denique hic pietissimus patriarcha, dum pro sua ipsius modestia, non tantum suis, quam maiorum suorum meritis precando nititur: benedictionem suam inanem minime fore incunctanter sperauit: & quod sperauit, obtinuit. Vidisti huius iu-

sti sapientiam: vidisti modestiam. vide iam eius gratitudinem. vniuersa beneficia prius a Deo sibi collata in mentem reuocat, cuncta memorat, pro omnibus gratias agit: & sic agit, ut nihil sibi arroget: sed totum, tum in maiorum suorum pietatem, tum in ipsius Dei benivolentiam referat dicens: Deus qui pascit me a iuuentute mea usque in presentem diem. Hoc enim dicto complectitur vniuersa bona, tam corporalia, quam spiritualia, quae toto vitae suae decursu ab optimo Deo acceperat. At vero, quia non tantum maximis commodis affectus fuerat, sed etiam a summis incommodis ope diuina fuerat creptus, adiecit: Angelus, qui eripuit me a cunctis malis. Hic erat angelus custodiendo huic iusto diuinitus deputatus, qui eum supernis obsequens imperijs ab omni nocimento tam corporis, quam animi, vel illaesum seruauit, vel laesum liberauit: id quod e rerum gestarum serie manifestissime constat. Eripuit autem angelus a cunctis malis patriarcham: non vtrique, tanquam praecipuus salutis autor: sed tanquam minister eius, qui solus autoritate sua peccata remittit: & quaecumque damna in melius instaurat. Omnes enim sunt ministratori spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditate capiunt salutis. Et attende, quam decenter Israel sui passionem Deo, custodiam vero angelo tribuit. quoniam de illo scriptum est: Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est a patre luminum descendens. De hoc autem: Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Denique Domini est donare, & ministrorum custodire donata. non quod Dominus ipse dona sua non custodiat: cum veraciter scriptum sit, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilant, qui custodiunt eam: sed quod quae angeli dare non possunt, Deo autore custodire possunt in eis, quos, ut magnificaret Dominus Iesus illud extulit, Angeli eorum superuident faciem patris mei, qui in caelis est. Iam vero acceptissima Deo gratiarum actio ne amplissimam caelestis benedictionis gratiam, veluti refertissimam quandam optimorum fructuum paradysum, promeritus infert: Benedicat pueris istis, id est, eos beatos atque felices faciat, & cunctorum expetendorum, tam corporaliu, quam spiritualium bonorum copia repleat. Hanc enim bonorum abundantiam benedictionis verbum Scripturis in diuinis passim sonat, iuxta illud Pauli, Qui in benedictionibus seminat, in benedictionibus & metet: hoc est, qui propter Deum Christi pauperi-

pauperibus necessaria, & vtilia abundanter largitus fuerit, largissima praemia ab illo abundanter accipiet. Et inuocetur, ait, super eos nomen meum, & nomina quoque patrum meorum Abraham & Isaac. Hanc inuocationem Iacob expetiuit. primum quidem, ut haec duae tribus ab his duobus nepotibus Iacob deriuanda sic, ut caeterae tribus Israel vocitarentur, quin etiam nomina Abraham & Isaac, quibus facta est promissio, super eosdem inuocata testarentur. ad has quoque duas tribus hereditatem terrae Chanaan pertinere. Insuper, quia bene nouerat his praecipue patriarchis Messiam fuisse promissum, in magni filiorum suorum fauorem & patrociniu su per eis patriarcharum nomina inuocari exoptauit. Vnde Moyses iram Dei in filios Israel concitatam placaturus, eorundem meminit patriarcharum dicens: Recordare Abraham, Isaac, & Iacob, quem quidem precandi Deum morem, non modo posteriores prophetae, sed etiam Christi seruat Ecclesia. Quod si Deus a nobis pie oratur interposita sanctorum, qui hac vita decesserunt memoria: quantum opere sunt illi nobis aduocandi, ut regnantes pro exulibus apud caelestem regem intercedant? Sint procul a nobis haeretici, qui impie negant sanctos superne felicitatis compotes pro nobis peregrinantibus apud Deum agere. Nam contra, re vera pro ijs qui eorum implorant auxilium, strenue cum summo rerum iudice assiduis & exaudibilibus precibus negotiantur. Nam ut tam pulchre, quam grauius Hieronymus contra Vigilantium terribilium huius haereses inuentore inquit. Si apostoli, & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro caeteris, quando pro se debent adhuc esse solliciti: quanto magis post victorias & triumphos? Sed iam videamus, quibus verbis benedictionem concludat: Et crescant, ait, in multitudinem super terram. Notandum, quod pro eo quod Latinis est Crescant, in Hebraeo habetur יגדג idgu verbum deriuatum a nomine Dagā, quod pisces sonat. ac si dicat: Multiplicentur numero similis multitudinem more piscium, quorum genus est inter omnia animalia fecundissimum. Hinc dicit Iesus cum rudes illos piscatores ad fecundissimum Euangelicam praedicationis munus inuitaret, eis pollicitus est, se facturum ipsos fieri piscatores hominum: ut piscationis vocabulo maximam crediturorum Euangelio multitudinem innueret. fertur praeterea pisces non fascinari. quo significatur legitimos Christi discipulos, qui pietate Christia-

na penitus imbuti sunt, nullo prauo dogmatis fascino infici posse, nullaque vi a religione penitus imbibita diuelli, modo illo seruato- ris spiritu, quo afflati, munitique sunt ad se pro regendos strenue vtantur. Hinc merito Paulus gentium doctor in quosdam inuectus ait, O insensati Galatae, quis vos fascinauit non credere veritati? Eos enim arguit, quod propter suam ipsorum ignauiam, & inertiam, & stultitiam deceptorum fascino infecti a veritatis obedientia defecerint: quod malum non modo Euangelicam historiam testimonio, sed etiam prophetica praedictionis monumento tanquam praesentissimo quodam amuleto vitare poterat. Denique haud virtutis Christi defectu, sed sua ipsorum Galatarum stultitia, atque socordia accidit: ut in eis locum haberet, id quod in Sapia quae Salomonis inscribitur, legimus: Fascinatio malignitatis obseurat bona. Haec haec tenus.

Videns autem Ioseph, quod posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauius accepit.

Molestum enim tulit, quod pater eius cancellatis manibus minorem filium maiori benedicens praeponebat.

Et apprehensam patris manum leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse. Dixitque ad patrem: Non ita conuenit pater: quia hic est primogenitus: pone dexteram tuam super caput eius.

Considera studiose lector: quod, licet Ioseph erat propheta, ignorabat tamen arcanum, quod Iacob manuum commutatione innuabat, tum de vario puerorum successu, tum de vtriusque populi veteris, ac noui transpositione. Nec mirum id ipsum nesciuisse Ioseph, virum iustum & prophetam: quoniam spiritus ille propheticus non adest ipsis prophetis, velut habitus quidam eis semper immanens: nec, velut gratia quaedam illorum mentibus perenniter haerens: sed donum ipsum, quo mysteria prophetis reuelantur, est assimilis affectui quidam obiter transeunt: qualis est letitia, pudor, & ira. Ex quo fit, ut modo illis adsit, modo absit, prout Spiritus sanctus velit. Aberat sane Helisaeo, quamuis il-

Gala. 3.

Sapie. 4.

4. reg. 9.

Exod. 32.

Hebrae. 2.

Iacob. 1.

Psal. 90.

Psal. 126.

Matt. 18.

2. cor. 5.

Hieron.

Matt. 4.





Caput quadragesimum nonum.

Vocauit autem Iacob filios suos.

**P**robe quidem Iacob, siue filij eius tunc tēporis procul aberant, eosque per nuntios accersuit: siue in prospectu senis in lecto iacentis aderāt: & ad se propius accedere iussit. Id egit proculdubio affectu paterno motus, & prophético spiritu afflatus, vt qui paulo post animam acturus esset, vltima verba charitatis & iudicij plena, & mirabili sapientia, cœlestique vaticinio referta illorum auribus instillaret. Solenne namq; est, parētes & amicos iam morituros filios charosq; suos alloqui: & ea quæ pro tēpore dicenda videntur, eisque sint profutura, amice & explicite proferre: vt vltimo dicta tenacius eorū mentibus affigantur. Quia, vt ait magnus Gregorius: Ea solent melius recoli, quæ contingit postmodum audiri. Sic namq; Moses morti proximus Deuteronomiū filijs Israel, magna prius ad eos oratione habita, solenniter tradidit. sic & Samuel propheta simul & iudex populi Dei, quem tota vita, tanquam pater filium summa charitate dilexerat, maxima cura nutrierat, insigniq; pietate fouerat. Postremo sic de præteritis peccatis eū arguit, vt in magnam futurorum bonorum spem vehementer erigat. Tobias quoq; senior, cum sibi mortem instare videret, iuniorē sanctissimis monitis instituit. Quid autē sapientius? Quid locupletius? Quid elegantius? Quid diuinius eo sermone, quem secundum Ioan-nem magister cœlestis ad crucem properans discipulis sibi charissimis fecit? Hoc deniq; probatissimo, plenissimoque pietatis more patriarcha filios suos vocauit.

Et ait eis: Congregamini, vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Cōgregamini, & audite filij Iacob: audite Israel patrem vestrum.

Considera o dilecte, quàm commodissimo, atq; locupletissimo exordio prius, quàm benedictiones effundat, vsus fuerit. Sic enim prolocutus est, vt auditores dociles, beneuolos & attentos maxime reddat. Nam & eos amanter filios compellat, & honoris gratia Iacob & Israel filios memorat: & quæ scitu

dignissima, mortalibusq; cūctis optatissima sunt, & ad ipsos maxime pertinentia, se diciturum non vtiq; à semetipso, sed Diuino spiritu afflatum constanter promittit. Cōgregamini, ait, vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. In vnum simul conuenite: quoniam non diuisis, & discordibus, inq; varias sectas discissis: sed coniūctis, & concordibus, & in vnam, veramq; pietatem consentientibus diuina mysteria sunt regenda. Vbiq; enim duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio illorum sum, dicit Dominus. Vnde & domini iussu, & duodecim patriarcharum more, erant duodecim apostoli cum alia discipulorum turba pariter & in eodem loco congregati, expectantes, & Deum precantes, vt Spiritus sanctus cœlit⁹ demissus eos afflaret, eorū omnem docturus veritatem. Quia verò de causa velit eos congregari, ostendit dicens: Vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus. Hoc certe excitare eos valde potuit ad adhibendas dicenti dociles aures. Nam sicut nullus mortalium in hac vita calamitosissima sorte sua contentus agit, sic omnes homines in futurum propensi, quæcunque ventura sunt, tum ipsis, tum alijs præscire vehementer affectāt. Hinc dominus Iesus discipulis suis promittens beatissimū super eos Spiritus sancti aduentum, postquam dixerat, Docebit vos omnem veritatem: pro maximo quodam adiecit, Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Quod autem adiecit, In nouissimis diebus, tacitis prioribus: nō eō dixit, quod tantum esset eis annūtiaturus ea, quæ ad vltima tempora pertinerent. nam & prædixit, quæ essent egredientibus de Ægypto, & in deserto vagantibus, & ingrediētib; promissam terrā, & in ea morantibus occursura. sed id fecit superno cōsilio ductus vt filios suos excitaret, atque impelleret ad ea p̄cipue meditāda, cognoscēda, & in primis expetēda, quæ in Christi temporibus, quæq; ad humanam salutem præstandā, comparandāq; præ cæteris faciū: & propter quæ reliqua oīa cōscripta, gesta q; sunt. Nāq; cōmuni autorū, cū Hebræorū, tum Catholicorum consensu, dies nouissimi dies Messia sunt accipiendi. Id quod vaticinio Esaiæ manifeste constat

**Esa. 2.** constat: Et erit in nouissimis diebus mōs domus Domini preparatus in vertice montiū. De his quoq; Iesu Christi domini nostri diebus locutus Ioānes Euāgelista dixit: Charissimi mi nouissima hora est. & Paulus: Nos sumus in quos fines sæculorum deueniunt. & Moses Gerūdensis ipsa veritate coactus ita scripsit: Nouissimi dies sunt dies Messia: quoniam Iacob significauit illa tempora cū dixit, Donec veniat Silo: & ipsi congregabūtur populi. Dicitur dies Messia nouissimi: quia cuncta patriarcharum gesta, vniuersa Legis veteris mandata, sacrificia, atq; iudicia, nec non omnes prophetarū prædictiones ad Christū rectissimo cursu tendebant, & properabant. Hoc est quod Hebræi non obscure tradunt, omnes prophetas ad dies vsq; Messia præphatasse. Hinc & illud domini Iesu verissimi Messia, Lex & Propheta vsq; ad Ioannē. Et cur vsq; ad Ioannē? Quia mirabilis Baptista nō sicut cæteri propheta veterum prædixit, sed illum digito in Iesum intento præterem indicauit. Præclare Paulus: Finis Legis Christus est in iustitiā omni credēti. Quid igitur miseri Iudæi præstolantur? Quid? Mera somnia, & nubes, & umbras captant. Neq; ingrentē sese illorū oculis iustitiæ solē liuore cæci, & terrenis affectibus præstrikti agnoscūt. eodem enim malo hodie laborant, quo olim laborabant, ad minima perspicaces, ad maxima oculis caligantes. Quos dominus Iesus, cū in terris ageret, acriter inde redarguit dicens: Facto vespere dicitis: Serenum erit. rubicundū est enim cœlū. Et mane, Hodie tēpestas erit. rutilat enim triste cœlū. Faciē ergo cœli diiudicare nostis. signa autem tēporū non potestis? Etenim, quæ præcesserant, & quæ Iesu inter homines agente ostensa sunt, certissima signa fuere vltima venisse tempora. Ac perinde non sunt alia tempora expectanda à præsentibus domini nostri Iesu Christi diebus: in quibus aliter q̄ per Euangelicā gratiā viuatur, vt summa felicitas obtineatur. Deniq; iustus, prouidusq; patriarcha posterorū suorū in Christū partim fidē, partim perfidiā prænoscens, iterū vt acrius admoneretur, idē verbū replicat, dicens: Cōgregamini & audite filij Iacob: audite Israel patre vestrum. Repetitione enim duorū verborum: Congregamini & audite vsus est, vt attentiores eos redderet. & vt sibi beneuolēiores faceret. Nō dixit filij mei simpliciter, sed ἱμῶν τῆρας, vocauit eos filios Iacob, & Israel, Iacob quidē, tāquā præstatis viri: Israel autē, tāquā excellētis propheta: quo vnū, eundemq;

patre suū agnoscerēt, & generis autorem, & mysteriorū reueratorē. Nā iuxta variā nominū rationē prius expositā, Iacob quidē ad naturā; Israel autē ad spiritum pertinet. Ex quo & illud quoq; maxime norandū inuitur: ea quæ dicitur est iuxta historiā propter Iacob & secundū allegoriā propter Israel cōgruenter accipi posse. Incipit autē rerū annūtiandarū seriē seruato inter filios natiuitatū ordine: ac perinde exorditur à Ruben primogenito suo, à quo primatū erat ablaturus propter nefariū adulteriū, & impiū incestū, quibus paternū cubiculū sce distime polluerat. Et quidē prius eū laudibus effert, vt mox è contrario acrius eundē vituperet. Hinc Origenes: Quod in initijs laudis aliquid ei videtur adscribere dicens, Tu virtus mea. idcirco fit, vt grauius vocetur in crimine: qui cū virtus patris haberetur, & initū filiorū, nesciuit serua re reuerentiā patri. Quale est illud quod dicitur per Prophetam: Ego te plantavi vineam fructiferā totā feracē: quomodo conuersa es in amaritudinē vitis alienæ? Volens igitur Iacob: vt ait Chrysostomus, accusationē in Ruben magis intēdi, prius dixit priuilegia ei à natura cōcessa, & dignitatē, quā tenebat. q̄ p̄cipiū filiorū, & primogenituræ honore clarus esset: & postea volūtatē peccata illi, quā si in tenebra colūna inscribit, mōstrās; q̄ nihil p̄derūt nobis ea, quæ à natura insunt, nisi & volūtatē bona opera sequatur. Hæc. n. sunt, quæ laudem habēt, & vitium. Ergo inquit, Ruben primogenitus meus.

Hunc enim omnium primum genuit ex vxore Lia, quam ante alias cognouit: Tu fortitudo mea, & principium doloris mei. Prior in donis, maior in imperio.

Fatur autem cum fortitudinem suam esse quia ipsum ætate integra, atq; robusta virum, vere virilem & robustum genuerat. Erat itē Ruben adeo animosus, vt patrem ab hostibus protegere valeret: & sic industrius, qui inter omnes fratres suos belli ducem strenue agere posset. Ad hoc enim insinuatū adiecit: Principium doloris mei: vel, Principium fortitudinis meæ, vel caput filiorum meorum. Sic enim Hieronymus verba, quæ hic ponuntur, in Deuteronomio interpretatur רִאשִׁית דְּאִשְׁתִּי רִאשִׁית לִיבְרֹתַי eius. Sane Hebræis nomē רִאשִׁית dolorē p̄prie sonat: vsurpatur tamē pro primo coitu, qui congregientib; tristis est: quia

Gregori.

Mat. 18.

Act. 1.

Luc. 16.

Rem. 10.

Mat. 16.

Ioan. 16.

Origen.

Hiere. 2.

Chrysost.

tunc primum virginalis integritas tā in ma-  
re, quam in foemina cum quodā dolore cor-  
rumpitur. Pro hac igitur ratione tradunt tan-  
tum valere principium doloris, id est, coitus:  
ac si dictum fuisset, principium filiorum. In  
quo plurimum extat, & valde commendanda  
Jacob castitas est: qui pueriles leuitates, &  
adoleſcentiæ æstus, & improbos virilis libi-  
dinis impetus validissimis honestatis & pu-  
dicitiae repagulis oppido represserit: & sum-  
ma constantia castimoniam continenter vs-  
que ad nuptialia sacra seruauerit. Potest & in  
hoc loco dolor commode accipi pro ea cura  
& sollicitudine, quæ pro liberis natis educā-  
dis, instituendis, atq; promouendis parentū  
pectorib⁹ per naturam infixā penitus hæret.  
Hoc enim dolebat Demea Terentianus di-  
cens: Vxorem duxi: quam non vidi ibi misē-  
riam? nati sunt filij: alia cura? Quo quidē ve-  
hementissimo parentum in filijs procuran-  
dis affectu, cura, atq; labore, manifestissime  
deklaratur, quot quantaq; officia rependen-  
da patribus suis filij debeant, pro quibus fo-  
uendis & augendis perpetua diligentia, inde-  
fessiq; sudoribus illi satagunt. Prior in do-  
nis Ruben quoq; dicitur, quoniam primo-  
genitorum iure duplex hæreditatis pater-  
niæ portio ei præ cæteris fratrib⁹ debebatur. Ma-  
ior item in imperio prædicatur, quia inter  
duodecim tribus regium imperium & sum-  
mum pariter sacerdotium ad ipsum specta-  
bant. Nam hæc duo tunc temporis coniun-  
cta simul ab eodem gerebantur: eademque  
ille obtinere proculdubio deberet, si non ea  
omnia maxima spectatissimaque iura, nefā-  
ria pudendaque libidine & peruertisset & a-  
mississet. Quam quidem tantorum bonorū  
iacuram directā in eū patris maledictio pa-  
tenter ostendit. Ea est.

**Effusus es, sicut aqua. non cres-  
cas: quia ascendisti cubile patris  
tui, & maculasti stratum eius.**

Effusus, inquit, es, sicut aqua: hoc est, quæ ad-  
modum aqua, quæ vase retineri nequit, tota  
effunditur: ita & tu infandæ libidinis in-  
continētia collapsus totus effusus es, & maximis  
virtutibus euacuatus. Iam eum tali maledic-  
to cōsequenter astringit. Non crescas, subau-  
diendum est, super fratres tuos. Nihil enim  
plus cæteris habebis: imo bonitatis meæ tri-  
buendum erit, quæ te filium profligatissimum,  
& flagitiosissimum parem cū fratribus tuis  
hæreditatis portionem adire velim. Cæterū

neutiquā, vel sacerdotio, vel regno, vel dupla  
bonorū meorū portione, quæ alioqui primo-  
genitorū iure tibi debebatur fratres tuos ex-  
celles. Quia ascendisti cubile patris tui. Quā  
honestissime rem turpissimā subin dicitur.  
Et maculasti stratum eius. Ita enim paternū le-  
ctum polluit, vt pater nunquā amplius Balā  
vxorem suam cognouerit. sic & rex David a  
se prorsus abalienauit eas concubinas, quas  
impus Absalon impudentissime in cæstaue-  
rat. Iusto itaq; dolore motus Iacob adeo gra-  
uiter in Rubē animaduertit. Et forsità hic est  
ille dolor, quem superius memorauit dicēs:  
Principium doloris mei. Ascēdisse nāq; filiū  
cubile paternū initiū dolorū fuit patriarchæ:  
non quod de nullo antea doluerit: sed quia verus  
dolor peccati de plaga profectus in primis  
hoc flagitio patrato accidit. Deinde vēditio  
ne Ioseph incrementū accepit. Deniq; cum  
tria quædā ad ipsum Ruben pertinerēt, pri-  
matus, sacerdotiū, & regnū. Primatus signi-  
ficatus fuit eo, quod dictū est Primogenitus, cui  
affidet duplex obeūdæ paternæ hæreditatis  
portio. Sacerdotium eo, quod ait, Maior in  
donis, pro quo in Hebræo est יָדוֹן יְהוֹרָן iē-  
ger cēeth, id est, excellētia eleuatiōis. Sacerdo-  
tes enim, quādo in altari munera offerebant,  
in cœlū manus leuabant. Regnū eo, quod adie-  
cit, Maior in imperio. His illum patriarcha  
meretissime abdicauit: eadēq; summo spiri-  
tus libramine inter alios ipsius fratres sunt di-  
tributa. Nā primogeniti iura in Ioseph tras-  
lata fuere, Sacerdotium Leui datū est, Iudas  
verō excellentia regni prælatus est. Vellicat  
quidam harū duarū triadū symphoniā: sed  
equidē nescio, quare tria illa in prerogatiuis,  
vel certe intellectu non distinguantur, quæ in  
pœnis, & re, & subiecto distinguntur: vt in ip-  
so Ruben tria quædam sint ratione cōputan-  
da, quæ in tres eius fratres sigillatim transfe-  
runtur. Hoc demū exemplo filij sunt admo-  
nendi, ne vnquam parētes suos iniuria, quā-  
tumuis leui, afficiant: ne patre cœlesti pater-  
nas iniurias vlciscente, pro tali impietate pœ-  
nas dent acerbissimas. Nam vt in sequenti-  
bus generationibus talia nemo imitaretur,  
reprehensionem huius flagitij adeo nefarij  
Spiritus sanctus ordinauit, vt literis commē-  
daretur hæc accusatio: vt omnes, qui audiāt  
erudiantur, sciātq; manifeste quod nihil pro-  
dest dignitas naturæ concessa, nisi & volun-  
tatis accedant ornamenta. Deinde quia satis  
traduxerat nefarium hoc opus, venit ad Si-  
meonem & Leui, de quibus ita dicere inci-  
pit.

Simeon

**Simeon & Leui fratres vasa ini-  
quitate bellantia.**

Simeon & Leui peculiariter nunc fratres di-  
cuntur, quamuis essent & alij plures: quia hi  
duo inter cæteros fraterno quodam zelo ad-  
uersus Sychem sororis suæ stupratorem exat-  
ferūt, atq; vno eodemq; animo ad Sychimi-  
tarum excidium insurrexere. Vasa verō ini-  
quitate bellantia: vocantur: quia instrumen-  
ta quædam inique exequendi bellum fuerūt:  
nam tam Hebræis quā Græcis vasa pro in-  
strumentis vsurpātur, vnde & illud: Et in eo  
parauit vasa mortis. Et pulchre hoc loco pri-  
uata quadam ratione iniquitatis vasa dicun-  
tur: quoniam, sicut vasa, quod eis fuerit in su-  
m occultum continent, ita Simeon & Le-  
ui, capitale odiū, quod in Sychimitas in fen-  
so animo gerebant, absconditum seruauerūt  
vsque ad tēpus, quod excidēdæ vrbi idoneū  
foret. Id quod summa iniustitia perpetrātū:  
quia inuaserunt eos, quibus cum foedus ini-  
erant, & securos, & imparatos, & inermes: &  
ipsa, quam ab eis in iēti pacti signū exegerāt,  
circuncisione, inualidos, lectoq; decubantes  
oppresserunt. Idcirco Iacob declarans, quod  
le ignaro rem fecerint, & iniquum, & imma-  
ne facinus detestans inquit.

**In consilium eorum nō veniat  
anima mea: & in cœtu eorū nō  
sit gloria mea.**

Callidissimum enim & perfidiosum cœpe-  
rāt cōsiliū inuadēdi circūcisos die tertio, quō  
vulnerū dolor futurus erat acerrimus, cuius  
consortium probe vir iustus abominatur, ac  
perinde execratur, fieri participē gloriæ, quæ  
apud ignobile vulgus, inde posset inuafori-  
b⁹ accedere. Nō. n. parū est peccatū, alienū  
crimen placuisse: licet inculpate tibi placeat  
ignorantia, perquā, is, q̄ errat à culpa defendi-  
tur. Imo grauioris culpæ videtur esse, alienæ  
libidini indulgere, q̄ proprię: quia illud mali-  
cię, hoc perturbatiōi tribui solet. In vniuersū  
aut grauiora multo sunt peccata, quæ p̄ mali-  
ciā, q̄ quæ per ignorantia, aut perturbationē  
patrātur. Cur aut neq; eiusmodi cōsiliij, neq;  
gloriæ se consortē esse nolit, declarat dicēs.

**Quia in furore suo occiderunt  
virum: & in voluntate sua suffo-  
derunt murum.**

Coacto. n. sociorū agmine Sychē filiū Emor  
virginis corruptorē, imō iā sponsum contra

ius & fas ex insperato occiderūt: & vrbis mu-  
rū, quæ pro tēporis angustia euertere non po-  
tuerūt, cūctis ciuib⁹ interfecit, veluti leões  
furētes, suffoderūt. Nā, licet peccarat Sychē,  
attamē non oportebat tantā stragē facere, &  
oēs perdere. Imo neminē percuti eorū lice-  
bat. Siquidē oēs pacto inter vrosq; inito li-  
bēter assenserāt: Hieronymus aut corrigens  
translationē Septuaginta ita scripsit. Legitur  
sic in Hebræo: Simeon & Leui fratres: vasa  
iniquitatis arma eorū: in arcanū eorū nō in-  
tret anima mea: & in cōuentu eorū nō dissol-  
uatur gloria mea. Significat aut non sui con-  
siliij fuisse, quod Sychem & Emor foederatos  
viros interfecerint: contraq; ius pacis & ami-  
citiarum sanguinē fuderint innocentem: &  
quasi quodā furore sic crudelitate rapti mu-  
ros hospitiæ vrbis euerterint. Deinde, vt di-  
xit, quæ fecerant: & ea, quæ reprobauit: etiā  
maledictionem apponit, & dicit.

Hieron.

**Maledictus furor eorum, quia  
pertinax: & indignatio illorū,  
quia dura. Diuidā eos in Iacob:  
& dispergam eos in Israel.**

Furor est animi impetus rationi nō obtēpe-  
rās, & in duobus fratrib⁹ maxime execran-  
dus: quia post inita pacis foedera iniuriā, quæ  
p̄tendebāt esse remissam, vlcisici pertēderūt.  
Execrāda quoq; fuit eorū ira, vt potē perui-  
cax. Nā quāuis audita sororis violatiōe, iure  
suo fuerint valde indignati, postquā verō cū  
Emor & Sychē pacti fuerāt, minime licebat  
eis cuiquā Sychimitarū nocere. Quin pot⁹,  
& si nunquā inter se recōciliati fuissent, in iū-  
stū fuit supplicij & culpā mirū in modū ex-  
cedēs, pro virginis vnus stultæ nec satis pu-  
dice, quippe quæ tāto discrimini inter extra-  
neas gētes euagata semet exposuit, totā vnā  
vrbe cum omnib⁹ ciuib⁹ suis abolere: vbi  
satis fuisset sceleris autores punire. Idcirco Ia-  
cob superno spiritu ductus cognatissima fa-  
cinori pœna illos punire decreuit. nempe dis-  
separat malos consultores: ne iterum conue-  
niāt, vt peruersum consilium captēt. Disper-  
git & vrbis eueriores, ne certam sibi sortem  
terræ promissionis obtineant. Hoc est enim  
quod eis comminatur dicens:

**Diuidam eos in Iacob, & dis-  
pergam eos in Israel.**

Et re vera ita euenit. Leui enim hæreditatem  
propriam non accepit: sed in omnibus sceps-  
tris paucas vrbes ad habitandum habuit.

De Simeone verò in libro Iosue scriptum est: quod & ipse proprium funiculum non fuerit cõsecutus: sed de tribu Iuda quiddam acceperit. In Paralipomenis autem manifestum scribitur: quod cum multiplicatus fuisset, & non haberet possessionis locum, exierit in desertum. Quidam iuxta prophetam spiritum interfectos homines, apostolos: & subneruatum tau rû à pharisæis & principibus Christum interpretantur. Nec immerito. Quoniam plerique pharisæorum ex tribu Simeonis prognati esse traduntur: sicut & sacerdotum principes ex Leui tribu fuisse constat. Horum igitur sanctus patriarcha consilium de occidendo Christo iam olim penitus auersatus decreuit, quantum in se fuit, quadam conuenienti pœna, & irreuocabili maledicto diuidere eos in Iacob, ne iterum inirent consilium priori infinito peius contra Dominum: & dispergere in Israel, ne rursus conspiraret aduersus Christum eius. Laudandus pro voto patriarcha: quamuis postea collegerit pontifices & pharisæi concilium aduersus Dominum: & inierunt consilium aduersum Christum eius. sicut omnes Euangelistæ concorditer conscripserunt: & virum præterea vnicum mundi saluatorem crucifigentes occiderunt: & murum lateris eius suffoderunt: ut inde exiret sanguis & aqua. Sanguis quidem, quo redimeremur, aqua autem qua redempti à peccatis ablueremur. Denique Iudæi per Romanos euersti proculdubio diuisi fuere inter Euangelicos Iacobitas, & inter spirituales Israelitas, qui Christum receperunt. Cur autem noluit eos occidere, sed potius diuidere ac dispergere, Psalmista velut patriarchæ personam agens nos docet in psalmo quinquagesimo octauo: vbi, hoc versu præmissio, Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, continuo subiungit: Nequando obliuiscantur populi mei: & mox, inquit, Disperge istos in virtute tua. Noli domine penitus delere Iudæos, quia populus tuus semper est appellatus: sed in toto eos orbe disperge, ut saltem sic emendati superbire desistant: ut vel in hac dispersione scelus suum pœnitendo deploret, Depone eos in virtute tua protector meus Domine. Destruantur in malitia sua, propter verba, quibus Christum tuum negauerunt: & tamen filios Abraham se iactant. Quoniam hucusque patriarcha dolenter, & grauante tres primos filios tribus non tam profperis auxit, quam aduersis benedictionibus onerauerat: vbi ad Iudam peruenit, prænocens felicissimum Iudæ perfectum, & opta-

Hieron.

tissimum Christi ex hac tribu nascituri mysterium, lætabundus altius insonuit, quod totus mundus intentis auribus gaudenter hauriret. Ad quem sic locutus est.

Iuda tu: te laudabunt fratres tui.

In Hebræo est pulchra vocum allusio יהודה אהבה יודוך אהבה Iehudâ attâ: iodûcha ah-hecha. idest, Confessio tu: confitebuntur te fratres tui, Ac si dicat. Merito tu confessiois, laudisq; nomen habes: quia te confitebuntur, laudabuntque fratres tui. Laudandus vique Iudas inter fratres maxime, quia multo alijs erat elegantior, ciuiliior, eloquentior, atq; constantior: quod ex ijs, quæ pro liberando Beniamino apud Ioseph egit, manifeste liquet. Eius quoque tribus fuit alijs longe fortior, atque robustior. Illa nanq; prima omnium ausa fuit sequi Mosem per medium Rubri maris in duo latera diuisi pedibus incedentem. eadem Iosue mortuo, utpote fortior viris numerosior & instructior à toto Israel Deo tamen autore, dux belli constituta fuit. Nonne ex eadẽ tribu Dauid rex inclutus, summusq; propheta, omnisq; illustris illa regum series originem duxit? donec ad dominum nostrum Iesum Christum regem regum, & dominum dominantium peruentum est? Ostendit denique illum in primis esse laudandum à virtute bellica, regiaque potestate, quæ duo vique gentium in honore sunt maximo. Ait enim.

Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.

Hoc est virtute inuicta hostes tuos debellabis, eosque perpetuo preme imperio. Id quod ita prorsus olim euenit sub lege Dauid, qui cunctos Israelitarum hostes, & strenue, & feliciter expugnauit. Aderat enim ei ingrediendi, & egredienti fortissimus Deus Israel: quo adiutore semper victor de hostibus euadebat. Sicut ipse Deo gratias agens canit: Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me in fugam conuertisti. Et re vera quotquot reges Legem domini plene custodierunt, in omnibus bellis, alijsq; rebus presentissimum sibi diuinum numen sensere. Quod si illos grauissimè peccantes, & à vera pietate recedentes mundi dominus iuste deserebat, & hostibus percutiendos exponebat, emendatos tamè, & ad se confugientes misericorditer accipiebat: & clementer fouebat. quin & malorum pertinaces ob Dauid regis, maiorisq; suorū merita, sicut Roboan, interdum sustinebat, atque

Psal. 17.

atque protegebat. Ad regum item tempora referendum est, quod sequitur.

Adorabunt te filij patris tui.

Non enim ipse Iudas est in Ægypto à fratribus adoratus. nam ibi aut omnes subditiōe Ioseph vixerunt, aut eo mortuo sub Pharaonis imperio: vbi prius quidè libere degebant & ciuilitate: postea miserima seruitute oppressi fuerunt. Dauid aut regem, atq; Salomonem cunctis tribus Israel coluerunt, & veneratæ sunt. Hic etiã diligenter attende, quod Isaac benedicens filio suo Iacob, dixit ei: Et adorabunt te filij matris tuæ: quia vnicam tantum ille vxorem habuit Rebeccam, cuius persuasione Iacob fratri suo Esau benedictionem præripuit. Ac subinde omnes filij materni. i. cuncti Esau fratris eius posterij ipsum Israel adoraturi forent. Hic autem patriarcha Iudæ prosperissima denuntiã sciens ter dixit, Adorabunt te filij patris tui, non matris: ut oēs alias tribus à quacumq; sua ipsius vxore descenderent, ipsum Iudam adoraturas comonstraret. idq; futurum intelligeretur non tam matrū, quàm ipsius patriarchæ meritis. Quo de grauius Hieronymus inquit. Licet de Christo grãde mysterium sit, tamen iuxta literam prophetatur, quod reges ex Iuda per Dauid stirpem generentur: & quod adorent eum oēs tribus. Non enim ait, Filij matris, sed Filij patris tui. facit & ad ostendendam ipsius regis Dauid fortitudinem, quod continenter additur.

Hieron.

Catulus leonis Iuda.

Significantius in Hebræo, Catulus, leo Iuda. Et quidè primum catuli, leonisq; metaphora regnum prædicat. Semper enim Scripturæ mos est, per figuram huius animalis regiam auctoritatem insinuare. dein verò docet, futurum Dauid, velut catulum, & leonem. Et profecto ita res se habuit. nam fuit Dauid, tanquam catulus leonis, quando, ceu rex paruus, inuictus tamen, in sola tribu Iuda imperium obtinuit. Fuit & idem leo, cum postea rex magnus effectus super totum Israel dominium tenuit, ac de multis gentibus, ac regibus bello subactis inclutas valde victorias reportauit. Hoc est enim quod sequitur: Ad prædã filij mi accendisti. Nescio cuius incuria acciderit, quibusdam in locis non satis commode immutatas fuisse nonnullas præpositiones, sicut in Psalmo legimus: Dixit dominus ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris. At apud Septuaginta rectius habetur, ἐπισηπὸς πῶς ἐν βάσις θαλάσσης. i. conuertam in profundis maris. Sed rectissimè Hieronymus iuxta Hebraicam veritatem: Con-

Psal. 67.

uertam de profundis maris: etenim cõsequens erat, ut qui dixerat, Ex basan conuertam, subiungeret: Cõuertam de profundis maris. Namq; Dominus his pollicetur, se conuersurum credentes in eum ex huius sæculi cõfusione, & de profundis vitijs, atq; perturbationum abyssis ad tranquillã, & clarã, & liberam puramque spiritus alacritatẽ. Sic & in hoc loco particula, Ad, loco præpositionis, De, fuisse suppositam putari: quia in Hebræo legitur אהבה אהבה mitereph. idest, de præda. Et profecto ita res habet. Dauid enim de leonis & vrsi dilaceratione coram rege Saul enarrata ad militum ducatum ascendit, & à Philistinorum dissipatione, ducentorumq; præputiorum præda, deq; alijs priuatis victorijs, gentiumq; prædationibus, quas cum maneret in prælidio apud Achis regem Geth strenue, atq; feliciter egerat: ad regnum Iuda fuit promotus: & de regno hoc paruo ad maximum regnum totius Israel ascendit. Deniq; ab Ammonitis subiu-gatis, ac de prædatis ad Syrorum, aliorumq; regum de prædatione felicissimo victoriarum successu cõscendit. Astipulatur & nobis Hieronymus in Quæstionibus inquitens: Et quod apud Septuaginta sequitur: Ex germine filij mi, in Hebræo habet, De captiuitate filij mi ascendisti: ut ostenderet eum captiuos populos esse ducturum, & iuxta intelligentiam sacratiorem ascendisse Christum in altum, & captiuam duxisse captiuitatẽ: siue, quod melius puto, captiuitas passionem, ascensus resurrectionem signat. Hæc ille: Sequitur autem.

Hieron.

Requiescens accubuisti, ut leo: & quasi læna. quæ suscitabit eum?

Hac plane similitudine significatur Dauid, aliosq; reges Iuda regno suo cõretos, ut leones capta præda quiescerent in tranquillò, atque pacificos agere: neq; alienos terminos amplioris regni cupiditate inuadere: neque, nisi laceffitòs, belligerare. Conquiescere deniq; securos leonum more, de quibus in Prouerbis Salomon inquit: Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Etenim nulli unquam Dauid regem laceffitauerunt, nisi suo ipsorum malo. Testes sunt Amalechitæ, ac Ægyptij, qui urbem Siceleth vastauerunt sed non impune. Siquidem è vestigio ab eisdem percussis, fuis, & occisis omnem prædã excussit. testes & Ammonitæ, qui violatis eius legatis ei bellum inferre ausi sunt, quos fugatosque intra urbis suæ mœnia primum compulsi: dein totã eisdem occisis captisq; ciuitatẽ euerit. Quas insignes victorias

Prou. 30.



mēte prouidens Iacob exclamauit, Quis fuscitabit eum? Id est: Quis eum ad pugnam lacessere audebit, qui nō statim grauiſſimas ſuæ temeritatis pœnas luat? Myſticus eſt hic locus, & ad Chriſtum attinet, qui & in crucē aſcendit, vt debellaret aërias poteſtates, & principatus: & in ſepulchro triduo requieuit. Et quis fuscitabit eum? Ipſe enim eſt qui dicit, Potēſtatem habeo ponere animā meā: & potēſtatem habeo iterum recipere eam. Quod ſi quis ambigat, & ſcire velit quouſq; regnū Iuda ſit permanſurum, continuo Propheta reſponderet, illud dumtaxat eſſe duraturum ad Meſſiæ uſque aduētum, nec Iudaicā ulterius eſſe permāſurā potēſtatē. Dicit em̄. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore ei⁹, donec veniat qui mittendus eſt.

Etenim ſceptrum ſeu virgā hoc in loco regnum, & imperium ſignificare tam Hebræi, quā Chriſtiani tradunt: quod & Septuaginta clari⁹ expreſſerūt, ἡ ἀρχὴ ἐξ ἰουδα: non ceſſabit princeps ex Iuda. nec dux de femore eius, licet in Hebræo ſit, Nec præceptor, ſiue ſcriba de medio pedum eius: reſtiſſime tamen tam Septuaginta, quā Hieronymus interpretati ſunt. Nam cum hæc duo imperandi ſcilicet facultas, & legū condendarum potēſtas ad regiam dignitatē pertineant conuenientiſſime, ſiue decretorum præceptor, ſiue conſtitutionum ſcriba, dux eſt interpretatus: quia præcepta dare, ſtata ſancire, legesq; cōdere principum eſt, & eorum qui in re publica ſummum magiſtratū gerunt. Quod uero ait, De medio pedū eius, ego quoq; vt quidā ait, locutionem Hebraicam eſſe puto, quā non pedes ipſos intelligimus, ſed aduerbij vice ſumitur, pro eo quod eſt, De medio eius, & quaſi ex domo eius, atque ſtirpe, quod ſignificantius expreſſit Hieronymus interpretatus, Ex femore eius. Porro maximam difficultatem cunctis huius loci tractatoribus affert id, quod ſtatim additur, Donec veniat ἡ ἰουδα. Siloh. Super qua voce, quā multa, quāq; varia, cū ab Hebræis, tum à Chriſtianiſ autoribus referantur, qui noſſe uelit is adeat doctiſſimū Abulenſem epiſcopum cognomento Toſtadum, qui illa omnia locupletiffime enarrat. Nos autem breuitati conſulentes, ne lectori faſtidio ſimus, vnam aut alteram huic loco expoſitionem apponemus. Illud in primis adſcribētes, quod Auguſtinus Steuchus merito ad

Ioan. 10.

Toſtadus

notauit. Primò, inquit, vbi nunc Hebræice habetur ἡ ἰουδα Siloh, adducor facile, vt credam tempeſtate Hieronymi ſcriptum fuiſſe ἡ ἰουδα Silah aut ἡ ἰουδα Silach aut ſaliah: vt loco he ἡ fuerit ſuppoſitum cheth, ἡ, quæ literæ maximam habent affinitatem. Eaq; vox, ſi eo modo ſcribatur ſignificat miſſum, ſicut & in Euangelio Ioannis ſcriptum eſt, Vade ad natatoria Siloah, quod interpretatur miſſus. & apud Eſaiam legimus aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio. Exiſtimo igitur hūc locum corrupiſſe Iudæos, vt pleraq; alia ab eis eſſe deprauata comperimus. Quod ergo clare de Meſſia diceretur, & ad religionē Chriſtianam penitus tenderet, per vnius literæ imutationem ipſi ad neſcio quid aliud transferre conati ſunt. Huiusq; deprauationis, vel id eſt maximum teſtimonium, quod neq; ex Sacris conſtat literis quicquam de eo, quod illi commenti ſunt, ſcilicet, Scilo vel Silo: neque ipſi quicquam habent certi de eo profetere: multaq; multorum citantur ab Auenezra ſuper ea voce opinionones, quas non licuit producere, quod videremus rem non magis momenti eſſe: ſed magis vexatur ſpiritus. Ad ipſam potius rem ueniendum eſt. Dimiſſis ergo omnibus fabulis, & deliramentis Hebræorum, & extortis expoſitionibus, clarum eſſe cognoſcimus, de Meſſia hunc locum eſſe intelligendū adiuuante nos editione Chaldaica, quæ ſolet eſſe tanquam Aſylum Hebræis, vbi aliquid obſcurum & ſenticoſum occurrit. Quæ ſi quid in Diuinis libris propter prophetiam aut ſermonem Hebraicū minus clarum dictum fuerit apertiffimè explicat. Ea itaque hoc loco habet, Donec veniat Meſſias. mutauitq; Scilo in Meſſiam. Rabbi quoque Salomon exponens, Donec veniat Scilo, ſic ait ἡ ἰουδα ἡ ἰουδα ἡ ἰουδα hoc eſt: Donec veniat ille Meſſias, quia regnum eius eſt. Omnes quidē reges Iſrael Meſſiæ vocabantur: ſed vnus κατ' ἐξοχὴν Meſſias nihilo addito vocabatur. Credo igitur etiam ipſum Chaldæum interpretem legiſſe in cōtextu Hebraico, Saliach, id eſt, miſſum: non Scilo, ſicut & Hieronymus. Eamq; vocē mutauit in alteram eiufdem formæ, ſcilicet Meſſias. Vnum hoc igitur cōvincere poterat pertinaciſſimos Iudæos: qui, vt ſuos errores tueantur, non ceſſant quotidie ad ſua mala placita diuinas literas torquere. Is ergo locus tam ſecundum Hieronymum, quā Chaldaicam additionem de ſolo Meſſia debet intelligi. Et quod dixi de permuratione literarum he ἡ

Ioan. 9.

Eſai. 8.

in

in chet ἡ adeo mihiſit probabile, vt penitus in ea ſim opiniōe. Inuenio enim in libris Hebræorum Meſſiam appellari Saliach, id eſt, miſſum vel miſſionem. Miſſus eſt enim Ieſus Chriſtus à patre, vt nos à funeſta morte liberaret, quā per peccatum Adæ omne genus humanum contraxerat. Quod autē Septuaginta hunc locum verterunt ἐως ἐὰν ἔλθῃ ὁ ἀποκρίται (ſic enim legendum eſt, non vt habet impreſſio) nō ſaris aſſequor, vnde pro uenerit, cūm præſertim nihil eorum habeatur in contextu Hebraico. Niſi forte diuiſim legerint nomen Scilo: ſci, vel, ſi: id eſt, Quod: & lo, id eſt, Ei. vt totum ſit hoc modo legendum, Donec veniat, quod ei, aut cuius eſt, quod illi verterunt ὁ ἀποκρίται. eritq; ſenſus: Donec veniat ille, cui regnum illud perēne repositum, paratumq; eſt, ſcilicet Meſſias atque ita exponunt Græci & Hebræorū nōnulli. Sed & in Midras Agadai expoſitū eſt, Silo, pro Sai lo, id eſt, munus illi. Quod quidē munus eſſet Meſſiæ, tanquam regi deferendum, ſicut in Pſalmo canitur, Afferentur regi munera. Verū tamen illud mihi valde placet, quod exponit rabbi Daud Siloh, id eſt, filius eius. he, ἡ, vice, vau. poſito. Et eſt, ait ille, prophetia de Meſſiæ, à ſil, id eſt, fili⁹; quæ vox habet quandam cognationem cum dictione Siliach, quæ ſignificat ſecūdinās, id eſt, membranā illam, qua partus obuolutus vtero prodit: ſicut in Deuteronomio legimus: ἡ ἰουδα ἡ ἰουδα ἡ ἰουδα in ſecūdinās tuas, quæ egrediuntur è loco, qui inter pedes eius, pro eo quod eſt, è medio eius. medius eſt em̄ feminum locus, de quo factus eſt uditur. Ideo & Hieronymus ibidem recte vertit, Et illuue ſecundinarum, quæ egrediuntur de medio feminū eius. Et poſſibile eſt, inquit Rabbi Daud, quod per ſecundinas filios paruos, ac ſi eſſent in ſecundinis Scriptura intellexerit. Vnde & pro ſecundinis Targum habet, In paruulum filium ſuum. Ergo Silah, id eſt, ſecundinis Silo recte ſignificat filium, quatenus membrana inuolutus è muliere nascitur. Quæ quidem denominatio, licet ſordidior alicui fortassis videatur, non tamen myſterio vacat. Per illam namq; innuebatur, haud fuiſſe venturum in mundum Meſſiam virili ætate perfectum, & iam ſtaturatum, qualē quantumq; Deus primum hominē formauit: ſed tenerum infantulum è muliere ſola abſq; virili ſemine conceptum. Quod etiam facit ad elidendam illam hæreſim, quæ tradidit, Chriſtum nō ex muliere, ſed per mulierem in mū

Pſal. 44.

Deut. 28

Hieron.

dum prodijſſe. Quod diuinus Paulus reprobat in epiſtola ad Galatas ſcribens, At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filiū ſuū factum ex muliere. non Per mulierem dixit, ne occaſionem inueniant, qui per virginem aſſerunt, tanquam per canale aliquod Dominum proceſſiſſe in mundum, id falſo omnino exiſtimantes: ſed ex muliere, hoc eſt, ex ipſius mulieris ſubſtantia corpus accipientem, virginali ſuū fructū prodijſſe tradit. Quod ſi quis occurrat prædictis, quod occiſo Sedechia rege, populoq; ei⁹ in Babylonem ducto ſceptrum Iuda fuit ablatum animaduertat, quod licet regnum, principatusq; Iuda tunc fuerit interpollatum, non tamen fuit penitus ablatum. Namq; ſub Zorobabel reſtitutum fuiſſe conſtat, qui fuit Iudæorū princeps ex tribu Iuda, quem in eodem principatu ſecuti fuerunt Machabæi: qui, quāuis eſſēt Leuitici ſacerdotes, materno tamen genere de Iuda deſcendebāt. Ex quibus Ioānes Hircanus Simonis Machabæi filius capiti ſuo regiam coronam impoſuit: poſt quem regnauit Ariſtobulus, deinde Ioannes. Poſtea Antigonus, ſubinde alter Ioannes, poſt quē Herodes Idumæus proſus alienus à genere Iuda. Ablato denique de Iuda regno, & ad hominem Idumæum tranſlato, continuo Chriſtus in mundum aduenit, vt ex temporū diuinatione conſtat. Quare liquet apertiffimè Iudaici ſceptri ablationem, ducisq; ex Iuda ſtirpe defectum, ſignum eſſe euidentiffimum iam olim veniſſe Meſſiam, id eſt, Chriſtum Ieſum. Præclare Hieronymus. Tandem enim apud Iudæos ex ſemine Iudæ reges fuerunt, donec Chriſtus ex virgine naceretur: Primus enim in gente Iudæorum rex alienigena fuit Herodes, quando iam Chriſtus natus eſt. Qui ergo negat ueniſſe Chriſtū, oſtēdat regem de tribu Iuda in gente Iudæorum. Quærat merito aliquis, quomodo in aduentu ablatum eſt ſceptrum Iuda: cū de Meſſia prophetauerit Eſaias: Multiplicabitur ei⁹ imperium, & pacis non erit finis: Super ſolium David, & ſuper regnum eius ſedebit, vt conſeruet illud, & corroboret illud in iudicio, & iuſtitia à modo & uſq; in ſempiternū. Quærenti reſpondetur: Quod, quoniam cū Chriſtus uenit in mundum iam erat ablatum regnum Iuda, & ab alienigena occupatum, nō uenit Chriſtus vt in throno materiali David federet, nec vt illum in regno tēporali, quod ad ſtatum ueteris Legis pertinebat, iterū reſtitueret: ſed vt federet in folio ſpiritali, & Euangelicum regnum cōſtitueret ſecundum

Gala. 4.

Eſai. 9.

o 5 quod



quod accepit à Patre potestatem omnis carnis, & qua homo cōstitutus est dominus, & corporum & animarum: vt esset rex regū & dominus dominantū. Quod quidē regnū dominus Iesus Christus cruce, ac morte, tū voto expetita, tum re ipsa tolerata sibi promeruit. cuius possessionē per resurrectionē, qua si manu, cepit. & inde ius suū super omnia exercere cepit. sicut ipse dixit, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ex eo em̄ rēpore per Euangeliū regni æterni possidet sedem David, & ex parte regnat in domo Iacob. Complebitur vnde quaq; huius imperij status, & excellentia in secūdo Domini aduentu, cum ei omnino fuerint omnia subiecta, & tradiderit regnū Deo & patri vndique consummatū. Interim firmat solū David super veros Israelitas, in quibus dolus non est. & regnat in domo Iacob, quæ fidē eius suscepit, & aduersus omnem virtutē inimici summa potiūdi regni æterni expectatione instruta strenue luctatur, & alacriter ad eō pugnatur, vt nihil ei nocere possit. Quod em̄ est aliud eius in terris regnū, nisi domus eius, quæ est eius Ecclesia colūna & firmamentū veritatis, ex Iudæis & Gētibus in vnū Deū, vnū Christū, vnā fidē, & vnū baptisma vndiq; collecta? Nunquid est solū Deus Iudæorū? Nonne & gentium. Imo & Gentium, sicut scriptum est. Laudate eum Gētes cū plebe eius. Quare? Quia pro vobis patriarcha dixit.

Et ipse erit expectatio gētium.

Vnde hoc. Quia iam olim Abraham id promissum fuerat dicēte Deo. Et in semine tuo benedicentur omnes Gentes: Semen autem erat Christus, vt docuit admirandus Gentiū doctor. Gentes denique audito æterni regni Euangelio, lætabundæ fidei obediunt, in Christum crediderunt, in eo sperauerunt, eū dilexerunt, ei firmiter adhæserunt, conueniunt ad Euāgelicos proceres, & Christi sacris initiati, simulq; hinc inde ad Iesum confluentes in vnā Ecclesiam coactæ sunt, quæ est illius firmum atq; perenne regnum. Præclare Hieronymus. Nec dubitare quis poterat de multiplici saluatoris imperio, & pace eius quæ non habet finem, qui in Palmis legerit, Postula à me & dabo tibi Gentes hæreditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et rursus, & multitudo pacis donec auferatur luna: id est, vsq; ad consumationem sæculi. Principatus autem illius & imperium erit super solium & regnum David: quod post captiuitatem babilonicam fuerat dissipatum,

vt confirmet illud, & roboret, & doceat esse perpetuum, ne cassa Dei promissio videretur, ab incarnationis tempore vsq; in sempiternum. Hęc ille. Porro quod mox sequitur idem mysterium respicit.

Ligans ad vineam pullum suū, & ad vitem ò fili mi asinā suā.

Ad solum enim Christum hoc referri potest. Nam quod dicit, Fili mi, apostrophem ad Iudam sibi præsentem facit, docens eū, q̄ Christus sit hæc oīa facturus. Sed priusquā explicemus, Hebraica sunt nobis ad verbū interpretanda: quia multū conferūt ad clariorem mysteriorū intelligentiam. Sic enim habent אָסִירִי לְבֶן אֶתְנָן עֵירָה וְלִשְׂרָאֵל בְּנֵי אֶתְנָן. Id est, Ligans ad vitem pullum suū, & ad palmitem electum ò fili mi, asinam suam. Hęc igitur methaphoricæ dicta ita plane sūt nobis elucidanda. Vineam imò vitis ipse Christus est accipiendus, qui de seipso dicit: Ego sum vitis vera, & pater me⁹ agricola est. Pullus asinæ indomitum gentium populum, qui Legis diuinæ iugum nunquam tulerat, euidenter adumbrat. Sorek, id est, pampinus elect⁹, apostolicus cœtus recte intelligitur. Ad apostolos enim dominus ait, Ego sum vitis vera, & vos palmites. Sunt & electi palmites. Nā & ad eosdem ipse dominus iterum inquit. Ego elegi vos de mundo, vt eatis & fructum afferatis. Asina demum Iudæorum plebem signat, quæ legis onere depressa Domino seruiat. Alligauit ergo sibi Christus, tanquam diuinæ vitis, spiritale quoddam vinum profertenti, quod humanas mentes spiritu sancto penitus inebriat, & non improbe capit, captasq; suauitate sua tenet populum gentilem, quando illum sibi fide subiecit, spe coniunxit, & charitatis vinculo firmiter adstrinxit. Et quidem non inuitum, sed spontaneum, & appetentem, & penitentem, & Euangelio credentem eum populum sibi coagmētauit. Non enim ait, illum alligasse hunc populum ad robur aliquod, aut illicem, quæ durissima sunt ligna, vt coactum & renitentem detineret: sed ad vitem flexilem, & fragilem fructicem coniunctum sibi tam diu retineat, quā diu ille ab eo teneri voluerit. Sicut enim homini liberum est fide, spe & charitate Christo connecti: sic & liberum est, eidem cōneri perseverare. Nam vitis illa fragilitas ad liberum hominis arbitrium est referenda, nō ad ipsum Christum: qui adeo fortis est, vt nemo possit tollere de manu eius oues suas: nisi dumtaxat eas, quæ sponte sua ab illo discedere

re voluerunt. Ad palmitem autem electum, id est, apostolicum cœtum idem Christus Ecclesiam ex Iudæis ad se cōuersam ligauit. Ac perinde eā sibi per apostolos alligauit. Nam apostoli Iudæos ante alios prædicationi Euāgelicæ credentes, Christo connectebant: donec ob illorū pertinaciā ad gentiū vocacionem conuersi per terrarum orbē dispergerentur. Iā nunc perpende dilecte, sacrata, tā pulli, quā asinæ inter se discrimina. Populus nēpe gentilis, qui nunquā Deo seruiat, velut abiq; vllō medio domino Iesu, tanquā viti alligatur. Plebs autem Iudæica, quæ sub Lege Christo coniuncta fuerat, per cœtum apostolicū tanquā per palmitem de fide in fidē eidē viti annectitur, dū per illos à fide, quam de Christo implicitā habebant, in explicatā promouentur. At tamen post prima illa illustria catholice Ecclesie exordia, repellentibus Dei regnū Iudæis, & persequentibus apostolos, qui eos Christo colligare conabantur, iure suo prædicatores Euangelici conuersi ad vocandas gentes, & ad gratiam Christi suscipiendam inuitandas earum multitudinē Ecclesiam Christi locupletauerunt. Hoc enim moliti sunt Petrus & Philippus, qui inter apostolos primi gentes ad Christum traxerunt. alter quidem Cornelium centurionem cum omni domo sua, alter verò Samaritas. Idē & Christus manifeste significauit, cum summa gloria illustris Hierosolyma ingressurus sedit super asinam & pullum: vt ex vtroq; populo selectissimos palmites in vnam vineam confereret: quæ botros bonorum operū fecundissimos, fructusq; Deo acceptissimos abunde proferret. Deniq; operæpretium esse arbitror his apponere egregia diui Chrysostomi verba, quæ huic loco ampliorē quendā splendorem afferant. Ligans, inquit, ad vitem asinam suam, & ad palmitem filiū asinæ suæ. Per pullum iterum, ait, gentiū significat adductionem. Nam quia asinus immundū erat animal, propterea dicit, Illæ immundæ gentes cum tanta facilitate adducuntur, quasi quis ad palmitem vitis asinum alligeret: simul insinuans & potestatis excellentiam, & gētium obedientiam. magnæ enim mansuetudinis est, quod asinus sustinet se ad palmitem vitis alligari: viti autem doctrinam suam comparat. Ego enim, inquit, sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Palmites autē vocauit teneritadinem præceptorum, & facilitatem legis ferendæ: & iam præsignat gentes magis credulas fore, quā Iudæos. Quærenti autē, vnde habuit Messias, vt vocatos sanctos, tam

ex Iudæis, quā ex Græcis, & libero fidei affectu, & fideli charitatis vinculo ita sibi ipsi connecteret, vt adhærentes Deo fierent vn⁹ spiritus cum eo, & eius filij, fratresq; Christi: ac perinde hæredes Dei coheredes autem Christi, sequentibus satisfacit abunde.

Lauabit in vino stolā suā, & in sanguine vix pallium suum.

Paucis verbis, & crucis merita, & corporis, & sanguinis Domini sacramenta insinuauit. Stolam quippe vocat Christi carnem: quæ fuit, veluti quædam latentis in se diuinitatis vestis, qua indutus est, & Habitu inuētus est vt homo. Bona valde stola caro Christi, quæ omnium peccata operuit, omnium delicta suscepit, omniumq; texit errores. Bona demū stola, quæ vniuersos, quos primus homo nudauerat, à vertice ad talos induit. Quid vinum? Nonne Spiritus sancti alacritatem in Christo designat? Quo, velut feruenti musto dominus Iesus inebriatus calicem passionis ardentem ebibit. Lauit itaq; stolam suam vino, qui amarissimæ crucis pharmaco totus affersus abluuit carnem suam: non vtiq; ab aliis quibus peccatorum suorū maculis, quas nulas habebat, Qui peccatum non fecerat. A quibus ergo carnem suam absterisit? Nimirū à passibilitatis maculis, à mortalitatis labe. has enim carnis infirmitates merito calicis, quem in cruce bibit, ab stola sua abstulit: eaque immortalē & impassibilem reddidit. Quid? quod nec solam carnem suam immenso Spiritus sancti amore ebrius effuso crucis poculo abluuit: sed etiā lauit in sanguine vix vestimentum suum? Ecqua est alia vix, quā Christus, quatenus homo? De illo enim in Cant. i. Botrus cyprici dilectus meus mihi. Et quid per vestimentum, nisi Ecclesia Christi designatur? Vnde apud Ezechielem, Viuo ego, dicit Dominus: nisi omnes eos in duā sicut vestimentum. Et in Apocalypsi Ioānes vidit in medio septem candelaborū aureorum similem filio hominis vestitū podere. Et quæ est illa poderis? Nempe non alia, quā Ecclesia Christi, qua vestitur Christus veluti talari quadam tunica. quoniam eius Ecclesia ad finē vsq; mundi duratura est. Igitur quando Christus, sicut vix electissima, botrusq; gratiarum plenissimus in torculari crucis depressus, expressum totum sanguinem suum effudit: & Spiritum sanctum dedit: tunc vestimentum suum, id est, Ecclesiam suam lauit, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi Ecclesiam gloriosam, nō habentem

Matt. 28.

Rom. 3.

Supr. 22.

Hieron.

Psal. 2.

Esa. 9.

Ioan. 15.

Ibidem.

Chrysol.

Ioan. 15.

Cant. i.

Ezec. 18.

Apoc. 11.

Ephes. 5.

*Ambros.* benem maculam, aut rugam. Præclare Ambrosius. Non enim Christus sanguine proprio sua peccata, quæ non erant: sed nostra quæ fecimus delicta mundauit. Et bene uerba dixit: quia, sicut uua, pependit in ligno. Ipse est uitis, ipse est uua. uitis ligno adhærens. uua, quia læcea militis apertum latus emisit aquam, & sanguinem. sic enim dixit Ioannes: Quia exiuit de eo aqua & sanguis: aqua ad lauacrum, sanguis ad pretium. aqua nos abluuit. sanguis redemit. Hanc quoque munditiam tanto pretio comparatam fideles per Christum lotos maxime seruandam plurimum commendat beatus apostolus: tum illo ex Lege sumpto præcepto, Sancti eritis quoniam ego sanctus sum: tum summo huius lauacri pretio, ac ineffabili dignitate suadens, Et si patrem, inquit, inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat, secundum uniuersum: opus in timore incolatus vestri tempore conuersamini, scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento, redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine, quasi agni incotaminati, & immaculati Christi. Denique lota fuit Christi caro ab assumptis infirmitatibus ineffabili salutis crucis merito. lota fuit & eodem lauacro ipsius Ecclesia. collecta ex illis, Qui lauerunt stolas suas in sanguine agni. Cæterum uide, quantum ablatarum stolarum discrimen beatus euangelista expressit, quando de Domino in monte transfigurato dixit, Resplenduit facies eius, sicut sol. uerba autem eius facta sunt alba, sicut nix. Quantum ergo solis fulgor niuis alborē superat: ita stola Christi splendens, aliorum sanctorum candore excellit. Attamen quicumque lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni, tanto spiritalis munditiæ nitore clarent, rutilant atque fulgent: ut & pulcherrimi oculi & candidissimi Christi dentes esse dicantur. Nam sequitur. Pulchriores oculi eius uino. Dentes eius lacte candidiores.

*Ioan. 8.* Oculi enim Christi fuit Abraham, quando uidit diem Domini: uidit & gauisus est. Oculi enim Christi fuit Esaias, quando uidit Dominum sedentem super solium excelsum, & quæ plena erat domus à maiestate eius. Oculi fuerunt & prophetæ reliqui. Nam & Zacharias uidit septem oculos in lapide uino, nempe Christo: qui sunt septem spiritus missi in omnem terram. Sed & oculi fuerunt apostoli seu superioribus multo clariore, & ad uidentia Christi mysteria multo acutiore. eo-

rum enim oculos præ alijs ipse Christus beatificatus dicens, Beati oculi qui uident quæ uos uideris. amen dico uobis, quod multi reges & prophetæ uoluerunt uidere, quæ uos uideris, & non uiderunt. Quare constat oculos Christi præcipuos apostolos esse, & Euangelistas, aliosque Ecclesiasticos doctores, qui scientiæ lumen, & intelligentiæ claritatem uniuersis Ecclesiastici corporis membris diuinitus præstant. Qui nimirum oculi uino pulchriores esse traduntur, probanturque, quia apostolicæ doctrinæ uini ueteris austeritatem, id est, uapidam præscæ legis traditiones corrigunt, easque gratiæ nouæ dulcedine, aut illustrant, aut antiquant. Etenim Euangelica præcepta longe clariora sunt, multoque castigatiora atque tolerabiliora, quam illa ueteris legis mandata: quæ caligine sua, atque licetia, & grauitate, magna ex parte homines magis perstringebant, quam illuminabant: remittebant, quæ continebant: præmebant, quam alleuabant. de quorum singulis non est nunc differendi locus. Quamuis & dentium Christi inter se discrimen non nihil supra dictam, oculorum differentiam amplius manifestet. Nam, obsecro, qui alij dentes Christi sunt accipiendi, quam prophetæ, & apostoli? Næque prophetæ hordeaceum panem, id est, Christum sub Legis cortice latentem olim Dei populo partiebantur. Apostoli autem triticeum panem sub iucundissimæ Euangelicæ gratiæ suauitate Christo credentibus impertiuntur. illi doctrinæ panem imperfectis, Nihil etenim ad perfectum adduxit Lex. hi uero perfectis, id est, Euangelica luce adimpletis eodem diuinæ doctrinæ panem, sed iam ipsius Christi manibus confectum, fractum & distributum porrigunt. Dentes igitur Christi sancti sunt ueræ pietatis doctores tam prophetæ, quam apostoli & Ecclesiastici doctores, lacte candidiores, quos nulla peccatorum labes offuscat. Denique omnes Euangelicæ gratiæ prædicatores dentes Christi sunt habendi: quippe qui paruulis petentibus, spiritalis uitæ panem porrigunt: qui homines ab erroribus, ueluti quadam spiritus ferra, abscindunt, & ad ueritatem reuocant, eosque, quasi dentibus comminendo, mandendoque vorant, & in Christi corpus transferunt: ut bene digesti ac deputati illius membra fiant. Postremo lactis nomine legis doctrina signatur, quæ carnalem illum populum, tanquam paruulum, nec dum ualentem, solidiora spiritus opera mandere, lactis alebat ueteritudine. Et quidem candida erat illa doctrina, quia lex sancta

sancta & mandatum sanctum: sed illius lactis candore multo candidiores effecti sunt Ecclesiæ catholicæ doctores: qui fortem & solidum cibum & ipsi mandunt, & perfectioribus tribuunt. Ad hæc illud Legis ueteris lac temporarium quidem fuit. gratia uero Euangelij æterni per apostolicos dentes distributa perpetua manet. O mirificentissimi dentes apostoli, qui nobis conscientes sublimia atque robusta spiritus alimenta, tanquam sublimioris intelligentiæ adipe, & probarum actionum pinguedine, humanas mentes repleuerunt, earumque uiscera saginarunt. Quod si qui intra matris Ecclesiæ gremium adhuc paruuli sint, qui pro intellectu imbecillitate superiora illa documenta capere nequeunt, eos quasi modo genitos infantes lac concupiscere iubet apostolus. Tales erant illi, quibus apostolus ipse fatetur, quasi paruulis in Christo, se lac præbuisse non eis. Et in epistola ad Hebræos, quosdam reprehendit, quod imbecilles facti essent ad audiendum. Etenim, inquit, cum deberetis magistri esse propter tempus: rursus in indigentis ut doceamini, quæ sunt elementa exordij sermonum Dei: Et facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Quamobrem hic propheta uerè prædicat Christi dentes esse lacte candidiores. Omnes enim qui perfecti sunt in Christo: quique Scripturarum recondita mysteria, spiritalia alimenta inde eruunt, eaque explanantes subtili sensum & reconditiorem intellectum, qui spiritalis dicitur, ecclesiastico corpori subministrant: candidissimos, atque purissimos, & ab omni uitiore macula liberos esse decet: & iustitiæ candore nitentes. Sic enim fiet, ut habentes oculos clarissimo ueræ fidei lacte, ueluti diuina quadam luce illuminatos: & mentes illustri superioris cuiusdam intelligentiæ candore perfusus, quanto uita puritate præ cæteris nitent, tanto feruenti Spiritus sancti uino debriati charitate sint ardentiores, & ad bibendum Dominicum calicem promptiores: ut mortem pro Christo susceptam, non tamen sui extinctionem, quam ueteris hominis abolitionem, & in eum, qui secundum Deum creatus est, commutationem esse sorte sua gaudentes ore pleno testentur: alacriter illud Pauli replicantes, Quonia si copiamur, & coregnabimus. Iam uero super Zabulon in hunc modum hic patriarcha pronuntiat:

Zabulon in littore maris habitabit: & in statione nauium, pertingens usque ad Sydonem.

Describitur itaque Zabulon fors quod ad maris Mediterranei littora sita esset. & quod maritimi soli magna felicitas haberetur: esset quoque habitura benefidas nauium stationes. in portus ad quos naues medio ex alto recepte tutissime starent. & cum mare mediterraneum ab Occidente uersus terram Chananeam longissimo tractu porrigeretur: tradit tamen Zabulon funiculos pertingere ad Sydonem usque, insignem Phœnicis urbem, quæ ad Aquilonem uergit. Hanc autem urbem à Sidone filio Chanaan conditam fuisse, Iosephus tradit. Hanc prius Chananeæ & Phœnicis incoluerunt. deinde in Iudæa regionem concessit. Porro fortem Zabuloniam fuisse à domino Iesu nostro uisitandam, & aduentus eius illustratione nobilitandam, Esaias uaticinatus fuerat dicens: Primo tempore alleuata est terra Zabulon, & terra Neptalim. Mattheus quoque Euangelista scribit, Iesum secessisse in partes Tyri & Sydonis: ubi quædam mulieris Chananeæ à dæmone male vexatam mirifice curasse. Quod si quis iuxta spiritalem intelligentiam hanc sortem amplius percipere uelit, petat diuum Ambrosium, qui eam in libro de benedictionibus patriarcharum diligenter & copiose exponit. Nos interim ad Isachar accedamus. de quo ita scriptum est.

Isachar asinus fortis, accubans inter terminos: uidit requiem, quod esset bona: & terra, quæ optima: & supposuit humerum suum ad portandum: factusque est tributis seruiens.

Igitur Isachar asinus fortis dictus est, quia ad tolerandos agricolarios labores robustus erat. Termini autem, in quos Isacharius tenditur funiculus, sunt duo maria. alterum Mediterraneum: alterum Galileum. Vidit is requiem, quæ esset bona: quoniam animaduertit, & censeuit melius esse sibi intra fines suos manere, pingue terræ solum colendo, quam more Zabulon negotiando extra patrios fines per terras, tractusque maris sollicitum euagari. Hoc autem ita sibi faciendum decreuit: quia uidit, quod terra illa esset optima, id est, frugum feracissima: ac ideo supposuit humerum suum ad portandum agriculturæ onera, & ad conuen-

*Esa. 9.*

*Matt. 15.*

*Luc. 10.*

*Hebr. 7.*

*Roma. 8.*

hendum

hendum venales fructus ad maris vtriusque littora: quæ quantum mercibus abundare, tantum frumentis indigere solent. Hinc demum facta est tributis seruiens. libenter enim agricolæ, vt à militia vacent, ampliora principibus tributis pendunt. Hæc iuxta simplicem historiam. Enimvero non possum, velut ex abundanti non adscribere, quæ super hunc locum meus Hieronymus tradit dicens: Quia supra Zabulõ dixerat: quod maris magni esset littora possessurus, Sydonem quoque & reliquas Pœnicis vrbes contingeret. Nunc ad Mediterraneam prouinciam redit: & Isachar: quia iuxta Nèptalim pulcherrimam in Galilæa regionem possessurus est. benedictione sua habitorem facit. Asinum autem osseum vocat, & humerum ad portandum dedit: quia in labore terræ, & vehendis ad mare oneribus, quæ in suis finibus nascebatur, plurimum laboraret regibus quoque; tributa comportas. Aiunt Hebræi per metaphoram significari, quod Scripturas sacras die ac nocte meditans studium suum dederit ad laborandum; & ideo ei omnes tribus seruiunt, quasi magistro domina portantes. Hæc Hieronymus. At mirum iure videri potest, asinum animal in primis brutum transferri ad insinuandam tribum diuinæ legis studiosam, Ne mireris, o dilecte: quoniam huiusmodi translatio non est sumpta ab ingenij tarditate, sed à prona ad obediendum huius iumentum obedientia. A fello itaque vir studiosus comparatur propter proutam credendi Deo simplicitatem. Qui enim diuinam legem ad se sibi discendam, nullatenus illius mysteria ingenio suo metiri debet: sed sine vlla contentione portare simpliciter ea, quæ Spiritu sancto dictante ibi traduntur.

*Iacob. 1.* Id quod diuus Iacobus credituris Euangelio facere suadet dicens: In mansuetudine suscipite in situm verbum; quod potest saluare animas vestras. Accedit & ad huius metaphoræ congruentiam, hoc animal esse valde laboriosum, qualis debet esse celestis sapientiæ studiosus: vt continuis vigilijs, assiduis laboribus, perpetua cura, animoque indefesso in lege Domini semper meditetur: vt defosso in altum acerrime considerationis aratro, de profunda Sanctarum scripturarum abyssu mirabilia in mediam lucem mysteria depromat. Attamen modestiæ eius est, vt sic graue illud studendi onus suis viribus ferre nitatur: quod se tanto oneri ferendo imparem fateatur: iuger manamque; Sacris literis, ac pietate plenam intelligentiam primitus à Deo ipso expectat illo

*Psal. 118.* Psalmistæ versiculo: Illumina oculos meos,

& considerabo mirabilia de sege sua. Præterea asinus pro mole sui corporis offeusest magis, quam carneus: sic & qui diuinæ philosophiæ comparandæ studet, haud pingui carne, sed forti spiritu præditus esse debet: quia sapientia non inuenitur in terra suauiter uiuentium. Et rex Salomon prudenter cogitauit, abstinere semet à vino: vt animam suam transferret ad sapientiam. Denique, vt eleganter ait Hieronymus: Pinguis venter sensum tenuem non gignit. Habitat autem hic egregius celestium arcanorum perscrutator inter medios Legis ac Prophetarum. imò & Noui ac Veteris testamenti terminos, vt tanquam inter duo maxima maria ex altero in alterum fidei sacramenta transportans, veraciter dicat, Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum. Vidit & idem quicquid esset bonarum liberum, expeditiisque intellectuali contemplationi otium, molesto præpeditoque; inquietæ actionis negotio prætulit. Nec id mirum, qui cognouit terram illam esse optimam, in qua susceptum semen, quod est verbum Dei, ferre valer, tam suauem, quam pretiosum Fructum, alium trigessimum, alium sexagesimum, alium centesimum. Propterea factus est tributis seruiens, non modò vt immunis à militari tumultu expeditius multo sapientiæ studio vacaret: sed etiam, vt sapientia illa, quæ in orio percipitur, imbutus, alijs tribubus Israel doctrinæ tributum persolueret. Postremo firmantur omnia hæc eo, quod in Paralipomenis in recensione principum, qui ad regem David conuenerunt legimus: De filijs quoque Isachar viri eruditi, qui nouerant singula tempora ad præcipiendum, quid facere deberet Israel, principes ducit: omnis autem reliqua tribus eorum consiliu sequebatur. Cui quidem textui tale glossema adiacet. Doctores legis in tribu Isachar fuisse tradit, qui singula tempora ceremoniarum obseruanda docebant: & quid facere deberent, filijs Israel præscribebant. Hi denique Ecclesiæ sanctæ doctores significant, quorum præceptis subditi obtemperant. Post Isachar de Dan tale profert vaticinium:

**Dan iudicabit populum suum, sicut alia tribus in Israel.**

Hæc prophetia, pculdubio Sansonem respicit, qui viginti annis populum Dei vëdicauit & iudicauit. Sicut enim Iosue de tribu Ephraim: Othoniel de tribu Iuda: Aioth de tribu Manasse: & Gedeon ex eadem quoque tribu: & Thola ex tribu Isachar: Iair de tribu Manasse

nasse: Abesan de tribu Iuda: Abdon de tribu Zabulon, alius post alium iudicauerunt populum Israel, & ab hostibus suis illum vendicauerunt. Sic & Sanson regnum Israel viginti annos iudicauit, atque ab aduersarijs protegit. Qualiter autem in Philistæos pualuerit, eoque ceciderit, sequentibus docet dicens, Fiat Dan coluber in via, & cerasites in semita, mordens vngulas equi: vt cadat ascensor eius retro.

*Hieron.* De colubro quidem sic Hieronymus ad Præfidiu scribit. Coluber ad bibendum veniens in aqua venenum deponit: ne eum venenum aqua concretum occidat: nudum hominem timer: vestitum persequitur. caput tam è scilicet, ubi scit esse mortem suam. De ceraste autem sic tradit Plinius: Vulgatum est cerasstem corpore eminere, cornicula sæpe quadrigemina: quorum motu reliquo corpore occultato sollicitet ad se aues. Ad similitudinem itaque est Sanson non inepte colubro & cerasste. Nam quemadmodum coluber occulte, atque repente percutit: ita Sanson haud coruscantis gladij fulgore, quis esset declaratus, ex improviso aduersarios feriebat: & sicut coluber aurem, si venefico non obturet, facile incantatur: sic & Sanson, quia Dalilæ blanditijs auditum minime clausit, ab ea incantatus inuicti roboris sedem aperuit, simul & amisit. Deinde, quemadmodum serpens ignito flatu quæque; virentia adurit: sic & Sanson commisso vulpium caudis igne Thamnitarum fegetes combussit. Demum quomodo cerastes humi delitens transeuntem equum mordet, sauoque; veneno infectum adeo acriter stimulat, vt tandiu furibundus subsulter, donec equitem excutiat: sic & Sanson simulas se saltando defessum, inclinavit se super duas columnas, quibus totum Dagonis templum innitebatur: quas apprehensas, adeo fortiter concussit, vt tota domus subruens cunctorum Palestinorum principes, cæteramque; multitudinem, quæ ludis aderat, simul oppresserit: multoque plures interfecit moriens, quam viuis occiderat. Occurrat nobis aliquis, vt homicidij reum Sansonem agat. Sed autoritate diuina defenditur. Sicut enim Abraham non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. sic & Sanson excusatur, quod seipsum cum hostibus ruina domus oppres-

sit: quia spiritus Dei hoc iussit, qui per illum miracula faciebat, vt Augustinus in libro primo De ciuitate Dei luculente docet. Quod autem ad Deum conuersus Iacob exclamauit dicens:

**Salutare tuum expectabo Domine.**

Sic explicat metaphrastes Chaldaicus. Dixit pater noster Iacob: Non expecto salutare Gedeon filij Iohas, quæ est salus temporalis. neque salutare Sanson filij Manue, quæ est salus transitoria. sed expecto redemptionem Christi filij Dauid, qui venturus est ad accensendum sibi filios Israel: cuius redemptionem desiderat anima mea. Sed accedat firmissimum cum eruditissimæ, tum verissimæ veritatis columen diuus Hieronymus, qui hanc explanationem autoritate sua firmet, & dicendi copia illustret. Sanson, inquit, iudex Israel de tribu Dan fuit. Hoc ergo Iacob ad eum sermonem conuertens dicit. Nunc videns in spiritu comam nutrire Sanson Nazaræum tuum cæcis hostibus triumphare: quod in similitudinem colubri, regulique; obsidentis vias nullum per terram Israel transire permittat: sed etiam, si quis temerarius, virtute sua, quasi equi velocitate confusus, eam voluerit prædonis more populari: effugere non valebit. Totum autem per metaphoram serpentis, & equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazaræum tuum, quod & ipse propter meretricem mortuus est: & mores nostros occidit inimicos, putauit o Deus, ipsum esse Christum filium tuum. Verum, quia mortuus est, & non resurrexit, & rursum capitiuus ductus est Israel: altius mihi saluator mundi, & mei generis prestolandus est, vt veniat: cui repositum est, Et ipse erit expectatio gentium. Interim satis mihi fuerit ostendere hunc illum adamussum adumbrare, id quod Chry-

*Chrysof.* sostomus plene & eleganter explicat dicens, Sanson iter faciens leonem manibus enecat: & Dominus ac saluator noster per suscepti corporis sacramentum leonem diabolum extensis in cruce manibus interemit: Sanson de ore leonis fauam mellis abstraxit: Dominus de faucibus diaboli plebem suam, quæ sibi per viam facta est dulcis, eripuit. Sanson populum Israel debellatis hostibus, Dominus extinctis demonijs populum suum de morte perpetua liberauit. Sanson obsecratis portis clauditur in ciuitate: Dominus ob signato clauditur monumento. Nec mireris, quia corpus Domini propter diuinitatem sibi cõiunctam dominus dicitur. Audi dicentem angelum



*Matt. 28.* angelum ad mulieres de corpore Domini, Venite videte locum, ubi positus erat Dominus. Samson fractis teris, subtractisque portis securus euadit: Deus ruptis infernæ sedis obijcibus, apertoque sepulchro, recepto corpore à morte liber egreditur. Postremo Samson moriens, inimicos suos concussis ædificijs ruina comprimit: Dominus tunc cū mori dignatus est non vna domo sed omni mūdo concusso, diabolum cum suis angelis vniversis extinxit. Iam verò de tribu Gad ita breuiter enuntiat.

Gad accinctus preliabitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum.

Accincti nempe dicuntur prompti, & expediti, paratiq; vel ad pugnam, vel ad iter, vel ad aliquid aliud aggrediendum. sicut dicitur: Et sunt imparati, negligentes, ignari securi, atque tuti. Tribus itaque Gadena, cum sortè vltra Iordanem accepisset, cum Rubenitis, & cum dimidia tribu Manasse ad pugnam instructus ac expeditus præcessit omnem aliū populum Israel magnis vxorem & filiorum atque plurimæ varièq; supelletilis impedimentis onustum: vt tanquam quidam antesignanus exercitus obuios hostes propulset. At verò exactis quatuordecim annis citra Iordanem à Iosue belli duce dimissi vltra Iordanem domum reuersi iterum ad pugnam accincti fuere. Nam, vt diuus Hieronymus tradit, tribus Gad ante Rubenitas & dimidiam tribu Manasse ad filios, quos trans Iordanem in possessione dimiserat, post quatuordecim annos reuertēs prelium aduersus eos gentium vicinarum grande reperit, & victis hostibus fortiter dimicauit. Sed & iuxta propheticam intelligentiam, vt Isidorus tenet

*Isidorus.* Christus ante & retro preliatur contra Antichristum, antè quidem occulto humilitatis aduentu, retro autem manifestata postea maiestatis gloria. Quod mysterium Moses sua benedictione amplificans in Deuteronomio inquit: Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit: cepi q; brachiū, & verticem. Et vidit principatum suum. Christus enim in sepulchro quieuit: verticem excelsorū humiliavit: superborum elationem depressit: & ei datus est principatus, & honor, & regnum & potestas eius potestas æterna, quæ nō auferetur. De Aser autem sic denuntiat.

Aser pinguis panis eius præbe-

bit delicias regibus.

Aser interpretatur Beatus. beatus autem Latina lingua is dicitur, qui omnibus rebus ad vitæ vltimū abundat. Quia igitur Asera regio omnigenis frugibus abundat, pinguem panem possidere dicitur: & qui in ea fructus quidā selecti, inuentuq; irari nascebantur, regibus atque diuitibus delicias præbiturū prædicat. Enimvero iuxta altiore prophetiæ mentem Aser beatus, & beatificus Christus est, cuius sunt thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, cuius deliciæ sunt esse cum filiis hominum. Is enim est qui propter nos pauper effectus est, cum esset diues: vt nos diuites faceret. Is est, cuius panis pinguis factus est omnem in se delectamentum habēs. Et quis est hic panis, nisi sacratissima Iesu caro? Quæ est esca selectissima, optima, sanctissima, sanctorum gutturi suauissima, quam quisquis digne manducarit, viuet in æternum. Is est locupletissimus Aser, qui mirabiles diuinæ sapientiæ delicias præbet ijs regibus, qui suos ipsorum sensus bene regunt: qui summo opere cauent, ne in suis corporibus peccatum regnet: qui sic ea castigant, vt mentibus omnino subijciantur, & spiritui alacriter inserviunt. Etenim per beatos dixerim huiusmodi reges, qui cum Psalmista concinere valent: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Oper beatam iustorum Ecclesiam, quæ pinguiissimo spiritus Christi pane alitur: quæ regalibus delicijs fruitur: quæ celestibus suauitatibus repletur. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. quoniam confortauit feras portarum tuarū, & benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacē, & adipe frumenti faciat te. Quid de Neptalim?

Neptalim,

Inquit, Ceruus emissus: & dās eloquia pulchritudinis.

Alij huius benedictionis metaphoram ad Barach referunt, qui missus belli dux, velut formidolosus quidam ceruus timuit cum hostibus manum conferere, priusquam Deborah prophetissam comitem haberet, belloq; gerendo lociam. Eloquia verò pulchritudinis pertinere opinantur ad pulcherrimum canticum quod pro obtena victoria prophetissa cecinit: vt in Iudicum libro videre licet. Alij tradunt, fortem Neptalim appellari ceruum emissum propter temporaneas fruges.

Scriptura

Scriptura terræ celeritatem in maturandis frugibus acerui velocitate monstrante. ad quod etiam pulchritudinis eloquia referunt, propter decentissimas laudes, quæ pro oblati in templo præcocibus terræ fructibus à sacerdotibus Deo reddebatur. Sed melius est, vt cum Hieronymo ad doctrinam saluatoris cuncta referamus: quod ibi vel maxime docuerit: vt in Euangelio quoque scriptum est. Lucas enim de Domino sic narrat, Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam, Hoc enim dicto manifeste declaratur velocissima illius præceptoris, qui de coelo ad docendos mortales missus est, in annuntiando regnum Dei alacritas. quod tam pulchra diuinæ cuiusdam elocutionis elegancia prædicabat, vt omnes mirarentur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore illius. Ventum tandem est ad Ioseph, quem patriarcha, vtpote inter cæteros sibi charissimum lætius, latiusque multo celebrat. Nam & de prioribus illius rebus mentionem facit, & de futuris prophetat dicens.

Filius accrescens Ioseph, filius accrescens.

Superius scriptum est, Ioseph ab incremento nomen accepisse. Alludēs igitur Iacob nominis interpretationi semel atque iterum eū filium accrescentem vocat. Nec id ab re, sed eo, quod prius à seruili carcere ad splendidissimum totius Egypti principatum accreuerit. Deinde quod duobus filijs suis Ephraim & Manasse duas in Israel tribus constituerit, quod aliorum nulli fratrum contigit. Quod autem addidit.

Et decorus aspectu. filiæ discurrerunt per murum.

Ab admirabili totius, & oris, & corporis specie eum laudat. Adeo enim summam illam matris suæ pulchritudinem totus referebat, vt facile intuentium oculos ad se alliceret, & aspicientes se Egyptias virgines tanti decoris admiratione suspensas teneret. Filie enim discurrerunt per murum: non dubium, quin Egyptiæ sceminæ huc & illuc vagæ prope-rarint, vt admirabilem Ioseph virum, forma speciosissimum & regali cultu insignem, earumq; vitæ seruatorem aspicerent. Enimvero egregia illa forma nō fuit ei præsidio, quin à fratribus perinhumaniter distraheretur. Quin etiam alienæ libidini fomiti fuit, scilicet, vt ab impudica hera adamaretur, & ab spreta infami nota adureretur, & ab infenso

sibi hero in carcerem conijceretur? Ad heram enim, herumq; suum, & nonnullos domesticos ei inuidentes referri potest, quod sequitur.

Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula.

Illi enim omnes ipsum Ioseph tetro carcere amaricauerunt: eumq; grauissimis infamiæ spiculis vulnerauerunt: & odientes, & obiurgantes crudeliter excruciauerunt. Sunt qui putent, hæc omnia non minus apte ipsos Ioseph fratres attingere: quod toruis vultibus aspicientes eum affligerent: iurgiosis verbis confunderent: eique inuidentes viderent. Habuerunt denique acuminatissima odiorū iacula, quibus fratres fratrem, velut hostem, transfixerunt. Sed cur patriarcha iuuenem à corporali pulchritudine tā opere laudat? Nimirum, quia quanto maior alicui inest pulchritudo: tanto est in eo castitas commendatior, qui constanter procacium improbitati resistit. Id quod mirifice Ioseph præstitit: Namque,

Sedit in forti arcus eius: & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob.

Stetit, inquit, in forti arcus eius. quia, neque continentissimus sceminis blanditijs à castitatis proposito lapsus est: neque fratrum impietate pulsatus à pietate cecidit: neque iniquo carcere fractus declinauit ab ea confidentia, quā in fortissimo Deo collocarat. sed fraternis odijs amaricat⁹ incredibili in eos charitate dulcescebat. herili improbitate multo probior indies fiebat, & tetri carceris patientia fortior reddebatur. Talibus demum virtutibus auctus apud mundi dominum promeruit, vt omnia calamitatum incrementa in maxima expetendæ foelicitatis augmenta sibi verterentur. Et ideo dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob. Ergo iuxta variam interpretationem, vel intelligitur brachia Ioseph soluta à carceris catenis, vel quod roborata sint ob insignem ipsius animi fortitudinem, vel aureis ornamentis decorata, quando ille tradito sibi annulo regio super currum regis secundum vehebatur: & vicos, & vrbes insignis obibat. Denique quocunq; modo Hebraica

Hieron.

Luc. 4.

Psal. 83.

Psal. 147.

Iudi. 4.



braica interpretentur: proculdubio significatur, tantum bonum contigisse Ioseph per fortissimum Deum, qui patriarcham semper protegebat, cuius, ut familia foueretur, eius filium magnificavit. Notandum, quod hic pro Fortis, siue Potentis non ponitur nomen Dei  $\text{אל}$ , sed nomē  $\text{אביר}$  abir: quod nomē compositum est ex quatuor literis: ex quibus tres, aleph,  $\text{א}$ : beth,  $\text{ב}$ : res,  $\text{ר}$ , sūt de ipsius nominis substantia: quarta verò iod,  $\text{י}$ , est illis tribus addita, atque interiecta. Id quod notauimus propter mysterium, quod hoc Dei nomine insinuari videtur. Nā à tribus illis literis substantialibus apud Hebræos seruato diuinarum processionum ordine inchoantur tria beatissimę Trinitatis nomina. ab alpha enim incipitur,  $\text{אב}$ , id est, pater, à Beth,  $\text{ב}$ , ben-i. filius. à Res  $\text{ר}$ , ruahh, id est, spiritus. Iod,  $\text{י}$ , verò superadditum prima litera est nominis Iesu. Ergo  $\text{אביר}$  abir, vnum est nomē, quia vna est beatissimę Trinitatis essentia, & tria à tribus literis substantialibus nomina exordiantur: quia tres sunt in eadem essentia personę sibi inuicem con substantiales Pater Filius & Spiritus sanctus. Vnus autem ex illis tribus est Iesus, saluator vtiq; noster, idē Deus homo. Iod enim adiunctum literę beth, quę inter alias duas est media filium patris æterni designat, quā homo est. Siquidem solus Filius in illa beatissima Trinitate medius inter Patrem & Spiritum sanctum factus est homo: vt esset mediator Dei, & hominum. Hęc profectò multū faciūt ad sensum eorum, qui verba proxime sequentia:

Inde pastor egressus est lapis Israel,

Ad dominum Deum esse referenda opinantur. Ex Iacob enim stirpe natus est Christus pastor bonus, & lapis angularis, pascens veros Israelitas, eosque fulciēs, qui factus est in caput anguli, vt ex Iudæis & Gentibus vna domus Iacob, quę est Ecclesia Christi in eo constitueretur, & ab eodem pascere tur. Alij ad ipsum quoque Ioseph id referunt: quod à forti Deo Iacob fuerit à vinculis creptus: vt esset pastor domus Iacob eam extremę tempore famis alens. esset & lapis Israel fratres suos firmissimo præsidio protegens, & sustē tans inter Egyptios, qui Hebræos vehemēter oderant. Alij verò lōgius recedentes hęc eadem Ieroboan filio Nadab attribuūt, qui,

cūm esset è tribu Ephraim super decem tribus regnauit. ideoque dictus sit pastor (reges enim pastores dicuntur) idemque fuerit Israelitici populi firmamentum. Vnde Hieronymus sic inducit Iacob loquentem. O Ioseph fili mi, quoniam tu arcum tuum, & arma pugnandi posuisti in Deo, qui fortis est propugnator, & vincula tua, quib⁹ te fratres ligauerunt, ab ipso soluta sunt & dirupta: vt ex tuo semine tribus nascatur Ephraim, fortis & stabilis, & instar lapidis durioris inuicta, imperans quoque decem tribubus Israel, in quem sensum subiungere videtur.

Hierom.

Deus patris tui erit adiutor tuus.

Vt quemadmodum me patrem tuum adiuuit contra omnes aduersarios meos Esau, Laban, eiusq; filios, & Sychimitas, vt mihi nocere nequirent: ita te filium meum aduersus cunctos tibi contrarios adiuuabit, ne tibi officere possint. Nec tantum à malis inferēdis te tutabitur: sed

Et omnipotens benedicet tibi.

Vt, sicut omnipotens Deus naturę iura modo fouens, modo in mea commoda præteruertens me bonis omnibus locupletauit: sic & temet vniuersis rebus expetendis augebit.

Omnipotens, inquam, benedicet tibi benedictionibus cęli de super, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluę.

Hic namque appellatione superni cęli vniuersum conuentum superiorum elementorum, & cunctorum cęlorum, astrorumque omnium numerum complectitur: quorum benignus aspectus, & tam multiplex quàm efficax influxus, vim quandam veluti masculam habet ad efficiēdam terram multis, varijsque fructibus vberimam. Quę quidem cęlestis vis lumine, rore, pluuia imbuta in tellurem defertur, secundum quod Esaias inquit: Quomodo descendit imber, & nix de cęlo: & illuc ultra non reuertitur, sed terram inebriat, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Quādo igitur pluuia, calorq; cęlestis

Esai. 55.

cęlestis congruis, ordinatisque temporibus super humum deriuatur: tunc superna beneficentia fruges generat vberimas. Sed quoniam ad id præstandum, est etiam opus; vt ipsa terra permollita, & apta sit, præditaq; veluti fœminę quadam potentia ad excipiendam in sinu suo vim illam cęlestem, per quā semen commodum concipiat, fructusque eeu fœtus quosdam ædat, adiecit, Benedictionibus abyssi iacentis deorsum. est enim abyssus incompenetrabilis profunditas aquarum, quę Oceano circumfusa, totū terrarum orbem complectuntur: easque terras per occultos quosdam meatus penetrant, & petuadunt, & irrigant. Salomonis enim est illud, Omnia flumina intrant mare: & mare non redundat. ad locum enim suum, & vnde exierint, reuertuntur. His itaque aquis ab ipso mari telluri, & infusus, & perfusus, vel intrā ipsius viscera, velut perpetua quadam scaturigine procreatis, vel quod potissimum est, pluuia cęlestis demissa humectata, aratroque subacta cęlestem illam vim sic excipit, vt inde germina visu pulchra, gustu suauia, visu percommoda largiter proferat. Porro iustratis, tanquam per rectam quandam lineam super nis, infernisq; corporibus mirabilis patriarcha, velut ad quadam fertilitatis latera fœcundarum benedictionum copiam dilatadijciens,

Eccl. 1.

Benedictionibus vberū & vuluę.

Hoc est, posteris dabit vim gignendi filios plurimos & lac eisdem nutriendis copiosum. Nam vuluę nomine matricem fœtui concipiēdo aptam, & idoneam signat: sicut per vbera copiam lactis, quo tenera infantia nutritur, manifestò insinuat. vtrūque autem sub vna clausula coniunxit: quia frustra fœtus conciperetur, nisi quandiu manet intra matris vterum cognatum sibi alimentum haberet & si mox æditus lactis digestu perfacilis dulcedine non exciperetur, donec pro alijs, atque alijs ætatem incrementis solidioribus cibis vti valeat. Denique hunc esse germanum huius loci sensum Oseas propheta nos aperte docet, cū pronuntiat, posteros Ioseph sub lege Domino seruientes fuisse filijs multiplicatos. eosdemque ad idololatriā dilapsos illa liberorum abundantia priuatos fuisse. Ephraim, inquit, quasi auis auolauit: gloria eorum à partu, & ab vberē, & à conceptu. Quia, & si nutrierunt filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus. Sed

Ose. 9.

& vā eis cū recessero ab eis, Ephraim, vt videt. Tyrus erat fundata in pulchritudine. Et Ephraim educet ad interfectorē filios suos: da eis domine. Quid dabis eis? Da eis vuluā sine liberis, & vbera arenitā. Ex hoc loco, vt ait sacer Hieronymus, intelligimus, quod, si his quę Deus pro benedictione donauit, male abutamur, expedit, vt auferantur à nobis. Denique lingua data est ad laudandum dominum Deum, & quę bona sunt eloquēda. si quis ea abutatur in blasphemiam, contra hunc Psalmistā Dominum deprecatur, Multa fiant labia dolosa, quę loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & abusione. Et in alio loco: Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Postremò, ex hoc etiam loco illud quoque si quido exploratum habetur, quod sicut ex benedictione euenit tribum Ephraim fuisse sub Hierobōan regio scēptro exaltatam: sic constat illam propter idolatriā maledictione percussam, à lūm mo honore fuisse deicēā, captiuamque demum è patrio solo in Medos eiectam. Ex eo autem quod hęc quocunq; modo exposita, nonnulli ad ipsius Ioseph personam referunt, quod benedictus fuerit dies, in quo fuit conceptus: & terra, in qua natus: & venter, qui eum gestarit: & vbera quę sustulerit: videtur & Euāgelica illa mulier obstupenda domini nostri Iesu Christi doctrinā suspensa, & diuino quodam instinctu per eam, prædicanti acclasse, Beatus vter qui te porrauit & vbera quę suxisti. Nec id mirum. Siquidem in omnibus sanctis Ioseph saluatoris imaginem gessit. Quod si quærat bonus Ioseph à sancto patriarcha, vnde certum pater habeat, omnipotentem tam abū de filio suo benefacturum esse: ē vestigio respondet,

Hierom.

Psal. 30.

Psal. 113.

Rupertus

Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum.

Etenim inter multas huius loci explanationes, quas Nicolaus Burgensis, & noster Toftadus persequuntur, illam tantum pro instituto nostro nunc placuit adscribere, quam Rupertus monachus breuiter & eleganter his verbis conscripsit. Sic ea verba sunt accipiēda, vt dicat Iacob filio suo Ioseph, Benedictiones istę quibus ego Israel pater tuus te benedico, sic vtiq; confortatę sunt, vt nō dubium

hujum finem, vel incertum habeant effectum: quoniam priorum patriarcharum benedictionibus fulciuntur. Cæterum noueris, quod benedictionibus Abraham & Isaac per quos ad me patrem tuum, benedicendi ius & facultas ex Deo hæreditaria gratia manauit, tam diu benedictiones meæ fortes esse, tam diu consistere iussæ sunt, donec veniat desiderium collium æternorum: nempe Christus, qui est desiderabilis omnium iustorum expectatio. Colles autem æternos vocat p̄ficos illos patriarchas, & prophetas, & pios reges, & egregios quosdam iustos, qui constantissima quadam excelsæ mentis spe, opem Christi, redemptorem quæ expectabant. Solis enim sublimibus animis ad æternitatem beatæ vitæ cōsequendam, conspirantibus, & anhelantibus notus erat explicite, & aperte desideratissimus quadam tantus, cunctis gentibus Messias aduentus. Soli enim illi nouerant manifeste primaria, & præcipua, & secretiora illius mysteria. Quare ut cōfortata, ut veritatis firmamento subnixæ paternæ benedictiones.

**Frant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræi inter fratres eius.** Id ergo non solum prænuntio, sed etiã Deū deprecor: id quod certissime nobis continget, si precibus meis accesserint & merita tua, qui tanquam summus quidam princeps Ægyptijs nunc præfides: & veluti Nazareus à fratribus tuis separatus, in signi innocentia, æquissima modestia, absolutissima castitate claruisti. Et quidẽ hoc loco alluisse patriarcha videtur ad proxam comam, quam Ioseph habuit in tonsis quondam eius capillis, quos longa carceris custodia nutriuit: scilicet quia Nazareorum est, pro voto seruari erines: & hoc illi pro Nazareo, id est, consecrato recte imputari debet: quia p̄ castitate hoc passus est. Postremo, si plura in benedictionibus patriarcharum latent mysteria, si verissime Matthæus Euangelista tradit de Iesu Christo domino nostro, Quia Nazareus vocabitur: si de vno Iesu Dauid agebat, cum in Psalmo ad Deum Patrem dixit, Præuenisti enim in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso: iure suo diuus Ambrosius luculenter declaratur oratione ad Christum potius, quàm ad Ioseph vniuersa pertinere præconia, quæ in hac benedictione continentur. Sed iam transeamus ad Bëiamin filium doloris iuxta matris denominationem: & filium dexteræ secundum patris appellationem. Tribus enim Bë

iamin dolori fuit maximo matri, id est, synagogæ: quod in mani, nefariaque libidine Leuitæ vxorem extinxerit: fortitudini dedit pater, quod ea tribus fuerit pugnacissima. Quæ quidem iuxta matris dolorem, postquã fortiter vicit, calamitosissime victa fuit. De quo patriarcha dicit.

**Bëiamin lupus rapax, mane comedet prædam, vespere diuidet spolia.**

Pulchra metaphora. exercitus enim filiorum Bëiamin, veluti lupus rapax, rapida ferocitate in hostes irruerat. Etenim Benjaminica tribus in bello pro turpissimo flagitio ei illato primis duobus prelijs victrix quadraginta hostium millia cecidit: quæ tamẽ ultimo certamine tota hostili gladio fuit excisa, exceptis dumtaxat sexcētis viris, qui fuga salutis consuluerunt, sicut in Iudicum libro memoratum est. Alij autem hoc vaticinium ad regem Saulem referunt: qui quamuis in principio regni bellator fuit egregius, multasque prædas à Palestinis sæpe prelio victis abegerit: postremo tamen Deo minime parens, & innocentem Dauid persequens regnũ amittere commeruit: ut tandem in alias tribus diuideretur. Hieronymus Hebræis in hac parte non nihil consentiens ad Salomonis templum, quod in sorte Bëiamin situm erat, hoc vaticinium ab Hebræis referri tradit: quod mane victimas in illo offerebantur: & vespere sacerdotibus earum partes diuidebantur: sed ut idẽ autor asserit de apostolo Paulo mani festissima est prophetia, qui de tribu Bëiamin assumendus erat. Ipse enim Paulus de se ait: Nam & ego Israelita sum ex semine Abrahamæ, de tribu Benjamin. Hic itaque Benjamin lupus rapax merito fore prædicitur: quia Paulus violentus nascentis Ecclesiæ persecutor, mane comedit: quippe qui in suis primordijs, quoad poterat Ecclesiam Christi deuastabat in adolescentia enim Christum egregie persequatur, & in eius nomen blasphemus erat contumeliosus: quocunq; item inuenire poterat huius viæ viros victos ad sacerdotũ principes acerrimos Christiani nominis hostes ultimo supplicio puniendos perducebat. Enũvero vespere spolia diuisit: quoniam postea cœlesti luce perstrictus, diuino spiritu afflatus, ipsius domini Iesu præsentia territus, eiusdemq; voce monitus in Christianas partes tandem concessit: factusque doctor gëitum in fide, & veritate ad finẽ vltimũ

Iudi. 20.

Hieron.

Philip. 3. Rom. 11.

12

tæ suæ sacra eloquia ante reges & præfides, tanquam optima quædam spolia, mirifica distributione cunctis gentibus dispensauit: & maximus Euangelicæ doctrinæ elocutor in promouendo Christi regno plus omnibus laborauit illud Psalmistæ decãtans: Læabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iam verò quod Moyses digestis benedictionibus ipsos benedictos in summam colligit dicens,

**Et hi omnes in tribubus Israel duodecim,**

Hunc sensum facit: quod hi duodecim viri impræsentiarum benedicti sunt patres. principesque numero duodecim: de quibus singulis singulæ tribus Israel ortæ sunt denominatæ, ut sint duodecim tribus, duodecimq; earum sortes. Ab hac enim summa Leuitica tribus excluditur, quæ propriam sortem non accepit, quia Dominus fors eius fuit. Igitur, si tribus Israel compellatur à progenitore Iacob reperiuntur tantum duodecim à duodecim illius filijs denominatæ. Excluduntur enim ab hac supputatõe duo nepotes Ephraim & Manasse. Si autem eadem tribus à sortibus illis distributis denominentur, sic item sunt duodecim, haud computatis Ioseph & Leui, sed pro eisde suffectis Ephraim & Manasse. Itaque quocunq; te verras, siue ad generantis proprietatem, siue ad distributionis funiculos duodecim tantummodo tribus Israel esse traduntur: quæ tamen in Veteri testamento à duodecim sortibus prope semper enumerantur. Quæritur, cur patriarcha cunctos filios, tam ex ancillis, quàm de liberis natos æquali honore dignatus est: æqualibusq; sortibus hæredes constituit? Profecto: ut cõmunem & indifferentem fore cunctis Christo credentibus eius gratiã præsignaret. Christus enim dominus vniuersos, qui pœnitentes & Euangelio credentes sibi conciliatur, corporiq; suo coagmentantur, pari honore, & gloria dignatur. & quamuis alijs atque alijs diei temporibus laborarint, vnum præmiorum denarium omnes recipiunt. Non quod non sint alijs atque alijs pro meritorum varietate præmiorum gradus: siquidem Stella difert ab stella in claritate: sed quod ad eadem genere gratiam & gloriã omnes Christo credentes communiter admittunt. Non enim est apud illum personarum acceptio, ac perinde generis, sexusue discretio in eos, qui ad ipsum ea fide, quæ per dilectionem operatur

Psal. 118.

1. cori. 15.

penitus imbuti proxime accedunt: Quicunque enim inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Neque in ius & examen vocatur, sicut ne Iudæus, an Græcus: Barbarus, an Scythæ: seruus, an liber: masculus, an fœmina. quia p̄ oĩa & in omnibus est vnus & idem Christus, qui cū esset maxime liber seruilem formã induit, & pro libero, & pro seruo patri cœlesti seruitutem seruauit: ut vniuersis mortalibus æquale quidẽ genere, licet gradu diuersum, tum gratiæ tum gloriæ donum in discriminatim largiretur. Huc attinet quod per Iohannem Dominus promisit dicẽs: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. quo aperte docemur, nullis carnalis natiuitatis maculis hominem sic, aut obfusari, aut impediri: quin supernæ lucis radijs illustrari, atque spiritus Christi particeps esse possit. Nouerat & angelus filij Dei ortum ex Virgine cūctis nationibus, cunctis gentibus, cunctisq; populis salutem afferre: cum ille nato Domino, pastoribus dixit: Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quod natus est nobis hodie saluator: qui est Christus dominus in ciuitate David. Facit & ad hoc quod in Ioannis Apocalypsi, vbi duodecim tribus dinumerantur, Dan qui natus fuit filius Israel prætermittitur: & qui adoptatus fuit, Manasses in numerum assumitur. Ruben præterea qui filius Israel natus fuit, quamuis numero valde paruus, tamen alijs ibi tribubus annumeratur. At Ephraim in filium Israel adoptatus, quamlibet multiplex, extra numerum tamen ibidem relinquitur. Denique hæc tanta supputandi tribus Israel varietas, euidẽter comonstrat, quod ad consequendam eternæ vitæ hæreditatem, pro qua obtinenda in frontibus nostris Dei viui signaculo notamur: neque soli nati, neque soli adoptati filij Israel, id est, neque soli, qui ex Iudæis, neq; soli qui ex Gentibus, sed tam ex his, quàm ex illis ad cœleste regnum omnes illi communitur, & indiferece assumuntur, vel ab eo repelluntur, quos vel vera in Deum pietas approbauerit, vel impietas reprobandos fecerit. Hæc satis esse lectori minime refractario arbitror: quæ si acriori contentione tractanda sint, iusto indigeant tractatu. Iam redeamus ad id quod sequitur.

Ioelis. 2.

Luc. 2.

Apoca. 7.

**Hæc locutus est eis pater suus.**

Prædicens, videlicet eis, quæcunq; ipsis essent sæculis post futuris euentura. Dignum

*Chrysol.* certe, ut ait Chrysolomus: ut quis admiretur, & obstupescat, quomodo oculus spiritus omnia praevidens, filijs suis prae-nuntiaverit, quid unicuique euenturum sit, etiam post multum temporis. Quoniam autem congruas omnibus filijs benedictiones praesignavit.

Benedixitque;

Ait,

Singulis benedictionibus proprijs.

Etenim quidam tradunt, has benedictiones non esse alias à prophetis praedictionibus nunc enarratis: quamvis non tam deprecantis, quam praedictis forma, modoque enunciatæ fuerint. Putant & huic assertioni minime repugnare, quod patriarcha tribus filijs, Ruben, Simeon, & Levi maledixisse videtur, tanquam filijs per illam maledictis de praeteritis culpis castigatis, poenitentibus tamen atque correptis euenerit: ut maledictiones in illos directe, emendatis, in benedictionum gratiam conuerterentur. Id quod nemini videri debet absurdum, siquidem tribus Ruben & Simeon propriae sortes tributæ fuerint, & ipsi Levi ad honorem sacerdotalem promoti, Dominus fuerit optima fors. Subscribit & huic sententiæ diuus Ambrosius autor grauius, qui opus illud insigne, quod super his praedictionibus aedidit, de benedictionibus patriarcharum inscripsit. Caeterum sunt qui dicant, Oportuit tantum patriarcham æternorum bonorum meminisse, eademque filijs suis benedicendo exoptasse. Oportuit plane, quod & fecit. Nam sic temporaria expressit, ut sub illis æterna quoque τριτωνος insinuaerit. Lex enim spiritualis est. Nec dubium, quin pater ipse prophetans, filios suos monuerit ea, quæ dicebantur non modo carnaliter, sed etiam spiritaliter esse intelligenda: eisque viva voce tradidisse multa eorum, quæ ad Christum venturum iam tunc spectabant. Quis non credat patriarcham Abraham aperuisse filio suo, promissam sibi ab omnipotenti Deo in semine suo cunctarum gentium benedictionem? Et illud, quod ipsam consummatam æternæ felicitatis substantiam exprimit: Noli timere Abram: ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Quid Isaac? inuiditne reuelare Jacob filio suo eadem mysteria, quæ à patre suo perceperat? Absit. Quin potius putandum est, illum ea maxima Christi sacramenta in cruce morientis, & à mortuis resurgentis quæ seipso in sacrificium oblato præ-

signauerat, & expresserat, eidem filio suo Jacob manifestasse. Iam vero Jacob tacuit, & abscondit filijs quæ à patribus perceperat? Non utique, id unquam crediderim. Numquid non declarauit illis vidisse se Dominum in nixum scalæ? nonne docuit illos illum summa pietate colendum esse, per quem mortalibus aperienda esset ianua caelorum? Quam multa in hoc capite inseruit, quæ ad benedictiones spirituales, & æternam hereditatem pertinent? Huc utique illa omnia spectant, quod regnum Iuda ad Messiam usque aduentum esset duraturum: quod illo de medio sublato Euangelicum succederet regnum: quod is, qui mittendus erat, futurus esset expectatio gentium: quod morte sua gloriosam sacratissimi corporis resurrectionem sibi esset promeriturus: quod sanguine suo genus humanum redempturus: quod ecclesiam per apostolos sibi collecturus esset: quod illi beati discipuli Domini Spiritu sancto afflati mysteria cælestia mentis oculis intuentes, ea inferioribus Ecclesiæ catholicæ membris essent tradituri, Christoque credituros, pro cuiusque captu, vel faciliore doctrinæ lacte, vel solidiori sublimioris sapientiæ cibo roboraturi essent. Nunquid adhuc æternorum bonorum mentionem non hic percipis? ubi scriptum legis, Donec veniat desiderium collium æternorum? siue per montes æternos intelligas haud utique tres æternos Deos, sed tres vno in Deo personas æternas quæ ab æterno hæc æternitatis beatitudinem per vnum Christum hominibus communicare voluerit: siue per montes æternos intelligas spiritus illos cælestes æternæ beatitudinis iam olim participes: qui omnes eiusdem felicitatis homines fieri quoque participes maxime affectant. Siquidem omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Et denique per montes æternos intelligas patriarchas, & prophetas, pios reges, aliosque iustos, qui nondum acceptis repromissionibus toti in Christum venturum immenso desiderio propendebant. De his denique montibus Psalmista cecinit: *Psalm. 71.* Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Et idcirco turbati sunt omnes insipientes corde, qui sacramenta, in his mysticis sermonibus, vel expressa, vel insinuata aut percipere, aut scrutari noluerunt: & ideo comprehendere non potuerunt. O ter, quaterque beati illi, quibus Christus aperuit intellectum, ut intelligerent Scripturas. O quam diuino contigit artificio, quædam in prophetis sermonibus

monibus & spiritualia & æterna patenter explicata fuisse: ut ex eis ad reliqua sensu quodam spiritali & æterno intelligenda gradum facias: ut cum montibus illis æternis, qui hæc arcana diuino spiritu meditabantur ea percipias, & in periculis supernæ beneficentiæ laudes erumpere valeas cum diuino Paulo dicente: Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nobis in omni benedictione spiritali in caelestibus. Et quid aliud faciebant turbæ illæ, quæ dominum Iesum Hierosolymam contendentes præbant, & sequebantur, cum clamabant dicentes filio David: Benedictus, qui venit in nomine Domini, osanna in excelsis: nisi salutem æternam montibus illis excelsis patriarchis, dico, & prophetis promissam, ab eo, qui iam in nomine domini venerat, concordiam laudum diuinarum concentu, summisque votis postulare? Nec mireris, o dilecte, turbas illas tam sublimiter insonuisse. Iam enim prius à Ioanne Baptista, dein à domino Iesu, eiusque discipulis frequenter perceperant, appropinquasse regnum caelorum. Iam illi probatissimi acclamatores animaduuerterant, nouissima Messiam tempora venisse, regia potestate de domo Iuda sublata: iam denique spiritu Iesu docente nouerant, sine legis Christum esse, in iustitiam omni credenti. Sed de his hæcenus. Vocat enim nos aliud in his benedictionibus summo studio discutiendum: cur illud legale sacerdotium in illa gente sanctissimum, in his locupletissimis benedictionibus prætermisum sit. Nullam enim in eis Leuitici ministerij Iacob mentionem fecit. Responderit aliquis, & non inepte, patriarcham professum fuisse se annuntiatum ea, quæ euentura essent in nouissimis diebus, ad quos nec illud sacerdotium, nec Leuiticus ordo pertinet. Nos enim, qui sub Euangelio militamus sumus, in quos fines sæculorum deueniunt. Acute quoque Rupertus opinatur leuiticum ministerium hoc loco fuisse silentio prætermisum: quoniam sacerdotium Aaron minime fuit pro benedictione datum, sed pro benedictionis significatione concessum. Nam, quia Leuitæ in vitionem vituli laudabiliter arma corripuerunt pro tuendo veri Dei cultu pietissime concitati, iure optimo à Mose illis dictum est, Consecrasti manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio & fratre suo: ut detur vobis benedictio. Et quomodo satis congruenter legis sacrificia ad diuinas has benedictiones

nes pertinerent, quæ potius carne, quam spiritu consumebantur? Siquidem veteres illæ hostiæ taurorum & hircorum, vitulorum, & arietum non tam à Domino exactæ sunt, quam permissæ: ut populus ille carnalibus victimis deditus eas vero Deo potius, quam idolis sacrificaret: id quod propheta eidem populo exprobrantes passim testati sunt. Caeterum veterum sacerdotium, & totum syncerum, & spiritale in tribu Iuda Christo tributum fuit, & positum, canente David rege, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Id quod & in Iudæ benedictione, ut superius exposuimus, Iacob aperte celebrauit, quando de illo prædixit, Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vultus pallium suum. Est enim veri, atque vniuersi sacerdotis Christi officium sanguine suo poenitentium peccatorum maculas abluere: & ablutis vinum, quod bibentes Spiritu sancto inebriat, largiter præbere. Talibus demum benedictionibus patriarcha filios suos affectit: præcepitque eis dicens.

Ego congregor ad populum meum.

Hoc est, moriendo descendendo ad inferos, ubi felici spe expectabo illum, qui mittendus est, saluatorem, qui que erit gentium expectatio: quem illic & constanti & consolatoria fiducia cunctus iustorum populus, donec veniat, summis votis expectat.

Sepelite,

Ait,

Me cum patribus meis in spelunca duplici: quæ est in agro Ephron Ethæi contra Mambre in terra Chanaan: quam emit Abraham cum agro ab Ephron Ethæo in possessionem sepulchri.

Hoc sane præcepto Iacob certissimam futuræ resurrectionis spem præterdit, & de expectanda vita beata filios latenter instituit. Inanis enim esset tanta cura sepulchri, si nullus ad vitam humanis cadaveribus reditus esset. Querat aliquis, cur Iacob qui prius filium

Ioseph super sepultura sua adiurauerat, iterum alios filios eadem de re adiuret? Non utiq; id fecit, quasi Ioseph diligentia diffideret: sed ut ab omnibus filiis, ut pietatis ius exigebat, paternum funus curaretur: ne videretur ille filios alios in morte neglexisse, quos viuens paternam sollicitudine fouerat. prospexit quoq; pro uidus senex ei, quod in futurum accidere poterat, ut si forte Ioseph in plurimis maximisque tanti regni negotijs occupato Aegyptum egredi per Pharaonem minime liceret: alij filij expetitum sibi sepulturae officium patri suo vita defuncto diligenter praestarent. Oportuit demum illic sepeliri, quia ibidem patres eius conditi fuerant.

Ibi enim sepelierunt eum, scilicet Abraham, & Saram uxorem eius. ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua.

Jacob autem simul agens de parentum suorum sepultura commodè tertia persona utitur: quoniam, licet ipse patrem suum Isaac sepelierit, non tamen Rebecca matrem suam idem sepeliuit. Putatur enim ea mortuam fuisse, priusquam ille de Mesopotamia redisset.

Ibi & Lia condita iacet.

Si verum est quod Iocabeth in Aegypto ex Lia nata fuit, constat ex Aegypto Liae funus in speluncam duplicem deportatum fuisse: ut ibidem cum patriarchis conderetur illa Jacob vxor: ex cuius filij, scilicet Iudae stirpe natus Christus maxima Dei assertionem eisdem patriarchis promissus.

Finitisq; mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositusq; est ad populum suum.

Finitis, inquit, mandatis, quibus filios instruebat: nihil enim dubium, quin tantus patriarcha praeter propheticas benedictiones multis filios suos instituerit: dedit nimirum eis praecipua de praestandis probis moribus, de fide Pharaoni seruanda, de concordia cum omnibus Aegyptijs habenda, de fraternae charitate fouenda, de pace inuicem colenda, de gratia ipsius Ioseph perhibenda, de veri Dei cultu inter idololatras cautissime seruando, de meritis erga omnipotentem mundi conditorem

augendis, de amplissima spe in venturum saluatorem porrigenda, de vita aeterna ab illo expetenda. Huiusmodi tandem monitis expletis vir iustus collegit pedes suos super lectulum. Pendebant enim extra lectum ex quo confortauerat se, ut sederet. sedensq; Ioseph ad eum venientem exciperet: praesentibusq; omnibus filiis suis propheticas illas benedictiones, & salutaria monita ab spiritu aliam vitam iam iam meditantem profecta. Coelesti quadam sapientia, summaq; autoritate praerberet. Collegit itaq; pedes suos super lectum hoc est, planos & rectos fecit, & extendit, & quasi cum quadam voluptate, morte aggredere, obiit, simpliciter animam agens & tranquille, & quomodo vita eius antea requirebat. Sic placide atque secure vir iustus humanis concessit. iam tunc illud psalmi mente veritabat: In pace in idipsum dormiam, & requiescam: quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Merito namq; quilibet maxima tribuimur ei, qui summa in Christum fide fretus paulo ante dixerat, Salutare tuum expectabo Domine. Et appositus est ad populum suum. Ego quidem arbitror populum Iacob hoc loco vocari, non sicut postea dicitur populus Israel illorum congregatio, qui ab illo carnalem originem duxerint: sed coetum omnium iustorum, qui ab Adae usq; ad ipsius Iacob mortem praecesserant: quorum animae in eo loco proculdubio reponantur, quae postea inum Abraham apud Lucam Dominus appellauit. Ecquis non lucet clarius videt, quod cum hic de hoc patriarcha scriptum est, ad populum suum esse appositum, de immortalis ipsius anima sermo fiat nullatenus verò de corpore, quod nondum erat sepulturae traditum: sed multis postea diebus fuit in Chanaanam regionem reportatum, & in spelunca duplici sepultum. Denique confirmatur hoc idem eo, quod Abraham supra dictus est etiam appositus ad populum suum: quod ut ibi ostendimus nullo modo potest intelligi dictum de aliquibus in illa spelunca duplici sepultis: cum tunc temporis sola Sara vxor ipsius Abraham ibidem condita fuerit. Quare constat, mirabilem Mosem populum Abraham nuncupasse praecedentium sanctorum coetum. Sed qui iam ad calcem properamus Domino iubilantes ad quinquagesimum huius libri caput explicandum accedamus. Nam & hic numerus haud in Sacris literis parua mysteria continet.

Psalm. 4

Caput

Caput quinquagesimum.

Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris flens, & osculans eum.

Vide filij dilectionem, & ignitam charitatem erga patrem, post animae recessum supra faciem eius cecidit, & osculatus est. Etenim Ioseph, tanquam filius egregie inter fratres à patre dilectus, caeterisque meritis & pietate praestantior, in patris faciem irruit. Et quidem ipso ruendi verbo impotens quaedam filij in patre charitas declaratur. Accessit & ille, ut mortui oculos adhuc teneros ac flexiles, sicut Deus ipsi patriarchae praedixerat, manibus suis clauderet. Quod autem pius lachrymas effudit etiam cadauer & inutile corpus oppressis eius faciei labijs osculatus est, tenerimae dilectionis & vehementissimae indicia sunt certissima. Nec enim crediderim, haec tam effusa in defunctos charitatis officia à viris sanctis gentium more geri: sed instinctu quodam diuino, & futurae resurrectionis praesagio fieri. His factis, Ioseph, quae à patre mandata erant exequi curauit.

Præcepitq; seruis suis medicis, ut aromatibus condiret patrem.

Tria iuxta rerum naturam damna corpus humanum anima destitutum contrahit. Cito namque corrumpitur: fit sibi immobile: & vita destituitur. Cui tribus quoq; mederi solent. Primo aromaticis condimentis, ut diutius duret incorruptum: secundo deportatio in locum sepulturae destinatum: tertio sepulchrali intra humum defossione, ut terra eat in terram, vnde Adam assumptus est. Et pulchre secundum tria illa damna tres planctus super patriarcha vita defuncto in hoc capite describuntur: & tria remedia referuntur adhibita. Præcepit itaque Ioseph velut vir in domo regia maxime potens, seruis suis medicis, his videlicet qui artem condiendi cadauera norant, eaque quibusdam vnctionibus procurant, quos Hebraei proprio vocabulo רופאים ropheim. Graeci τραπεζας τραπεζας, Latini pollinctorum appellant: ut patris sui cadauer aromatibus condirent. Vocat autem aromata hoc loco quaedam vnguenta ex balsamo alijsq; pigmentis confecta: quibus cadauera illita, diuturno tempore seruantur incorrup-

ta. Maxime denique corpus Iacob tam longe deportandum aromatis condiri debuit: ne priusquam tumulo conderetur, corrumpere, atque feteret. Quod si tanta sollicitudine, atq; solertia cadauera procurantur, ne paucis diebus seruata penitus corrumpantur: quanti facienda est futurae resurrectionis spes, ubi iustorum corpora non modo prorsus incorrupta, sed gloriosa quoq; beataq; resurgent? Huc nempe tendit illa magnifica huius patriarchae de vltimis temporibus annuntiatio, huc gentium de Christo resurrectionis principio expectatio, huc ingens illud collium aeternorum desiderium: ex quibus vnus in primis excelsus, utpote qui raptus vsque ad tertium caelum vidit arcana, quae non licet homini loqui, confidenter eloquitur: Nostra autem conuersatio in caelis est. Vnde etiam saluatore expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae: configuratum corpori claritatis suae, secundum operationem virtutis suae, quia possit etiam subijcere sibi omnia. Sequitur,

Philip. 3

Quibus iussa explentibus.

De pollinctoribus fit sermo.

Transierunt quadraginta dies.

Cuius autem transierunt quadraginta dies sub cadaueris condimentis ostendit, subiungens.

Iste quippe mos erat cadauerum conditorum.

Traditur Aegyptios esse solitos primis nouè diebus à morte cadauer aqua lustrali aspergere experturos, vtrum anima penitus efflata esset, an sopita lateret. Ab hoc enim nouè die nouendiale sacrificium, quod mortuis solebat ab Ethnicis fieri nono die, vel à morte, vel à sepultura. De quo Linius: Nouendiale sacrum publice susceptum est. Dein his nouem diebus exactis, integris condimentis illud accuratius illinebant ad quinquagesimum vsque diem. Peractis autem quadraginta Aegyptiacae vnctionis diebus, subinde Hebraei alijs triginta proximis diebus more suo patriarchae corpus etiam curauerunt. Porro, ut Augustinus annotauit: Quadraginta

Augusti



dies sepulturæ, quos commemorat, forte significant aliquid pœnitentiæ, qua peccata sepeliuntur. Non enim frustra etiam quadraginta dies ieiuniorum sunt cõstituti: quibus Moses & Helias & ipse Dominus ieiunauit, & ecclesia præcipuam ieiuniorum obseruationem, quadagesimam vocat. Et Ionas propheta Niniuitis prædicauit: Adhuc & quadraginta dies & Niniue subuertetur: vt per tot dies accommodatos, humiliatio pœnitentiæ & remissio peccatorum intelligatur. Quibus adduntur ab Hebræis triginta: quoniam susceptum pro peccatis diluendis, terraq; cõregendis ieiunium: nisi per fidem Trinitatis, & decalogi obseruationem: parum aut nihil prodest peccatoribus: vt sint de numero illorum, quos Psalmista beatificat dicens: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sũt peccata. Deniq; ex quadraginta diebus Ægyptiorum & Hebræorum triginta, consistere septuaginta, per quos durauit prima pro patriarcha lametatio: nam sequitur. Fleuitq; eum Ægyptus quadraginta diebus.

*Psalm. 31*

Etenim Ægyptij in gratiam Ioseph: Hebræi verò propter debita patri etiam mortuo pietatis officia tanto tempore, eum vita defunctum luxere. Iam verò, si septem denario multiplicentur in septuagenarium numerum crescant. Etenim vt septem capitalia vitia sanctis fleatibus deleantur, opus est, vt ab eis excludatur, septem Spiritus sancti donis ipsorum cordibus infusus. Idq; replicato decalogi denario per cuius custodiam ad septuaginta palmas Elim iuxta septem fontes aquarum viuendum fiat ascensus spiritalis: vt tandem fructibus pœnitentiæ dignis perueniatur ad completum diei septimi, in quo requieuit Dominus ab omni opere quod patrarat: & Christus in sepulchro sabbatizauit: vt inde resurrant ad octauam resurrectionis secum perduceret.

*Exod. 15.*

Et expleto planctus tempore locutus est Ioseph ad Pharaonis familiam: Si inueni gratiam in conspectu vestro.

Hoc est: Si vobis aliquando placui, & meorum in vos beneficiorum memores estis: loquimini in auribus Pharaonis. Papè. Ecce ille tantus apud Pharaonem, ille secundus à rege, ille cui tota parebat Ægyptus, tantum re-

gem verebatur, tantum cauebat, ne regia cõsuetudine animo insolesceret: quod summa p̄ditus modestia voti sui interpretes ad Pharaonem mittendos curauerit, ne vel arrogantia vel temeritati tribueretur, si ipse per se comeatum à rege peteret, quem petere pater-na adiuratione eum cogebat?

Eo, Inquit, Quod pater meus adiurauerit me.

At nefas est iurationem de quacunque pia re præstanda adhibitã, patri præsertim aliquatenus præuaricari. Resumit autem verba paterna

Dicēs: En morior: in sepulchro meo, quod fodi in terra Chanaan sepelies me.

Augustinus. Quæri potest, quomodo verum sit, cum hæc verba patris eius, quando de sua sepultura mandauit, non legatur? Sed ad sententiam verba referre debemus, sicut in alijs supra similiter, iteratis verbis, vel narrationibus admonuimus: voluntati enim enuntiandæ, & in notitiam proferendæ oportet verba seruire. Fodisse autem Iacob ibi sepulchrum, & si nusquam superius in Scripturis legatur, pro certo tamen habendum est, quia nisi factum fuisset, cum in eisdem terris patriarcha esset: modò non diceretur. Porro verbum *קברתי* carithi, ambiguum est apud Hebræos, & modò fodere, modò emere significat. Si igitur pro eo quod est fodere hic accipiatur, intelligi datur, Iacob priusquam in Ægyptum descenderet, intra speluncam duplicem, quæ non paruam latitudinem habebat, sibi sepulchrum fodisse, & ædificasse iuxta patrum suorum sepulchra. si verò accipiatur pro eo, quod est Emere, tradunt Hebræi Iacob argento, quod de Mesopotamia tulerat, à fratre suo emisse partem speluncæ duplicis, quæ illi debebatur, nisi primogenituræ iura vendidisset. Cur ergo Iacob emit id, cuius iam ius in se translatum fuerat? Quoniam voluit potius pecunia redimere vexationem suã, quã vocare in ius fratrem: quod si fecisset maxima turba, seditioque inter eos oritura timebatur.

*August.*

Ascendam igitur & sepeliã patrem meum, ac reuertar.

Tribus tantum verbis est rei summam complexus:

plexus: vt ipsorum verborum compendio, profectiois, sepulturæ, reditusq; celeritate indicaret.

Dixitque ei Pharao: Ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es.

Vides, quod barbarus etiam rex iuramento honorè detulit, alioqui non permissurus iniuratum Ioseph pro grauissima etiam causa ab Ægypto, vel ad breue tempus recedere.

Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis: cunctiq; maiores natu terre Ægypti.

Omnes posuit pro plurimis à toto magnam partem significas, qui tropus in Sacris libris frequentissimus est.

Domus quoque Ioseph cum fratribus suis absq; paruulis & gregibus. quæ dereliquerunt in terra Gessen. Habuit quoq; in comitatu currus, & equites: & facta est turba non modica.

Quisquis animo concipit, quanta fuerit Ioseph gratia apud Pharaonem, quanta apud regem autoritas, quanta in toto regno potestas quàm solida commoda, mutuaque inter Ægyptios atque Ioseph beneuolentia: facile credit tam numerosam turbam libenter conuenisse, tam opulentum, ac splendidum apparatus ad celebrandas tanti patriarchæ exequias maximo studio accessisse. Reuera: Gloria patris est filius sapiens. Neque tanta funebris cælebritas est vitio danda. Non enim ambitione peccatum est. Siquidem pro virorum excellentium dignitate sunt eis honores tribuendi. Et quod ad rem maxime facit, audiendus est Ecclesiasticus dicens: Filij in mortuum produclachrymas: & quasi dira passus incipeplorare: & secundum iudicium contege corpus eius: & non despicias sepulturam illius: & fac luctum secundum meritum eius.

*Eccle. 58.*

Veneruntq; ad areã Achad, quæ sita est trans Iordanem.

Achad Hebræis nomè est commune, & spinum significat, à quo area illa dicebatur campus spineti, quod spinis esset circũseptus. Erat autem obuia ascendentibus ab Ægypto

citra Iordanem, descendentibus autem ab regione Chanaan in Ægyptum ultra Iordanem iacebat.

Vbi cælebantes exequias planctu magno, atq; vehementi, impleuerunt septem dies.

Namq; in terræ Chanaan introitu luctum repetiuerunt, quod in eam terram tumulandum patriarchæ corpus iam iam inuecturi essent. Nec mirum Ægyptios ibi vehementer planxisse, qui resurrectionis spem non habebant. Plorabant enim affectu quodam communi, quo mortalium miseria vbiq; gentium defleatur. Nam & Hebræi, quàmuis futuræ resurrectionis spem haberent, tamen quia tunc temporis eorum mortui ad inferos descendebant, eos quoq; vehementer lugebant. Quin & Paulus aperta iam regni cœlestis ianua Christianis permittit, quodam pietatis & humanitatis affectu mortuos deslere, velint nolint hæretici. Quid nisi? Siquidem dominus Iesus cõmuni tactus affectu, mortuum Lazarum fleuit: quem tamè mox erat à mortuis excitaturus.

*Ioan. 11.*

Sed adhibendus est Christo credentibus quidam fletibus modus, quem diuinus Paulus Thessalonicensibus præscribit dicens: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus: vt & non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.

*1. Thess. 4.*

Notandum, quod super his septem diebus præsentis planctus sic Augustinus scripsit. Nescio vt cum inueniatur alicui sanctorum in Scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos nouendiale appellatur. Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibèdi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum seruãt, qui magis est in gentium consuetudine. Septimus verò dies auctoritatem in Scripturis habet. Vnde aliolo scriptum est: Luctus mortui septem die-

*August.*

*Eccle. 13.*

rum: facti autem omnes dies vitæ eius. Septenarius autem numerus propter sabbati sacramentum præcipue, quietis indicium est. Vnde merito mortuis, tanquam quiescentibus, exhibetur. Hæc ille. Quod autem Christianis prohibet nouem diebus mortuorum exequias celebrare, hoc ideo præcepit, quod ei tempore forte periculum erat, ne nostri gentilium superstitionem imitari viderentur. Sed iam sublato de medio eius modi offendiculo maiores nostri hoc quoque sicut quædam

alia in melius pie mutauere: scilicet, vt noue continuis diebus iusta pro mortuis agantur, vt eorum animæ per iuges preces, obsecrationes, oblationes & sacrificia, à purgatorijs pœnis liberatæ ad nouem sanctorum beatorumq; angelorum choros tandem admittantur.

Quod, cum vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste Egyptijs.

Nec mirum, Egyptios tam effuse deplorasse: quia interdum fictus plus vero dolore mouetur. Et, vt ait Flaccus: Qui conducti plorant in funere, dicunt & faciunt plura dolentibus ex animo. Non quod Ioseph vir sapiens, aut Egyptios conduxerit aut postularit, vt in patris funere flierent & more gentium lamentarentur. sed dum aliud præterdit, hoc etiam sponte sibi oblatum non repulit, ne vel Egyptiorum affectibus ingratus, vel officijs contrarius esset, in re præsertim, quæ quandam humanitatem pro tempore haud improbandam præfererebat, nec veram in Deum pietatem violabat. Pulchre Chrysostomus. Verum tu hæc audies dilecte, ne simpliciter prætercurras: sed tempus cogita, quo facta sunt: & ab omni culpa libera Ioseph. Nondum enim fuerant portæ inferni contractæ, neq; inferni vincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco, quia timuerunt mortem, hæc faciebant. nunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & consummatio quies, & certa, multaq; sunt resurrectionis indicia, quasi de vita in vitam transferendi, sic exultemus & lætemur. Et quid dico de vita in vitam? de deteriori ad meliorem de temporali ad æternam, de terrena ad celestem. His autem minime tollit humanas lacrymas: sed nimios, desperatosque placentis reprobatur.

Et idcirco appellauerunt nomen loci illius: Planctus Egypti.

Mos erat antiquis ab euentis varijs alia, atq; alia locis imponere nomina. Sic Iacob appellauit Bethel, Guilgal, Manaim: vt talibus appellacionibus rerum gestarum memoria seruaretur.

Fecerunt ergo filij Iacob, sicut præceperat eis: & portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt

eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham ab Ephron thæo contra faciem Mambre.

Non ergo solus Ioseph, sed etiam cuncti filij Iacob sepeliendo patri eundem affectum, partemque cultum adhibuerunt, sicut eodem, partemque iure ad ea præstanda tenebantur. Est enim, quod Ioseph, & officio, & apparatu omnes alios antea res vt pote qui rerum potestate batur: non tamen aliorum, qui minus poterant officia suis præmijs fraudanda sunt. Sic & apud patrem celestem accepta sunt omnium bonorum operum merita, quæ eodem charitatis iure proferuntur, & ab eo talium auctores pro suo quisque affectu sua præmia referunt. Nam, quamuis locupletior plura in templo Dei munera offerat: non tamen mercede sua caret, qui pressus rei familiaris angustia pauciora offert. Imò maiora interdum præmia reportabit, si illa pauca ditiori pietatis affectu Deo obtulerit. Siquidem Dominus animum illam pauperulam, quæ duo tantum æra in gazophylacium misit, multis diuitibus multo maiora mittentibus longe prætulit: quæ eadem anus illos ditiores voto pietatis antecelleret.

Reuersusq; est Ioseph in Egyptum cum fratribus suis, & omni comitatu sepulto patre.

Vide, quomodo Sacer historicus recedendo fratres, Ioseph honoratissimo Egyptiorum cœtui prætulit. neque id inepte: quia paternum gestum erat negotium, non regium. fert autem rerum natura, vt, quemadmodum in gerenda republica magistratus parentibus sunt præferendi, sic in re familiari administranda cognatis est potius, quam magistratibus deferendum. Non enim, si pater de locanda filia con filium capter, ab alienis, sed à cognatione sibi proximis illud petere debet. Vide consequenter fratrum Ioseph timorem hic, & terrorem eorum mentem concutientem. Sequitur enim.

Quo mortuo timentes fratres eius & mutuo colloquētes: Ne forte memor sit iniuriæ, quam passus est: & reddat malum omne, quod fecimus, mandaue- runt ei.

Sicut

Sicut ergo conscientia patrati olim in Ioseph facinoris agitati, siue memores, quæ eos ante ipsius agnitionem durissime tractauerat: siue quæ non ita frequenter sicut antea cum eis conuersabatur: siue demum timentes, ne patre de medio sublato, in eos animaduertere vellet: maximo erant pauore concussi. Idcirco legationem ad fratrem mittere decreuerunt: quo vel illius in se animum penitus explorarent, vel adhuc ipsis insensum, quibus possent rationibus placarent. Mandauerunt itaq; ei: id est: per interpretem & legatum ei denun- tiauerunt. Non enim imperabant, sed depreca- bantur.

Dicentes: Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius dicerem.

Consultissime patronum sibi patrem adsumit, vt ob eius gratiam, & memoriam filio dulcissimam, obtinerent illud, quod suis ipsorum meritis non debebatur: siue ergo pater eis id agendum monuit, præcepitq;: siue ipsi commissi facinoris conscij, ac perinde pudore atque dolore, atque timore districti id ipsum commeriti sunt, non per se fratrem ad- eunt, sed per internuntios de salute sua cum illo negotiantur. Id quod prudenter fecerunt, atque modestè: ne si ipsi virum quem sibi vehementer iratum suspicabantur, adijissent, aut improbi haberentur, aut molesti essent ei, à quo veniam impetrare moliebantur. Creditur autem Bëiaminum fratrem ipsi Ioseph charissimum hac legatione functum fuisse, idq; filijs Bale ancillæ sociatus, vt omnes essent illi accepti. Et nos hoc exemplo moniti nobis procurare debemus, apud Deum culpis nostris insensum tales habere patronos, & intercessores, qui nobis illum potius recõ- cilient, quam alienent. Cauendumq; est, ne legati acturi apud Dominum omnium iudicem causam nostram, sint de numero illorum, ad quos per Esaiam iratus dominus loquitur: Et cum extenderit manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. manus enim vestræ plenæ sanguine sunt. Morale enim est secundum Ambrosium, quod si is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus iudicis ad deteriora prouocatur. Quare semper ille nobis aduocatus eligendus, qui pergratus ei sit, apud quem causam nostram acturus est: vt quod nostris meritis non debetur, illius patrocinio nobis concedatur. Op-

Esai.

Ambro.

timus igitur apud omnium dominum pro nobis sequester Iesus Christus, in quo pater optime sibi complacuisse testatus est. Sed iam patriarchæ verba legatorum ore relata sequuntur.

Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te.

Non obsecrat, vt simpliciter non recordetur: id quod fieri nequaquam poterat: sed ne malorum, quæ ei iniustissime intulerant recordatione eos punire velit: vt obliuisci peccatorum sit quæ ea punire nolit, iuxta illud Psalmistæ: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Vtitur autem Iacob magna quadam verborum exaggeratione, facinus in virum iustum commissum, & scelus, & peccatum, & maliciam vocans: vel potius in tria illud distinxit, vt scelus appellaret destinatam Ioseph occisionem: peccatum immisionem eius in cisternam: malitiam verò iniquissimam venditionem. Denique his tribus verbis satis explicata fuit feralis illa crudelitas, quam fratres in fratrem quondam exercuerant: vt apertissime illius confessioni propter paternam obsecrationem venia concedatur. Consequenter autem obsecrationi paternæ suam ipsorum precationem apponunt, dicentes.

Nos quoque oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc.

Etenim duo quædam illi precando proposuere: quæ veniã à quouis infenso elicere valeant: quod obsecrans, & Dei seruus esset, & eius pater, quorum alterum minime sit contemnendum: oportet enim Dei seruis, plusquam alijs deferre. nam eorum preces, qui apud omnium iudicem plurimum valent, repellere: neque commodum est, neque tutum: alterum verò maxima pietatis vi Ioseph ad parcendum deflecebat. is enim pater deprecabatur, qui illum præ cæteris dilexerat. Idq; in ea etate, in qua ipsum Ioseph ad tantum principatum esse promouendum minime sperabatur.

Quibus auditis fleuit Ioseph.

O insignem pietate virum, o fratrem fratrum amantissimum, o clementissimum proditorum sui obseruatore, qui auditis verbis quibus

Matt. 17.

Psalm. 31.

bus fratrum suorum declarabatur angustia, attentaque preteriti sceleris poenitentia, tam tenera intra cognatae pietatis viscera affectione permotus fuit, ut lachrymas tenere nulla tenus valuerit. Nec tamen eas nunc repressit aut occultauit, sicut olim semel atque iterum fecerat. quoniam tunc fratres, quamlibet affliktos latere cupiebat, ut in eis verae poenitentiae argumenta proderentur manifestissima: nunc autem fratribus, qui iam olim sceleris sui vere poenituerant, valde tribulatis, & formidolosus, gratissimos fraternae pietatis affectus ostendit: ut ex suis lachrymis pietate plenissimis maximam illi consolationem acciperent, firmissimamque obtentae veniae fide conciperent. O inauditum condonationis genus, o sanctissimum remissionis asyllum: ubi illis qui peccauerant non flentibus, sed tantummodo peccata sola confitentibus solus ille flet, qui peccatis offensus fuit: parciat & adorantibus, & pro venia precantibus pierrissimas cum indulgentia lachrymas reddit. Quis tibi dedit o pierrissime vir, tam validam & inexpugnabilem pietatem, ut ea hostium tuorum impietatem superares? Et pro deprecantibus fleres? Ille profecto, qui aliquando homine indutus pro persecutoribus oraturus erat & lachrymas effusus, & guttas sanguineas sudaturus, & in ipsa cruce inter summos cruciatus pro torquentibus apud Patrem patronum acturus. Credite mihi, non potis est humana infirmitas, tantam de se pietatem praestare, nisi sulca illius robore qui summa charitate, & ineffabili misericordia seruilem formam induit, ut hominum dolores in ea ferret, eorumque labores portaret. At vero postquam fratres Ioseph nuntiorum relatu cognouerunt adeo illum a vindictae affectu alienum esse, adeoque in eos fraternam charitatem propensum, ut audita legatione pro eis piass lachrymas fuderit, animis firmati continuo ad illum profecti sunt gratias ipsi acturi pro optatissima pietate, qua circa eos verba tur. Hoc est enim quod sequitur.

Veneruntque ad eum fratres sui, & proni in terram adorauerunt.

Sic humiliari decet eos, qui vel veniam ab infenso adipisci desiderant, vel pro obtenta gratias agunt. Nullus enim elato animo veniam a Deo petens eam vnquam obtinuit: & iure, quia eiusmodi mentis tumore petitioni suae obstaculum obijcit. Na vt apostolus Petrus

inquit: Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Fratres itaque Ioseph ita coram eo summissi fuere.

Et dixerunt: Serui tui fumus.

Perurbane quidem fratres seruos sese profiterentur apud eum, a quo quamuis pro veteri facinore noua seruitute premi possent, fraternam tamen beneficentiam fouendi essent, & splendidis muneribus exornandi.

Quibus ille respondit: Nolite timere.

Primum eos securos reddit, ne vindictam in se exercendam metuant: attamen ubi mulcet pietas, illic & veritas pariter pungit: ne sic de clementia illius, qui laesus fuerat, fratres gaudeant, ut a cogitandi diuinum iudicium sollicitudine mentis oculos claudant. Quod autem addidit,

Nun Dei possumus resistere voluntati?

Eximia cuiusdam pietatis verba sunt. habet enim quandam mirabilem insperatae consolationis speciem: licet illorum crimen haud extenuent. Deus enim nullatenus compulsi fratres Ioseph eum vendere, ut tali medio, tamquam sibi necessario ad illum exaltandum reuertur: sed praecognito atque supposito illorum facinore in bonum eo Deus usus est. Hoc enim est quod sequitur.

Vos cogitastis de me malum: & Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me: sicut impraesentiarum cernitis: & saluos faceret multos populos.

Quod ait, Vos cogitastis de me malum: plenus est acerbitate sermo: & Deus vertit illud in bonum: praclarum enim est diuinam prouidentiae praecognitionem, quae alienis malis bene uti nouit. Verum enim uero non ideo proditorum culpa leuatur, quae pro sua ipsorum malitia pendenda est: non autem ex eo quod praeter eorum propositum sola Dei dispensatione bene successit. Illi enim improba voluntate fratrem, ut omnino perderetur, alienis vendiderunt: Deus autem sua perbenigna bonitate, ut moris eius est, ex illorum improbitate maximam probitatem elicuit. Illi

habue-

habuerunt omnino germano nocendi propositum: hic uisus ea mirifica opitulandi arte, quae ex malis elicere bona solet, eum ab omni nocumento eripuit. Sola est enim diuina uis: ut Boethius inquit, cui mala quoque bona sunt cum eis competenter utendo, alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam illius cuncta complectitur: ut quod ab assignata ordinis ratione decesserit, hoc licet in altum, tamen ordinem, relabatur. ne quid in regno prouidentiae liceat temeritati. Caeterum Hebraica hoc loco multo planiora sunt. Na pro eo quod in Latino est, Num Dei possumus resistere voluntati, in Hebraeo est *הַתַּחַת אֱלֹהִים אֲנִי*. Nunquid enim pro Deo sum ego? scilicet, ut illius vice ego uos puniam? Nequaquam mihi id muneris usurpabo praesertim cum ille tantae bonitatis fuerit, ut malum uestrum in meum, atque uestrum bonum conuerterit. Idque adeo magnifice, ut exaltaret me, sicut impraesentiarum cernitis. Idcirco & Paulus dicebat, Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Omnia inquit: Quid est omnia? Et quae contristant, & quae non contristant. Hoc itaque & in hoc iusto factum est. nam quae a fratribus facta sunt, ea maxime Ioseph regnum conciliauerunt propter omnipotentem Dei sapientiam, quae omnia mala in bonum commutat. Et saluos, inquit, faceret multos populos. Non enim solum uestra causa haec Deus in bonum vertit: sed ut & multi populi patci possint, & salui fieri. Vide obsecro, quam aperte hic iustus Iesum praeformet. Cum enim primum se fratribus suis manifestauit, significauit eis se tantum pro eorum salute in Aegyptum a Deo praemissum dicens, Pro salute uestra praemisit me Deus in Aegyptum: ut reseruemini super terram: & escas ad uiuendum habere possitis. Nunc autem testatur se missum a Deo, ut per eum saluos faceret multos populos. Sic & pastor bonus Christus, qui muliere petente salutem filiae apostolis pro ea intercedentibus respondit, Non sum missus nisi ad oues, quae perierunt domus Israel: postea manifestauit se missum a Patre ad pascendas & seruandas alias Gentes dicens, Alias oues habeo, quae non sunt ex hoc ouili, & oportet me adducere eas: & fiet unum ouile, & unus pastor. Et iterum, Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Agnosce & in hoc loco gratam iusti animam. cunctos enim successus suos felicissimos non utique in se, sed in Deum gratater reuocat. Quod manifeste liquet ex eo,

quod non dixit nunc: Ut saluarem multos populos, quasi sibi inde gloriam arrogans. sed quid dixit? Ut saluaret multos populos. Quis non dubium, quin ipse Deus, qui eum praemiserat. Solum itaque diuinam bonitati tantarum gentium salutem uir gratissimus tribuit. Visus est cum Paulo dicere: Abundantius illis omnibus laboraui: non ego sed gratia Dei mecum. & illud domini Iesu: Pater in me manens, ipse facit opera: Christus enim summum gratitudinis exemplar omnia in Patrem referebat: ut tam exemplo, quam praeccepto semper agere Deo grarias nos debere commodè doceret. Sed & Ioseph iterum fratres suos a timore alienos esse iubet, dicens.

Nolite timere: ego pascam uos, & paruulos uestros.

Ac si dixerit: Tantum abest ab ingenita mihi clementia, a uobis poenas sumere, ut in uotis habeam, & uos, & filios uestros abundanter alere: sic, ut pro uictu, uestituque, quarendo neque laborare, neque sollicitos esse uobis opus sit. Passionis enim nomine, non solum quotidiana alimenta, sed etiam uniuersa, quibus tanti principis fratribus ad decetum statum sustinendum opus erat, intelligi uoluit.

Consolatusque est eos: & blande, & leniter locutus est.

Non enim simpliciter eos rogauit, sed tanto usus est officio, ut eis omnem tristitiam e corde eximeret. Utile hinc omnibus, qui praesident alijs exemplum est sumendum: ut quoad cito fieri possit, in se peccantibus ignoscant in se & bona pro malis retribuunt: sicut tamen, ut a perpetrandis in futurum sceleribus prius peccatores deterreantur, & de Dei iudicio, cuique maxime tremendo, securos esse non sinant. Multis enim humani iudices parcunt, quos caelestis iudex grauissimis tormentis excruciatos decernit. Nihilominus humanus iudex quos emendatos existimat, fouere potius, quam affligere debet. Sicut & Paulus gentium doctor eum, quem propter turpissimam fornicationem acerbissime punierat, & sathanam torquendum tradiderat, eundem post iustam afflictionem respicientem. & emendatum, & miribus alloquijs, & officijs pietate plenis in Christianum coetum recipiendum, fouendumque curauit.

Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: uixitque centum decem annis.

Animad:

Boethius

Roma. 8.

Matt. 15

Ioan. 10.

Ioan. 12.

1. cor. 15.

Ioan. 14.

**Animaduertendum** hoc in loco, quanta fuerit Ioseph prudentia in gubernanda Ægyptiorum republica, quam constans in regem fides, quam primarijs viris acceptus, toti populo quantum beneficus, quanta deniq; modestia fuerit vltus tanta potestate: qui nulli Ægyptiorum haud semper fuerit grauius. Siquidem nemo in illum conspirasse in tam longo tempore inuentus est: à nullo inuidiã passus est, nullus ei, aut caluniam struxit, aut contumeliam irrogauit, aut vim, aut venenositatis vitæ est insidiatus. Quanta fuit vrbantatis, ac modestiæ? Qui ita se gessit, vt superbo tyranno fastidio nunquam fuerit: sed semper eo autore in accepto semel honore perpetuo tenore persisterit. Nec mirum: aderat ei superna prouidentia & sic ab ipso Deo in cunctis rebus gerendis dirigebatur, vt omnia, ad quæ manum mittebat, ei prospere redderent: & sic talem inter disidentes partes, aut iudicem, aut arbitrum, aut sequentem ageret, vt vtriusque placeret, displiceret nemini. Postremo, quia iustus hic vni rerum domino Deo præ cunctis hominibus obtemperare satagebat omnia secunda reddebantur ei: vt qui Deo gratus erat, vniuersis mortalibus esset gratiofus. Recte Ecclesiasticus, Ante gradinẽ præibit corrulatio: & ante verediam præibit gratia: & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. & Salomõ: Deus mansuetis dabit gratiam & iterum: Qui diligit cordis mūdiciam, propter gratiã labiorum suorum habebit amicum regem. Postremo anni quos Ioseph vixit centum videlicet ac decem hac ratione colliguntur. Cum primum corã Pharaone sterit natus erat triginta vitæ suæ annos. Dein anno nono Iacob eius pater in Ægyptũ deuenit agẽte iã Ioseph annũ trigessimũ nonũ. Subinde Iacob septēdecim annos in Ægypto vixit. restãt itaq; ipsi Ioseph post patris sui mortẽ anni adhuc exigendi quinquaginta quatuor: vt ex triginta nouẽ & septēdecim cum quinquaginta quatuor annis centum ac decem summa fiat. Notandum & hoc loco, multo pauciores fuisse dies vitæ Ioseph, quàm maiorũ suorum. Et, vt ab Abraham incipiamus, is vixit centum & septuaginta annos. Isaac verò aliquot amplius patre suo, qui centũ & octoginta peregrinatus. Iacob autem multo pauciores, quàm Isaac: quippe qui centum & quadraginta tantum modo annis hac vitam produxit. Ioseph deniq; multo breuiori tempore inter mortales degit, scilicet centũ & decem annis. Hinc forsitan quis colligere velit spaciũ huma-

næ vitæ indies etiam atq; etiam decrescere, atque decurtari. Sed non ita habet. Occurrit enim sic cogitanti rex David de viuientium *Psalm. 89.* tempore suo breuitate ita locutus: Dies annorum nostrorum, in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta: & amplius labor & dolor. Nam, cum etiam num humanum genus eadem vitæ longitudine, qua tempore David, potitur (viuitur enim hac tempestate passim vsque ad octogesimum annũ, & eo amplius) constat minime indies humanæ vitæ periodum diminui, alioquin in duobus mille annis à David tempore vsque ad annum à natali Domini millesimum quingentesimum quadragesimum tertium transcursis secundum illam antiquorum rationẽ humanam ætatem minuendo, vix quispiam his diebus ad quinquagesimum, vel certe sexagesimum vitæ suæ annum perueniret. At eundem, cum hæc scriberem sexagesimum vitæ meæ annum agens minime desperabam me pro præsentis corporis valetudine vltius vitam producurum, nisi omnipotens ille dominus mortis ac vitæ, aliud decerneret. Sed ad Ioseph.

Et vidit Ephraim filios vsq; ad tertiam generationem.

Ephraim Ioseph filius erat: cuius hic nepotes & pronepotes vidit: quod est videre filios vsque ad tertiam generationem. Nam filius est prima generatio: nepotes secunda, pronepos vero tertia.

Filij quoque Machir, filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph.

Etenim in genibus Ioseph nati fuisse traduntur filij Machir: quia eos Ioseph nutricio affectu gestauit in genibus: vis more, quo nepotibus teneris aut ad blandiri solent. Sic & illud Rachelis accipiendum est: Ingrederere ad famulam meam, vt pariat super genua mea: scilicet, vt illud quod illa pepererit adoptatum mihi gestem super genua mea, inq; meum nutriam, siue filium, siue filiam. Simili quoq; tropo locuta fuerat Sara ad Abraham.

Quibus tractis locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos: & ascendere faciet de terra ista ad terrã, quã iurauit Abraham, Isaac, & Iacob.

Post

Post vniuersa enim, quæ superius enarrata sunt, videns Ioseph sese morti proximum conuocatis fratribus suis; dedit eis mandata de seipso sepeliendo: ex quo liquet Ioseph ante fratres suos hac vita fuisse defunctũ. Neque mirum, quod ille ante fratres suos mortuus fuerit: quoniã status superior vitæ mortalem decurtat: Omnis, ait, potentatus breuis est vita. Quod non temere accidit: sed tũ ob assiduas curas, quibus magistratus distinguntur, & ardua negotia, quibus premuntur, tum ob splendidiorẽ cultum & lautiores atque varios & abundantiores cibos: quibus adeo replentur, vt nutriendi vis, nec eos concoquere, nec digerere, nec depurare, nec in alia atque alia membra dimittere valeat. Nichilo enim frequentius humana corpora morbi corripunt, quàm epulis supra naturalem potentiam stomacho congestis. Hinc illud: Satietas diuitis non sinit eum dormire. Quãuis & viro iusto alia potius esse potest approperata mortis causa: scilicet, vt is, qui rerum humanarum copia beatorum erat, prius quàm alij, qui aut infelices, aut eo minus felices haberentur, ab hac vita recederet: vt insinuaretur, amicos Dei mundana felicitate esse multo superiores. quibus Deus sicut Abraham dicit: Nolite timere: ego sum protector vester: ego sum merces vestra magna nimis. & illud Domini ad apostolos: Nolite timere pusillus grex: quia placuit Patri meo dare vobis regnum. & iterum, Gaudete & exultate: quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Quibus itaq; tractis, locutus est fratribus suis: fide namque & propheticò spiritu plenus de futuris eis locutus est, dicens. Post mortem meam Deus visitabit vos. Etenim visitare ad officium eorum pertinet, qui ad calamitosos & afflictos accedunt, vt vel verbis vel factis eorum dolorem minuant, vel prorsus illos à tribulatione, quam patiuntur ope presentissima eripiant. Ioseph igitur visitandi verbo latenter insinuat, se mortuo fratres suos prius quidem ab Ægyptijs premeos esse, atque affligendos: deinde per Deum ab eiusmodi calamitate liberandos. Vnde nõ solum dixit visitaturum illos esse Deum; sed etiam addidit, Ascendere faciet ad terram, quam iurauit Abraham, Isaac & Iacob. Hos præcipue tres patriarchas memorauit, quibus insignitæ factæ sunt repromissiones, & quorũ meritis in terram promissam filij Israel reducen di erãt, eiusdemq; imperio potituri. Id quod anno ceterimo quadragesimo sexto gestum fuit, & ad verbum expletum. Quibus quide

centum quadraginta sex annis, si addas sexaginta nouem, quos vixit Ioseph manentibus in Ægypto fratribus suis, sunt anni ducenti & quindecim, qui complectuntur totum tempus quo Israelitæ inter Ægyptios peregrinanti fuerunt.

Cumque adiurasset eos, atq; dixisset: Deus visitabit vos. asportate ossa mea vobiscum de loco isto.

Sic nempe Ioseph adiurauit fratres suos de asportandis ossibus suis in terram Chanaan, sicut Iacob eundem Ioseph adiurauerat, vt eum in spelunca duplici sepeliret. Ceterum Iacob statim à morte sua in terram Chanaan deferri voluit, at Ioseph noluit eum primum mortuus esset, corpus suum in illam terram illico deportari: sed quo tempore filij Israel ex Ægypto egressi, illuc ascenderent. Id quod fecit prudentissime: vel quia Ægyptij tunc temporis id fieri in defuncti gratiam prohiberent: vel vt presens Ioseph monumentum in causa esset, vt Ægyptij Israelitas humanius tractaret: vel vt ait Chryostomus, vt hac adiuratione filij Israel securi, certique essent se redituros omnino in terram Chanaan. Nam nisi hoc oraculo diuino firmatum fuisset, nõ iussisset, vt secum reciperent ossa. Et videre licebat rem nouam & admirabilem, eũ qui omnem Israel in Ægypto pacebat, illum & ducem exercitus & in terram Israel inducentem. denique iustus hic sicut & maiores sui propter Christi futurum aduentum & excursum ipsius per terram promissionis, nec non propter mysterium crucis illic explendum, & mortuorum cum Christo suscitatorum expectationem, illam terram totã mente desiderabat: eoq; ossa sua deuehi iussit: vt Christo resurgente ibidem inueniretur.

Et mortuus est expletis ceterum decem vitæ suæ annis.

Præclare Chryostomus. Quare nobis & illius annos significauit? Vt discas quot annis Ægypti principatum tenuerit. septem & decem annorum erat, cum veniret in Ægyptũ; & triginta annorum factus comparuit corã Pharaone, & iudicauit in omnia. deinde octoginta annis præfuit toti terræ Ægypti. Vidisti quomodo maiora sint præmia, quã labores, retributionesq; multipliciores? tredecim annis certauit in tentationibus ferens seruitutem, & caluniam illam impiam, & afflictio-

Eccle. 32

Prover. 3  
Prou. 22.

Eccle. 10.

Ecclesi. 5.

Supra. 15

Luc. 12.

Matth. 5.

Supra. 30

Chryost.

Chryost.



afflictionem in carcere. Et quia generose, & cum gratiarum actione tulit omnia propterea larga præmia accepit etiam in hac vita. Considera enim, quod pro breui illo tempore, quo seruitutem & carcerem sustinuit, octoginta annis regnum administravit. Denique in hoc iusto, si vnquam in alio, illud Domini promissum completum est, Primum quærite regnū Dei, & ecce hæc omnia adijcientur vobis. Denique quod nō hæc humano, vulgariq; quodam affectu, sed maxima fide præditus hæc omnia disposuerit: & propter hoc etiam de transuentione ossium mādavit: audi Paulū dicentem: Fide Ioseph moriens de egressione filiorum Israel meminit. Et non fuit his contentus, sed vt discas cautam, propter quam iniunxerit ossium transuentionem, dicit, Et de ossibus suis mādavit. Docet nos porro hic locus, & hortatur iustorum memoria, vt iniuriarum obliuiscamur, vt his qui nobis malefecerint exēplo Ioseph beneficiamus, vt simus filij patris nostri qui in cælis est. Monemur & hoc loco, vt quamdiu sumus in hoc mundo, velut in quadam tenebrarum Ægypto peregrinantes, summis votis terram viuentium regnūq; cælorum patientibus pro iustitia persecutionem exoptemus. illudq; summopere studeamus, vt nō modo animæ, sed etiam corpora nostra à veris Israelitis, patriarchis, scilicet & prophetis, & apostolis, alijsq; sanctis de huius mundi Ægypto egredientibus in patriam cælestē eorum pennis adiuta subuecta que deferantur. Id quod nobis continget, si numerum annorū Ioseph, vitæ simplicitate, castimonie custodia, tribulationū tolerantia, in eos, qui nos offenderint, clementia, atque beneficētia, & communiter in cunctos mortales iustitia & æquitate seruatis imitati fuerimus. Sic enim per obseruationem Decalogi ad centesimū perfectæ felicitatis fructum perueniemus. Præterea & Ioseph

Conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

Ioseph corpus pretiosis magnatum vnguentis delibutum fuit: nec hoc officij genus detrectauit dominus Iesus, qui & viuens à Sancta femina quodam sepulturæ suæ præfatio inungi se permisit, & mortuus à Nicodemomyrrha, & aloë condiri voluit. Et item loculus est feretrium in quo mortui ad sepulchrū efferuntur. quia ergo corpus Ioseph erat aliquando ex Ægypto in Chananæam regio-

nem efferendum, in gestatorio loculo depositum est. id quod in exitu Israel de Ægypto pro seruanda iurisiurandi religione Moses fecit, sicut in tredecimo exodi capite scriptum est, Tulit quoque Moses ossa Ioseph secū, eo quod ad iurasset filios Israel dicens, Visitabit vos Deus: efferte ossa mea hinc vobiscū. Cæterum, quamuis in terram Chanaan Ioseph ossa sunt asportata, non tamen in eodē sepulchro cum Abraham, Isaac, & Jacob ille conditus fuit propter Christi mysteria, quæ his tribus præcipue patriarchis diuinitus promissa fuere, nec non ab eis egregijs & præclaris quibusdam gestis præsignata, sed in agro Sychem sepultus est, quem dedit Jacob absque sorte tribui Ioseph: & ibi mausoleum eius vsque ad Hieronymi tempora cernebatur. Demum felix, omnino felix anima, quæ quamquam in graui mortalis corporis loculo, velut sepulta teneatur: tamen suauibus variarū virtutum aromatibus condita ab omni vitiorum corruptela seruatur immunis. Quæque vera pietate prædita quotidie in Deū sic proficit: vt in patriam cælestem prius quidem sola, postea verò cum loculo suo, aliquando glorioso deportanda angelico ministerio custodiatur. Quisquis enim in hac vita fidei, spei atque charitatis profectibus augetur, est ille Ioseph: qui de huius mundi carcere eductus ad regni superni principatum per Christi gratiam promouebitur: nec non ad apertā diuinæ maiestatis visionem inducetur. Quæ quidem diuinitatis visio est illa suprema beatitudo, quæ ab optimo, maximoque Deo cūctis mortalibus in hac miseriarū Ægypto degētibus proposita, à solis pie agētibus obtinetur. Hæc est, ait, Dñs ad Patrē, vita æterna, vt cognoscant te, solum Deum verum, & quē misisti Iesum Christum. Quod si peregrinātibz adhuc in mortali vita, imperfecta Dei cognitio, est inchoata quædam felicitas, tanto magis erit in patria cælesti ea potiuntibus vita æterna: vbi plena erit Dei visio, plena cognitio, plena sarietas, plena voluptas, plena gloria, iuxta fidelia Dauid testimonia: Satiabor, ait, cum apparuerit gloria tua. & Adimplebis me lætitiā cum vultu tuo. Omnes igitur, vt Chrysostomus opportune monet, magna sollicitudine, curaque singulari operam demus: vt memores simus dictorum sacrorum, & imitemur iustorum illorum virtutem, & iniuriæ obliuionem erga eos, qui nos iniuria affecerunt, clementiamque in eos, qui nos calumniantur seruemus. Hinc enim iustus Ioseph tantam sibi Dei gratiam conciliauit

uit. Vt igitur & diuinam gratiā assequamur, summam virtutis habeamus rationem. Sic enim & spiritus gratia nobis concedetur: & præteritam vitam magna iucunditate transigemus: & futura bona consequemur. Quæ

nobis omnibus concedat dominus noster Iesus Christus: cui cum Patre & Spiritu sancto sit gloria imperium & honor nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. A M E N.

Τέλος σὺν ἑσῶ.

Compluti,

In officina Ioannis Brocarij.

1555.

Math. 6

Hebr. 11.

Math. 6.

Exod. 13.

Ioan. 17.

Psal. 16.

Chrysost.

